

DECRETA AUTHENTICA
CONGREGATIONIS
SACRORUM RITUUM

EX ACTIS EIUSDEM COLLECTA

Editio Tertia

Vol. IV.

A P P E N D I X II.

CONTINENS CONTINUATIONEM DECRETORUM

AB ANNO 1837. NUM. 4811. USQUE AD DIEM 29. NOVEMBRIS 1856. NUM. 5230.

CUM INDICE GENERALI.

L'abbé Voussière curé de Villeneuve



ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

—
MDCCLVIII.

DECRETATA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS

SACRORUM RITUM

EX ACTIS EIUDEM COLLECTA

Ediitio Tertia

Vol. IV.

APPENDIX II

CONTINENS CONSTITUTIONEM DECRETORUM

ANNO 1877. MCM. VIII. LXXXVII. MD. LXXXVIII. MD. LXXXIX.

COM. INDICE GENERALI.



1969/619

CC E 001-4(3)

ROMAE

TIPOGRAPHIA DEI PROTECTORUM

SPICELETTI

INDEX

DIOECESUM ET DECRETORUM.

- A**
- Abellinen. 4973.
 Adiacen. 5121.
 Adrien. 5145. 5152.
 Albanen. 4981.
 Alben. 4980. 5101. 5153. 5223.
 Albinganen. 4977.
 Ambianen. 4914. 4915.
 Amerina 5205.
 Anagnina 4961.
 Anconitana 5120.
 Andrien. 4854.
 Angeli (S.) in Vado 5033.
 Angelopolitana 5102.
 Auiclen. 4873. 4952. 4953.
 Apuana 4895.
 Aretina 4836. 4896. 5059. 5063. 5097. 5194.
 Arianen. 4931.
 Ariminen. 5112. 5122.
 Assisien. 5222. 5229.
 Asturicen. 5146.
 Atrebaten. 5098.
 Atrien. 4829.
 Atrien. et Pinnen. 4845.
 Avenionen. 4907.
 Aurien. 5064.
 Auximana 5154.
- B**
- Bahien in Brasilia 5035.
 Balneoregien. 4877.
 Baltimoren. 4837. 4928.
 Barchinonen. 4878.
 Barden. 4852.
 Baren. 4855. 4863.
 Bellicen. 5123.
 Beneventana 5065.
 Bisinianen. 5036.
 Bituricen. 5162.
 Bles. 5103.
 Bobien. 4857.
 Bolanen. 5225.
 Bosanen. 5200.
 Boven. 4816.
 Bovinen. 4846.
 Briocen. 5208. 5221.
 Brixien. 4940. 4944. 5066. 5171.
 Brugen. 4897. 4954. 5115.
 Brundusina 4815. 5164.
 Burgi S. Domnini 4827. 4864.
- C**
- Cadicen. 5013.
 Cadurcen. 5037.
 Caletana 4913.
 Calaguritana 5092.
 Calatayeronen. 5195.
 Callien. 4982.
 Camberien. 4908.
 Cameracen. 4879. 4916.
 Camerinen. 4856. 5080.
 Capuana 4894. 5214.
 Casalen. 4817.
 Cattaren. 4871. 4872.
 Caven. 5147.
 Cenomanen. 4898. 4956. 4979. 5008. 5165.
 Cerinoliem. 4955.
 Civitatis Plebis 4917.
 Clericorum Regularium Congregationis Somaschae 4957.
 Cochinchinae 5188.
- Coebuan. seu Sanctissimi Nominis Iesu 5216.
 Colleen. 5088. 5124.
 Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum 5139. 5230.
 Congregationis Clericorum Regularium SS. Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi 5068.
 Congregationis Oblatorum B. Mariae Virginis 4847.
 Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii 5160.
 Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae 4909.
 Congregationis Sanctissimi Redemptoris 4842. 5185.
 Constantien. 4983.
 Conversanen. Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia et Cappuccinorum 5062.
 Corcyren. 4918.
 Corisopiten. 5067.
 Cotronen. 5069.
- D**
- Derthonen. 4833. 4924.
 Drepanitana 5070.
 Dubii 5129.
 Dubiorum 5125.
- E**
- Eichstaden. 5189.
 Eugubina 4938. 4960. 5104.
 Eysteten. 4840. 4869.
- F**
- Fanen. 4966.
 Faventina 5209.
 Ferentina 5057.
 Feretrana 4811.
 Fesulana 5204.
 Firmana 4814. 4862. 4890.
 Florentina 4881. 4899. 4958. 5009.
 Florentina seu Ordinis Minorum de Observantia 5126.
 Flori (S.) 4997. 5043. 5053.
 Fundana 5184.
- G**
- Gandaven. 5049. 5127.
 Gratianopolitana 4830.
 Gerunden. 5038.
 Grossetana 5186.
- H**
- Hispalen. 4963.
 Hollandiae 4826.
 Hydruntina 4882.
- I**
- Ianuen. 4937. 4984. 5002. 5039. 5155. 5172.
 Isernien. 4939.
- L**
- Lauden. 5156.
 Lausanen. et Geneven. 5128.
 Leobien. 4919.
 Leodien. 5011.
 Liburnen. 5140.
 Limburgen. 4948. 5010. 5081. 5082. 5190.
 Lingonen. 5040.
 Lucana 4832. 4969. 4970. 4971. 4978.
 Lugdunen. 5116.
- M**
- Maceraten. 4858. 5012.
 Marci (S.) et Bisinianen. 4835.
 Mandelen. 5019.
 Massen. 5072.
 Massilien. 4975. 5148.
 Mathelicen. 5173.
 Maurianen. 5047.
 Mechlinien. 4839. 4843. 4910. 4911. 4920. 4921. 4933. 4995. 5071. 5151. 5191.

Mediolanen. 5142. 5157.
Meliten. 4818. 4844. 4866. 4922. 4925. 4944. 5007. 5030. 5193.
Mexicana 4883.
Miniati (S.) 5177. 5205.
Monasterien. 5014. 5015.
Monopolitana 5158. 5174.
Montis Albani 5226.
Montis Alti 5182.
Montis Pessulani 4868. 5192.
Montis Politiani 5130. 5166.
Montis Regalis 4848. 5131.
Murana 5006.
Mutinen. 4815. 4884. 4912. 4946. 5060.

N.

Namurcen. 4930. 4932.
Narnien. 4986.
Neapolitana 4950. 4962. 5029. 5117.
Nemausen. 4819.
Neocastron. 4885.
Netin. 5016.
Nicosien. 5056.
Nucerina 4949.
Nullius Altamurae 5167.
Nullius Montis Cassini 4987.

O.

Olanda (de) 4999.
Olomucen. 5213.
Oppiden. 4976. 5017.
Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede 4821.
Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensium 4072.
Ordinis S. Benedicti Congregationis Silvestrinae 5042.
Ordinis Carmelitarum Calceatorum 4901.
Ordinis Carmelitarum Discalceatorum 4823. 5093. 5132. 5212.
Ordinis Carmelitarum Discalceatorum in Hibernia 4941.
Ordinis Excalceatorum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum 4900. 4964. 5018.
Ordinis Minorum S. Francisci de Paula 5175.
Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia 4933. 5025. 5105. 5183. 5224.
Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum 4974.
Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum Sancti Angeli in Apulia 5032.
Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium 4886. 5159.
Ordinis Minorum Excalceatorum S. Petri de Alcantara 4849.
Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum 4874. 5031.
Ordinis Monachorum S. Basilii 5058.
Ordinis Monachorum Cisterciensium 5052.
Ordinis Praedicatorum 5023. 5051. 5181.
Oriolen. 4820.
Oritana 5027. 5041.

P.

Pamplonen. 5106
Papien. 5113.
Parmen. 4841. 4850.
Patavina 4934. 5000. 5107.
Patriarchalis Basilicae Lateranensis 5176.
Patriarchalis Basilicae Vaticanae 5210.
Petrocoren. 5119.
Pinerolien. 4838. 5201.
Pisana 4887. 4902.
Piscien. 4859.
Pistorien. 4903. 5086. 5087.
Pitillanen. et Soanen. 5133.
Platien. 4995. 5020.
Plurium Diocesium 5114.
Pontis Curvi 4943. 4959.
Provinciae Latii, sive Alatin. Anagnin. Caetan. Ferentin. Ostien. et Velitern. Signin. Terracinen. Setin. et Privernen. Verulan. 4929.

Q.

Quebec. 4904. 4988.

Ravennaten. 4996. 5100.
Reatina 4834. 4989. 5001. 5198.
Regni Sardiniae 5090.
Rhedonen. 4828. 5074. 5218.
Rhemem. 5075.
Ripana 5024.
Ritus Graeci 4875.
Romana 4812. 4867. 4892. 4935. 5028. 5065. 5061. 5073. 5202.
Romana Collegii Anglorum 5054.
Romana Sedium Choralium 5183.
Rossanen. 5094.

S.

Sacrarum Missionum in Oceania 5150.
Salutiarum 5228.
Sanctimonialium Adorationis Perpetuae SS. Sacramenti 4905.
Sanctimonialium Congregationis SS. Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi 5084.
Sanctimonialium Ordinis S. Clarae 5134.
Sanctimonialium Ordinis Cappuccinorum 5006.
Sanctimonialium Sacri Cordis Iesu 5178.
Sarsinaten. 4860.
Scotorum. 5026.
Senen. 4831. 4865. 5003. 5044. 5085. 5108. 5135.
Senogallien. 4945.
Septempedana 5227.
Severi (S.) 5004.
Severini (S.) 5091.
Societatis Iesu 5095. 5096.
Sorana 5168. 5169. 5179.
Spoletana 4824. 4967.
Suessionen. 5215.
Sutrina 4822. 5022.
Sutrina et Nepesina 4998.
Syracusana 4965. 5021. 5136.
Sylvadiceen. 4951.

T.

Tarentina 5078.
Tarvisin. 4825.
Taurinen. 4813. 4888. 5118.
Terit Ordinis S. Francisci 4870. 4947.
Tiburtina 5046. 5149.
Tornacen. 5137. 5138.
Tolentina 5077.
Tranen. 4851. 4853. 5076. 5170.
Tricaricen. 4925.
Triventina 4861. 4889. 4926.
Tuden. 5050.

V.

Valentina 5109.
Vapincen. 5141.
Venetiarum 4992. 5180. 5199.
Venusin. 4991.
Vercellen. 4890.
Veronen. 5111. 5196. 5206. 5217. 5219. 5220.
Verulana 5083.
Vicariatus Apostolici Constantinopolitani 5211.
Vicariatus Apostolici Ken-si 5187.
Vicariatus Ruremundensis in Hollandia 5079.
Viglevanen. 5089.
Vintimilien. 5207.
Viterbien. 4891. 4968. 5048.
Vivarien. 4927. 4990.
Volaterrana 5161.

U.

Urbanien. 4906.
Urbevetana 4993.
Urbis Patriarchalis Basilicae Lateranensis 5110.
Urbis et Orbis 4876. 4942. 5034. 5098. 5143. 5144
Urbis et Status Ecclesiastici 4893.
Urgellen. 5197.

DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM

APPENDIX II.

4811. FERETRAN.

Quum hodiernus Aedituus Cathedralis Feretranae Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit, utrum servari possit consuetudo in eadem Cathedrali invecata in Feriis nimirum secunda, tertia, et quarta maioris hebdomadae celebrandi Sacrosanctum Missae Sacrificium in eodem Altari, in quo publicae Fidelium venerationi est expositum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum? Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, et ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunati, rescribendum censuerunt: « Consuetudinem tamquam abusum eliminandam. » Die 11. Martii 1837.

4812. ROMANA.

Ex pervetusta consuetudine, ac traditione mos invaluit in Ecclesia Sanctimonialium Ordinis Cisterciensium, Deo in honorem Sanctae Susannae dicata hic in Urbe, Missam votivam de Spiritu Sancto celebrandi quoties aliqua Virgo ipsius Ordinis vel solemniter habitum assumit, vel professionem emittit. Ast quum Apostolici Indulti nullum Sanctimonialia ipsae invenerint monumentum; hinc Sacrorum Rituum Congregationi humillimas porrexere preces, ut invecatam consuetudinem confirmare dignaretur. Eminentissimi vero, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, re mature perpensa, diligentique examine cribratis rationum momentis in supplici Libello expositis, ad relationem mei infrascripti Secretarii rescribendum censuerunt: « In casu solummodo, de quo in precibus, de speciali gratia nullo umquam tempore in exemplum afferenda fiat commemoratio tantum Spiritus Sancti in Missa de Officio occurrenti; dummodo non occurrat duplex primae, vel secundae Classis; item Dominica privilegiata tum primae tum secundae Classis. » Atque ita servandum mandant, die 11. Martii 1837.

4813.

TAURINEN.

Rm̄us Taurinen. Archiepiscopus Em̄o, et Rm̄o Domino Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto humillimas quum dederit Litteras hisce conceptas terminis, nimirum:

Em̄za Rm̄a.

Mi trovo costretto ricorrere all' Eminenza Vostra Reverendissima per il seguente caso. Nel Sabato delle ora scorse Tempora di Pentecoste due Religiosi Francescani intervenuti all' Ordine pel Diaconato, dopo terminata la Funzione, e quando il Vescovo Ordinante si era di già ritirato nel suo appartamento, manifestarono, che non si erano presentati a ricevere il Libro degli Evangelii, credendo che non fosse giunto ancora il loro tempo; e che lo stesso era accaduto a qualche altro Chierico Secolare, senza saperlo indicare. Sentito ciò, furono tosto condotti innanzi allo stesso Vescovo ordinante, il quale supplì l'omessa tradizione del Messale. Osservatosi però in seguito, che varie sono le opinioni degli Autori, e che segnatamente Benedetto XIV. *De Synodo Dioecesana lib. VIII. cap. X. num. 13.* riporta un Decreto in senso contrario, sebbene si riferisca all' Ordine del Presbiterato, si è creduto non doversi prendere determinazione veruna senza consultare l'Oracolo della Sacra Congregazione. A tale oggetto pertanto mi rivolgo all' esimia bontà dell' Eminenza Vostra Reverendissima, pregandola degnarsi dirmi, che cosa debba farsi tanto riguardo a quelli ne' quali nulla fu fatto, e si verificasse che effettivamente anche per essi abbia avuto luogo l'istesso difetto. Attendo con impazienza un suo venerato riscontro, e m'inchino al bacio della Sacra Porpora protestandomi col più profondo rispetto.

P. S. Dopo scritta la presente vengo a riconoscere, che sebbene nella sera dello scorso Sabato, mi fossi fatto premura di scrivere al Superiore di detti Religiosi per impedire ch' eser-

citassero l'Ordine, pure non essendo giunta in tempo la Lettera, uno di essi lo esercitò, e può essere accaduto lo stesso per gli altri.

Dell'Eminenza Vostra Reverendissima.

Torino 22. Maggio 1837.

Umò Ossequiosissimo Devmò Servitore
Luigi Arcivescovo.

Sacra Rituum Congregatio in hunc modum rescripsit.

Illmè et Revmè Domine uti Frater.

Simulae Amplitudinis Tuae Epistolam datam undecimo Kalendas Iunii vertentis Anni accepimus super omissione traditionis Libri Evangeliorum, quae inconsulto accidit novissima in Ordinatione generali habita Sabbato quatuor Temporum Pentecostes in promovendo nonnullos Subdiaconos ad Diaconatus Ordinem, huiusmodi negotium illico demandatum fuit aliquibus huius Sacrorum Rituum Congregationis Consultoribus Theologis, ut super re suam exponerent sententiam, quam etiam extempore Amplitudini Tuae nomine eiusdem Sacrae Congregationis communicamus, ut sciat quid in re sit agendum, et dubiis forsitan obortis prudenter occurrendum. Sacra itaque Congregatio in suo, et Consultorum sensu respondet, quod si Amplitudo Tua prudenter iudicet moram temporis, quae inter Ordinationem horum Subdiaconorum in Diaconos, et supplementum defectus intercessit haud tantam fuisse, ut moralis coniunctio formae cum traditione materiae merito censeatur abrupta, Ordinos huiusmodi relinquere possit in sua bona fide quoad praeteritum, et a qualibet suspensione in posterum absolutos declarare, quatenus sui Ordinis officium publice tuta conscientia (si aliud non obstat impedimentum) pro ratione sui status libere valeant exercere. Si vero dubitet tantum fuisse temporis, et diversarum operationum intercapedinem, et varietatem, ut hiatus iste inter Ordinationem, et supplementum defectus nulla probatorum Auctorum interpretatione coniungi possit; tunc iterum, si cum traditione prius

omissa Libri Evangeliorum simul protulit formam, sciat se posse acquiescere, et ita Ordinos in suorum Ordinum exercitio pariter acquiescentes dimittere. Si vero solam tradidit partialem materiam Libri Evangeliorum sine forma, tutius erit, si Ordinatis huiusmodi caute, et secreto suppleat opportuno tempore defectum, traditionem materiae simul cum prolatione suae formae repetendo. Quo in casu si tempus proximae futurae Ordinationis ad huiusmodi supplementum a Canone constitutum expectari nequeat, vel ob periculum scandali, vel ob alias non levis momenti causas, et circumstantias, quas Amplitudo Tua probe noverit, nec aliud obstat impedimentum, poterit ab interstitiis dispensare, et proximo quoque Festo defectum praedictum prudenter, et secreto supplere. Quod ad Clericos spectat Saeculares, de quibus, prout in casu exponitur, dubitatur an ommissio eadem acciderit, curare pro sua prudentia Amplitudo Tua poterit, ut Ordinati huiusmodi innotescant (quod non videtur tam difficile, si Catalogum, quem apud se certe habebit, Subdiaconorum in ea Ordinatione ad Diaconatum evectorum perecurrat, et eos in quos suspicio huiusmodi cadere potest caute, et secreto circa huiusmodi dubium interrogari faciat). Si quos igitur invenerit, quibus eadem contigit ommissio, idem praestabit, quod superius dictum est de duobus Religiosis, et si eos Ordinem Diaconatus bona fide haecenus exercuisse repererit, a Censuris, quatenus opus fuerit (si nihil aliud obstat) absolvat, et ad eiusdem Ordinis ministerium, et Officium in posterum, quatenus opus fuerit exercendum, hoc est ad pie, et fideliter in suscepto Diaconatus munere ministrandum tutos in conscientia declarabit. Quum per has responsiones omnibus a Te expositis fuerit opportune consultum, Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Romae 16. Iunii 1837.

Perillustri et Reverendissimo Domino uti Fratris Archiepiscopo Taurinensi (1).

(1) Sententia autem RR. PP. Consultorum his exponitur verbis.

E da osservarsi dapprima, che sebbene il Concilio Fiorentino (*in decr. Eugenii IV. ad Armenos*) parlando dell'Ordine del Diaconato, dica che, *Ordo Diaconatus confertur per Libri Evangeliorum dationem*, senza far menzione alcuna dell'imposizion delle mani, nondimeno è sentenza comune degli Autori (come si rileva dal Beato de' Liguori, ed altri Teologi Moralisti) che oltre la tradizione del Libro degli Evangelii, si esige l'imposizione delle mani, e che per il valore dell'Ordine del Diaconato, non basti nè la sola imposizione delle mani, nè la sola tradizione del libro degli Evangelii (appresso i Latini) ma si richieda l'una e l'altra, come materia parziale, da porsi

4814. FIRMANA.

Novissimis in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus quinto Idus Martii vertente Anno coadunatis in Causa Firmana Controversiarum inter Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, et Sodalitatem a Sacra Spina nuncupatam ex una, et Capitulum Metropolitanae Ecclesiae una cum Magistratu partibus ex altera discusso Dubio: « An reliquia Sacrae Spinae reportanda sit ad Ecclesiam Patrum Augustinianorum in casu etc. ? » eoque sequentem in formam resolutum: « Affirmative, servatis omnibus ut erant ante translationem Reliquiae Anno 1808. peractam, et amplius: » illico controversia ipsa pro parte Magistratus Firmani finem recepit; sed Metropolitanae Ecclesiae Capitulum ex adverso, non obstante clausula Rescripto addita, qua praecludebatur locus repositioni Causae, iterum penes Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Cardinalem Carolum Mariam Pedicini Episcopum Praenesti-

num, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarium, et eidem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum instituit, ut nova illi tribueretur facultas praesentandi saltem supplicem alterum Libellum, quo aliquid honoris privilegium assequi valeret, antequam Reliquia Sacrae Spinae pristinum in locum reportetur. Atque Eminentissimus Cardinalis Praefectus ex concessa sibi a iure facultate precibus morem gerens, quarto Idus Aprilis eodem hoc vertente Anno rescripsit: « Pro gratia novae Audientiae, sed quoad honorificentias tantum, ut in Precibus: proponatur autem in prima Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria, ac Partibus intimetur. » Rebus ad tramites huius Rescripti dispositis Sacrae Spinae Reliquia adhuc servabatur Metropolitana recensita in Ecclesia, quousque decerneretur quid honoris in casu Canonicis oratoribus vellet Sacra Congregatio tribuere; quae Ordinariis in Comitibus iterum subscripta die apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii

tutta assieme con la forma, che deve proferirsi dal Vescovo. E lo stesso si rileva dal Sommo Pontefice Benedetto XIV. nel luogo citato di sopra nel caso.

2. Che non basti toccare il Libro degli Evangelii dopo che la forma fu pronunciata, ma che sia necessario toccarlo nel tempo stesso, altrimenti secondo il La-Croix l'Ordinazione sarebbe invalida.

3. Che nel predetto caso giova tener presente il Canone di Gregorio IX. cap. *Presbyter de Sacramentis non iterandis*, che si dice così: *Presbyter, et Diaconus quum ordinantur, manus impositionem tactu corporali, ritu ab Apostolis introducto recipiunt, quod si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos caute supplendum quod per errorem extitit praetermissum.*

4. Che in ordine al modo di supplire i difetti, e le omissioni fatte nell'Ordinazione del Diacono, non si prescrive da Benedetto XIV. per supplire alle omissioni nell'Ordinazione del Sacerdote, doversi però attentamente distinguere, se l'omissione riguarda qualche cosa essenziale, o puramente accidentale.

Venendo dunque al caso proposto, siccome il Pontefice Gregorio IX. nel citato Canone dice, che se nell'Ordinazione del Diacono fu omessa l'imposizione delle mani, deve certamente ripetersi, così deve dirsi della tradizione del Libro degli Evangelii. Ora secondo l'esposto del caso, il Vescovo supplì subito all'omissione, cioè nel giorno stesso, anzi siccome pare, in quella stessa mattina, benchè non in Chiesa, ma privatamente nella sua stanza. Qui però nasce il dubbio, se il Vescovo abbia supplito alla sola tradizione del Libro omessa, ovvero l'abbia accompagnata con l'imposizione delle mani, e colla prolazione della forma. Se non supplì che alla tradizione della materia parziale, cioè nel Libro, sembra che non sia stata sufficientemente riparata l'omissione, secondo l'osservato di sopra, che la tradizione della materia esige la simultanea prolazione della forma, e che non può intendersi la forma moralmente compiuta ad una materia, che fu data, e ricevuta alcune ore dopo, e fuori della Chiesa.

Se poi il Vescovo assieme colla tradizione del Libro, pronunciò la forma ec. potrebbe concludersi, che in tal caso l'omissione fosse stata sufficientemente riempita, e non fosse necessario osservare gli Interstizii per rinnovare, e supplire questo difetto, come si prescrive nel citato Canone.

E quindi al proposto dubbio potrebbe risponderci.

Responsio a RR. PP. Consultoribus indigitata apparet in superiori Littera.

Apostolici Quirinalis de mandato Sanctissimi coadunata, auditaque nova relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Ioanne Francisco Falzacappa Episcopo Albanen. Ponente, nec non rite expensis, matureque consideratis iis, quae ex utraque parte sunt allata, praesertim prae oculis habens expetitam clavis custodiae Sacrae Reliquiae consignationem non tam honoris, quam iuris praerogativam praeserre, rescribendum censuit: «Negative quoad Clavis concessionem: in reliquis statuatur lapis inscriptus in Ecclesia Metropolitana in memoriam custodiae Sacratissimae Reliquiae, non retardata interim reportatione, et amplius.»

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. Die 23. Septembris 1837.

4815.

MUTINEN.

Quum quamplura pro parte Caeremoniarum Magistri Reverendissimi Episcopi Mutinen. Sacrorum Rituum Congregationi proposita essent Dubia, quorum solutionem enixis precibus efflagitabat, ut debita auctoritate accedente, quaevis privata interpretatio de medio tolleretur, atque unus idemque ordo ab omnibus in posterum in Sacris Functionibus servaretur, licet pleraque ex eis eiusmodi sint, quae ab ipsis declarentur Rubricis, vel a Decretis alias editis pendeant, de more tamen ab eadem Sacra Congregatione indictum fuit, ut exquireretur sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita praeloque cusa. Proposita autem Dubia sunt sequentia, nimirum.

I. Quum ex Rubrica Feriae quintae in Coena Domini pateat omnes de Clero dicto die Communionem sumere debere de manu Celebrantis, nihilominus nonnulli Sacerdotes non dubitant asserere haec dicta esse ob merum consilium, non vero de praecepto; hinc quaeritur: An revera omnes de Clero inservientes Missae Pontificali, et praesertim Sacerdotes, Diaconi, et Subdiaconi Sacrorum Oleorum consecrationi adistentes teneantur Sacram Communionem sumere de manu Celebrantis?

II. Quum Orationes tam praecedentes, quam subsequentes Communionem Missae Sabbati Sancti loquantur in numero plurali; hinc quaeritur: Utrum liceat in eadem Missa post Communionem Celebrantis Eucharistiam ministrare fidelibus, et praesertim cum particulis in eadem Missa consecratis?

III. Perdurat adhuc in quibusdam Ecclesiis mos communicandi in Missa defunctorum cum particulis praeconsecratis, propterea quod Decreta Sacrae Congregationis hac super re edita non censentur a multis authentica, aut saltem revocata. Hinc quaeritur.

1. An idem mos possit permitti, vel saltem

ab Episcopo prohibendus, adeo ut solum liceat communicare in dictis Missis cum particulis in ipsis consecratis?

2. An saltem toleranda consuetudo celebrandi praedictas Missas in paramentis violaceis, ad hoc ut possit praerberi Sacra Communio cum particulis praeconsecratis?

IV. Colligitur ex Decretis Sacrorum Rituum Congregationis non posse fieri concionem capite tecto ante Sanctissimum Sacramentum palam expositum, non obstante quacumque contraria consuetudine; hinc quaeritur: An id saltem liceat quando Sanctissimum Sacramentum est quidem expositum, sed velo serico obductum?

V. Dum Episcopus accedit ad Ecclesiam pro benedictione danda cum Sanctissimo Sacramento, Canonici assistentes apud nos genuflectunt in plano. Quaeritur:

1. An revera ita genuflectere debeant, vel potius super infimum gradum Altaris aequae ac Episcopus?

2. Quo loco, et quomodo debeant genuflectere Ministri sive parati, sive non, in benedictione praedicta danda a Sacerdote quocumque?

3. An in benedictione populo impertienda cum Sacra Pyxide, haec extrahenda sit a Tabernaculo, et deponenda super Altare?

4. An Sacerdos debeat illam venerari genuflexione duplici, vel simplici?

VI. In Oratione quadraginta Horarum, eoque magis in Festo Corporis Christi, duplicibusque primae, et secundae Classis quum Populo benedicitur, post *Tantum ergo etc.* quaeritur:

1. An unica tantum Oratio de Sanctissimo Sacramento dicenda sit, vel addi possit aliqua Collecta, nempe Principis etc.

2. Et si negative, an dici possit ratione praesentiae eiusdem Principis?

3. Et si affirmative, quae conclusio adhibenda *Qui vivis etc.* an potius *Per Christum etc.*

VII. Quum licitum sit Episcopo incedere cum Mitra quando defert Reliquiam Ligni Sanctissimae Crucis in Processionibus, proinde quaeritur:

1. An possit Episcopus benedictionem solemnem populo impertire cum dicta Reliquia, retenta Mitra?

2. An saltem cum Pileolo?

3. An possit retinere Mitram, vel Pileolum benedicens populo cum aliqua insigni Reliquia alicuius Sancti?

VIII. Quum in Sacris peragendis statuatur ab Ecclesia colorem paramentorum esse vel album, vel rubrum etc. pro diversitate festivitatum, quaeritur:

1. An paramenta coloris flavi adhiberi possint pro quocumque colore nigro excepto?

2. Num paramenta confecta ex serico, et aliis coloribus, floribusque intexta, ita ut vix dignoscatur color primarius, et praedominans, usurpari valeant mixtim saltem pro albo, rubro et viridi?

3. Num Planetae, Stolae, et Manipula possint confici ex tela linea, vel gossypio vulgo *Percallo*, coloribus praescriptis tincta, aut depicta?

IX. Colligitur ex Rubrica, quod Parochi, Sacerdotes, aliique Ecclesiastici, qui Cotta induti interveniunt Processionibus, debeant deferre biretum Sacerdotale; hinc quaeritur:

1. An assistens Celebranti, et Clerici, qui dirigunt Processionem Rogationum etc. possint hoc facere?

2. An Parochi, qui intersunt Processioni Sanctissimi Sacramenti in Festo Corporis Christi, et in aliis Functionibus propriae Paroeciae possint deferre Stolum supra Mozzettam, vel saltem retinere Pileolum?

X. In Rubrica nihil habemus circa nomen Sancti nominati in Oratione *A cunctis* littera N. Auctores autem communiter docent intelligi Patronum, vel Titularem Ecclesiae, Cappellae, sive Altaris, in quo Sacerdos celebrat. Sacerdotes autem fere omnes nominant Patronum principalem Loci, vel Dioecesis. Quaeritur ergo:

1. Quisnam Sanctus nominandus sit in Oratione *A cunctis* littera N. a Sacerdote celebrante: Patronusne principalis loci, vel Dioecesis, aut potius Titularis Ecclesiae, Oratorii etc. in quibus celebrat?

2. An in commemorationibus pro suffragiis facienda sit commemoratio Titularis Dioecesis, vel Paroeciae?

XI. Rubrica silet circa Orationes dicendas in Missa quotidiana pro defunctis. Auctores vero cum Cavalerio sustinent primam dicendam esse pro quibus applicatur, secundam ad libitum, tertiam *Fidelium*, asserentes tres Orationes in Missa positas valere tantum pro Missa Conventuali singulis Mensibus canenda in Cathedralibus, et Collegiatis. Attamen Sacerdotes generaliter semper easdem recitant Orationes, nulla habita ratione pro quo applicant. Hinc quaeritur.

1. Quae Orationes in Missa quotidiana pro Defunctis dicendae sint a Sacerdote?

2. An in Officiis, seu suffragiis, quae passim celebrantur apud Confraternitates Laicorum intra Annum pro uno vel pluribus Defunctis cum Missa cantata, et exequiis, atque peculiari Missarum privatarum numero, unica tantum Oratio cum

Sequentia dicenda sit a Sacerdotibus confluentibus, et quae in casu dicendae?

3. Si Officium sit pro Defuncto Sacerdote qualis Missa, et quae Orationes dicendae?

4. An in exequiis, quae fiunt sine tumulo, vel tantum cum tapete in terram strato, Sacerdos debeat eas ab Altari facere cum aspersione, et incensatione, vel potius procedere ad tapete, illudque circumire?

5. An dictae exequiae debeant fieri immediate post Orationem *Postcommunio*, vel potius post Evangelium Sancti Ioannis?

XII. Fere omnes Confraternitates, et piaae Sodalitates in Civitate Mutinae carent, ob transactas praesertim vicissitudines, Ecclesia propria, ac proinde extant in Ecclesiis alienis sive Parochialibus, sive non. Quaeritur ergo:

1. An Sancti Titulares, ac Patroni Confraternitatum, vel Sodalitatum earumdem equiparari debeant saltem in eorum diebus festis, Titularibus ac Patronis Ecclesiarum praedictarum, iisdemque propterea frui privilegiis ac isti?

2. An Sacerdotes confluentes ad dictas Ecclesias in Festis Patronorum, et Titularium, ut supra, debeant in Missa addere *Credo*, et unicam dicere Orationem?

3. An occurrente Festo Patroni, vel Titularis praedicti in Dominica privilegiata secundae Classis, Missae privatae dici possint, et debeant de Sancto cum commemoratione Dominicae, et eius Evangelio in fine; an vero Missa tantum solemnis?

4. Quid intelligatur verbis *conkursus populi ad celebrandum festum*, qua ratione cani possit Missa Solemnis de Festo, quod transferri debet, et an in hac Missa dici debeat, et possit semper *Credo*?

XIII. Caeremoniale Episcoporum c. XI. l. 2. n. 1. in quo agit de Missa Pontificali pro Defunctis, et Exequiis ad castrum doloris, dicit: « Canonici parantur paramentis sacris, prout in aliis Missis, celebrante Episcopo: » hinc idem Caeremoniarius supplicat declarari:

1. An ultra Diaconum, et Subdiaconum Missae debeant assistere alii duo Diaconi assistentes prout in aliis pro vivis?

2. An in exequiis absolvendis pro Papa, vel pro Principe, corpore non praesente, Faldistorium Episcopi ponendum sit ad caput tumuli, vel ad pedes eius?

XIV. Fere in omnibus Ecclesiis apponi solet Feria sexta in Parasceve Reliquia Sanctissimae Crucis, et benedici populo cum ipsa. Quaeritur ergo:

1. An saltem dicta Feria incensari debeat eadem Reliquia a Sacerdote genuflexo?

2. Cuius coloris debeat esse Pluviale, et Velum humerale pro tali benedictione?

3. Num Oratio: *Respice quaesumus*: eadem Feria sexta recitanda sit ante benedictionem a Sacerdote erecto, vel genuflexo?

4. An admittendi sint fideles ad osculum dictae Reliquiae?

5. An in adoratione Crucis in dicta Feria sexta etiam Diaconus, et Subdiaconus debeant deponere calceamenta?

6. Utrum Reliquia Pretiosissimi Sanguinis publice exposita adoranda sit genuflexione simplici, vel duplici, et incensanda a Sacerdote genuflexo, vel erecto?

Et Sacra eadem Congreg. in Ordinario Coetu subscripta die apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Sacri Palatii Apostolici Quirinalis de Mandato Sanctissimi coadunata, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Ioseph Della Porta-Rodiani Ponentis, mature consideratis, riteque discussis omnibus, rescribendum censuit.

Ad I. « Affirmative, seu iam provisum per Generale Decretum diei 12. Septembris 1716. et dentur Decreta in Seguntina diei 19. Sept. 1654. et 19. Martii 1675. »

Ad II. « Negative, nisi adsit consuetudo. »

Ad III. Quoad 1. « Dilata, et servetur Rescriptum in Panormitana diei 12. Aprilis 1823. ad Dubium IX. »

Quoad 2. « Serventur Rubricae. »

Ad IV. « Negative. »

Ad V. Quoad 1. et 2. « Genuflectant in infimo gradu simul cum Celebrante. »

Quoad 3. « Dilata. »

Quoad 4. « Detur Decretum in Vilnen. diei 22. Dec. 1753. nimirum genuflexione duplici adorandam esse Sacram Pyxidem palam expositam. »

Ad VI. Quoad 1. « Affirmative in Oratione quadraginta Horarum, et duplicibus primae et secundae Classis, negative vero in Festo, et per Octavam Sanctissimi Corporis Christi. »

Quoad 2. « Satis provisum in primo. »

Quoad 3. « Serventur Rubricae. »

Ad VII. Quoad 1. « Benedictionem capite detecto impertiendam esse in casu. »

Quoad 2. « Negative. »

Quoad 3. « Iam provisum in praecedentibus. »

Ad VIII. Quoad 1. « Negative. »

Quoad 2. « Pariter negative. »

Quoad 3. « Serventur Rubricae, et usus om-

nium Ecclesiarum, quae huiusmodi Casulas non admittunt. »

Ad IX. Quoad 1. « Negative. »

Quoad 2. « Negative circa Stolae delationem, et detur Decretum in Alexanen. diei 7. Sept. 1658. Circa Pileoli usum iuxta alias decreta negative in Processionibus Sanctissimi Sacramenti, in reliquis Functionibus posse ex universali consuetudine. »

Ad X. Quoad 1. « Titularem tantum nominandum esse, et detur Decretum in Santandrien. diei 19. Ianuarii 1797. »

Quoad 2. « Negative. »

Ad XI. Quoad 1. « Servetur Rubricae dispositio, et detur Decretum in Aquen. diei 2. Septembris 1741. ad Dubium IV. »

Quoad 2. « Posse recitari unicam Orationem iuxta Rubricas cum Sequentia. »

Quoad 3. « Detur Decretum in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Poloniae diei 29. Ianuarii 1752. ad Dubium XIV. »

Quoad 4. « Servetur Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 37. »

Quoad 5. « Absolutionem faciendam esse finita Missa iuxta Rubricas Missalis cap. XIII. num. 4. »

Ad XII. Quoad 1. 2. et 3. « Negative. »

Quoad 4. « Intelligitur concursus, qui sit extraordinarius, et relate ad Festa serventur Rubricae de Translatione Festorum, et a pari quoad Symbolam serventur Rubricae Missalis. »

Ad XIII. Quoad 1. « Affirmative. »

Quoad 2. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad XIV. Quoad 1. « Negative iuxta Decreta alias edita. »

Quoad 2. 3. 4. 5. « Servetur consuetudo. »

Quoad 6. « Ad Sacram Congregationem Inquisitionis. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. Die 22. Septembris 1837.

4815. BRUNDUSINA.

Quum Sacrorum Rituum Congregatio requisita fuerit a Canonico Cosma Marina loci vulgo Mesagne Dioecesis Brundusinae, quo loco procedere debeat Concentus musicus, vulgo *la Banda*, dum Sacris Processionibus intervenit? Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de mandato Sanctissimi hodierna die coadunati, rescripsere: « Assignetur locus ab Episcopo, verum ante utrumque Clerum. » Die 23. Septembris 1837.

4816.

BOVEN.

Ob nimiam aeris inclementiam hyemali praesertim tempore, et glacierum ac nivium incommoda quum difficilis admodum reddatur accessus ad Cathedralē Boven. Ecclesiam, atque ob maximam loci humiditatem non parum valetudini obnoxia sit diutina in illa permansio, Reverendissimus hodiernus Episcopus haec serio perpendens, ac insimul habito respectu ad tenuitatem Praebendarum, id sumpsit consilii, ut iterum Chori servitium ad Sextiarias reduceret, uti antea fieri consuevit, nam a Praedecessore immediato in Sede sua Episcopali ad Tertiarias servitium ipsum adactum fuisse comperuit. Nulla interim interposita mora Sacram Congregationem Eminentissimorum Patrum Sacri Concilii Tridentini interpetrum supplicem adivit idem Boven. Episcopus, factique seriem exponens religiosissime, renovatae consuetudinis quoad Sextiarias veniam insimul, et confirmationem exposcens. Ast quum ex requisitis, et exhibitis allegationibus compertum fuerit Sanctam Apostolicam Sedem alias Decretis Sacerorum Rituum Congregationis Cathedralis eiusdem Capitulo benigne indulsisse, ut post Vesperas anticipare posset Matutinum cum Laudibus insequentis diei, ac deinde ut semel tantum in die ad Ecclesiam accederent Capitulares Horis Canonicis Matutinis non minus quam Vespertinis, ac Missae Conventuali satisfacturi sine interruptione, ad eandem Rituum Congregationem iam praeventam res omnis definienda, ordinandaque transmissa fuit. Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi serio perpendentes in casu, de quo agitur, validissimas urgere rationes ad confirmandum Indultum ab Reverendissimo Episcopo suae Cathedralis Capitulo concessum, ac insimul constabiliendam certam methodum a Capitularibus omnino servandam, quin essentialiter recederent ab iis, quae ab Antistite Oratore indigitantur, in Ordinario Coetu subsignata die coadunati apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de mandato Sanctissimi, me infrascripto Secretario referente, statuerunt servitium Chorale a Capitulo Cathedralis Boven., ut hic adnotatur, in posterum servandum esse, nimirum.

I. A Mense Novembri ad integrum Mensem Aprilis servitium Chorale a Capitulo Cathedralis praestabitur per Sextiarias, adeo ut Capitulares teneantur, persoluta in Choro Hora Tertiae, assistere Missae Conventuali. In Quadragesima vero, et Vigiliis, in quibus duae Missae celebrandae

veniunt, teneantur etiam persolvere in Choro tam Sextae, quam Nonae Horas.

II. In Dominicis vero intra hos sex Menses occurrentibus teneantur integrum Officium in Choro persolvere, ac sine interruptione Missam Conventualem celebrare, iterato ad Cathedralē accedentes hora consueta Vesperis cum Completorio satisfacturi.

III. In Festis autem solemnioribus, nimirum omnium Sanctorum, Conceptionis Beatae Mariae Virginis, Nativitatis, Circumcisionis, et Epiphaniae Domini, nec non Purificationis, Annunciationis Deiparae, et in Festo Sancti Ioseph Sponsi, integrum Capitulum teneatur ad Chorale servitium stans a Rubricis Horis a primis Vesperis inclusive ad Completorium insequentis diei.

IV. Idem observandum, et omnino exequendum per integram maiorem Hebdomadā, ac in die Paschatis, et duobus insequentibus Feriis.

V. In reliquis vero mensibus servitium Chorale praestabitur pariter per Sextiarias more consueto; verum in Dominicis et Festis tum primae, tum secundae Classis, et per integram Octavam Sanctissimi Corporis Christi, singuli de Choro integrum servitium praestare cogantur statutis a Rubricis temporibus, et horis.

VI. Tandem ut omnis via praeccludatur dissensionibus, quae forte oriri possent ex imminutione servitii tempore hyemali, nimirum per sex enunciatos menses, nec minima omnino fiat variatio quoad Praebendas, et Punctaturas: satis enim obeunda tunc temporis incommoda suppleat Choralis servitii imminutioni.

Atque ita rescripserunt, sanxerunt, ac quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus, in posterum strictim servandum esse mandarunt, Die 23. Septembris 1837.

4817. CASALEN.

Beatissime Pater.

Ad Pedes Sanctitatis Tuae humiliter provoluti Praepositi, et Canonici Collegiatae insignis Sanctae Mariae Novae Oppidi Lii Casalensis Dioecesis devotissime exponunt a suprema benignitate Benedicti Papae XIV. fel. rec. Praedecessoris tui indultum obtinuisse vestiendi in quibuslibet Functionibus Capparum insignis *ormesini violacei coloris*, ut ex Bulla V. Kalendas Maii MDCCXLVIII.

Ast (qua de causa ignoratur) Canonici tunc temporis loco *ormesini violacei coloris*, sericeo *coloris cremisini* ad instar Cathedralis usi sunt, idque servarunt usque in hodiernum diem, atque sic induti pluries adstiterunt tam coram Episcopo exercente, quam Canonicis Cathedralis, et in

tempore Synodi, nemine contradicente, aut impugnante.

Occasione vero Pastoralis Visitationis tribus abhinc annis peractae Canonici Cathedralis recursum porrexerunt Episcopo actu visitanti, ubi instanter petiverunt, ut Canonicos Collegiatae huius perstringat ad utendum colorem violaceum in Bulla concessionis signatum, et cremisinum deponendum.

Quapropter Canonici Collegiatae praedictae elapso Anno apud Sanctitatem Tuam suppliciter expostularunt, ut loco *ormesini violacei coloris*, colorem purpureum permittere dignareris, sed a Sacra Rituum Congregatione istiusmodi postulatio reiecta fuit.

Verum quum Ormesinus violacei coloris apud sericarum telarum mercatores amplius non reperitur quia a pluribus annis obsoletus, ideo Canonici praedictae Collegiatae humanissime iterum supplices apud Sanctitatem Tuam sistunt, ut loco *ormesini violacei coloris*, sericum ignei coloris, seu purpureum praedictum benigniter concedere digneris, ut in usu est in nonnullis Pedemontanae Ditionis Collegiatis, consentientibus unanimiter Canonice Cathedralis una cum Episcopo. Quare etc.

Propositis huiusmodi precibus in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in sensu fuerunt, ut scriberetur Reverendissimo Episcopo Casalen. ut sequitur.

Reverendissime Domine uti Frater.

In Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria subscripta die coadunata iterum per R. P. D. Secretarium eiusdem relatae sunt preces Canonicorum Collegiatae Ecclesiae Oppidi Lii vulgo nuncupati istius Casalen. Dioecesis, quas Amplitudo Tua in hunc eundem fasciculum coniectas reperiet. Sed Eminentissimi Patres noluerunt aliquid decernere super expositis, satiusque duxerunt ad quaestiones vitandas sequenti modo rescribere. « Episcopo pro Informatione super veritate expositorum, et Oratores exquirant consensum Capituli Cathedralis. » Dignetur itaque Amplitudo Tua Sacram Congregationem de omnibus certiore reddere, praesertim super totali defectu serici coloris a sa: me: Benedicto XIV. praescripto in Cappae eorumdem, atque Canonicos ipsos monere ut supplicii prece istius Capituli Cathedralis in Scriptis consensum petant, et reportent, qui in forma authentica Sacrae Congregationi est exhibendus. Et Amplitudo Tua diu felix, et incolumis vivat.

Romae 23. Septembris 1837.

Revmo Domino uti Fratri Episc. Casalensi.

4818.

MELITEN.

Quum sit in votis Sacerdotibus Congregationis erectae in Ecclesia Collegiata, et Parochiali Civitatis Conspicuae Meliten. Dioecesis ea, qua par est sedulitate Fideles coadiuvare, dum vel infirmitate laborant, vel morti proximi reperiuntur, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarunt, uti hisce in casibus in Missa addi possit *pro infirmo*, vel *morti proximo* prout necessitas efflagitaverit. Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de mandato Sanctissimi coadunati in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, rescribendum censuerunt. « Pro gratia, verum gravibus in infirmitatibus, a Consodalibus tantum et in Ecclesia Congregationis. » Die 23. Septembris 1837.

4819.

NEMAUSEN.

Episcopus Nemausensis in Gallia, quamvis annum octuagesimum septimum agat, bona tamen valetudine, atque intellectualibus facultatibus integre gaudet; quapropter ad Sanctitatis Tuae pedes provolutus, enixe exquirat: Utrum alio Sacerdote Missae Sacrificium celebrante, sibi in scamno sedenti suae Dioecesis Clericis Ordines Sacros conferre liceat, ne Clerici ipsi cum gravi incommodo adigantur ad conterminos Antistites accedere pro Ordinatione? Et Sacra Rituum Congregatio ad Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de Mandato Sanctissimi in Ordinario Coetu coadunata, referente me infrascripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit. *Non licere.* Die 23. Septembris 1837.

4820.

ORIOLEN.

Perdurantibus belli civilis calamitatibus in Regno Hispaniarum accidit ut Reverendissimus Oriolen. Episcopus superiori Anno 1836. Olea Sacra Feria quinta in Coena Domini consecrare nequiverit pro solemnibus benedictione Fontium Baptismalium Parochialibus in Ecclesiis peragenda insequente Sabbato Sancto, neque eadem Olea a vicinioribus Episcopis Parochi habere potuerint, siquidem ob communia incommoda pene omnes Episcopales Sedes proprio sunt viduatae Pastore, ita ut communicationibus interceptis grex a Pastore, Filii a Parente, Ecclesia ab Episcopis non sine magno animarum salutis detrimento separantur. Huiusmodi in angustiis constituti Parochi Praebendati Oriolen. Dioecesis diversas inter se protulere sententias, et nonnullis negantibus, bene multi opinabantur benedictionem solemnem Fon-

tium Baptismalium perfici posse adhibitis Oleis superiori Anno consecratis. In qua opinionum, et sententiarum varietate, id sumpsere consilii, ut Sacram hanc Rituum Congregationem requirerent, ut certam sequerentur regulam in re tanti momenti, ac propterea insequentia Dubia enodanda humillime proposuerunt, nimirum.

1. An talis benedictio (Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto) fieri debeat cum Chrismate, et Oleo praecedentis anni, an potius omittenda sit infusio Chrismatis, et Olei usque dum accipiantur recenter consecrata? (1)

2. An in Baptismo solemnium infantium utendum sit huiusmodi Aqua benedicta quidem cum

(1) Benedictio fontis Baptismalis praecipuus est ex antiquioribus ritibus, quos ex veteri disciplina sumpsit, et adhuc retinet Ecclesia, et haec Benedictio duobus praesertim anni temporibus peragebatur solemniter, nempe in Paschate et Pentecoste, quemadmodum duobus hisce temporibus solemniter Baptisma conferebatur. Insignis est hac in re Tertulliani locus lib. de Baptismate cap. 19. ubi haec leguntur: *Diem baptismo solemniorum Pascha praestat, cum et Passio Domini in quo tingimur adimpleta est, nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum Pascha Dominus esset acturus misit discipulos ad praeparandum: Inventietis hominem aquam baiulantem Paschae celebrandae locum de signo aquae ostendit... Exinde Pentecoste ordinandis lavacris latissimum spatium est, et gratia Spiritus Sancti dicata ut spes adventus Domini subostensa, quod tunc in Coelos recuperato Eo, ad Apostolos dixerunt sic venturum quemadmodum et in Coelos ascendit utique in Pentecoste.* Asserit hic primo Tertullianus, Christum Pascha baptismo consecrasset; docet secundo decens esse ut expletis per quadragesimale tempus Dominicae Passionis mysteriis celebretur baptismus qui suam ab illa recepit virtutem, insuper inquit diem Pentecostes etiam baptismi Sacramento sapienter destinatum esse, quod Resurrectione Domini Spiritus Sancti delapsu, et alterius Christi adventu spe commendetur. Et sanctus Leo veterem Ecclesiae praxim praescribens epistola ad Episcopos Siciliae asserit, sacerdotes qui die Epiphaniae catechumenos baptismate solemnium consecrant: *Ab Apostolicae Sedis consuetudine discrepare, solosque Paschatis et Pentecostes dies baptizandis in Ecclesia electis secundum apostolicam regulam esse praescriptos.* His similia scripsit Siricius, eadem Gelasius. Id constanter asserunt Rerum Liturgicarum Scriptores, probantque auctoritate Sanctorum Patrum. Ex libris, qui Dionysio Areopagita Pauli Apostoli Discipulo tribuuntur erulur Fontis baptismalis benedictionem ab illis usque temporibus extitisse. Describens ille sacras caeremonias, quibus Baptisma in publico Fidelium conventu conferebatur, haec habet: *Ipsae autem (nempe baptizandus) ad adoptionis matrem (nempe fontem) vadat, cuius aquas, posteaquam sacris invocationibus sanctificavit Pontifex, necnon tribus unguenti sacratissimi, crucis forma, effusionibus, totidem sacri unguenti appositionibus, sacrosanctum Deo afflatorum Prophetarum, divinae aspirationis hymnum concinendo consecravit . . . adduci virum iubet . . . ter eum immergit, sub trina immersione, atque emersione has divinas beatitudines, ac personas invocando.* Quem ritum non recentibus saeculis, non Dionysii aetate, sed iam antea in Ecclesia fontem ad baptismum conferendum olei infusione, Crucis significationibus, orationibus, Sanctissimae Trinitatis invocatione benedici consuevisse, ex eius loquendi modo facile agnoscitur. Ex qua Olei, et Chrismatis commixtione indicatur coniunctio Christi per baptismum cum populis Ecclesiae: *aquae multae populi multi*, et Christi nomen, id est uncti ab Oleo, et Chrismate deducitur.

Et quamquam olim multis, sacrisque ritibus nulla certa dies praefixa fuerit, immo tribus Ecclesiae saeculis, persecutorum metu clam, et quibus poterant diebus celebrarentur, data tamen Ecclesiae pace, sua sunt tempora assignata, praesertim ubi aliqua mystica ratio postulabat. Et de confectione Chrismatis praefixa Feria quinta in Coena Domini sic scribit Sanctus Isidorus Episcopus Hispalensis lib. 1. de Officiis Ecclesiasticis cap. 28., quod de Coena Domini inseribitur. *Qua die etiam (Feria quinta in Coena Domini) Sanctum Chrisma conficitur, quia ante biduum Paschae Maria caput, et pedes Domini unguento perfudisse perhibetur.* Neque enim Episcopo fas est alia die Chrismatis, ac Oleorum benedictionem peragere, neque Parochis fas est alio uti Chrismate, aut Oleo Catechumeno-

reliquis Caeremoniis Missalis, sed absque consecratione, seu mixtione Sacrorum Chrismatis, et Olei: an vero Aqua consecrata praecedenti anno, quae ad hunc finem conservetur? (1)

III. An supposito quod Aqua baptismalis be-

nedicta sit cum veteribus Oleis, eo quod recenter consecrata non habeantur, infundi debeat in Piscinam simul ac nova recipiantur Olea, et iterum cum his alia benedicta sit Aqua iuxta Caeremonias Ritualis Romani: an vero illa conservari,

rum, quam illis, quae eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria quinta in Coena Domini. Quod palam eruitur ex Rituali Romano cap. *de Sacris Oleis, et aliis requisitis*, ubi edicitur: *Curet Parochus ut ea suo tempore quamprimum habeat, et tunc vetera in Ecclesia comburat*: quae combustio post novam Oleorum benedictionem ab Episcopo peractam Feria quinta in Coena Domini, nititur Canon: *Litteris, de Consecratione, Distinctione III.* desumpto ex Epistola II. Fabiani Papae ad Orientales Episcopos data, quae licet supposititia sit, sicut et aliae eiusdem Pontificis Epistolae, antiquus est nihilominus ritus in citata Epistola praescriptus, ut scilicet *Chrisma per singulos annos in iam dicta die sit innovandum, et vetus in sanctis Ecclesiis cremandum.*

Quum itaque Oleorum benedictio quotannis facienda ex antiquissima proveniat traditione, quumque ea Olea quotannis Parochus renovare teneatur, veteribus in Ecclesia combustis, patet benedictionem Fontis Baptismalis duobus Sabbatis Paschae, et Pentecosten peragenda esse infusione Oleorum eo anno benedictorum, neque ignoratur graviter Sacerdotem peccare, graviterque puniendum, qui veteri Oleo benedicto, recentiori posthabito, uteretur. Sed tamen intelligendum est, ubi necessitas non cogeret ad id faciendum. Urgente quippe necessitate, novoque Oleo benedicto deficiente, recte adhiberi posse vetus Oleum benedictum respondit Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium die 20. Maii 1590. apud Gavantum in Manuali Episcoporum verbo: *Extrema Unctio*, et Sanctus Carolus in Institutionibus de Baptismi administratione pag. 502. sic ait: *Veteri autem vel Oleo Sancto, vel Chrismate non utetur Parochus, scilicet nisi, antequam novum habeatur, necessitas illius utendi inciderit.* Et re quidem vera Rituale Romanum cap. *de Sacramento Baptismi rite administrando*, et Titulo citato *de Sacris Oleis requisitis* ait: *Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur*; qua urgente necessitate, non modo indulget ut Parochus utatur Oleis benedictis Anno praecedenti, sed etiam, si haec vetera Olea pauca sint quantitate, et *deficere videantur, et Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud Oleum de Olivis adiiciatur non benedictum, sed in minori quantitate.* Ergo a fortiori, si cogat necessitas, uti poterit Parochus veteribus Oleis, quibus necesse non est, ut Oleum non benedictum infundatur. Necessitatem autem urgere in proposito casu Oriolen. patebat, quia nova Olea neque benedicta erant ab Episcopo, qui a Sede sua divulsus fuerat, neque ob belli civilis pericula alio sumi poterant. Aliunde autem baptismalis Fontis benedictio, quae ab ipso Ecclesiae initio est repetenda, omitti nequaquam debebat. His innixa auctoritatibus, inhaerendo Resolutioni Congregationis Episcoporum, et Regularium, Instructioni S. Caroli, nec non ipsi dispositioni Ritualis, Sacra Congregatio rite primae dubii parti affirmativa responsione occurrendum esse censuit.

Quoad alteram vero partem, licet Olei Sancti, et Chrismatis infusio non sit absolute necessaria pro collatione Baptismi ut materia, forma, Minister, et quamvis Aqua naturalis sive ea maris sit, sive fluminis, sive fontis apta sit Baptismo; tamen quoniam huiusmodi institutio ex Apostolica, et antiquissima Traditione accepta et adprobata est, et quoniam ex antiquis temporibus observatum est ab Ecclesia, ut aqua pro conferendo Baptismo solemniter benedicatur, et consecratur ut supra indicatum est, eam omittere non licet, nisi causa necessitatis; quae necessitas in proposito casu non existebat, quum haberi possent Olea praecedentis anni: hinc negative responsum est, eo vel magis, quod infusio Chrismatis, et Olei in Fonte baptismali ita coniuncta videtur cum ipsius fontis benedictione, ut ab ea separari minime queat.

(1) Huius dubii responsio, et haec quidem negativa ad utrumque, pendebat ex hactenus dictis in adnotationibus. Quum enim consecratio, seu mixtio Sacrorum Chrismatis, et Olei in Aqua, quae

et uti debeat usque ad benedictionem in Vigilia Pentecostes, prout in Missali? (1)

IV. An in Baptismo solemniter unguendi sint in-

fantes Oleo, et Chrismate praecedentis Anni, dum recenter consecrata non habeantur, an vero omit-
tenda sit haec Caeremonia, et postea supplenda

Baptismo deservire debet, utpote antiquissimae traditionis omitti non debeat praeter absolutam eorum deficientiam; haec autem deficientia absoluta non aderat, quia, iuxta ipsum Rituale Romanum, in aliquo casu, cuiusmodi certe est ille propositus, admittit posse Parochum uti Oleis anni praecedentis, iam omitti non debebat consecratio, seu mixtio Oleorum, neque adhibenda erat Aqua, quae consecrata fuerat praecedenti anno, et quae ad hunc finem conservatur, quod patet etiam fieri debuisse novam Fontis benedictionem cum Oleis anni praecedentis.

(1) In hoc dubio quaeritur an postquam Fontis baptismalis benedictio cum Oleis anni praecedentis peracta est, eo quod nova suo tempore haberi a Parochis nequiverint, si eveniet quod inter Sabbatum Paschatis ac Sabbatum Pentecostes habeantur nova Olea rite eo anno benedicta, cum his Fontis baptismalis benedictio sit iterum perficienda, proiecta in piscinam aqua, quae cum veteribus Oleis benedicta fuit? In solutione huius dubii advertendum erat nova Olea benedicta vel a proprio Episcopo esse recipienda, vel ab Episcopo alieno, sed cum Ordinarii licentia, uti expresse sub gravissimis poenis iubent passim Sacrae Synodi, inter quas Carthaginiensis IV. anni 398. can. 36. ita mandat: *Presbyteri, qui per Dioeceses Ecclesias regunt, non a quibuslibet Episcopis, sed a suis, neque per iuniorem Clericum sed aut per se ipsos, aut per illum, qui Sacrarium tenet, ante Paschae sollemnitate Chrisma petat.* Synodus Vasensis anno 442. can. 3. et aliis omissis, Concilium Provinciale Beneventanum V. an. 1331. cap. 49. His adnotatis, ad dubium quod spectat, adest quidem in Rituali Romano Ritus quo fit benedictio Fontis baptismalis extra Sabbatum Paschae, et Pentecostes, at in eo tantum casu, quum aqua consecrata non habeatur, quia evenire potest, ut aqua ipsa consecrata usui amplius esse non possit. Non enim benedictio aquae baptismalis ita est alligata Sabbatis Paschae, et Pentecostes, ut extra haec tempora fieri minime valeat, sed Rituale Romanum titulo de *Materia Baptismi* tres casus enumerat, in quibus haec benedictio extra praedicta Sabbata fieri possit; ait enim: *Si vero corrupta (aqua) fuerit, aut effluerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem benedictum, ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedical ex formula, quae infra praescribitur.* Quorum casuum quum nullus in proposito Dubio verificetur, sed e contra aqua consecrata habeatur, et quum imo praescribat eodem loco Rituale Romanum, ut *si Aqua benedicta tam immixta sit, ut minime sufficere videatur* (ne verbo quidem facto novae benedictionis) alia non benedicta admisceri possit, in minori tamen quantitate, non videtur quid caussae sit, ut repetatur benedictio extra duo dicta Sabbata, ex eo tantum quod facta fuerit cum veteribus Oleis. Neque inconsulto, sed prudenti sane consilio Ecclesia retinet usus benedictionis sollemnis Fontis baptismalis duobus Sabbatis Paschae, et Pentecostes; nam olim duo in toto integro anno ad recipiendum baptisma erant tempora designata, nisi aliqua administrandi extra haec tempora istiusmodi Sacramentum necessitas occurreret; (quia in eo casu quacumque die et hora conferri poterat baptisma) vigilia nempe Paschatis, et Pentecostes, et quoniam sollemnis haec fontis benedictio non peragebatur, nisi simul et baptisma solemniter conferretur, tunc factum est, ut sicut in duobus Paschatis, et Pentecostes sollemnitate Baptisma solemniter conferebatur, ita hae festivitates sollemni fontis baptismi benedictioni fuerint assignatae, et nostra etiam aetate retineantur. Ecclesia enim quamvis plurima de veteri disciplina remisit, nonnulla tamen eiusdem disciplinae vestigia conservavit, ne omnia penitus reliquisset videretur. Quarum duarum Vigiliarum quum pro conferendo baptismo meminit Tertullianus cap. 16. de Baptismo, et Sanctus Syricius in Epistola ad Hymerium prohibet, ne in aliis diebus, quam Sabbato Sancto, et Pentecoste conferatur Baptisma, *quam regulam omnes teneant Sacerdotes, qui nolunt ex Apostolica Petra, supra quam Christus universalem construxit Ecclesiam, divelli.*

Neque mysterio aliquo vacat sollemnis benedictio Fontis et collatio Baptismi duobus Sabbatis

quum novum Oleum, et novum Chrisma recipiantur? (1)

Huiusmodi Dubiis per me infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus ad Vati-

Paschae, et Pentecostes; id enim fit dicta Nona, quia in eadem hora Cornelius a Sancto Petro baptizatus fuit *Raban. lib. 4. cap. 28.*, et quia eadem hora Christus expiravit; baptismus enim significat mortem Christi et Sepulturam eiusdem *ibid. cap. 6.* unde fit ut in Sabbato Sancto et Sabbato Pentecostes baptismus solemniter cum Aqua solemniter benedicta conferatur. Postremo duo Sabbata tantum Paschatis, et Pentecostes Baptismate coluntur solemniter ex *Leonis epist. 4. cap. 5.* et habetur *distinct. 4. de consecratione, Duo tempora.* Imo ex *Syricio eadem distinct. Non ratione*, mirum ut primum sit Filii, alterum Spiritus Sancti, ne videatur differentia inter Filium, et Spiritum Sanctum, quorum est aequae mundare animas a peccato ait *Raban. lib. 2. cap. 42.*

Quum itaque in proposito Dubio nulla ex causis concurrat, ob quas Rituale Romanum benedictionem Aquae Baptismalis permittit extra Sabbata Paschae, et Pentecostes, quumque non vacet mysterio quod ea benedictio fiat dictis duobus Sabbatis, ea sententia amplectenda est, ut firma remanente benedictione iam facta cum Oleis anni praecedentis, pro nova benedictione cum novis benedictis Oleis expectetur Vigilia Pentecostes, ac proinde *negative ad primam partem*, responsum consulto a S. C. fuit, *ad secundam vero affirmative.*

(1) Oleo Sacro inungi baptizandum ritus est Ecclesiae antiquissimus, cuius et antiqui Patres, et Rituales Codices passim meminere. Duo autem sunt huiusmodi Uctiones; prima ante Baptismum Oleo, quod Catechumenorum vocatur; et fit quemadmodum antiquitus, nunc etiam in pectore, et inter scapulas in modum Crucis. Quem ritum Sanctus Carolus in suis Institutionibus de Baptismi administratione, cap. de Caeremoniis, quae priusquam Baptismus ministretur, adhibentur pag. 550. col. 2. sic explicat; *Obsignantur praeterea Oleo Sacro figura Crucis pectus, et scapulae, ut intelligamus eos, qui Baptismo iniantur, quasi Christi Athletas, ait Sanctus Ambrosius luctamen huius saeculi luctaturos, solent enim luctantes inungi. Deinde ut sciamus Baptismi gratiam non nostris meritis, sed Christi beneficio, et gratuita misericordia donari, quae Oleo significatur.* Addit deinde alias interpretationes, a quibus recensendis abstinemus, quum eas possit quisque per se consulere. Altera Uctio praescribitur post Baptismum Sacro Chrismate in summitate capitis in modum Crucis, de qua verticali unctione frequens occurrit mentio apud veteres Scriptores, et in antiquis Sacramentorum Codicibus. Cur autem Baptizatus Chrismate in capitis vertice perungentur explicat Concilium Tridentinum Catechismus Part. 2. de Baptis. Sacram. num. 60. his verbis: *Iam postquam Baptismus absolutus est, Sacerdos summum Baptizati verticem perungit, ut intelligat se ab eo die Christo Capiti tamquam membrum coniunctum esse, atque eius corpori insitum, et ea re Christianum a Christo, Christum vero a Chrismate appellari.*

Quaerebant autem Parochi Praebendati Cathedralis Oriolen. an iuxta propositum casum in Baptismo solemniter infantum duo huiusmodi unctiones fieri debeant Oleo, et Chrismate praecedentis Anni, quum recenter consecrata non habentur, an vero omittenda sit haec Caeremonia, et supplenda quum novum Oleum, et novum Chrisma accipiantur? Certum equidem quod Parochus, sive Sacerdos alius, qui de illius licentia baptizat, cavere debet, ut inquit Sanctus Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. Cap. *Quae pertinet ad Sacramentum Baptismi*, cavere, inquam, debet, ne ad infantem baptizandum alio Chrismate utatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est, ut veteri Canone cautum est. Id tamen, ut in primi Dubii adnotatione advertebatur, intelligendum est, ubi commode fieri potest. Ubi enim Oleum recens benedictum haberi non possit, vetus adhiberi posse supra probatum fuit ex Decreto Sacrae Congregationis Episcoporum, et Regularium apud Gavantum, ex eodem Sancto Carolo, et ex ipso contextu Ritualis Romani cap. de *Sacris Oleis.*

Et certe quamquam sacrae omnes Caeremoniae sive illae Baptismum praecedant, sive comitentur, sive subsequantur, non sint ad eiusdem Sacramenti validitatem necessariae, nihilominus non debent ullatenus omitti, nisi quibusdam in casibus, quos recenset Rituale Romanum in fine capitis:

canum habitis quinto Idus Martii vertentis Anni, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi nil decernere rati sunt, sed rescribendum censuerunt: « Ponatur in Folio, et scribat Magister Caeremoniarum. » Iterum quocirca proposita Causa in novo Ordinario Conventu Sacrorum Rituum subsignata die coadunato, ac proposito Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, re mature perspecta, diligentique examine cribrata, tandem Sacra eadem Congregatio mentem suam aperuit, ac propositis Dubiis a Parochis Praebendis Oriolen. Ecclesiae iuxta enunciatum Votum rescripsit, nimirum.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Negative ad utrumque, sed fieri debet nova Fontis benedictio cum Oleis anni praecedentis, seu provisum in prima parte superioris Dubii. »

Ad 3. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 4. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Atque ita rescripsit. Die 23. Sept. 1837.

4821. ORD. BEATAE MARIAE VIRG.

DE MERCEDE.

Quum Alumni Ordinis Beatae Mariae Virginis de Mercede Apostolico gaudeant Indulto sexto Idus Octobris quotannis cum Officio sub ritu duplicis primae Classis cum Octava recolere Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum Ordinis ipsius, nonnulla Dubia in praesentiarum excitata, Sacrorum Rituum Congregationi haece concepta terminis pro opportuna solutione proposuere, nimirum:

1. An praedictum Officium die decima Octobris persolvendum sit iis in Coenobiis tantum, in quibus certo constat adiectas Ecclesiae fuisse consecratas, an vero in omnibus Ordinis Coe-

Ordo baptismi adullorum, his verbis: Si ob baptizandorum multitudinem, ut in India et novo Orbe, quandoque contingit in singulorum baptismo praescripti ritus adhiberi non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel si urgeat necessitas omittantur. Certum equidem adesse in Rituali Romano Ordinem supplendi omissa super baptizatum, quae vetus est Ecclesiae praxis, et cuius multae sunt rationes, quas adnotavit Sanctus Thomas Part. III. quaestion. 70. art. 3. et Guillelmus Estius in lib. 4. Sententiarum, distint. 6. §. 5. ut certum est pariter sacras preces, et caeremonias praetermitti non posse nisi urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, nimirum ut explicat Catalanus *Commen. Ritual. Roman.* ad hunc locum cap. 5. vel apud haereticos, vel quocumque errore. Quae conditio periculi mortis, alteriusve urgentis necessitatis deest in casu proposito, in quo, eo ipso quod agitur de solemnibus Baptismo, omitti non debent unctiones Olei et Chrismatis, ne Sacramentum sua careat solemnitate. Quae Olea licet benedicta sint anno praecedenti, quum nova ob miseram Hispanici Regni conditionem haberi non possint, recte verificari videtur necessitas iis utendi, eo vel magis quia benedictio praecedentis anni nihil impedit, quominus mystici effectus, ad quos huiusmodi unctiones dirigi supra innuimus, obtineantur. Quae ratiocinatio, ut magis magisque elucescat, sic iuvat argumentari. Si caeremonia unguendi Oleo, et Chrismate infantes in Baptismo ideo est omittenda, quia non expedit in ea adhiberi Olea praecedentis Anni, aut infantes baptizandi sunt sine hac unctione postea supplenda cum novis Oleis, aut relinquendi sunt sine Baptismo donec novum Oleum, et Chrisma recipiantur. Atqui neutrum fieri potest; nam primum non patitur Rituale Romanum, quod disponit conferri posse Baptismum sacris precibus, ac caeremoniis omissis tantum urgente mortis periculo, aut alia cogente necessitate: quod periculum vel necessitas in proposito casu, quum agatur de solemnibus Baptismo, non verificatur: alterum non patitur spiritualis salus infantum, quia quum incertum sit quando recipi possint novum Oleum et novum Chrisma, deliberate, et scienter differri deberet Baptismum maximo infantum periculo, cui prospiciens Rituale Romanum Cap. de baptizandis parvulis §. 1. ait: *Opportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes . . . quamprimum fieri poterit . . . deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis.* Restat ergo ut concludatur in deficientia novorum Oleorum, nihil obesse quomodo in solemnibus Baptismo ungantur infantes Oleo, et Chrismate praecedentis anni: quibus omnibus perpensis, et his iuncta S. C. affirmative ad primum respondit, et negative ad secundum.

nobiis, etiam si Ecclesiae adnexae non sint consecratae? (1)

2. An in omnibus Coenobiis, sive certe sciatur, sive non sciatur dies consecrationis, vel dedicationis Ecclesiae, persolvi debeat Officium consecrationis die decima Octobris fixe assignata pro Festo Dedicationis omnium Ecclesiarum Ordinis?(2)

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum coadunata quinto Idus Martii verentis Anni, nil rescribendum censuit quin antea exquiretur Votum alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris. Quo habito Voto in scri-

ptis pandito, relataque iterum Instantia in novo Ordinario Coetu subsignata die coadunato, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, audita fideli relatione ab me infrascripto Secretario facta, rescripsere: « Iuxta Votum ipsius Caeremoniarum Magistris: » videlicet.

Ad 1. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative, seu iam provisum in primo. »

Atque ita servandum mandarunt. Die 23. Septembris 1837.

(1) Dupliciter Ecclesiae Dedicationis Officium, aut Festum considerari potest; quum nempe Ecclesia solemniter ritu consecratur, et quum dies huius consecrationis recurrit. Prima vere dicitur estque Consecratio, seu Dedicatio; altera, quae singulis annis recoli solet, est anniversaria Dedicationis olim peractae memoria. Utraque licet una minus, alia maius proprie, Ecclesiae Dedicatio appellatur, et sic duplex est Dedicationis Officium. Alterum, quod semel tantum peragitur, alterum quod quovis Anno, ea ipsa recurrente die, celebratur, et est anniversarius diei dedicationis. Iam si Officium dedicationis, quod celebratur singulis annis, est quaedam, et vera anniversaria memoria Ecclesiae iam peractae semel consecrationis, requiritur fieri non posse Officium dedicationis Ecclesiae, quae non est consecrata; quod enim numquam peractum est, numquam pariter recoli potest tamquam peractum. At in Ecclesia non consecrata alterius Ecclesiae consecratae fieri potest anniversaria memoria sive Sacrum de illius consecratione peragendo, sive Officium persolvendo, quemadmodum evenit in unaquaque Dioecesi, in cuius omnibus Ecclesiis etiam non consecratis fit Officium dedicationis Ecclesiae Cathedralis, ut patet ex Decretis Sacrorum Rituum Congregationis, et ex Rubrica, quae in Missali in Missa Anniversarii dedicationis Ecclesiae Orationi secretae praefixa videtur: *Extra Ecclesiam ipsam dedicatam omittitur Parenthesis*: Quod in his ex lege, et Decretis, ac Rubricae dispositione fit, fieri potest in Ecclesiis, quibus a Sancta Sede privilegium est concessum Officium nempe peragendi de Dedicatione alterius Ecclesiae vel aliarum simul sumptarum Ecclesiarum. Iam quum inclitus Ordo Beatae Mariae Virginis de Mercede privilegio gaudeat peragendi Officium de Dedicatione Ecclesiarum totius Ordinis, iure huiusmodi Officium fieri potest, et nihil impedit, quominus fiat in iis Ordinis Ecclesiis, quae consecratae non sunt, sive Ecclesia non consecrata non est impedimentum ad illud peragendum; nam non de illius consecratione memoria agitur; semper autem Officium facit de Ecclesia, quod ex vi privilegii facere potest, semel ac de Dedicatione Ecclesiarum sui Ordinis peragit Officium; et quum in privilegii concessione nulla ponatur distinctio, nulla pariter ponenda est pro illis Coenobiorum Ecclesiis, quae consecratae non sunt. Privilegium autem non Ecclesiis singularibus, non singularibus Coenobiis, sed universo Ordini datum est, atque hinc omnibus eiusdem Ordinis Ecclesiis est commune. Quibus perpensis, S. C. *negative primae parti, affirmative alteri parti* huius dubii respondit.

(2) In huiusce dubii solutione, haec advertere necesse erat. Si certe sciatur aliquam Ecclesiam non esse consecratam, vel iure de consecratione dubitetur, huius quidem Ecclesiae dedicationis Officium fieri nequit. Sic statuit Sacra Congregatio. Non ita tamen si constet de Consecratione, consecrationis vero dies ignoretur: tunc enim Ecclesiae consecrationis Officium peragi debet, et eo die ad hoc assignato, nisi postea per documenta detegatur verus consecrationis dies, tunc enim in hoc est peragendum. In casu proposito nec certo constat Ecclesias omnes non esse consecratas, nec iure dubitari potest de consecratione omnium Ecclesiarum Ordinis simul sumptarum (ad quod peculiariter privilegium concessum est); hinc iure fieri Officium potest ab omnibus eiusdem Ordinis Ecclesiis. His addendum est quod quum privilegium complectatur dedicationem omnium Eccle-

4822.

SUTRINA.

Decimoquinto Kalendas Aprilis vertentis Anni, Feria nimirum secunda maioris Hebdomadae Bassani, quod est Oppidum intra fines Dioecesis Sutrinae in Parochiali Ecclesia Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae decantata fuit Missa Solemnis *de Requite* pro Defuncto, Sabbato immediate praecedenti, quamvis Cadaver tumultum fuisset, siquidem Dominica in Palmis praecedentis funus institui nequivit tum ob solemnes Functiones dicta Dominica peragendas, tum ob Populi concursum Communionis Paschalis praecepto satisfactori inibi convenientis. Quamvis autem Sacerdos Ioseph Iozzi memoratae Ecclesiae Archipresbyter probe sciret id fieri posse ex Rubricis et Decretis Sac. Rit. Congreg., et praesertim in una Tuden. diei 7. Septemb. 1816. ad Dubium XLIII., in quo praescribitur: « Missa *de Requite* cantata ut in die obitus celebranda est pro nuper Defuncto, cuius Cadaver ob rationabilem causam pridie fuerit tumultum; dummodo non sit duplex primae, aut secundae Classis, aut festivum de praecepto: » attamen non defuere aliter opinantes, ac proinde pro suae conscientiae tranquillitate hanc ipsam Sacram Rituum Congregationem supplex adivit idem Parochus, ac insequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. An in facto bene se gesserit?

2. An Dominica Palmarum quum sit primae Classis possit celebrari Missa Defunctorum praesente Cadavere?

Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu subsignata die coadunati apud Sanctam Mariam supra Minervam de mandato Sanctissimi loco Palatii Apostolici Quirinalis, audita fideli relatione a me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt. « Affirmative ad utrumque. »

Die 23. Septembris 1837.

siarum Ordinis, fieri nequit ut rationabile oriatur dubium de dedicatione omnium, et admitti debet aliquas esse consecratas, quod sufficit, et hinc fieri debet Officium, et eo die (per doctrinam superius allatam) cui illud est assignatum, nempe die X. Octobris quum hic dies sit assignatus, nec diversimode constet.

Quum vero fiat Officium de dedicatione omnium Ecclesiarum simul Ordinis, alterum propriae Ecclesiae consecratae Officium alio die fieri nequit; nam eo die, quo fit de dedicatione omnium Ecclesiarum Ordinis, intelligendum est fieri etiam de dedicatione propriae, et singularis Ecclesiae; omnes enim pariter in Privilegio comprehensae censentur. Alias de una eademque Dedicatione bis fieret Officium, quod non debet omnino. Una enim et sola est Anniversaria Dedicationis memoria. Patet itaque sapienter respondisse S. C. *affirmative*, seu iam provisum esse in praecedentis dubii responsione.

4823.

ORDINIS

CARMELITARUM DISCALCEATORUM.

Quum duo Dubia Sacrorum Rituum Congregationi enodanda proposuerit Reverendissimus hodiernus Procurator Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, nimirum.

1. An in Ecclesiis, ubi morantur, absque tamen Religionis habitu, Alumni Ordinis Eremitarum Discalceatorum teneantur omnes uti Missali Ordinis iuxta concessionem factam de Anno 1777?

2. An Sacerdotes exteri adigi possint uti praedicto Missali etiam si color Ecclesiae respondeat Officio ab ipsis persolvendo?

Sacra eadem Congregatio apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de Mandato Sanctissimi coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit. « Negative quoad utrumque. » Die 23. Septemb. 1837.

4824.

SPOLETAN.

Perill. et Rev. Domine uti Frater.

Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarunt Prior, et Archidiaconus Dignitates istius Metropolitanae Ecclesiae Spoletanae declarari utrum ipsis, qui ex Apostolicis Litteris in forma Brevis expeditis die 13. Aprilis anno 1802. accensentur albo, et numero Praelatorum Domesticorum, vi iurium, et privilegiorum Praelatis Domesticis inhaerentium, liceat uti non solum Violaceis vestibus cum Rochetto, sed etiam in Ecclesiasticis Functionibus Canone, et Palmatoria tam intra propriam Ecclesiam, et Dioecesim, quam extra illas, proposito Dubio si directe foret occurrendum, cuilibet facile pateret responsionem illuc tendere, ut permissum sit Oratoribus uti ubique Vestibus violaceis, non vero Palmatoria, et Canone, quae attribuuntur Collegiis nonnullis Praelatorum, minime vero singulis Prae-

latis. Sed quoniam Sacrae Congregationi innotuit ad hoc excitatum fuisse Dubium, ut aliquo modo a supradictis Priore, et Archidiacono coonestetur usus Canonis, et Palmatoriae saltem intra propriam Ecclesiam, in qua iamdiu proprio Marte haec adhibent, propterea ad abusum penitus eliminandum Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi in Ordinariis Comitibus subscripta die coadunatis satius duxerunt rescribere: « Scribatur Archiepiscopo iuxta mentem. Mens autem est, ut Amplitudo Tua, consideratis omnibus iuxta exposita iuris, et privilegii principia, nomine eiusdem Sacrae Congregationis inhibeat praedictis Dignitatibus usum Palmatoriae, et Canonis tam intra, quam extra propriam Ecclesiam, quoniam eorum usus nullimode neque a iure, neque ex privilegio, neque ex indulto illis competit. » Adeo Sacra ipsa Congregatio de Amplitudinis Tuae pietate, ac religione confidit, ut certo credat omnia a Te ordinanda fore iuxta praefatas praescriptiones. Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem. Romae 23. Septemb. 1837.

Perillustri, et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Spoletano.

4825. TARVISIN.

In Ordinariis Comitibus S. R. C. apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de mandato Sanctissimi coadunatis, inter cetera actum etiam quum fuerit de Supplici Libello a Reverendissimo Episcopo Tarvisin. eidem Sanctissimo Domino porrecto, ac hisce terminis concepto, nimirum.

Beatissimo Padre.

Sebastiano Soldati Vescovo di Treviso umilmente prostrato dinanzi al Trono Apostolico di Vostra Beatitudine espone a propria tranquillità il caso seguente, mosso da desiderio di regolarsi dietro i lumi, che dalla sapienza ed autorità Apostolica gli verranno comunicati.

Con devotissima istanza innalzata alla Santa Sede il Vescovo Oratore dimandò la grazia, che rimanendo fermi gli Anniversarii della dedicazione delle Chiese pel solo recinto della Città di Treviso nei giorni fissati dai Vescovi Predecessori, potessero tutti gli altri delle Chiese foranee, che ascendevano forse a dugento, venir celebrati per uniformità, e per togliimento di vari abusi, nella Domenica quarta di Ottobre di ciascun Anno. A quest'umile petizione condiscese benignamente l'Apostolica Clemenza, e con Reseritto della Sacra Congregazione de' Riti sotto il dì 18. Decembre 1835. accordò che tutti gli anniversarii delle

Chiese foranee si celebrassero quindi innanzi nella Domenica quarta di Ottobre, il che fu notificato per l'esatta osservanza a tutta la Diocesi con Decreto Vescovile affisso per comune notizia nel Calendario dell'anno corrente.

A tale intimazione tutte acchetaronsi le Chiese foranee, ad eccezione dell'unica Chiesa di S. Maria di Asolo, la quale riposando all'ombra de' suoi privilegi piuttosto immaginari, e fittizi, che solidi, e reali pretenderebbe di andar distinta sopra tutte le altre Chiese foranee, come in altri punti, così anche in questo, e di proseguire a celebrare il suo Anniversario della dedicazione nella Domenica prima di Agosto, per cui anche ottenne l'Indulgenza Plenaria *ad septennium*. I motivi poi su' i quali la Chiesa di Asolo si fonda per sostenere le sue pretese sono i seguenti:

1. Che essa Chiesa di Asolo avendo avuto forti litigi colla Cattedrale di Treviso per vincer la massima di esser riguardata Concattedrale del Vescovo, perdette il punto presso i Tribunali Civili, dinanzi a' quali soli venne agitata la Causa, ma riportò a suo favore questa sentenza, che mantenendo lo stato di Collegiata insigne, qual era allora, venisse per onorificenza intitolata Cattedrale, titolo che la Curia, e i Vescovi *pro tempore* non le ricusarono più da cinquant'anni indietro, ne' quali è seguita quella sentenza civile.

2. Che avvi l'antico costume, che il Vescovo di Treviso dopo aver visitato la Cattedrale di San Pietro, non recasi alla visita diocesana di verun'altra Chiesa prima di aver visitato quella di Santa Maria di Asolo, dove non si sa bene se per dovere, per consuetudine, o per mera condiscendenza rinnova gli stessi riti e le medesime ceremonie usate nel solenne ingresso alla propria Cattedrale, e non dissente di venir pubblicamente annunziato qual Vescovo della Chiesa di Asolo, e di Treviso.

3. Che il luogo di Asolo, forse per memoria delle antiche prerogative ritiene il nome di Città.

Ma a questi titoli vantati di Asolo per ottenere una distinzione privilegiata in confronto di tutte le altre Chiese Diocesane, l'Umilissimo Vescovo Oratore crede che possa risponderci come siegue. Al 1. Una decisione meramente civile, per quanto vogliasi autorevole, non ha forza di mutare lo stato di una Chiesa senza il concorso della suprema Autorità Ecclesiastica, la quale non si sa che abbia mai pronunciato giudizio su questo punto. Anzi argomentando dai fatti, vuolsi conchiudere il contrario, perocchè la Santa

Apostolica Sede nell'atto di rilasciare le Bolle Canoniche all' eletto Ordinario, lo qualifica Vescovo dell' unica Cattedrale di S. Pietro di Treviso, e non anche di Santa Maria di Asolo. Or questo costante silenzio Apostolico sembra sciogliere la questione. Al 2. Le distinzioni che i Vescovi *pro tempore* hanno usate, ed usano alla chiesa di Asolo sembrano piuttosto procedenti da amor di pace, e da spirito di moderazione, che da intimo convincimento della qualità Cattedratica che risiede nella Chiesa Asolana; perocchè del resto non si è mai veduto, nè si vede almeno da molti secoli in quà, che i Vescovi si credano in debito di far veruno di quegli atti, che certo non ometterebbero se la riputassero Cattedrale di proprio nome. Di più qualunque sia il peso, che vogliasi dare alla decisione Civile, questa attribui alla Chiesa di Asolo la verbale onorificenza di Cattedrale, mentre durava in essa la qualità di antica Collegiata insigne, che ora è perita affatto per le notissime generali vicende politiche, senza speranza veruna, che venga mai più ripristinata. Ed infatti se il titolo di Collegiata era il principale, e quello di Cattedrale il puro accessorio, pare ragionevole che distrutto il primo, non debba più sussistere il secondo. Al 3. Se la qualificazione di Città convenne ad Asolo per diritto Canonico quando fu residenza temporaria dell' unico Vescovo Agnello, che per testimonianza del P. Bernardo de Rubeis (*Vide monumenta Ecclesiae Aquileiensis*) v' ebbe ferma stanza per alcun tempo, e diritto Civile quando fu soggiorno della Cornaro Regina di Cipro, or certamente non sembra convenirle più, ed anzi dall' Autorità politica non viene certamente riguardata più come tale.

Premesse tutte queste cose, l' Umilissimo Vescovo Oratore non crederebbesi autorizzato a riguardare la Chiesa di Santa Maria di Asolo sotto altro aspetto, che di Chiesa foranea, e come tale compresa al pari delle altre tutte nella disciplina generale di dover fare l' Anniversario della Dedicazione nella Domenica quarta di Ottobre. Fors' anche potrebbesi aggiungere che una graziosa, e speciale esenzione non servirebbe che a fomentare gli spiriti di quei popolani troppo vaghi di privilegi, e di novità. In ogni modo il Vescovo Oratore invoca l' espresso oracolo Apostolico, perchè o la concessione, o il rifiuto che sarà per dare agli Asolani sia regolato dalla prima Autorità Ecclesiastica, cui debbono tutti religiosamente obbedire. Nel caso che venga deciso dalla Santa Sede, che la Chiesa di Santa Maria di

Asolo deve conformarsi all' esempio, ed alla pratica di tutte le altre Pievi foranee della Diocesi, sarebbe somma grazia se venisse dichiarato che l' Indulgenza Plenaria ottenuta *ad Septennium* per la prima Domenica di Agosto giorno dell' anniversario della Dedicazione praticato finora, resta con Apostolica Autorità *firmo remanente tempore*, trasferita alla Domenica quarta di Ottobre per maggior decoro dell' Ecclesiastica celebrità, e vantaggio delle anime.

Il Vescovo poi Oratore si trova in dovere soggiungere *ex noviter deductis, ac repertis* viene a sua cognizione che il Municipio di Asolo fu risguardato come Città dal Governo Veneto, e fu confermato in tale prerogativa anche dall' attuale Governo Austriaco, che riconobbe anche la nobiltà de' più qualificati Cittadini del luogo.

Frattanto in attenzione del supremo oracolo Pontificio, il Vescovo Oratore prosteso al bacio de' Santissimi Piedi di Vostra Beatitudine, implora per se medesimo, e per la propria greggia l' Apostolica Benedizione.

Data da Treviso il dì 23. Giugno 1847.

Umo Dño Obmo Servo, e Figlio
Sebastiano Vescovo di Treviso.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, referente me infrascripto Secretario, omnibus rationum momentis fideliter ab Episcopo Tarvisin. expressis, maturo examine cribratis, rescribendum censuerunt. « Episcopus Clerum compellat ad parendum Decreto Sacrorum Rituum Congregationis. » Die 18. Decembris 1835.

Atque ita rescribere rati sunt. Die 23. Septembris 1837.

4826. HOLLANDIAE.

Quum in Hollandiae ditone diversae circumferantur opiniones quoad secundas Vesperas dierum IX. et XVIII. Novembris, in quarum prima sub ritu duplicis minoris Dedicatio occurrit Basilicae Sanctissimi Salvatoris, et in altera Anniversarium Dedicacionis Basilicarum Sanctorum Petri, et Pauli instituitur eodem sub ritu, et denegantibus aliis, alii e contra opinentur huiusmodi Festis, utpote Festa Domini, competere praeferentiam, ac propterea memoratas Vesperas non dimidiandas cum insequentibus Officiis ritus pariter duplicis minoris, R. P. Prior Asceterii Sanctae Agathae Congregationis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium Sacram Rituum Congregationem de opportuna declaratione humillimis precibus requisivit. Quae, apud Sanctam Mariam supra Minervam de mandato Sanctissimi loco Pa-

latii Apostolici Quirinalis, coadunata in Ordinariis Comitibus, re mature perpensa, referente me infra-scripto Secretario, respondendum censuit. «Secundas Vesperas in casu esse dimidiandas, iuxta Decretum in una Panormitana.» Die 12. Aprilis 1837.

Atque ita rescripsit. Die 23. Sept. 1837.

4827. **BURGI SANCTI DOMNINI.**

Excitatis nonnullis controversiis in Collegiata Ecclesia Deo in honorem Sancti Bartholomaei Buseti in Dioecesi Burgi Sancti Domnini dicata inter Caeremoniarum Magistrum Reverendissimi illius Episcopi solemniter Pontificalia ibidem exercentis, et alterum ex Canonicis ipsius Collegiatae super honorificentis Episcopo deferendis in ecclesiasticis functionibus, ac de aliquibus Caeremoniis adimplendis, celebrante Episcopo Missam solemnem, idem Caeremoniarum Magister sui muneris esse duxit Sacrae huius Rituum Congregationis oraculum exposcere ad eliminandas ultteriores dissensiones, ac certam regulam in posterum sequendam constabiliendam. Pro opportuna itaque declaratione insequentia proposuit dubia, nimirum.

1. An duo primi Canonici post primam Dignitatem sedentes debeant assistere Episcopo celebranti in habitu Diaconali, vel potius unus servire debeat in officio Diaconi Evangelii, et alter in officio Subdiaconi?

2. An Episcopus sumptis Paramentis in Presbyterio apud Sedem debeat imponere thus in thuribulo antequam procedat ad Altare?

3. An Canonici Collegiatae, non obstante adserta consuetudine teneantur genuflectere Episcopo ad differentiam Canonicorum Cathedralium Altari et Episcopo sive pontificaliter, sive Cappa tantum, et Mozzetta induto?

Eminentissimi itaque, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu apud Sanctam Mariam supra Minervam loco Palatii Apostolici Quirinalis de mandato Sanctissimi coadunati, ad relationem mei infra-scripti Secretarii, re mature perpensa, rescribendum censuerunt.

Ad 1. «Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.»

Ad 2. «Negative iuxta Caeremoniale.»

Ad 3. «Affirmative in omnibus iuxta alias decreta.»

Atque ita rescripserunt, ac servandum omnino mandarunt. Die 23. Septemb. 1837.

4828. **RHEDONEN.**

Reverendissime Domine uti Frater.

Gravissima quidem res est, quam Amplitu-

dinis Tuae Litterae datae quartodecimo Kalendas Augusti vertentis Anni enarrant, nimirum quamplurima Altaria Parochialium Ecclesiarum huius Rhedonen. Dioecesis ita a Praedecessoribus tuis fuisse consecrata, ut in ipsis Sanctorum Martyrum Reliquiae vel penitus desiderentur, vel si appositae fuerunt, non tamen servatae sunt rituales hae caeremoniae, quae ab Ecclesiasticis Legibus sanctitae reperiuntur. De hac ipsa re inter cetera negotia actum quum fuerit in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus infra-scripta die coadunatis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, serio perpentes indulgeri omnino non posse, uti in votis erat Amplitudini Tuae, ut Altaria reputet reconciliata cum sola, ac simplici Reliquiarum repositione, nil statuendum censuerunt quin antea exposceretur oraculum Sanctissimi Domini Papae, ac propterea rescripserunt: «Ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo.» Die 23. Septemb. 1837.

Suo itaque munere fungens subscriptus Secretarius Sanctissimo Dom. Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo singula fideliter exposuit, mentemque Sacrae Congregationis aperuit. Ast quum Sanctissimus Dominus praeceperit ut ulterius per alterutrum ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris conficeretur apposita Instructio pro Reverendissimo Rhedonen. Episcopo, hac tandem habita, et a Sanctitate Sua probata, edixit, ut per particulares Litteras huius Sacrae Congregationis Amplitudini Tuae iniungeretur, ut ad tramites omnino ipsius Instructionis huic fasciculo insertae defectibus suppleat a Praedecessoribus tuis admissis in consecratione Altarium, de quibus in precibus, atque ita absque admiratione, et scandalo ea qua par est sollicitudine, et prudentia singula ordinet et componat.

Dum ita Sanctitatis Suae, et Sacrorum Rituum Congregationis iussis obtempero, mentemque aperio, ut singula executioni demandet, Amplitudo Tua diu felix, et incolumis vivat.

Romae die 6. Octobris 1837.

Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Rhedonensi.

Tenor autem Instructionis adiectae est sequens.

Altare super quo celebratur Missa vel fixum, vel portatile, scilicet cum petra sacra tantum, consecratum omnino esse debet; ac pro ipso Altare portatili, sive petra sacra, praecipuus est ritus observandus, unctiones adhibendae, reponendae in Sepulchro Reliquiae Sanctorum Martyrum

iuxta verba Apocalypsis : *Vidi sub altare Dei animas interfectorum.* Reliquiae ibi reponuntur ob relationem, ac mysticam analogiam inter Dominum Iesum Christum caput Martyrum, eiusque membra, iuxta Sancti Augustini verba: « Convenienter autem, et quasi quodam consortio ibi Martyribus sepultura decreta est, ubi mors Domini quotidie celebratur; scilicet ut qui propter mortem eius mortui fuerunt, sub Sacramenti eius mysterio requiescant. » Ideo Sacerdos post confessionem osculans Altare profert ea verba: *Quorum Reliquiae hic sunt.* Ex quibus etiam patet necessitas ut in Altare sit Sepulchrum Reliquiarum. Reliquiis enim non apposis et deficientibus superflua ac vana essent ea verba. Praeterea sicut Altare quodcumque vel immobile, vel portatile evadit execratum ob fracturam vel per se enormem ob quantitatem, vel enormem propter locum unctionum, licet levis in se fractura esset; ita execratum evadit ob Reliquiarum amotionem, ex hoc etiam liquido ostenditur Reliquiarum necessitas in Altarium consecratione. Hinc si a ceteris ritibus observandis in nova Altarium consecratione dispensavit aliquando Sedes Apostolica, numquam a ritu dispensavit repositionis Reliquiarum, et a caeremoniis necessario in hoc observandis. Sic Congregatio Sacrorum Rituum in Augustana 21. Aprilis 1668. Episcopo supplicanti pro facultate reconciliandi plurima milliarum Altarium execratorum ob solam remotionem Reliquiarum, quae propterea iterum consecranda omnino erant, cum sola repositione Reliquiarum iis tantummodo servatis caeremoniis, quae in Pontificali Romano praescribuntur, respondit: « In hoc casu gratiam petitam posse concedi, » quae a sa: me: Clemente IX. concessa fuit.

Si itaque hoc sequi exemplum Sanctissimo Domino placuerit, Reverendissimus Episcopus Rhedonensis posset dispensari ab integra consecratione facienda omnium Altarium, de quibus in precibus; attamen in eo quod respicit Reliquias, indulgeri nequit ut Altaria reputet reconciliata cum sola, ac simpliciter Reliquiarum repositione, quin caeremoniae serventur ad hunc ritum ordinatae. Ut igitur res procedat absque omissione, vel violatione ritus constanter servati, et absque strepitu vel scandalo, quod oriri posset, Episcopus secreto in suo privato Oratorio procedat ad consecrationem cum omnibus caeremoniis a Pontificali Romano praescriptis petrarum eunctarum, in quibus Reliquiae desunt, vel quavis appositae sint, non fuit tamen adhibitus ritus ordinatus, easque petras cum Reliquiarum sepulchris consecratas mittat ad Parochos, qui

easdem unicuique mensae aptare poterunt. Qua functione caute, ac prudenter peracta nihil omnino admirationis, vel scandali excitabitur, quum perpauca patere queat. Ad hunc autem timorem vitandum Episcopi conscientiae, et prudentiae relinquitur statuendum illud temporis spatium, quod necessarium putabit ad praedicta omnia sedulo perficienda.

4829. ATRIEN.

In Sacrorum Rituum Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunatis quum ab me subscripto Secretario relectae fuerint humillimae preces Capitularium Cathedralis Atrien. ob aeris praesertim in hyeme inclementiam, ac valetudinis quamplurimum incommoda requirentium Apostolicam dispensationem in Nocte Nativitatis Domini iterum in Aurora ad Ecclesiam ipsam accedendi pro persolvenda cum cantu Hora Primae, et celebranda secunda Missa, quae sine Capituli interventu privatim a Parocho celebrari queat; Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature perpensa, cribratisque rationum momentis ab Reverendissimo Episcopo in suis Informatione, et Voto expositis, quin petitam dispensationem concederent, extendere potius censuerunt Indultum Cathedrali Pinnen. concessum die 12. Martii 1836. nimirum in Nocte Nativitatis Domini persolvendi absque cantu Laudes post primam Missam, ac celebrandi secundam Missam prima, vel secunda hora post ortum Solis. Atque ita a Clero Cathedralis Atrien. in posterum servandum esse mandarunt. Die 19. Maii 1838.

4830. GRATIANOPOLITAN.

Quum Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuerit Sacerdos Perier Canonicus Cathedralis Gratianopolitan. ac intimus illius Episcopi Secretarius, nimirum.

1. An Canonico Cathedralis Titulari praesente Episcopo, in alienae Dioecesis Ecclesia competat praecedentia super Parochum Ecclesiae ipsius?

2. An idem dicendum sit quoad Canonicum Cathedralis honorarium tantum, praesente similiter Episcopo?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, rescribendum censuit. « Iuxta alias decreta affirmative in omnibus. » Die 19. Maii 1838.

4831. SENEN.

Hodiernus Rector Piae Sodalitatis adorationis perpetuae Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Sancti Vigillii Episcopi erectae in Civitate Senarum ad tollendas quaestiones, quae saepe saepius excitantur,



sequens Dubium Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione subiecit, nimirum. An in Ecclesiis, ubi aliquod Festum celebratur, cuius ratione Sancti Reliquiae sunt expositae, possit post Vesperas, festo durante, exponi Sacra Pyxis cum Sanctissimo Sacramento per breve temporis spatium ad recitandas nonnullas preces, quae cum benedictione Sanctissimi Sacramenti absolvuntur, non remota eadem Reliquia, iuxta interpretationem Cavalieri ad Decretum Sacrorum Rituum Congregationis sub die 2. Septembris 1741. in Aquen. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit. « Negative. » Die 19. Maii 1838.

4832. LUCANA.

Sac. Rituum Congregationem supplex adivit hodiernus Parochus Oppidi Aquibeiensis in Diocesi Lucana ut ad uniformitatem in posterum servandam declarare dignaretur quomodo sint ordinandae Vesperae die undecima Iulii, qua Parochialis ipsius Anniversarium Dedicationis celebratur; in sequenti enim die occurrit Festum Sancti Paulini Protectoris principalis, et Patroni civitatis Lucanae, eiusdemque Dioecesis, quod quidem Festum obtinet ritum duplicis primae Classis? Sacra eadem Congregatio re mature perpensa in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum coadunata ad relationem mei infrascripti Secretarii respondit. « Iuxta Rubricas de Concurrentia N. 2. et alias decreta, praesertim in Aquileien. diei 21. Augusti 1688. ad Dubium 1. Vesperae in casu sunt dimidiandae. » Die 19. Maii 1838.

4833. DERTHONEN.

Ut primum Derthonen. Ecclesiae innotuit Sacrorum Rituum Congregationis Decretum extensionis Officii in honorem Sanctae Catharinae Fli-scae Adurnae Viduae Ianuensis, quoad ipsius Officii assignationem exortae sunt sententiarum diversitates. Ipsa siquidem Ecclesia speciali Apostolico gaudet Indulto celebrandi etiam in Quadragesima cum Octava Festum Sancti Benedicti, et quamvis Indultum istud sit tantum temporis, nimirum pro Quadragesima, in qua Octavae locum habere nequeunt ex Rubricis, attamen nonnulli opinantur intra eandem Octavam locum dandum non esse memorato Officio Sanctae Catharinae undecimo Kalendas Aprilis, ac proinde Reverendissimus Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit, ut post Octavam Sancti Benedicti Officium Sanctae Catharinae transferre dignaretur. Eminentissimi vero ac Re-

verendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature perpensa, ac diligenter considerato Apostolico Indulto diei 3. Decemb. 1816. quoad concessionem Octavae Sancti Benedicti, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subsignata die coadunati, referente me subscripto Secretario, respondendum censuerunt. « Non indigere, quum Octava Sancti Benedicti non sit privilegiata. » Die 19. Maii 1838.

REATIN.

4834.

Beatissimo Padre.

Costumavano per uso inveterato i Canonici della Chiesa Cattedrale di Rieti vestirsi, purchè però non si trovasse presente il Vescovo Diocesano, de' Sacri Arredi, allorchè si disponevano a celebrare il Divin Sacrificio, in un' angolo dell' Altare. Quest' antica usanza venne da uno de' Vescovi Reatini, non ha molti anni, abolita per averla riguardata come diritto spettante soltanto ai Prelati o Protonotari Apostolici. L' attuale Vescovo di Rieti per far cosa grata al suo Capitolo, supplica umilmente la Santità Vostra a voler benignamente sanzionare coll' Apostolica sua Autorità tale consuetudine, accordandogliene per rescritto perpetuo il Privilegio. Che della grazia ec.

Huiusmodi precibus per me subscriptum Secretarium relatis in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunatis, Sacra Congregatio rescribendum censuit. « Obstant Decreta. » Die 19. Maii 1838.

4835.

SANCTI MARCI,
ET BISINIANE.

Reverendis. Domine uti Frater.

Acceptis a Sacra Rituum Congregatione Amplitudinis Tuae Informatione, et Voto, quae iuxta illius voluntatem dederas septimo Kalendas Maii vertentis Anni super supplici Libello, Dubiisque in eo propositis a Sacerdote Vincentio Campagna Canonico Theologo istius Cathedralis Ecclesiae Sancti Marci, super iisdem de more actum est in Ordinariis eiusdem Sacrae Congregationis Comitibus ad Vaticanas Aedes subsignata die coadunatis. Ex omnium allegatorum examine, vel ex iis etiam, quae peracta sunt apud Sacram Congregationem Patrum Concilii Tridentini Interpetrum contra lividos recursus supradicti Canonici, Eminentissimi Patres ad rem omnem conciliandam satius duxerunt duplici forma rescribere, Canonico nimirum ut ad Amplitudinem Tuam recursum haberet super expositis, et ipsi Amplitudini Tuae scriberetur iuxta Mentem. Prudenti huiusmodi consilio via intercluditur Cano-

nici Campagna livori, ac odio contra primam eiusdem Capituli Dignitatem, et Episcopalis Dignitas, et auctoritas sarta tectaque relinquunt, dum nullum recipit super Dubiis directum responsum, et lex illi iniungitur ad Ordinarium conveniendi, ut res componi queat, atque ad debitum ordinem, quatenus opus fuerit, revocari. Mens itaque huius Sacrae Congregationis est, ut Amplitudo Tua pro sui muneris parte omnem sollicitudinem, curamque omnem impendat, ut in Sancti Marci Capitulo debitus quoad Chorum servetur ordo, et si qui abusus forsitan irrepserint de medio tollantur. Huius generis procul dubio esset, et a pluribus Decretis iam interdicta consuetudo recitandi Sextam, et Nonam dum per cantores ex Organo expletur decantatio Missae, quae aliquando ne tardior protraheretur hora Chori post meridiem effecta est a Canonicis, et Mansionariis in Choro posito post Altare maius, siquidem omnis obligatio Chori successive semper, et non simultanea est adimplenda, et iuxta praecitata Decreta neque Amplitudo Tua amplius hoc permittat, omnemque facultatem super re Praefecto Chori adimat, adeo ut in posterum nullimode, nulloque in casu initium habeat recitatio Horarum Sextae, et Nonae in Choro, nisi perfecte expleta Solemni Missa. Nec dissimili modo ad observantiam revocanda est debita praesentia in Choro omnium inservientium, praesertim in Anniversariis celebrandis, quae idcirco dicuntur inter praesentes, super quo certe opus non est insinuare oneratam Amplitudinis Tuae conscientiam remansuram, si secus fieret, omnemque adhibendam esse diligentiam, ut res in aperto ponatur, nec ulli quaerelae locus relinquatur. Eminentissimorum denique Patrum in voto fuit Amplitudini Tuae opportunum praebere consilium, ut quoniam novum omnino est ponere in Choro vas prunarum hyemali tempore, quod certe asertis incommodis locum praebere aliquando poterit, satius esse ut removeatur a Choro, et iuxta omnium morem Ecclesiarum ponatur in Sacratio, ad quod pro opportunitate accedere poterunt omni secluso scandalo ii, qui vel per aetatem, vel non firmam valetudinem his opus habent. Summa religio, pietas, ac Amplitudinis Tuae sollicitudo peculiaris ad decorem Domus Dei procurandum, promovendumque, Sacram Congregationem in spem erigunt, ut si quis forte abusus super adsertis irrepserit Cathedrali in Ecclesia Sancti Marci, ille quantocius de medio tollatur. Et Amplitudo Tua diu felix, et incolumis vivat. Die 19. Maii 1838.

Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Sancti Marci, et Bisinianen.

4836. ARETINA.

In Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinale subsignata die habitis tantum ab me infrascripto Secretario relata fuerint insequentia Dubia a Reverendissimo Aretin. Episcopo proposita, nimirum.

1. Quum Pius Papa VII. ad preces Episcopi Aretini sub diebus 7. et 12. Maii Anno 1805. concessisset pro Clero Saeculari Aretinae Dioecesis Octavas privilegiatas quoad semiduplicia tantum in Festis Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis mense Septembris, Patrocinii Sancti Ioseph, Sanctissimi Cordis Iesu, et Sanctorum Angelorum Custodum, oritur dubium an intra supradictas Octavas fieri possit et debeat de Officio duplici translato, neenon an celebrari possint Anniversaria Defunctorum cum Missa de Requie.

2. In Cathedrali, et aliis Ecclesiis Aretinae Dioecesis plurimis ab hinc Annis obtinuit consuetudo, ut per totam Octavam Corporis Christi, dum agitur Missa de Sanctissimo Sacramento Hymnus triumphalis *Sanctus* post Praefationem interpoletur versibus Cantici Rythmici: *Divinum Mysterium*; immo Rythmus canitur elata voce, et Hymnus triumphalis dicitur voce submissa dum pulsantur Organa, ac proinde quaeritur 1. An huiusmodi consuetudo laudanda sit, et retinenda; et quatenus negative, quaeritur 2. An Rythmus *Divinum Mysterium* cani saltem possit extra Missam?

Et Sacra eadem Congreg. re mature perpensa respondit.

Ad 1. « Doceat de authentica concessione. »

Ad 2. « Permitti posse, dummodo non omitatur, solemne Trisagium. » Die 1. Septembris 1838.

4837. BALTIMOREN.

Multis ab hinc annis invaluit apud Sanctimonialia tum Ordinis Carmelitarum, tum Visitationis Beatissimae Mariae Virginis Dioecesis Baltimorensis, ut in illarum Oratoriis triduo maioris Hebdomadae Missa lecta celebretur. Quod advertens Magister Caeremoniarum Metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis factum contra Rubricarum dispositionem quidem, sed ex vera necessitate ob defectum Cleri et Clericorum, qui desiderantur, de consensu, immo annuente ipso Reverendissimo Archiepiscopo, Sacrorum Rituum Congregationi exposuit, ac humillime supplicavit, ut quousque praedictis in Oratoriis eodem tri-

duo pro functionibus peragendis servari nequeat peculiaris dispositio *Memoralis Rituum* sa: me: Benedicti Papae XIII. typis editi, benigne concedatur alicui Sacerdoti, quem Reverendissimus Archiepiscopus designaverit, Sacrum privatim facere praedicto in triduo iisdem in Oratoriis, quod Indultum extendi etiam valeat ad Oratorium Puellarum Charitatis in eadem Archidioecesi comorantium. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione per me infrascriptum Secretarium facta, rescribendum censuit. « Ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo. » Die 1. Septemb. 1838.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. fideli relatione, Sanctitas Sua attentis peculiaribus circumstantiis, summaque pietate ac religione ipsarum Sanctimonialium, de speciali gratia benigne annuit iuxta petita, quod Indultum duraturum edixit solum quousque illae functiones peragi nequeant iuxta dispositum supradicti *Memoralis Rituum*, et pro iis tantum Asceteriis, quorum Sanctimoniales extra Claustra non pergunt Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 7. recensiti Mensis, et Anni.

1838. PINEROLIEN.

Dubiis a Reverendissimo Episcopo Pinerolien. hisce conceptis terminis Sacrorum Rituum Congregationi propositis, nimirum.

1. An Episcopus possit prohibere morem nonnullorum Parochorum in Sabbato Sancto, et in Vigilia Pentecostes Baptismalem Fontem benedicendi, quin Missam per se ipsos celebrent? et an teneatur?

2. Utrum immemorabilis, et universalis consuetudo a Parochis servata quin Missam celebrent, benedicendi Candelas, Cineres, et Ramos olivarum in diebus Purificationis Beatae Mariae Virginis, Feria quarta Cinerum, et Dominica Palmarum, censenda sit legitima? Et saltem an tolerari possit?

Sacra ipsa Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes coadunata, audita mei subscripti Secretarii relatione respondendum censuit. « Iuxta alias decreta non licere, et Benedictiones, de quibus in precibus, peragendas esse per Celebrantem. » Die 1. Septemb. 1838.

1839. MECHLINIEN.

Quum in Metropolitana Ecclesia Mechliniensi nonnulla quoad celebrationem Festorum fieri consueverint, de quibus merito dubitatur an debita auctoritate fuerint aliquando inchoata, ne quid

contra Rubricarum praescriptum, aut Decreta Sacrorum Rituum Congregationis in posterum contingat, Reverendissimus Mechlinien. Archiepiscopus praxim Metropolitana sua in Ecclesia, et Civitate Mechliniensi vigentem Sacrae eidem Congregationi exponendam censuit, supplicans, ut si fieri possit rite adprobetur, vel statuatur quid in posterum sit agendum. Praxis autem est sequens.

Praxis I. Dominica prima Mensis Iulii ab immemorabili in Ecclesia Metropolitana cantata fuit Missa votiva sollemnis de Sancto Rumoldo, subsequente sollemni Processione per Civitatem cum Reliquiis Sancti Rumoldi fieri solita. Attamen quum vi Indulti pro reductione Festorum de die 9. Aprilis 1802. sollemnitas Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et sollemnitas Sancti Rumoldi Patroni Ecclesiae Metropolitanae, et Civitatis Mechliniensis in unam, eandemque Dominicam saepe incidant, ac Sancti Rumoldi festivitas ulterius transferri non possit 1. quod eius Reliquiae iuxta antiquissimam consuetudinem expositae tantum sint triduo Dominicam primam Iulii subsequente: 2. quod Dominica secunda eiusdem mensis Mechlinienses speciali pietate, ac festivitate colant Sanctum Libertum Concivem suum, idcirco duo maiores illae festivitates Sanctorum Apostolorum, ac Sancti Rumoldi celebrantur per modum unius dispositis Rubricis, ut sequitur.

1. In Missa Solemni, quam celebrare solet Illustrissimus Dom. Archiepiscopus additur commemoratio sollemnitas Sanctorum Apostolorum sub unica conclusione, quin altera Missa sollemnis de Apostolis cantetur (quod illa die aegerrime fieri posset), sed in eodem casu ipsum Festum Sanctorum Apostolorum die sua propria XXIX. Iunii cum maiori sollemnitate celebratur.

2. Quum in aliis Ecclesiis Civitatis Mechlinien. non invaluerit consuetudo cantandi Missam votivam sollemnem de Sancto Rumoldo, ac Sanctorum Apostolorum festivitati praeferebat debetur, ita occurrente sollemnitate Sanctorum Apostolorum cum sollemnitate Sancti Rumoldi, in diebus Ecclesiis cantatur Missa sollemnis de sollemnitate Sanctorum Apostolorum addita commemoratione Sancti Rumoldi sub unica conclusione.

3. Si contingat idem Festum Sancti Rumoldi, quod celebratur die 1. Iulii, coincidere cum sollemnitate Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, uti fit hoc Anno 1838., tunc Missa sollemnis tum in Ecclesia Metropolitana, tum in aliis Ecclesiis Civitatis Mechlinien. cantatur de Festo Sancti

Rumoldi, addita commemoratione Sanctorum Apostolorum sub unica conclusione, et sub distincta conclusione fit commemoratio Octavae Sancti Ioannis Baptistae, et Dominicae occurrentis, de qua in fine dicitur Evangelium.

Praxis II. In Indulto pro reductione Festorum de die 9. Aprilis 1802. haec habentur: Sanctitas Sua mandat ut Anniversarium Dedicationis Templorum, quae in eiusdem Gallicanae Reipublicae Territorio erecta sunt, a Dominica, quae Octavam Festivitatis omnium Sanctorum proxime sequitur in cunctis Gallicanis Ecclesiis celebretur. Aliunde haec habetur declaratio Eminentissimi Cardinalis Legati de die 21. Iunii 1804. Dominica, quae subsequitur diem octavam omnium Sanctorum, celebrabitur Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum consecrarum. Hinc ortum est dubium apud nonnullos, et introducta praxis diversa circa modum celebrandi praedictum Anniversarium. In Archidioecesi Mechliniensi, et in omnibus fere Dioecesibus Belgii, omnes obligati ad horas Canonicas, etiam illi, qui nulli Ecclesiae sunt adscripti, vel qui adscripti sunt Ecclesiae non consecratae, uno, eodemque die, nempe Dominica prima post Octavam omnium Sanctorum, celebrant Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Metropolitanae, seu Cathedralis, et omnium Ecclesiarum in cumulo sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, ita ut per praefatum Indultum censeantur suppressa omnia Decreta Sacrorum Rituum Congregationis huic dispositioni contraria. Alibi Sacerdotes, qui non sunt adscripti alicui Ecclesiae consecratae celebrant tantum Dedicationem Ecclesiae Cathedralis in Civitate cum Octava, et extra Civitatem sine Octava eadem illa Dominica, quae a SSmo D. Pio VII. Anniversario Dedicationis est assignata. Quaeritur ergo.

1. Uter modus celebrandi Anniversarium Dedicationis Ecclesiarum sit servandus?

2. An in alterutro casu illi, qui adscripti sunt alicui Ecclesiae consecratae teneantur facere specialem commemorationem dedicationis Ecclesiae Metropolitanae vel Cathedralis, et quomodo?

Praxis III. Per Decretum datum pro Dioecesi Mechliniensi die 23. Augusti 1809. concessa est facultas celebrandi Festum Sacratissimi Cordis Iesu Dominica immediate sequenti Octavam Solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi cum Officio proprio ac Missa die 11. Maii 1765. pro Regno Poloniae, et pro Archiconfraternitate in Urbe erecta adprobatis. Quum autem in illa Missa, cuius Introitus est *Miserebitur secundum*

multitudinem miserationum suarum, Thren. 3. non assignetur Tractus pro Missis votivis post Septuagesimam, nec *Alleluia* cum ψ . pro tempore Paschali; hinc dubitatum est quid in casu occurrente sit faciendum, quum alii ad Missam Votivam de Sanctissimo Sacramento, alii ad Votivam de Passione Domini recurrant?

Sacra autem Rituum Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata Ordinariis in Comitibus, audita relatione per me infrascriptum Secretarium facta, omnibus mature perpensis, ritaeque libratim rescribendum censuit.

Quoad 1. « Praxim servari posse in omnibus introductam. »

Quoad 2. « Praxim ad uniformitatem obtinendam Anniversarium huiusmodi celebrandum esse ab omnibus ut in Cathedrali, et Civitate Mechliniensi. »

Quoad 3. « Praxim Tractum et Graduale post Septuagesimam et *Alleluia* cum ψ . tempore Paschali desumi posse ex altera Missa iam adprobata. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit a Clero Archidioecesis Mechliniensis. Die 1. Septembris 1838.

4840. EYSTETEN.

Quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunatis ab infrascripto Secretario relata fuerint pro opportuna solutione nonnulla Dubia ab Reverendissimo Eysteten. Episcopo proposita, his concepta terminis, nimirum.

1. Bavariae leges prohibent quominus ad Ecclesiam deferantur Defunctorum Cadavera, ac proinde numquam funera institui possunt praesente Cadavere, ideoque ibi mos obtinet sub Vesperis Cadavera deferendi ad sepulchrum, ac insequenti die de mane Exequiae in Ecclesia celebrantur. Quaeritur, utrum Cadavere non praesente Missa *de Requie* locum habere valeat?

2. Quum in nuptiis benedicendis perraro in Bavaria Missa pro Sponso et Sponsa celebrari valeat, ac proinde benedictio nuptiarum in Missali praescripta intra Missam, extra ipsam Missam ut plurimum impertitur. Quaeritur utrum liceat hunc ritum a Missa abstrahere, et quatenus negative, utrum Episcopis, et Parochis ius sit adigendi Sponso ad benedictionem in Missae celebratione recipiendam.

3. In Matrimoniis mixtis, quae per dispensationem legitime celebrantur, benedictio Parochi inhibetur. Quaeritur, utrum haec inhibitio respiciat tantum benedictionem nuptiarum solemniter

in Missa pro sponso, et sponsa impertiendam, an complectatur etiam ritum pro celebratione Matrimonii a Rituali Romano praescriptum; an scilicet et ipsa Parochi assistentia interdicatur?

Et Sacra eadem Congregatio, re mature perpensa, diligenterque examinata, rescribendum censuit.

Ad 1. « Iuxta alias decreta posse. »

Ad 2. « Nihil obstat quoad primam partem, negative quoad secundam. »

Ad 3. « Recurrat ad Sacram Universalem Inquisitionem. »

Atque ita rescripsit. Die 1. Septemb. 1838.

4841. PARMEN.

Reverendis. Domine uti Frater.

Ordinariis in Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinales Aedes infrascripta die coadunatis actum est etiam illud, quod respicit supplicem Libellum pii cuiusdam Parochialis Instituti erecti in Parochiali Ecclesia Villae di Costamezzana nuncupatae istius Parmen. Dioecesis. Sane si vera sunt exposita quoad publicam Supplicationem in die Solemnitatis Corporis Christi, quae ab eodem Instituto ducebatur prope meridiem, hora siquidem diversa, nec alteram a Parocho Plebis de Cusignano nuncupatae ducendam impediende, nihil ob stare potest quin hoc illi permittatur. Exponitur eodem in Supplici Libello interdictam fuisse publicam hanc Supplicationem anno 1837. dum a saeculis, uti fertur, sine interruptione ducebatur pacifice ob recursum istius Parochi Plebis de Cusignano. Attamen locum habere posset hic recursus, quoties ageretur de alia Processione diversa. Lege enim per Decreta huius Sacrorum Rituum Congregationis iam lata, Parochus quidem exquirendus est, ut praebeat consensum quoad ceteras quascumque Supplicationes, dummodo ad hoc perquisitus non fuerit Episcopus; hoc namque in casu duci potest etiam Parocho dissentiente. Sed aperte statutum est in una Cassanen. diei 20. Iunii 1834. et in altera Cassanen. diei 8. Aprilis 1658. « Processiones, quae fiunt in Festo, et per Octavam Corporis Christi fieri posse non petita Parochi venia, intra cuius Paroeciae limites ducendae sunt, quamvis quoad alias Processiones haec venia petenda sit. » Utriusque Decreti clara Amplitudini Tuae sunt verba recitata. Ea propter his omnibus ab Eminentissimis et Reverendissimis Patribus Sacrae eidem Congregationi praepositis, rite consideratis accurateque examinatis, satius, ac prudentius duxerunt Amplitudini Tuae, quam Supplici Libello directe rescribere, exoptantes quam maxime in Domino,

ut Amplitudo Tua, ea qua praestat pietate, ac religione Gregis tibi commissi paci et concordiae studens ordinaria facultate supradictum Institutum antiqua in possessione relinquo agendi publicam Supplicationem in Festo Corporis Christi. Sac. huius Congreg. aequum consilium dum tibi communico, Amplitudini Tuae diuturnam exopto felicitatem. Romae die 1. Septemb. 1838.

Reverendissimo Domino uti Fratri
Episcopo Parmen.

4842. CONGREGATIONIS
SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

Extensor Directorii, seu Ordinis Officii Congregationis Sanctissimi Redemptoris, quae extra Italiam, et in Dominiis Domus Austriae constituta est probe noscens propria auctoritate nihil esse immutandum in eiusdem Congregationis Calendario, quod die 30. Iulii 1830. ab sa: me: Pio Papa VIII. fuit adprobatum, ex communi ipsius Congregationis Patrum voto, et assentiente Reverendissimo Patre Vicario Generali, Sacrorum Rituum Congregationem expostulavit quoad sequentia ut concedantur, vel declarentur, nimirum.

1. Ex usu septem iam Annorum compertum est magnas oriri quotannis difficultates ex celebratione nonnullorum Festorum, quae quamvis non sint de praecepto quoad forum, tamen in praxi quae talia fere celebrantur a Populo, sed in nostro Calendario aliam diem, quam in Germania, occupant. Inter quae praecipue notandum Festum Sancti Ioannis Nepomuceni Martyris die XVII. Maii assignatum, quod tamen in Germania die XVI. eiusdem, et quidem etiam in iis regionibus v. g. Austria, Styria etc. ubi non est de praecepto cum solemnitate maxima, cum Novendialibus, et Octava celebratur: in nostris tamen Ecclesiis, in quibus populus concurrit ad idem Festum celebrandum, et in quibus Altaria, et Imagines eiusdem Sancti quae nullibi desunt, cum tapetibus, floribus, et luminaribus exornatae sunt, leguntur Missae aut in colore albo de S. Ubaldo, quem noster Populus nec noscit, aut de Requie non sine offensione populi, immo etiam nostrorum Patrum, qui erga primum hunc Sacramentalis Sigilli Assertorem devotionem fovent quammaximam. Ergo supplicatur humillime ut liceat nobis celebrare hoc Festum die XVI. Maii reponendo Sanctum Paschalem ad diem XVII. eiusdem, et assignando pro Sancto Ubaldo diem XXII. Maii. Idem rogamus pro Festo Sancti Bartholomaei Apostoli, quod in Germania die XXIV. Augusti celebratur, unde similes inconvenientiae occurrunt, quia in nostro Calendario plerumque fit de du-

pliei translato coloris albi, non sine admiratione Populi, qui Festa Apostolorum solemniter celebrat.

2. In Terris haereditariis Austriae celebratur Dedicatio Metropolitanae, vel Cathedralis Ecclesiae una cum Dedicacione omnium Ecclesiarum tum Saecularium tum Regularium Dominica tertia Octobris, et sic in Directoriis Dioecesis notatur: « Officium de Communi cum comm. Eccles. respective Metropolitan. vel Cathedralis, mut. Ant. \dot{y} . cum Orat. *Deus qui invisibiliter*, et Dom. in utrisque Vesp. et Laud. et Missa. Et agitur ubique cum solemnitate externa, ornantur Ecclesiae, in turribus vexilla in signum Dedicacionis exponuntur, et omnes conciones fiunt de eadem solemnitate. Submisso itaque rogamus, si nobis ex benigna concessione Sacrorum Rituum Congregationis liceat in praedicta Dominica celebrare Dedicacionem Ecclesiarum nostrae Congregationis etiam in Choro cum commemoratione respectivae Cathedralis. Nam semper timenda est Ordinariatus, cuius censurae nostrum Directorium subiacet, exprobratio, quia exceptionem facimus a communi lege sine dubio ab Apostolica Sede approbata, totius Austriae, Styriae, Tyroli.

Idem quamvis non adeo necessarium, tamen exoptatissimum esset de Festo Sanctorum Angelorum Custodum, quod ex Decreto sa: me: Clementis Papae XIV. in Germania, Dominica quinta Septembris, qua dupl. 2. Clas. cum Octava pariter cum magna populi devotione solemniter, et cum concionibus de eodem Festo celebratur. Si benignissime concessum fuerit, optandum esset sine Octava, ne nimia Calendarii perturbatio oriatur.

3. Oeniponti Dioecesis Brixinensis Patronus Regni est Sanctus Ioseph Sponsus Beatae Mariae Virginis, et Patronus seu Titularis Ecclesiae Cathedralis translato Sanct. Cassiani Episcopi Martyris Dominica secunda post Pascha. Ast Anno currenti a censura Ordinariatus nostris Patribus iniunctum, immo statim in Directorio impressum fuit Festum Sanctorum Ingenuini, et Albuini Patronorum Brixinensium sub ritu duplicis primae Classis die quinta Februarii. Quaeritur num nostri teneantur, aut possint hoc Festum, quod non est de praecepto pro foro, recitare, aut an potius ad evitandas contentiones praedictum Festum pro forma tantum imprimendum sit in Directorio, admonendo privatim Patres de eiusdem in Choro omissione?

4. Montis Episcopalis Patronus Dioecesis Argentinae Sanctus Arbogastus celebratur Dominica diem XXV. Iulii immediate praecedente: quaeritur si haec Dominica simul est tertia Iulii, num iuxta alias a Sacra Rituum Congregatione die

3. Aprilis 1821. declarata, transferendum sit Festum Sanctissimi Redemptoris, an potius illud Patroni Dioecesis?

5. Leodii in Belgio dies XVI. Septembris, in quo celebratur Festum Sancti Lamberti Patroni Dioecesis si cadit in Dominicam, Festum Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis ex Decreto sa: me: Pii Papae VII. in sequentem Dominicam transfertur: quaeritur an cum, vel sine Octava?

6. Officium Fugae Domini Nostri Iesu Christi Dominica quarta Aprilis quotannis est impeditum, et celebratur qua translato tempore Paschali, cui minus convenire videtur, si humillime proponere liceat supplicari Sacrorum Rituum Congregationi pro assignando huic Festo aliam Dominicam v. g. tertiam post Epiphaniam, aut primam, vel secundam Iulii, aut aliam.

7. Nostri Patres frequenter, praecipue diebus Dominicis, excurrunt ad Parochias in vicinia positas ad succurrendum Parochis tum in concionando, aut Confessiones excipiendo, aut in Missa plerumque cantata celebranda. Praeterea extat Leobii in Styria Hospitium, in quo semper tres, vel quatuor nostri Sacerdotes in cura Animarum occupantur, ast non habentes Ecclesiam propriam quotidie in Parochiali celebrant. Quaeritur num iuxta plura Decreta, et declarationes Sacrorum Rituum Congregationis se conformare teneantur in Missa? Causa dubii est quia si praedicta conformatio locum haberet, nostri Patres imprimis posteriores in Hospitio morantes frequentissime, et praecipue diebus Dominicis deberent dicere Missas non concordantes cum Officiis nostris pulcherrimis, et devotissimis, ut sunt Festa Domini Nostri Iesu Christi, et Beatae Mariae Virginis assignata ad Dominicas, festa, inquam, de quibus in Germania nec somniant?

8. Quomodo terminentur Hymni in Festo Sacratissimi Cordis Domini Nostri Iesu Christi, quum in Missa, *Egredimini*, dicenda sit Praefatio de Nativitate.

9. In Collegio Frohnleitensi nostri Patres simul administrant Ecclesiam Adriachensem, quae Ecclesia aliquando Parochialis spatio quadrantis horae a nostra Ecclesia Frohnleitensi nunc Parochiali remota, in illa lugubri Ecclesiarum, ut priori saeculo videbatur superfluarum, destructione, a Coloniae empti huc usque maxima cura, et non paucis expensis ab iisdem conservatur, et non habens proprium Sacerdotem, nostrae dispositioni, et administrationi plane relicta est; et revera ibidem quamfrequentissime a Nostris concionatur, Sacramenta administrantur, et Missae leguntur. Quae-

ritur num etiam huius Ecclesiae Patronus Sanctus Georgius Martyr a nostris Patribus licite sub ritu duplicis primae Classis cum Octava celebretur?

10. Nostrae Ecclesiae Manternensi adiacet Cappella ad normam Lauretanae aedificatam ob eximiam populi devotionem celebris, in quam aditus ex Ecclesia patet, et in qua quotidie plures, aut certe una Missa a nostris legitur. Quaeritur num Festum Translationis almae Domus Lauretanae qua duplex primae Classis celebrandum?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, omnibus rite, accurateque examinatis, post factam a me subscripto Secretario relationem, rescribendum censuit.

Ad 1. « Pro gratia in omnibus iuxta preces. »

Ad 2. « Pariter pro gratia in omnibus, sed Festum Sanctorum Angelorum Custodum celebretur sine Octava. »

Ad 3. « Dummodo Sancti sint Patroni praecipui Regni, vel Dioecesis, de ipsis sine Octava recitandum est Officium iuxta alias decreta pro Regularibus. »

Ad 4. « Ad tramites citati Decreti Generalis in casu Festum Sanctissimi Redemptoris, uti secundarium, transferendum. »

Ad 5. « In casu translationis faciendum esse Officium sine Octava. »

Ad 6. « Iuxta alias decreta in casu impedimenti non esse transferendum, sed omittendum. »

Ad 7. « In casu servanda esse Decreta. »

Ad 8. « Ut in Festis Beatae Mariae Virginis. »

Ad 9. « Negative. »

Ad 10. « Negative. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit a Patribus Congregationis Sanctissimi Redemptoris extra Italiam, et in Dominiis Austriae Domus degentibus. Die 1. Septembris 1838.

4843. MECHLINIEN.

Apostolicum Indultum quo apud Belgas contrahitur numerus Festorum de praecepto, simulque praescribitur, ut ieiunium Vigiliae praecedentis, quando servandum est, servetur Sabbato ante Dominicam, in qua Festum illud exterius apud Populum agitur, hoc incommodi non raro patitur, ut quum nihil fuerit quoad Liturgiam immutatum, consuetumque Horarum Canonicarum ordinem, eodem die, quo in Choro solemniter celebratur Festum, et Officium Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, eorumdem sit servanda Vigilia. Quum itaque ieiunium minus solemniter convenire censeatur, propterea Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. enixe suppli-

cavit Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Engelbertus Sterckx Mechliniensis Archiepiscopus nomine etiam ceterorum Belgii Episcoporum ad perfectam uniformitatem obtinendam, nimirum Brugen., Gandaven., Leodien., Namurcen. et Tornacen., qui omnes Suffraganei sunt Mechliniensis Metropolitanae, quatenus iis omnibus Dioecesibus aliud concedere dignaretur Indultum, ut nimirum ieiunium pervigili Festi eorumdem Apostolorum, in posterum servari valeat quarto Kalendas Iulii, eadem scilicet die, qua antea servabatur. Sanctitas Sua, referente me infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, de speciali gratia annuit solummodo iuxta preces quando natalis Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli incidit in Sabbatum, ceteris vero annis servetur solum iuxta praecedens Indultum. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 22. Septembris 1838.

4844. MELITEN.

Quum Cathedrali in Ecclesia Meliten. nonnulla in usu esse deprehenderit R. D. Carmelus Xicluna Caeremoniis Praepositus, quae vel a Sacrorum Rituum Congregationis Decretis longe aberrant, vel ex illorum devia interpretatione derivant, pro sui muneris parte, ut omnia rite, et recte dirigantur per supplicem Libellum memoratae Sacrae Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. Quomodo considerari debeant Ecclesiae Parochiales, in quibus nullum adest onus recitandi Horas Canonicas relate ad eorum Titulares, et Dedicaciones?

2. An possint, et debeant Sacerdotes et Clerici degentes sub iisdem Ecclesiis Parochialibus, licet deputati servitio earumdem, recitare Officium Dedicacionis, et Titularis respectivarum Ecclesiarum, et Octavas celebrare?

3. An Sacerdotes, et Clerici adscripti Ecclesiis Parochialibus Collegiatis, non tamen addieti Choro, possint et debeant recitare Officia, et Octavas celebrare dictarum Ecclesiarum, quae in Choro propria dicuntur, vel potius debeant se conformare quoad Officium Calendario Dioecesano?

4. An Sacerdos, qui gaudet privilegio Altaris personalis, qui aggregetur alicui Congregationi, quae etiam dicto privilegio gaudet, possit adhuc frui hoc alio privilegio quum aliunde iam habeat per tres, aut quatuor vices in hebdomada tale privilegium?

5. An Sacerdos quando benedicit Populum Sacra Pyxide debeat illam totam cooperire extremis veli oblongi humeralis, quemadmodum

iubet Rituale Romanum in delatione Viatici, non tamen post Viaticum sed alia in occasione?

6. An Canonicus Dignitas in Minoribus constitutus possit in fine Officii in Choro intonare Antiphonam Titularis, ac dicere Orationem?

7. An Vice-Parochus debeat habere praecedentiam super alios Sacerdotes, ipsi in Ordinatione anteriores, non obstante aliqua consuetudine allegata non immemorabili?

8. An in Ecclesiis, et Oratoriis Ecclesiae Parochiali subiectis, in quibus multi Sacerdotes quotidie celebrant, possint celebrari Missae Titularis, et Dedicacionis sub eodem ritu duplici, ac in Ecclesia Parochiali?

Sacrorum vero Rituum Congregatio ad Vaticanas Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, exquisita prius alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris sententia scriptis pandita, praeloque cusa, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Iacobi Aloisii Brignole Pontentis, omnibus mature perpensis, riteque libratis, rescribendum censuit in omnibus iuxta Votum, exceptis Dubiis 2. et 3. pro quibus dilata, et Episcopo pro Informatione, nimirum.

Ad 1. « Iuxta Rubricas Generales Missalis, et Breviarii Romani. »

Ad 4. « Ad Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 5. « Deberi in benedicendo Populo cum Sacra Pyxide illam totam cooperire extremitatibus veli oblongi humeralis. »

Ad 6. « Non posse. »

Ad 7. « Negative praeter Functiones, in quibus exercet munus Vice-Parochi. »

Ad 8. « Negative. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. Die 23. Februarii 1839.

4845. ATRIEN. ET PINNEN.

Reverende Pater.

Quum Sacra Rituum Congregatio compererit Priorem Ordinis Praedicatorum Civitatis Pinnen., eoque absente Sub-Priorem in Ecclesiasticis Functionibus uti Palmatoria, quod vetitum omnino est, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subscripta die coadunata ad relationem mei Infrascripti Secretarii decrevit, ut Paternitati tuae scriberetur, quod veris existentibus expositis curet, ut abusus omnino de medio tollatur. Ipsa igitur diligentissime Sacrae Congregationis mentem, et iussa aperiens memoratis Priori, et Sub-Priori Coenobii Pinnen. eos adducat ut decretis strictim obtemperent. Et diu felix vivas. Die 23. Febr. 1839.

Reverendissimo Patri Magistro Generali Ordinis Praedicatorum.

4846. BOVINEN.

Reverende Domine uti Frater.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Vaticanum subsignata die coadunata per infrascriptum Secretarium relatis precibus nomine Amplitudinis tuae, requirentis Missam votivam quotidie celebrandam a rudi imperitoeque Sacerdote tuae Dioecesis, ac etiam subsequentibus Litteris cum Informatione, et Voto ab Amplitudine pariter tua datis octavo Kalendas Februarii currentis Anni, ac serio examine cribratis omnibus in gravissimo hoc negotio locum habentibus circumstantiis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi concordantes in voto fuere quod Amplitudini tuae scriberetur, ut Sacerdotem eundem imperitum omnino suspendas, donec instructus appareat ad rite celebrandum, scandalum secluso. Hanc Sacrae Congregationis mentem dum Amplitudini tuae aperio, diu felix, et incolumis vivat. Die 23. Februarii 1839.

Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Bovinensi.

4847. CONGREGATIONIS OBLATORUM BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Quum hodiernus Praefectus Congregat. Oblatorum Beatae Mariae Virginis Civitatis Taurinen. ab Sacra Rituum Congregatione petierit solutionem duorum insequentium Dubiorum, videlicet.

1. An Sacerdos, qui ex Indulto quotidie celebrat Missam votivam Beatae Mariae Virginis, in Sabbatis, et per Octavas Festorum Deiparae addere possit Hymnum Angelicum *Gloria in excelsis Deo*, uti ex Decretis concessum est in Missis votivis eiusdem Deiparae, quae in Sabbato celebrantur?

2. An usus coloris caerulei in sacris Paramentis permitti possit pro colore albo, uti fieri assolet in Missis Beatae Mariae Virginis, vel potius violaceo?

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subsignata die coadunati ad relationem mei Infrascripti Secretarii respondere rati sunt.

Ad 1. « Affirmative in Sabbatis, in reliquis negative. »

Ad 2. « Negative in omnibus, et usum caerulei coloris veluti abusum eliminandum. »

Die 23. Februarii 1839.

4848. MONTIS REGALIS.

Quum Reverendissimus Episcopus Montis Regalis Sacrorum Rituum Congregationi exhibuerit duo Dubia hisce concepta terminis, nimirum.

1. Occorrendo alcune volte nella Vigilia di

Pentecoste il giorno, in cui il Capitolo di questa Cattedrale di Mondovì ha l'obbligo di cantare una Messa in forza di antico Legato, dimanda se possa detta Messa cantarsi dopo l'ora di Prima, riservando la Messa Capitolare colla Benedizione del Fonte dopo l'ora di Terza?

2. Se i Padri Abbati Benedettini Cassinesi, e Cisterciensi possono senza la licenza de' Vescovi consecrare Patene, e Calici ad uso di altre Chiese, oltre le proprie? Poichè essendosi apposti nel Calendario Dioecesano alcuni Decreti della Sacra Congregazione de' Riti, fra quali uno che dichiara non aver detti Abbati la facoltà di consecrare Patene, e Calici per uso di altre Chiese fuori delle loro proprie, ne porsero lagnanze, ed addussero privilegi, che per lo meno non si sà se sieno stati confermati.

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata ad relationem mei Secretarii rescripsit.

Ad 1. « Negative iuxta Rubricas. »

Ad 2. « Procuratori Generali pro Informatione et Voto. Die 23. Februarii 1839.

4849. ORDINIS MINORUM EXCALCEATORUM

SANCTI PETRI DE ALCANTARA.

Quum hodiernus Dispositor Kalendarii Ordinis Minorum Excalceatorum Sancti Petri de Alcantara Provinciae Neapolitanae a Sacrorum Rituum Congregatione enixe expetierit solutionem insequentium Dubiorum, nimirum.

1. An servanda sit dispositio Rubricarum, quae praescribunt in Officiis ritus duplicis minoris Lectiones primi Nocturni de Scriptura legendas etiam dum in Breviario forsitan per errorem in aliquibus Officiis duplicis minoris indicantur Lectiones propriae, vel de Communi?

2. An in Ecclesia Ordinis benedicta sub titulo Sanctissimae Conceptionis Deiparae, et Sancti Paschalis, etiam Officium Sancti Paschalis Titularis recitari debeat sub ritu duplicis primae Classis cum Octava?

3. An in simplicandis Officiis duplicibus, quae ad Anni terminum reponi nequeunt, servari possit Officium ritus duplicis persolvendum die secunda Novembris, in qua occurrit translatio Officii ritus duplicis maioris, quod ex Decreto ibi locum habere nequit?

4. An die XXX. Decembris quando non incidit in Dominica, etsi in ipsa locum habeat Officium Dominicae infra Octavam Nativitatis Domini, reponi valeat aliquod Officium translatum?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata, ad

relationem infrascripti Secretarii respondendum censuit.

Ad 1. « Semper de Scriptura. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Affirmative. »

Atque ita rescripsit. Die 23. Februarii 1830.
4850. PARMEN.

Reverendissimus Parmen. Episcopus acceptis Litteris Sacrorum Rituum Congregationis datis Kalendaris Septembris superiori anno 1838. pastoralis sui muneris esse duxit per novam sequentem Epistolam Sacram ipsam Congregationem certiolem reddere de nonnullis respicientibus quaestionem, de qua ipsis in Litteris, ut opportunam reciperet instructionem, per novam sequentem Epistolam.

Emi, et Revmi Patres.

Quae Parochiali Instituto Ecclesiae Parochialis Villae di *Costamezzana* Parmensis huius Dioecesis ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem relata sunt quoad publicam Supplicationem praedicta in Ecclesia die ipsa Solemnitatis Corporis Christi haberi solitam, ea veritati minime innituntur. Ita autem se res habet. Quum Anno 1835. ad me perlatum esset, antedictam Supplicationem obiri in praefata Ecclesia Plebana Villae di *Cusignano* huius pariter Dioecesis, quod abs re erat, rescribendum duxi, antedictam Supplicationem aut summo mane peragendam in Parochiali Ecclesiae di *Costamezzana*, aut in Dominicam infra Octavam Solemnitatis transferendam. Id erat rationi maxime consentaneum, et consuetudini, ut sit, nulla ex parte repugnans. Quid porro? Posthabito omnino praescripto, eadem die, et hora consueta Supplicatio habita, et Parochialis Instituti pietas eo devenit, ut me impune irrisum haberet. Hinc factum ut insequentibus annis Supplicatio die ipsa sacratissimae Solemnitatis vetita, tamquam inobedientiae poena, et in Dominicam infra Octavam transferenda fuerit decreta, cui tamen decreto pium Illud Institutum obtemperare renuit.

Nec est quod me aut venia ab Archipresbytero Plebano non petita, aut nimia animi firmitas quamquam laccessita ad facultatem, iterum iterumque expetitam denegandam moverent. Lex erat: Synodales scilicet Constitutiones, quae id penitus, absoluteque vetabant. Liceat mihi in medium eas afferre, ut Vos Eminentissimi, et Reverendissimi Patres probe noscatis, non Archipresbytero Plebis di *Cusignano* reclamante, verum obstantibus Synodalibus ipsis Constitutionibus publicam eam Supplicationem iure, meritoque prohibitam fuisse. Ita autem constitutum Capitulo de *Eucharistia* §. 21.

» Dicta autem Celebritatis die solum Ecclesia
» Cathedralis in Civitate, et in Dioecesi Archi-
» presbyterales Ecclesiae Processionem peragant:
» reliquae vero Parochiales tum in Civitate, tum
» in Dioecesi sequentibus diebus . . . nec duo
» Processiones fiant eadem die in duabus Paroe-
» ciis proximis, et contiguis.»

In Capitulo autem de Processionibus §. 20.
haec habentur.

» Ut autem in Oppidis, et Villis huius nostrae
» Dioecesis religiosos veneranda Sanctissimi Cor-
» poris Christi Solemnitas recolatur, mandamus ut
» Rectores omittant ipsa die Solemnitatis eiusdem
» Processionem in propria Ecclesia instituere, sed
» post celebratam Missam ad Ecclesiam conveniant
» Archipresbyteralem, cui subiiciuntur, ibique Ar-
» chipresbytero assistant in obeunda Processione,
» nec discedant quousque ab eo huiusmodi functio
» fuerit praecata sub poena trium aureorum.»

Haec omnia adamussim in Dioecesi observan-
tur, atque incassum obicitur in aliquibus Oppidis,
in quibus Ecclesia Plebana non extat, Processionem
in ipsa Solemnitatis die haberi. Oppida enim a Sy-
nodo ipsa, quatenus loca in quibus ob Populi fre-
quentiam ius dicitur, Praetura, aliisque publicis
Magistratibus praefulgent, excipiuntur. Ast diversa
Parochialis Ecclesiae Villa *di Costamezzana* ratio.
Ibi Magistratus nulli, Parochus ex Synodi prae-
scriptione ad Ecclesiam Plebanam de Cusignano
convenire, ut qui ex hac ipsa pendeat, atque huic
subiiciatur, ipsa solemnitatis Corporis Christi die te-
netur. Quapropter iure ne an iniuria pium Institutum
Parochiale supralaudatae Ecclesiae ad Sacro-
rum Rituum Congregationem recurrerit, Vestrum
erit Eminentissimi ac Reverendissimi Patres di-
gnoscere.

Quidquid ergo, cunctis, quae supra exposui,
ad trutinam revocatis super hoc negotio, Emi-
nentiae Vestrae decernant, id mihi sacrum erit
et inviolabile. Interea dum Sacram Purpuram
deosculor, ab Omnipotenti Deo Vobis omnia pro-
spera felicitiaeque adprecior ex animo.

Parmae octavo Kalendas Decembris 1838.

Unus Obscūsus Dominus Famulus
Vitalis Episcopus Parmen.

Et Emī, ac Revmī Patres Sacris tuendis Ritibus
praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum coaduna-
ti, audita a me infrascripto Secretario fideli rela-
tione, in voto unanimiter fuerunt ut Reverendis-
simo Episcopo Parmen. rescriberetur ut sequitur.

Revme Domine uti Frater.

Primum Sacrae huius Congregationis Rituum
Epistolium datum Kalendis Septembris superiore

Anno 1838. quoad Supplicem Libellum pii cuius-
dam Parochialis Instituti erecti in Ecclesia Villae
di Costamezzana istius Parmen. Dioecesis satis,
superque Amplitudini Tuae ostendit Eminentissi-
mos Patres satius, et prudentius in illud deve-
nisse consilium Tibi potius Epistolam, quam Sup-
plici Libello Instituti recensiti Rescriptum dare,
timentes quidem ne vitium aliquod subreptionis
obreperet. Quum autem in praesentiarum, acceptis
Litteris Amplitudinis Tuae datis octavo Kalendas
Decembris eodem anno, hoc fuerit in propatulo
positum, propterea in novis Comitibus Ordinariis
eiusdem Congregationis infrascripta die coaduna-
tis, consideratis omnibus, quae a Te referuntur,
Eminentissimi Patres in unanimitate sensu fuerunt
supplici Libello esse rescribendum. *Oratores obe-
diant Decreto Episcopi, de quo scribatur eidem
Episcopo.* Sensu itaque ac mente Sacrae Congre-
gationis Amplitudini Tuae patefactis, reliquum
solummodo erit debito modo per Ordinariam fa-
cultatem supradicto pio Instituto Parochiali haec
omnia intimare, ut debitae mandentur executioni.
Amplitudo interim Tua diu felix, et incolumis
vivat.

Romae 23. Februarii 1839.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Parmensi.

4851.

TRANEN.

Iuxta placitum decimae Constitutionis sa: me:
Gregorii Papae XIII. quae incipit: *Quum interdum*,
facultatem Regularibus indulgentis publicam du-
cendi Supplicationem etiam extra Claustra in Fe-
sto, et per Octavam Sanctissimi Corporis Christi,
Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuc-
cinorum Coenobii, quod extat in Oppido, cui
nomen vulgo Corato Dioecesis Tranen. illam extra
Claustra duxerunt solemniter per Oppidi vias. Modo
vero ab hoc Ecclesiastico ritu libere servando prae-
pediuntur a Capitulo Ecclesiae Collegiatae, ac
praesertim a Parocho, qui sibi ius vindicat im-
pertiendi veniam pro huiusmodi Supplicatione.
Eapropter recensiti Regulares Capuccini probe
noscentes et quae recensita in Constitutione di-
sponantur, et quae alias super re fuere decreta,
Sacrorum Rituum Congregationi humillime sup-
plicarunt pro solutione sequentium Dubiorum,
nimirum.

1. Utrum per verba memoratae Constitutionis:
extra Claustra licitum sibi sit per aliquam Oppidi
viam ea in occasione publicam ducere Supplica-
tionem?

2. Utrum in Supplicationibus, quae ducuntur
per Octavam Sanctissimi Corporis Christi expe-

tenda sit a Regularibus venia vel a Parocho, vel ab Episcopo?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, omnibus rite librat, consideratisque Informatione, et Voto Reverendissimi Tranensis Archiepiscopi, ad relationem mei infrascripti Secretarii propositis Dubiis respondendum censuit:

Ad 1. « Licere iuxta praedictam Constitutionem et alias decreta. »

Ad 2. « Negative iuxta Decreta praesertim in Cassanen. diei 20. Iulii 1654. et 8. Aprilis 1656., et scribatur Archiepiscopo iuxta mentem. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 23. Februarii 1839.

« Tenor Epistolae Reverendissimo Archiepiscopo missae est sequens. »

Perill. et Revmo Domino uti Frater.

Ordinariis in Comitibus Sacrae huius Congregationis Rituum habitis ad Vaticanas Aedes infrascripta die, iuxta receptum morem discussa fuere sequentia duo Dubia proposita ab Alumnis Ordinis Minorum Capuccinorum Coenobii Oppidi Corato vulgo nuncupati istius Archidioecesis, super quibus tertio Idus Septembris superiore anno 1838. Sacra Congregatio ab Amplitudine Tua Informatione, et Votum requisivit. Dubia autem erant 1. Utrum Regularibus liceat in Festo et per Octavam Sanctissimi Corporis Christi publicam ducere Supplicationem per vias, ex eo quod in Constitutione decima sa: me: Gregorii Papae XIII. quae incipit: *Quum interdum*, permittitur hoc peragere extra Claustra? 2. Utrum in Supplicationibus, quae a Regularibus ea occasione ducuntur, expetenda ab illis sit venia ad hoc a Parocho, vel Episcopo? Eminentissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, re cognita, riteque discussa, rescribendum censuerunt propositis Dubiis hoc modo, nimirum: Ad 1. « Licere iuxta memoratam Constitutionem, et alias decreta: » Ad 2. « Negative iuxta eadem Decreta: » atque insimul Amplitudini Tuae iuxta mentem esse scribendum. Sacrae itaque Congregationis mens est, ut Amplitudo Tua, qua praestas pietate, ac religione Cleri Saecularis, ac Regularis paci, et concordiae ad dissidia dirimenda studens ordinaria facultate moneas vel Capitulum Collegiatae Ecclesiae Oppidi Corato, vel eiusdem Parochum tum de facultate Regularibus tributa per memoratam Constitutionem, tum de iis, quae alias sancita sunt, praesertim in duobus Cassanen. dierum 20. Iulii 1654. et 8. Aprilis 1656. quibus cautum est, ut aliis in circumstantiis omnino praerequiratur vel consensus vel venia Parochi,

aut Episcopi ad ducendas per Regulares, vel quemlibet alium extra propria Claustra Supplicationes, in Festo tamen, et per Octavam Sanctissimi Corporis Christi admittitur omnis contradicendi modus, et liberantur Regulares a venia expetenda. Qui mos quum ubique servetur, servandus pariter erit a Regularibus Oratoribus, ac pacifice relinquendi erunt in illius prosecutione. Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Romae 23. Februarii 1839.

Perill. et Revmo Domino uti Fratri Archiepiscopo Tranen.

4852. BARDEN.

Precibus Reverendissimi Benedicti Flaget Episcopi Barden. requirentis.

1. Ut in Divinis persolvendis Laudibus deinceps conformare se possit in omnibus Calendario Cleri Saecularis Urbis.

2. Ut in propria sua Missa in diebus non vetitis ad libitum recitare queat quamcumque Collectam.

Sacra Congregatio Rituum ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Obstant Rubricae, et Decreta huius Sacrae Congregationis. »

Ad 2. « Affirmative sed ex iis, quae extant in Missali. » Die 22. Februarii 1839.

4853. TRANEN.

Quum Reverendissimus Tranen. Archiepiscopus apud hanc Sacr. Rit. Congregat. insteterit, ut in Ecclesia Ordinis Minorum Sancti Petri de Alcantara loci vulgo Barletta Archidioecesis Tranen. permittatur usus Organi, et Tunicellarum, quamvis Ordinis ipsius Regulae, et Constitutiones haec non admittant: Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, exquisita prius Informatione Revmi P. Procuratoris Generalis, ac singulis diligenter perpensis, rescribere rata est. « Negative in omnibus. »

Die 23. Februarii 1839.

4854. ANDRIEN.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis, quum per me infrascriptum Secretarium, inter cetera negotia, relatae fuerint etiam preces Reverendissimi Episcopi Andrien. conceptae ut sequitur.

Beatissimo Padre.

Il Vescovo di Andria bramando che nella sua Chiesa Cattedrale il tutto proceda regolarmente, propone i seguenti dubbii, e supplica per le analoghe risposte.

1. In tutto il corso dell'Anno per riduzioni fatte da alcuni Vescovi colle debite facoltà, debbono cantarsi numero ventidue Messe di *Requie*, quali sogliono ripartirsi ne' giorni di rito semidoppio.

2. Nella Cattedrale di Andria in tutti i giorni di rito semidoppio, quando possono dirsi Messe di *Requie*, vi è l'obbligo di cantarsi una Messa di *Requie*, detta quotidiana, nel modo com'è segnata nel Messale di morto.

3. In ogni lunedì benchè fosse di rito doppio, vi è l'obbligo di recitare con canto, e talvolta anche senza canto alcuni Responsorii dell'Ufficio de' morti in suffragio di alcuni pii Disponenti, e defonti in generale.

Il metodo, che si è tenuto *ab immemorabili* senza opposizione de' Vescovi *pro tempore* nel soddisfare ai suindicati obblighi è stato il seguente.

Al principiar delle Laudi in Coro una porzione de' Canonici e Sacerdoti non meno di quattro, previo il permesso del Prefetto del Coro medesimo staccandosi dall'altra, che rimane a proseguire il Divino Offizio colla Conventuale, ed altri Legati di Anniversarii, che possano accadere in quel giorno, si porta in una Cappella della stessa Chiesa, detta Oratorio, per assistere alle Messe segnate num. 1. e 2. e recitare i Responsorii segnati al num. 3. senza però portar confusione, o disturbo al Coro, attesa la segregazione, e sufficiente distanza della nominata Cappella.

Si domanda se questa costumanza di dividersi gli addetti al Coro per soddisfare gli obblighi enunciati possa tollerarsi dall'Oratore, oppure togliersi come abuso con obbligare tutti del Coro alla soddisfazione di cui trattasi.

Sacra eadem Congregatio omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit. « In Choro post Primam satisfaciendum esse oneribus Capituli. » Die 3. Augusti 1839.

4855. BAREN.

Quum Sanctissimus Dominus Noster Gregorius XVI. Pontifex Maximus quarto Kalendas Iunii vertentis Anni iterum remiserit ad Sacrorum Rituum Congregationem Ordinariam sequentes preces Reverendissimi Archiepiscopi Baren. nimirum.

Beatissimo Padre.

L'odierno Arcivescovo di Bari prostrato ai Piedi della Santità Vostra umilmente Le rappresenta come *ab immemorabili* la Chiesa Arcivescovile di Taranto, quella di Brindisi, e la Chiesa medesima Vescovile di Nardò godono il privilegio di associare ne' Pontificali l'Epistola, ed Evangelo Greco. Di questo Privilegio medesimo, bramerebbe

l'Oratore che ne fosse *potiori iure* corredata la sua Chiesa metropolitana di Bari in memoria di essersi colà da Urbano II. convocato il Sinodo per la riunione della Chiesa Greca, e Latina, e per maggiormente animare i suoi Alunni del Seminario allo studio della Lingua Greca tanto opportuna alle scienze delle sacre lettere, e finalmente perchè resti un monumento perpetuo della Sovrana e Paterna Clemenza, onde la Santità Vostra si è degnata di riguardar quella Chiesa. Che della grazia ec.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale hodierna die coadunati in Ordinariis Comitibus, audita relatione a me infrascripto Secretario facta, ac omnibus maturo examine consideratis, respondendum censuerunt: « Non expedire. » Die 3. Aug. 1839.

4856. CAMERINEN.

In Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinale subsignata die habito, inter cetera negocia actum etiam quum fuerit de Supplici Libello Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo hisce terminis porrecto a Decano, et Canonicis Collegiatae Ecclesiae Sancti Genesii intra fines Archidioecesis Camerinen. nimirum.

Beatissimo Padre.

Il Decano e Canonici dell'insigne Collegiata di San Ginesio Archidioecesi di Camerino Sudditi, ed Oratori Umilissimi della Santità Vostra con tutto il rispetto espongono, che per giusti e legittimi motivi avendo risoluto di ascoltare la Predica nel Presbiterio recentemente costruito per conformarsi anche alla lodevole consuetudine di altri Capitoli, hanno veduto, e veggono già da cinque anni a questa parte con sommo loro rincrescimento, e con continuo scandalo del Popolo l'Arciprete Don Niccola Biaggi separarsi dal Corpo Capitolare nell'atto della Predicazione della parola di Dio nella ricorrenza Avventuale e Quadragesimale, e da se solo andarla ad ascoltare vestito degli Abiti Canonicali, e de' suoi distintivi nella quarta colonna in seno della Chiesa rimpetto al Pulpito in una sedia situata avanti la medesima colonna avente innanzi un ginocchietto con apparato rosso. E siccome un tale operare dell'Arciprete non è conforme alle Leggi Ecclesiastiche, e Canoniche, e come si disse produce grave scandalo nel Popolo, umilmente supplicano la Santità Vostra, affinchè considerate per via economica le ragioni, che assistono gli umili ricorrenti, si degni ordinare nella Sua somma saviezza, che ferma rimanga la risoluzione Capitolare di ascoltare la Predica

nel Presbiterio, e che l'Arciprete venga costretto in tali occasioni a riunirsi al Corpo Capitolare. Che della grazia ec.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad relationem mei infrascripti Secretarii, singulis maturo examinae perpensis, respondendum censuerunt. « Detur Decretum in una Bononien. Praeeminientiarum diei 9. Decembris 1730. ad Dubium 3. » Atque ita rescripsit.

Die 3. Augusti 1839.

4857.

BOBIEN.

Quum Reverendissimus Bobien. Episcopus constituerit quamprimum coadunare Synodum Dioecesanam, ut leges in ea condendae certo innitatur fundamento, Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit exposcens solutionem nonnullorum Dubiorum, quae hisce concepta terminis ipse proposuit, nimirum.

1. An in Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesiis Missae Conventuales celebrandae cum cantu legi queant absque cantu, dum in Choro Horae minores recitantur? Et quatenus affirmative, an in Calendario apponi possit: *Hodie cantantur duae Missae?*

2. An in Benedictione Populo impertienda cum Augustissimo Eucharistiae Sacramento permitti possit cantus alicuius versiculi vernacula lingua concepti, vel ante, vel post ipsam benedictionem?

3. An Litanis Lauretanis Beatae Mariae Virginis post *Regina Sanctorum omnium* addi possit alius versus scilicet: *Maria advocata nostra*, vel alius?

4. An Seminarii Episcopalis Alumni Choro assistentes Cotta induti thurificandi sint?

5. An duo Canonici Episcopo assistentes, dum impertitur Populo Benedictio cum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, genuflectere debeant in actu benedictionis ipsius?

Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi probe sentientes Reverendissimi Episcopi Oratoris eo tendere vota, ut omnia in sua Dioecesi recta procedant methodo, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunati, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Missas Conventuales canendas Choro praesente, et post Horas Canonicas, iuxta Rubricas. »

Ad 2. « Permitti posse post benedictionem. »

Ad 3. « Negative iuxta alias decreta. »

Ad 4. « Incensandos esse per modum unius. »

Ad 5. « Genuflectere in casu debere. »

Atque ita rescripserunt, ac servandum esse mandarunt. Die 3. Augusti 1839.

4858.

MACERATEN.

Collegiatae Ecclesiae Sanctissimi Salvatoris Civitatis Maceratensis Capitulum a saeculo decimoquinto fundatum ex decem Canonicis, et Praeposito constans, cui competit tantum Animarum cura, primum inter aequales locum, et Officia peragere, ut par est, nonnullis in festis, et anni solemnitatibus, solum sub finem decimi septimi saeculi indultum obtinuit gestandi in Choro, et Ecclesiasticis Functionibus rocchetto cum mozetta privati unius Canonici expensis, qui propterea Capitulo onus hebdomadalis Missae imposuit, quae per turnum celebratur a Canonicis et Praeposito. Huiusmodi usus praeter cetera, quae ex inveterata eiusdem Ecclesiae consuetudine profluunt, satis superque evincunt nullum aliud discrimen inter Praepositum recensitosque Canonicos intercedere, quam quod primo inter aequales convenit. Et haec constans observantia fuit novissimis usque temporibus, quum scilicet ex Cathedralis Canonico R. D. Ioseph Roberti in Praepositum ipsius Collegiatae assumptus fuit, paulloque post Summi Pontificis Praelatus Domesticus renuntiatus; illico siquidem omnia permutata eius opera fuere. Deposita namque mozetta Choro, ni praepediatur Animarum cura, quando intervenit, supra rocchetto mantelletto, vel superpelliceo utitur, ac insuper pulvinari supra genuflexorio: simili modo indutus procedit ad publicas Supplicationes cum Cappellanis habitu talari, et famulis familiaritatis vestibus singularibus indutis, et ipse gestans intorticium loco cerei, quod gestant reliqui Canonici. Exigit insuper distinctiores in Dominica Palmarum Ramos, distinctasque Candelas in Purificatione Deiparae. Renuit denique Canonico Diacono in Missis solemnibus, quae celebrat distincto cum apparatu, solitam salutationem dare, et Antiphonas omnes praeintonanti repetere. Haec et similia quum consuetam pacem servatamque hactenus consuetudinem perturbent, et de medio tollant omnino non sine populi admiratione, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarunt Canonici supradicti Capituli pro opportuno remedio. Sacra eadem Congregatio Ordinariis in Comitibus ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature attenteque consideratis, attentaque potissimum Reverendissimi Episcopi Maceraten. et Tolentini Informatione, quam in antecessum requisierat, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta, praesertim in Anagnina diei 21. Aprilis 1736. nihil ex expositis Praeposito licere, ceu contraria etiam

peculiaribus Capituli Constitutionibus, praeter Vestes pretiosiores in Missis solemnibus, et Candelam distinctam in die Purificationis: quod si Choro assistat cum habitu Praelatitio, et Praeposito non competenti, distributiones amittat iuxta alias pariter decreta, praesertim in Tiburtina, die 23. Martii 1686.»

Atque ita rescripsit ac servari mandavit a Praeposito Collegiatae Ecclesiae Sanctissimi Salvatoris Maceratae, die 3. Augusti 1639.

4859. PISCIEN.

Sacerdos Andreas Rossellini Caeremoniarius Episcopi Piscien. et Extensor Kalendarii eiusdem Dioecesis ad rectius, et iuxta sanctas leges hoc ordinandum, nonnulla Sacrorum Rituum Congregationi Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. Dominica prima mense Maio, dummodo non occurrat aliud Officium potioris ritus, et dignitatis, assignata est Officio Beatae Mariae Virginis Divini Pastoris Matris. Si haec Dominica fuerit impedita, poterit hoc Officium amandari ad alterutram ex sequentibus eiusdem mensis Dominicis, vel omnibus impeditis Dominicis, ad diem feriale?

2. Dominicae primae mensis Iulii pariter assignatur Officium Beatae Mariae Virginis de Consolatione. Hac pariter Dominica impedita, poterit huiusmodi Officium uti supra transferri?

3. Insequenti Dominica assignatum est Festum Sacri Cordis Beatae Mariae Virginis, quod superioribus annis diversimode ad diversas Dominicas fuit amandatum in casu impedimenti. Recte nec ne fuit translatum?

4. Officium Sanctorum, quorum Reliquiae in unaquaque Ecclesia asservantur, et coluntur assignatum est Dominicae non impeditae, et proximiori tempore Adventus. Quoniam haec Dominica non impedita intelligitur ea, quando occurrit Dominicale Officium, accidit ut de mense ad mensem transferatur, et aliquando locum habuit mense Ianuario anno insequenti. Quid itaque in casu agendum?

5. Iuxta Decretum Urbis, et Orbis diei 5. Augusti 1807. sequenti anno additum fuit Kalendario Officium in honorem Sancti Francisci Caracciolo cum Missa *Os iusti* de Comuni. In Kalendaris aliarum Dioecesium assignatur Missa propria concessa altero Decreto diei 25. Novembris eodem Anno 1807. Quanam legenda?

6. Quando occurrit translatio Officiorum Ss. quinque Vulnerum Domini Nostri Iesu Christi, et Sancti Policronii Patroni minus principalis, quum utrumque gaudeat ritu duplicis maioris,

quodnam prius reponendum, et si inter se concurrant quomodo erunt Vesperae ordinandae?

7. Generalia Decreta permittunt ut valeat Missa sollemnis *de Requie* cantari etiam secunda, et tertia Feria Paschatis, et Pentecosten praesente Corpore. In Hetruria prohibitum quum sit Cadavera exponere, poterit haec Missa locum habere quando Cadaver asservatur in conclavi proximo Ecclesiae? Insuper ut haec Missa dicatur sollemnis, sunt ne necessarii Ministri, et Clerici, vel Sacerdotes in Choro?

8. Quadam Parochiali in Ecclesia occurrit Anniversarium dedicationis eiusdem die festo Sanctorum Innocentium. Quo die erit reponendum horum Martyrum Officium?

9. In Missis Rogationum possunt ne pulsari Organa?

10. Decreta sinunt ut pulsentur Organa in Dominicis tertia Adventus, et quarta Quadragesimae, quod certe vetitum reperitur in Caeremoniali Episcoporum *lib. 1. cap. 28. num. 2.* Quid itaque agendum?

11. Ultima Strophae Hymni *Veni Creator Spiritus*, est ne varianda quando dicitur extra tempus Paschale, et Pentecosten?

12. Dominica secunda post Pascha fit Officium Sanctissimi Redemptoris, et tertia Patrocinii Sancti Ioseph. Si in has Dominicas incidet Festum Sancti Marci Evangelistae, Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi, vel Inventionis Sanctissimae Crucis, quae sunt aequalis ritus, de quonam agendum? Et Officia Dominicis affixa possunt ne transferri?

Et Saera eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis, riteque libratis rescribendum censuit: « In omnibus iuxta alias decreta, quae dentur, nimirum.»

Ad 1. 2. et 3. « Transferri possunt, si in concessionis Indulto facta sit facultas, et quidem designata die: alias eo anno omittenda iuxta Decretum Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Poloniae diei 29. Ianuarii 1752. ad Dubium V.»

Ad 4. « Ut ad proxima: numquam vero transferendum sequenti anno mense Ianuario iuxta pluries decreta.»

Ad 5. « Esse legendam Missam propriam iuxta Decretum diei 25. Novembris 1807.»

Ad 6. « Iuxta alias decreta praesertim in Mediolanen. diei 7. Decembris 1743. ad Dubium III. de digniori prius agendum: quod si concurrant, servetur Tabella Concurrentiae num. 6.»

Ad 7. « Negative, sed servetur Decretum in Florentin. diei 25. Aprilis 1781. quod praecise Hetruriam respicit: quoad alteram partem saltem requiruntur Ministri. »

Ad 8. « Supplicandum pro commutatione Anniversarii. »

Ad 9. « Servetur consuetudo. »

Ad 10. « Ut ad proximum. »

Ad 11. « Iuxta alias decreta varianda pro temporum diversitate. »

Ad 12. « Agendum de Officio occurrenti: et Officia Redemptoris, et Patrocinii Sancti Ioseph transferantur quatenus in Indulto sit facta facultas. »

Atque ita rescripsit, ac servandum mandavit, die 3. Augusti 1839.

4860. SARSINATEN.

Quum pro parte Vicarii Generalis Reverendissimi Episcopi Sarsinatensis Sacrorum Rituum Congregationi sequentes exhibitae sint preces Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. inscriptae, ut infra.

Beatissimo Padre.

Il Vicario Generale della Diocesi di Sarsina supplica la Santità Vostra affinché voglia degnarsi sciogliere il seguente Dubbio, cioè

Se debba, o no dirsi attualmente l'Orazione *pro Imperatore* nelle preci del Venerdì Santo, e nel Preconio *Exullet* del seguente Sabato, dicendo gli uni che dopo il Trattato, in cui Francesco Secondo assunse il nome di Francesco Primo, e cambiò il titolo d'Imperatore di Germania in Imperatore di Austria, riducendo ereditaria la successione, e non più elettiva, cessasse da quel punto anche il nome di Romano Imperio, che quelle preci se si facessero, sarebbero illusorie, e ch'è pratica universale nello Stato Pontificio, ed in Roma istessa di omettere le Preci *pro Imperatore*: gli altri al contrario dicono, che in alcuni luoghi dello Stato si continua a nominare in quei giorni l'Imperatore, e che non esistendo (come qui in vero non si conosce) una disposizione della Santa Sede, non si deve discostare dal Messale. Che ec.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunati, me infrascripto Secretario referente, rescripsere: *Esse omittenda*. Die 3. Augusti 1839.

4861. TRIVENTIN.

Ne ulterius progrediatur abusus iam invecus in Oppido vulgo Agnona Dioecesis Triventinae, ubi in una eademque solemnibus Supplicatione San-

ctissimi Corporis Christi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum defertur successive ab Archipresbytero, et Parochis, quod quidem semel, atque iterum prohibetur a Decretis huius Sacrae Rituum Congregationis, utque omnia in posterum legitime procedant, memorati Oppidi Archipresbyter Sacrorum eidem Rituum Congregationi pro opportuna solutione insequentia duo Dubia proposuit, nimirum.

1. An non obstante quacumque in contrarium consuetudine intangibile sit ius Celebrantis in Solemnitate Sanctissimi Corporis Christi semper per se deferendi in publica Supplicatione Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum?

2. An inveterata quaecumque in contrarium consuetudo derogare possit Legi a Decretis Sacrae Congregationis praescriptae?

Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunati, ad relationem mei infrascripti Secretarii, singulis maturo examine perpensis, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative iuxta alias decreta. »

Ad 2. « Negative iuxta eadem decreta. »

Atque ita decernendum, ac servandum omnino edixere, die 3. Augusti 1839.

4862. FIRMANA.

Precibus Parochorum loci vulgo Monte Granaro Archidioecesis Firmanae requirentium, an in extractione Dotium subsidiorum pro pauperibus Puellis, quae ex dispositione Testamentaria locum obtinet die XXV. Iulii cuiusque anni in Parochiali Ecclesia, a qua dicta occasione amovetur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, Hymnus *Veni creator Spiritus* a Testatore praescriptus, intonandus sit a Parocho Cotta, et Stola induto? Sacra Congregatio respondit: « Dicatur a Praeside, ut in Congregationibus, sine habitu sacro. » Die 3. Augusti 1839.

4863. BAREN.

Sacrorum Rituum Congregationi insequentia duo Dubia proposuit Sacerdos Iacobus Quarto Canonicus Collegiatae Ecclesiae Sancti Nicolai in Civitate Barensi, nimirum.

1. An in ipsa Collegiata Canonico solemniter celebranti liceat assumere Beneficiatum, qui Officio fungatur Presbyteri assistentis cum Pluviali, Palmatoriam deferendo?

2. Utrum Canonici Mitrae, et Crucis pectoralis privilegium habentes, uti possint etiam Faldistorio, Chirothecis, Dalmaticis, Sandaliis, Palmatoria, Gremiali, Baculo sine velo pendente dum solemniter celebrant?

Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunati, referente me Secretario, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Negative in casu. »

Ad 2. « Strictim standum privilegio. » Die 3. Augusti 1839.

4864. **BURGI SANCTI DOMNINI.**

Quum Reverendissimus Episcopus Burgi Sancti Domnini a Sacrorum Rituum Congregatione humillime Indultum rogarit, cuius vigore a suo Clero Saeculari, et Regulari Dioecetano Calendario utente Officium Translationis Sancti Nicomedis Martyris Kalendis Iulii recitari queat; Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus rescribendum censuit: « Officium Translationis conceditur in loco, ubi facta fuit Translatio, cuius memoria per illud Officium recollitur: ac proinde in casu negative. » Die 3. Augusti 1839.

4865. **SENE.**

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis, quum a R. P. D. Secretario inter caetera propositae etiam fuerint sequentes preces Reverendissimi Archiepiscopi Senen. nimirum.

Emi, e Rmi Signori.

L'odierno Arcivescovo di Siena Giuseppe Mancini rappresenta con tutto l'ossequio che i Canonici di quella sua Metropolitana con Apostolico Breve dei 5. Luglio ora decorso ottennero la facoltà di far uso della Bugia anche nelle Messe cantate, e Sagre Funzioni, giacchè per le Messe lette l'avevano di già. Ora insorge il dubbio se a chi spetti l'uffizio di tener loro la Bugia in tale occasione, e se possa esser tenuta indifferentemente da un Sacerdote, o da un Chierico, e se debbano questi, tenendo la Bugia, aver indosso il Pluviale, o la semplice Cotta, e non avendo potuto riscontrare cosa alcuna in proposito, ricorre all'oracolo delle Eminenze Vostre Reverendissime per l'opportuna decisione. Che ec.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omissis maturo examine perpensis, rescribendum, ac declarandum censuerunt: « Palmatoria in casu iuxta generalem consuetudinem sustinenda est vel a Ministris, vel a Magistro Caeremoniarum Missae Solemni inservientibus. » Die 3. Augusti 1839.

4866. **MELITEN.**

Etsi praecedentibus in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus habitis die 23.

Mense Februario vertente Anno 1839. ad humillimas preces R. D. Carmeli Xicluna Caeremonialis Praepositi Cathedrali in Ecclesia Melitensi per opportunas resolutiones nonnulla fuerint ad debitum ordinem revocata, quae ibi ex dubia Decretorum interpretatione procedebant, nec satis accurate servabantur in Ecclesiasticis obeundis Functionibus, aliqua tamen supererant examinanda, quae tunc ob temporis angustias disposita non fuerunt, sunt sequentia, nimirum.

1. Quum ex privilegio Apostolico Ecclesia Cathedralis Melitensis recitat Officium hebdomadale Sancti Pauli Apostoli Patroni Principalis totius Dioecesis qualibet Feria quarta non impedita Officium novem Lectionum: quaeritur propterea an respectu talis Officii sit, et dicatur dies impedita dies in qua reponi debet Officium translatum sive duplex, sive semiduplex, vel potius debeat ulterius protrahi praedictum Officium?

2. An Sacerdos paratus Feria Sexta in Parasceve, ante quam Crux detegatur, debeat in accessu ad Altare genuflectere, vel potius facere profundam reverentiam?

Et Sacra Congregatio, ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, omnibus mature perpensis, riteque libratiss, auditaeque relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Iacobo Aloysio Brignole facta ceu Ponente, rescribendum censuit: « In omnibus iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, » nimirum.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem: negative ad secundam. »

Ad 2. « Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 31. Augusti 1839.

4867. **ROMANA.**

Precibus Sacerdotis Emmanuelis de Sylva Sardo Romae degentis, ac requirentis utrum Sacerdos, qui ex Indulto Apostolico Missam Votivam Beatae Mariae Virginis celebrat, teneatur Paramenta Alba semper adhibere? Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunata, referente R. P. D. Secretario, rescripsit: « Detur Decretum in Oriolen. diei 16. Martii 1805. ad Dubium primum. » Die 31. Augusti 1839.

4868. **MONTIS PESSULAN.**

Etsi Rubricae Missalis, ac plerumque Sacrorum Rituum Congregationis Decreta, et praesertim duo Generalia data diebus 20. Decembris 1783. et 28. Februarii 1818. certas, indubiasque leges

proponant, quae strictim servandae sunt in celebrandis Missis pro Sponso, et Sponsa, adhuc autem ulterius in re declarationes ab hac Sancta Apostolica Sede desiderare videtur Sacerdos Ludovicus Valade Vicarius Generalis in Dioecesi Montispessulan., cuius nomine proposita sunt insequentia Dubia, nimirum.

1. Quando Nuptiae celebrantur tempore Adventus, vel Quadragesimae debet ne fieri commemoratio Missae pro Sponso, et Sponsa per Collectam, Secretam, et Postcommunione?

2. Licet ne recitare supra Sponso preces seu Orationes in Missali positas post Orationem Dominicam, et *Ite Missa est*?

3. Quando praedictae Orationes non sunt recitatae in Missa Nuptiarum, debent ne recitari extra Missam elapso tempore prohibito?

Quae singula Dubia sedulo de more perpendentes Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunati, auditaque fideli relatione ab infrascripto Secretario facta, respondendum censuerunt: « Serventur Rubricae Missalis ac Generalia memorata Decreta, quibus edicitur ut quoniam temporibus ab Ecclesia vetitis locum habere nequit solemnis benedictio Nuptiarum, ita pariter inhibetur commemoratio pro Sponso et Sponsa in Missa occurrente, neque Orationes resumendae extra Missam tempore prohibito iam elapso. »

Atque ita rescripserunt, declararunt, ac servandum omnino mandarunt, die 31. Augusti 1839. 4869. EYSTETEN.

Dum in suo Generali Decreto pridie Kalendas Martii anno 1818. Sacrorum Rituum Congregatio edixit, ut Missae votivae privatae pro Sponso, et Sponsa legantur sine *Gloria et Credo*, cum tribus Orationibus, *Benedicamus Domino*, et Evangelio Sancti Ioannis in fine: Reverendissimus Eysteten. Episcopus Sacrae eidem Congregationi exposuit in Bavaria, et praesertim in Paroeciis Pagorum huiusmodi Missas plerumque celebrari cum cantu, quamvis unicus sit Sacerdos, quas quidem Missas cum cantu in praesentiarum prohibere difficile admodum arbitratur. Quibus positis sequens exhibuit Dubium, nimirum: An Missae pro Sponso, et Sponsa quando celebratur cum cantu addi queat Hymnus Angelicus cum Symbolo Nicaena? Et Sacra ipsa Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunata, re mature perpensa, ad relationem infrascripti Secretarii respondendum censuit: « Negative ad Dubium; in Paroeciis vero, ubi unus tantum est Sacerdos, Do-

minicis, Festisque diebus Missae occurrenti addatur commemoratio pro Sponso, et Sponsa in casu. »

Atque ita servari mandavit, die 31. Aug. 1839. 4870. TERTII ORDINIS

SANCTI FRANCISCI.

Quum R. P. Fr. Aloisius Galandrini Prior Tertii Ordinis Sancti Francisci in Oppido vulgo di Monteloreto Dioecesis Maceraten. Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione insequentia Dubia proposuerit, nimirum.

1. An in Ecclesiis, ubi Functiones Maioris Hebdomadae fieri nequeunt, Feria quinta in Coena Domini celebrari possit Missa lecta?

2. An si huiusmodi Ecclesiae sint Regularium, id liceat ut Superior communicare valeat suos Alumnos pro adimplemento Paschalis praecepti?

3. An Sabbato Sancto Religiosi existentes in Coenobiis ultra milliarem ab Oppidis distantibus in sonitu nolarum conformare se debeant Ecclesiae Matrici?

4. An Religiosi ultra milliarem ab Oppidis commorantes teneantur accedere ad Supplicationes, quae in Ecclesia Matrici instituuntur?

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die habito coadunati, ad relationem R. P. D. Secretarii rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Superior celebret in privato Oratorio ad ministrandam Religiosis Communionem: et si desit Oratorium fiat in Ecclesia ianuis clausis. »

Ad 3. « Affirmative iuxta alias decreta. »

Ad 4. « Non teneri iuxta Decretum in Sulmonen. die 20. Decembris 1659. si distent a Civitate ultra medium milliarem. » Die 31. Aug. 1839.

4871. CATTAREN.

Quum modernus Episcopus Cattaren. in Dalmatia Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarit, ut declarare dignaretur: Utrum Praepositus, et Canonici illius Capituli dum Episcopo Missam Pontificalem, aliasque Sacras Functiones exercenti, assistunt, vel ipsimet Missas, et Sacras Functiones ad Altare, praesente, vel absente Episcopo celebrant, caput tectum cum Pileolo tenere possint? Eadem Sacra Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta, negative. » Die 31. Augusti 1839.

4872. CATTAREN.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis,

quum inter cetera negotia actum etiam fuerit de supplicii Libello a Reverendissimo Episcopo Cattaren. proposito, quo expetebat immutationes faciendas in Orationibus pro Imperatore Romano Feria sexta in Parasceve; nam Franciscus Primus Austriae Imperator defunctus die 6. Augusti 1806. dignitati Imperatoris Romani renunciavit, et eius successor Imperator Austriae vocatur; Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, referente me Secretario, rescribendum censuerunt: « Negative » Die 31. Augusti 1839.

4873. ANICIEN.

Quum Reverendissimus Anicien. Episcopus in relatione status suae Ecclesiae ad Sacram Congregationem Concilii transmissa, inter cetera Postulata, et sequens exposuerit, nimirum. « Ex antiquissimo Ecclesiae Aniciensis ritu si Festum Annunciationis Incarnationis Domini occurrat in tertia vel quarta Dominica Quadragesimae, ac etiam in Dominica Passionis, fiebat de eo cum commemoratione Dominicae in utriusque Vesperis, Officio nocturno, et Laudibus. Si incidit in Dominicam Palmarum, anticipabatur Officium cum Festivitate Sabbato praecedenti. Si evenerit Feria quinta in Coena Domini, Feria sexta in Parasceve, Sabbato Sancto, Dominica Paschae, aut Feriis secunda et tertia sequentibus, transferebatur Officium cum Festivitate in Feriam sextam post Pascha, et Festum Annunciationis clauderebat Iubilaeum talis concursus occasione a Romanis Pontificibus concessum. Quocumque alio die intra maiorem hebdomadam, vel intra hebdomadam Paschae si occurrat praedictum Festum, fiebat de eo cum commemoratione Feriae in Officio nocturno, Laudibus, et Vesperis. Ille ritus sicut antea servetur postulamus. »

Super quo Postulatu Sacrorum Rituum Congregatio de sententia requisita, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis rescribendum censuit: « Si festum Annunciationis incidit in Dominica Tertia vel Quarta Quadragesimae, de speciali gratia servari poterit consuetudo: si vero occurrat in Maiori Hebdomada, vel intra Paschatis Octavam servetur omnino dispositio Generalium Decretorum diei 11. Martii 1614. ac 14. Junii 1692. » Die 31. Augusti 1839.

4874. ORDINIS MINORUM

SANCTI FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Saepe quum contingat ut Alumni Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum ab uno ad aliud Coenobium transmigrare debeant,

praesertim dum se conferunt ad Verbum Dei disseminandum, vel dum iter instituunt, vel per aliquot dies, et ad mensem etiam extra Coenobium, cuius Familiae ex obedientia sunt addicti, commorantur, diversam unusquisque teneat praxim quoad pensum Divini Officii. Nonnulli siquidem in persolvendis Horis Canonicis Ordinem proprii Coenobii sequuntur, a quo discedunt, nonnulli alterum sequuntur Coenobii ad quod perveniunt, praesertim quoad translationes varias, quae necessario fieri debent diversae iuxta Coenobii diversitatem, ut detur locus Officiis Patroni Loci, et Dedicacionis Ecclesiae Cathedralis. Quum autem isthaec dissonantia aliqua sit a Rubricis, et Decretis, ut certa norma in posterum uniformiter sequenda tradatur, Extensor Kalendarii recensiti Ordinis in magno Ducatu Hetruriae, de consensu R. P. Ministri Provincialis, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. Utrum Alumnus Familiae Capuccinorum iter faciens teneatur extra Chorum, ad Officium quod recitatur in Choro Coenobii a quo discessit, vel alterius, ad quod pervenit?

2. Tempore Quadragesimae Divini Verbi Praecones commorantes extra Coenobium tenentur se conformari Ordini Divini Officii Coenobii vicinioris, vel eius ex quo discesserunt, et ad quod redire post Pascha debent?

3. Eodem Quadragesimae tempore, quando fit Officium feriale, cui adnexum est Officium parvum Beatae Mariae Virginis, vel Psalmi Graduales, aut Poenitentiales: haec additionalia anticipari ne possunt die praecedenti post Completorium, si anticipetur Divini Officii Matutinum?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus eoadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis rescribendum censuit, iuxta alias decreta.

Ad 1. « In itinere sequendum Divini Officii Ordinem Coenobii ex quo discessit: dum pervenit, et manet in altero Coenobio, et si ad tempus, huius Ordinem Officii sequatur. »

Ad 2. « Ad neutrum tenentur, sed se conformare debent ad Provinciae Kalendarium sine ulla diversitate pro omnibus quolibet Anno extensum. »

Ad 3. « Seclusa peculiari consuetudine servanda, recensita additionalia obligant in Choro tantum, quae non sunt anticipanda, quia sunt onus diei. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 31. Augusti 1839.

4875. RITUS GRAECI.

Beatissimo Padre.

Stefano Missir Arcivescovo d'Irenopoli esercente i Pontificali di Rito Greco in Roma umilmente espone alla Santità Vostra, che il modo praticato dai Sacerdoti Greci nell'atto di comunicare i fedeli sotto ambedue le specie miste in un comun Calice v'è soggetto a doppio inconveniente.

Primo, perchè dispensandosi la Comunione per mezzo di un cucchiario senza mai tergerlo dopo ogni parziale distribuzione, si corre pericolo di profanare il Sacramento col vomito, essendo costretti i comunicandi, e particolarmente il Celebrante di assumere con ripugnanza le salive, ed altre schifezze di bocca, che necessariamente si depositano nel Calice.

Secondo, perchè in tal caso si potrebbero contrarre delle malattie di bocca, alle quali non di rado vanno soggetti alcuni fra i comunicandi.

Per ovviare a questo doppio inconveniente, i Sacerdoti delle Colonie Greche in Sicilia hanno adottato l'uso di astergere il cucchiario dopo ogni parziale Comunione con un purificatoio, che a tale effetto recano in mano. Quest'uso però non sembra andare esente da notevole indecenza: sì perchè potendo restare attaccate delle specie del pane al purificatoio massime ne' giorni di frequente comunione, vi è pericolo che esse specie cadano in terra per il continuo movimento del purificatoio stesso; sì perchè questo inzuppato già delle specie del vino, si chiude nel Corporeale terminata la comunione, lasciandolo sull'Altare sotto il libro degli Evangelii fino all'ultima Messa, e quindi si ripone in Sagrestia senza altro riguardo.

L'Oratore pertanto si prende la libertà di sottoporre alla sapienza della Santità Vostra un altro modo di comunicare i fedeli sotto le due specie, che crede scevro da qualsivoglia inconveniente.

Si prepara in una Pisside una quantità sufficiente di pane fermentato, ciascun pezzo della dimensione quasi della Particola dei Latini. Fatte la consecrazione, e comunicatosi a suo tempo il Sacerdote, estraе dalla Pisside tante particole, quante servono per formarne uno strato nella Patena, la quale presso i Greci è capace di contenerne un buon numero, essendo di diametro più grande, e molto più fonda, che quella dei Latini. Quindi con un cucchiario adatto prende dal Calice tante stille di Sangue quante sono le particole nella Patena, e le pone suc-

cessivamente sopra ciascuna di esse. Ciò fatto si volta verso il Popolo colla Patena in mano, e prendendone con due dita la Sagra Particola comunica.

Questo modo quanto semplice, altrettanto decente, sembra doversi costantemente adottare. Perciò l'Oratore supplica la Santità Vostra a volerlo approvare, obbligando tutti i Sacerdoti della Chiesa Greca di osservarlo nell'amministrazione del Sacramento Eucaristico. Che ec.

Quas quidem preces, cum apposita Informatione R. P. D. Secretarii Sacrae Congregationis de Propaganda Fide requisita Kalendis Septembris superiori anno 1838., quum in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinalem habitis, retulerit iterato R. P. D. subscriptus Secretarius, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi post maturum omnium examen, rescribendum censuerunt: *Nihil innovetur.* Die 31. Aug. 1839.

4876. URBIS, ET ORBIS.

Postquam in vulgus editum fuit Decretum, quod tuto procedi valeret ad Canonizationem Beati Alphonsi Mariae de Ligorio olim Episcopi Sanctae Agathae Gothorum, et Institutoris Congregationis Sanctissimi Redemptoris, de speciali gratia Sanctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XVI. ad enixas preces Eminentissimorum Cardinalium Caroli Mariae Pedicini Episcopi Praenestini, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefecti, et Caroli Odesealehi Causae Canonizationis eiusdem Relatoris annuit, ut Officium cum Missa in eiusdem Beati honorem quibuslibet petentibus Episcopis concederetur. Animo propterea reputans R. P. Ioseph Maria Mautone recensita Congregationis Sanctissimi Redemptoris Procurator Generalis, Causaeque praedictae Postulator, et non paucos Episcopos, et pene omnes Regularium Ordines huiusmodi obtinuisse Indultum, multosque alios Episcopos in praesentiarum expetere, et nomine proprio, et R. P. Rectoris Maioris, coeterorumque Consultorum suae Congregationis, humillimis datis precibus enixe rogavit Eminentissimos, et Reverendissimos Patres Sacris Ritibus tuendis praepositos, ut Officium Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio de Comuni Confessoris Pontificis cum Lectionibus secundi, et tertii Nocturni, et Oratione ac Missa propriis ad universam Ecclesiam extenderetur. Sacra Congregatio Ordinariis in Comitibus ad Quirinales Aedes infrascripta die coadunata, audita relatione per me subscriptum Secretarium facta, attentoque potissimum pari methodo extensum fuisse Officium tum Sancti Hieronymi

Aemiliani Institutoris Congregationis Somaschae die 2. Septembris 1769. tum novissime Sancti Francisci Caraccioli Fundatoris Clericorum Regularium Minorum die 5. Aug. 1807. omnibus mature perpensis rescribendum censuit: « Ad me Secretarium cum Sanctissimo. » Die 31. Aug. 1839.

Super quibus omnibus facta postmodum Eidem Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. fideli relatione, Sanctitas Sua precibus benigne annuens ex speciali gratia supradictum Officium cum Missa denuo ab Reverendissimo Domino Cardinali Carolo Maria Pedicini Episcopo Praenestino, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice Cancellario, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto una cum R. P. D. Virgilio Pescetelli Sanctae Fidei Promotore revisum a Clero Saeculari, et Regulari utriusque sexus universalis militantis Ecclesiae, qui ad horas Canonicas tenentur, quotannis die secunda Augusti sub ritu duplicis minoris recitari praecepit, die 10. Mense Septembris eodem anno 1839.

4877. BALNEOREGIEN.

Sacerdos Hieronymus Belli Caereoniarius Cathedralis Ecclesiae Balneoregien. pro sui muneris parte incumbens observantiae Rituum, ac Caereoniarius ad Legum tramites, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia enodanda Dubia proposuit, nimirum.

1. Cui debeatur praecedentia in incessu per vias occasione associandi funus, an Capitulo Collegiatae capitulariter intervenienti, vel Parocho ipsius defuncti?

2. Cui debeatur elatio Crucis in casu?

3. An invitato Capitulo Collegiatae, omnes tam Saeculares, quam Regulares, nec non Parochus ipsius defuncti intervenire debeant in Ecclesiam Collegiatam, ut omnes sub unica Cruce Capituli incedant?

Sacra autem Congregatio ad Vaticanas Aedes subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis, rescribendum censuit iuxta alias decreta.

Ad 1. « Debetur Capitulo, uti in una Ianuensis diei 13. Martii 1688. »

Ad 2. « Ecclesiae ad quam defunctus defertur, uti pluries decretum fuit, ac praesertim in una Nullius diei 26. Sept. 1682. Si vero intersit Collegiatae Capitulum, huic debetur praelatio Crucis iuxta Generale Decretum diei 2. Iulii 1661. »

Ad 3. « Affirmative iuxta alias decreta. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 11. Aprilis 1840.

4878. BARCHINONEN.

Reverendissimus Barchinonen. Episcopus totis viribus optans ut Dei cultus in externis caeremoniis tum in Sacrosancto Missae Sacrificio, tum in Officio Divino ab omnibus sub eadem norma iuxta Rubricas recte peragatur, sui muneris esse duxit sequentia Dubia Sacrorum Rituum Congregationi proponere pro opportuna dilucidatione, nimirum.

1. In Choro Cathedralis Ecclesiae Barchinonen. Officium Translationis Sanctae Eulaliae sub ritu duplicis cantatur cum magno apparatu, et solemnitate: in concurrentia cum aliis duplicibus maioribus Vesperae dicti Officii ratione magnae solemnitatis possunt ne celebrari integrae?

2. Usque nunc in Missa eiusdem Translationis dicitur *Credo* ab omnibus Sacrum facientibus etiam extra Cathedralis Ecclesiam, ubi tantum Reliquiae asservantur: retinenda ne est haec immemorabilis consuetudo?

3. Missae in Oratorio privato non possunt celebrari in Festo Titulari Parochiae, ubi Oratorium constructum est: in Oratoriis privatis intra Civitatem constructis, debetur ne censi prohibito Sacrum facere etiam in die Titularis, nempe die tertiae Maii, aut tantum in Titulari propriae Parochiae?

4. Coequentes privilegium habentes Missam Votivam dicendi Beatae Mariae Virginis, possunt ne in die Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi tres Missas votivas Beatae Mariae Virginis celebrare?

5. Iuxta Pontificale Romanum Episcopus post Ordinationem Presbyterorum iniungit eis obligationem celebrandi post primam eorum Missam unam de Spiritu Sancto, alteram de Beata Maria Virgine, et tertiam pro Defunctis; ad hoc ut obligatio isthaec facilius adimpleatur, possunt ne dictae Missae in diebus duplicibus minoribus celebrari?

6. Sacra Rituum Congregatio decrevit die 12. Novembris anni 1831. celebrante Sacerdote in aliena Ecclesia, Missam concordare debere cum Officio, quod quisque recitavit, dummodo cum colore Ecclesiae, in qua celebrat, aptetur, quaeritur nunc utrum debeat etiam conformari in recitatione Symboli Nicaeni sui Officii, vel Officii Ecclesiae?

7. Dum duo Officia Passionis concurrunt, quaeritur utrum Vesperae debeant fieri de primo, vel de secundo?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes infrascripta die in Ordinariis Comitibus coadunata,

ad relationem R. P. D. Secretarii, omnibus rite perpensis, et examinatis, rescribendum censuit:

Ad 1. « Posse, si Officium sequens non fuerit maioris dignitatis iuxta numerum Sextum Tabellae Concurrentiae. »

Ad 2. « Negative etiam in Cathedrali, dummodo Reliquia non fuerit insignis, quo in casu in Cathedrali tantum. »

Ad 3. « Prohibitum est tantum in Festo Patroni Civitatis vel Dioecesis, non in Festo Titularis, quod non inducit praeceptum audiendi Sacrum et abstinendi a servilibus. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « Negative, sed in diebus a Rubrica permissis. »

Ad 6. « Poterit in Officio proprio; dummodo non sit addendum ratione Corporis, vel Reliquiae: debet si celebret, de Officio Ecclesiae. »

Ad 7. « Nihil de sequenti; dummodo non fuerit potioris ritus: tunc enim nihil de primo. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 11. Aprilis 1840.

4879. CAMERACEN.

Parochus Decanus Sancti Petri de Davai, quod est Oppidum Cameracensis Dioecesis, sequens Dubium Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione proposuit, nimirum.

An debeant semper tres ad minus Orationes cantari quando fit de Dominica, et celebratur Missa solemniter cum Diacono, et Subdiacono: ratio dubitandi est, quod quaedam Directoria dicunt Missam Solemnem commemorationem Simplex excludere: an sufficiat tunc unicam Orationem canere, si non intersit Octava?

Et Sacra eadem Congregatio Ordinariis in Comitibus ad Vaticanas Aedes infrascripta die coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus mature consideratis rescribendum censuit: « In Missis Solemnibus duplicis primae, et secundae Classis tantum omittuntur aliae Orationes. »

Atque ita rescripsit, et declaravit, die 11. Aprilis 1840.

4880. FIRMANA.

Quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Vaticanum infrascripta die coadunatis a R. P. D. Secretario propositae fuerint etiam preces Capituli Collegiatae Ecclesiae Monsanpietrangeli Archiepiscopatus Firmanae hisce conceptae terminis.

Beatissimo Padre.

Il Capitolo della Collegiata della Terra di Monsanpietrangeli Diocesi di Fermo composto di dieci

Canonici, cinque de' quali hanno il peso della cura delle anime, e di due Prebendati Chierici, umilmente espone, che dovendosi al presente dal predetto Capitolo, e Canonici nelle Vigilie, e nella Quaresima cantare due Messe Conventuali a forma della Rubrica, una cioè del Santo corrente, e l'altra della Feria, gli manca il tempo necessario per ascoltare le Confessioni, istruire la Gioventù nella Dottrina Cristiana, e compiere gli altri officii Parrocchiali, per cui supplicano la Santità Vostra, onde si degni concedergli la grazia di poter celebrare senza canto, e meramente letta in altro Altare la Messa della Feria, o Vigilia, nell'atto che si canta nel Coro Collegialmente la Messa del Santo. Che ec.

Sacra eadem Congregatio, rescribendum censuit: « Missa de Feria seu Vigiliae, Choro praesente, celebrari permittitur sine cantu ad Decennium. » Die 11. Aprilis 1840.

4881. FLORENTIN.

Plebana in Ecclesia Sancti Bartholomaei vulgo nuncupata a Gagliano Florentin. Archidioecesis erecta est Sodalitas titulo bonae Mortis. Ad utriusque sexus Sodalium salutem prospiciendum, praesertim dum in extremo mortis periculo sunt constituti, Sacrorum Rituum Congregationi supplicavit Sacerdos Stanislaus Pozzi recensitae Ecclesiae Plebanus, quatenus ad Sancti Apostoli praedicti Aram valeat celebrari Missa pro infirmo mortis in articulo constituto, uti prostat in calce Missalis Romani, toties quoties quilibet Sodalium in hoc periculo versatur. Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus rite perpensis rescribendum censuit: « Pro Collecta tantum in Missa diei. » Atque ita servari posse permisit, attamen servatis Rubricis, die 11. Aprilis 1840.

4882. HYDRUNTIN.

Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit Reverendissimus Hydruntin. Archiepiscopus illa in Provincia sensim Canonicos omnes sine speciali privilegio sibi vindicasse quaedam specialia honoris insignia quasi sibi debita, ex quo renunciatur Canonici, gestandi nimirum in galeris chordulas cum floccis, et caligas violacei coloris, quosdamque ex ipsis etiam Annulum; propterea pro sui muneris parte quaesivit: An usus a Canonicis tum Cathedralium tum omnium Collegiatarum pluribus ab hinc annis inductus deferendi sericos in galeris floccos, et caligas violaceas, quae iam in Hydruntina Provincia habentur ut propria honoris, aut personatus insi-

gnia, prohiberi debeat, vel tolerari, quum timeri possit, an idem censendum sit de usu Annuli, aut in quibus circumstantiis? Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus infrascripta die coadunata ad relationem R. P. D. Secretarii, omnibus rite consideratis, atque examinatis, rescribendum censuit: « Moderandam esse consuetudinem iuxta Constitutionem. *Decet Romanos Pontifices*: sa. me. Pii Papae VII. quarto Nonas Iulias 1823. editam: quoad vero Annuli usum serventur Decreta pluries edita, praesertim in Beneventana diei 13. Septembris 1670. ad Dubium 2. quo Annuli delatio in Missa est vetita omnibus Sacerdotibus, etiam si sint Protonotarii Titulares, Dignitates, et Canonici Cathedralis. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 11. Aprilis 1840.

4883. MEXICANA.

In Ecclesia Sanctimonialium Capuccinarum Civitatis Mexicanae, Ordinario Dioecetano subditarum, quadraginta et amplius ab hinc annis consuetudo invaluit contra id quod hac de re praescriptum a Rubricis invenitur, ut Sacerdotes Missam sic Officio suo conformem celebrent, ut nec de colore paramentorum, nec de ritu Capuccinarum curent: immo potius Moniales ipsae Sacristae quotidie ad ornamenta ministranda, non Ecclesiae suae propriae, sed Clericale Directorium consulant, et sequantur. Cappellanus ergo, qui earum nunc curam gerit, Sacrorum Rituum Congregationem requisivit an standum sit in posterum praedictae consuetudini, an Rubricis? Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunata, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit: « Servandas esse Rubricas, et Decreta huius Sacrae Congregationis. » Die 11. Aprilis 1840.

4884. MUTINEN.

Quum in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis ad Vaticanum subsignata die habitis relatae fuerint preces Parochorum Mutinen. exquirentium confirmationem invecetae apud ipsos consuetudinis gestandi in Supplicationibus Stolum super Cottam, atque Mozzettam; Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, auditis etiam Informatione, et Voto Reverendissimi Episcopi, rescribendum censuerunt: *Non expedire*. Die 11. Aprilis 1840.

4885. NEOCASTREN.

Princeps Ecclesia Oppidi cui nomen vulgo Scigliano-Diano Marturanensis olim Dioecesis, nunc autem Neocastrensis, Deo in honorem Beatae Ma-

riae Virginis in Coelum assumptae dicata, quum post Cathedralam ceteris emineret anno 1677. ab Reverendissimo Marturanensi Episcopo Palmerio in Collegiatam Ecclesiam fuit erecta, qui aere proprio undeviginti Portiones, seu Praebendas fundavit, et Dignitates quinque in eadem constituit, Decanum scilicet, Archipresbyterum, Abbatem, Cantorem, et Custodem seu Thesaurarium, qui omnes Choro interesse alternis vicibus debebant, functionesque omnes Ecclesiasticas ad instar Cathedralium peragere. Huiusmodi institutio, ac fundatio Regium assensum obtinuit solummodo anno 1791. quo tempore ex Decreto tantum Rm̄i Marturanensis Ordinarii recensitae Collegatae Capitulum Statuta, seu peculiare sibi adscivit leges, Canonicalia Insignia vindicavit ceu propria, quibus Choro inserviret, licet quoad colorem tantum haec ab Insigniis Canonicorum Marturani distinguerentur, peculiaremque Crucem in publicis Supplicationibus erexit. Modo vero quum incertum haereat an rite omnia enunciato modo fuerint gesta, ad cautelam penes Sacram Poenitentiarum recursum habuit, ut absolutionem consequeretur non modo quoad praeteritum, sed maiorem etiam firmitatem quoad futurum, a qua pridie Idus Decembris superiore anno 1839. sequens prodiit Rescriptum: « Sacra Poenitentiarum de speciali, et expressa Apostolica Auctoritate omnes, et singulos in praemissis culpabiles a Censuris, si quas ob praemissa incurrerint, ad cautelam absolvit eum Poenitentia recitandi Psalmum *Miserere*, et obligatione intra tres menses a die receptionis praesentium computandos recurrendi per medium Agentis ad Congregationem Sacrorum Rituum: » Ante praefinitum hoc tempus per suum Gestorem supradictum Capitulum Supplicem Libellum Sacrorum Rituum Congregationi exhibuit, ut sibi legitime concedatur in posterum gestandi supradicta Insignia facultas, et indultum omnia rite peragendi iuxta exposita superius. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis, rescribendum censuit: « Pro gratia, et expediantur Litterae Apostolicae in forma Brevis, si Sanctissimo placuerit. » Die 11. Aprilis 1840.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo per me subscriptum Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, praedictasque Litteras Apostolicas in forma Brevis expediri iussit, die 8. Maii 1840.

4886. ORDINIS MINORUM
SANCTI FRANCISCI CONVENTUALIUM.

Quum superiori Anno 1839. Alumni Ordinis Conventualium Sancti Francisci in Oppido vulgo Bettone Dioecesis Assisien. in Supplicatione fieri solita die ipso Paschae Resurrectionis, contra invec- tam consuetudinem usi fuerint Pluviali, freti Decreto Sacrorum Rituum Congregationis diei 21. Martii 1699. ac proinde Capitulum Collegiatae illius Ecclesiae renuerit accedere ad Supplicationem, si quidem per Pluvialis usum Innovatio inducebatur in hac ipsa Supplicatione non minus, quam in altera fieri solita in die Solemnitatis Sancti Iosephi, apud Reverendissimum D. Episcopum Assisiensem controversia delata est, ac eiusdem sententia requisita tum super iure instituendi supradictas Supplicationes, an scilicet competant Parocho, an Ordini ipsi Conventualium; tum super usu Pluvialis in iisdem Supplicationibus nunc primum adhibiti. Reverendissimus ille Antistes edicens ius quoad ipsas Supplicationes competere Alumnis Ordinis Conventualium, decrevit ut super usu Pluvialis contra invec- tam consuetudinem sententia requiretetur Sacrorum Rituum Congregationis. Facti specie, et circum- stantiarum serie per R. P. D. Secretarium expo- sitis in Ordinariis Sacrorum Rituum Congrega- tionis Comitii ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunatis, Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Riti- bus praepositi, rescribendum censuerunt: «Servato Episcopi Decreto, stetur consuetudini incedendi sine Pluviali, et Ministris.» Die 11. Aprilis 1840.

4887. PISANA.

Quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitii ad Vaticanum hodierna die habitis a R. P. D. Secretario inter cetera rela- tae etiam fuerint sequentes preces, nimirum.

Emi, et Rmi Patres.

In Ecclesia Conventuali Pesarum incliti Ordinis Sancti Stephani Papae Martyris plura cele- brantur Anniversaria Defunctorum, et illa magno- rum Magistrorum, et Equitum Fratrum, quibus intersunt Magistratus Civitatis, aliae Dignitates, et Fratres eiusdem Ordinis: et semper ex anti- qua consuetudine cantatum est primum Nocturnum Defunctorum cum Invitatorio, et Psalmo *Venite exultemus Domino*: Quaeritur an servanda sit haec consuetudo? vel quid in posterum agen- dum? Et Sacra eadem Congregatio rescribendum censuit: «Serventur Rubricae.» Die 11. Apr. 1840.

4888. TAURINEN.

In Regionibus Augustae Taurinorum illud in more positum est per Leges Civiles ut Fidelium

cadavera per integrum diem ab obitu domi retineantur, deferantur inde ad Ecclesiam, ac Iustus persolutis, in cubiculo, quod propterea mortuarium audit, serventur, et postera die Sepulturae tradantur. Hoc moreposito, omnia bene eveniunt, ac servari valet dispositio Ritualis Romani si quis mane moritur; sed si Vespertinis horis diem clau- serit supremum, supradicta omnia et vespere pe- raguntur, ac Missa pro defuncto ad alterum aman- datur diem. Hinc varia exurgit praxis, si illa die non praesente cadavere, occurrat Officium ritus duplicis: nonnulli siquidem ea sunt in opinione dici posse Missam *de Requie*, ac si Corpus praesens esset: nonnulli vero autumant a Rubricis vetari. Ea propter R. P. D. Archiepiscopus Thes- salonicensis apud Serenissimum Regem eiusdem Ditionis Apostolicus Nuncius, exceptis super re Sacerdotum supplicationibus, Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit, quatenus in casu certa praescribatur norma, quae ab omnibus uniformiter praedicto in casu servetur in poste- rum. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitii coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus mature consideratis, rescribendum cen- suit: «Dentur Decreta, nimirum in una Egitan- nien. die 23. Maii 1603. ad Dubium quintum, quo cavetur posse in die Dominico, vel festivo celebrari Missam Defunctorum pro Defuncto, cuius corpus adhuc insepultum super terram reti- netur: secus si iam sepultum sit, quo casu in die sequenti etc. Altera in una Ordinis Minorum San- cti Francisci de Observantia Provinciae Conce- ptionis Beatae Mariae Virginis in Regno Portugal- liae diei 18. Decembris 1779. ad Dubium IX. sic conceptum: An quando Defunctus tumulatus fuit vespere ob aliquam causam possit sequenti mane Officium et Missa cantari *de Requie* etiam si recitetur de Festo duplici? responsum fuit: Affir- mative, exceptis tamen diebus in quibus Missae cantatae *de Requie* prohibentur absente cada- vere.» Atque ita rescripsit, ac servari posse man- davit etiam in Regionibus Augustae Taurinorum subiectis, ubi praefata lex viget. Die 11. Aprilis 1840.

4889. TRIVENTIN.

Quum hodiernus Prior Congregationis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo loci Capra- cotta Dioecesis Triventin. Sacrorum Rituum Congregationem instanter rogarit, ut non obstante Generali Decreto prohibente deferri sub Balda- chino Sanctorum Imagines, id permetteret de spe- ciali gratia eidem Congregationi quoad Simula-

erum Beatae Mariae eodem sub titulo; Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunata, rescribendum censuit: « Servetur Generale Decretum. » Die 11. Apr. 1840.

4890. VERCELLIEN.

Quum Reverendissimus Vercellen. Episcopus optaret in honorem Beatae Ludovicae a Sabaudia Deo consecrare Succursalem Ecclesiam, quae modo construitur in Territorio Vercellensis Dioecesis; ac proinde Sacrorum Rituum Congregationem enixe efflagitarit opportunum ad id Indultum; Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Saeris tuendis Ritibus praepositi, ac ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, probe noscentes a Decretis omnino prohiberi in Beatorum honorem Ecclesias, vel Altaria dicare; referente me infrascripto Secretario, respondendum censuerunt: « Obstant Decreta. » Die 11. Aprilis 1840.

4891. VITERBIEN.

Sacrorum Rituum Congregationi fuit expositum quod quidam Parochi Viterbienses retinent consuetudinem Missam unicam *de Requie*, ut vocant, maiorem, celebrandi praesente corpore pauperis defuncti sine cantu, quando cum distincto Campanarum sonitu, ac solemnibus quodam apparatu diebus etiam duplicibus, non vero solemnioribus, post quam iuxta Rubricas Ritualis Romani titulo *de Exequiis* procedunt ad absolutionem Cadaveris assistentibus Sacristanis superpelliceo indutis: quaeritur ideo an bene, et an reliqui Parochi, stante Ritualis Romani praecepto de non omittendo Missae ritu pro defunctis, praesente cadavere, nisi obstet magna diei celebritas, ac Synodali mandato de non sepeliendo cadavere quantumvis paupere absque unius saltem Missae celebratione, se conformare teneantur et Missam *de Requie* celebrare ut supra? Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus hodierna die coadunata ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus rite libratibus, rescribendum censuit: « Serventur Rubricae, et Leges Synodales. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 11. Aprilis 1840.

4892. ROMANA.

Praetis in Patriarchali Vaticana Basilica a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. novissimae Canonizationis Solemnibus, pro quibus rite explendis summo labore connituntur universi Sanctae Sedis Apostolicae Caeremoniarum Magistri, hisce nihil solemnius erat quam Sanctorum singulas Imagines in grati animi ergo accipere iuxta ius sancitum in nova Reformatione edita

a sanctae memoriae Benedicto Papa XIV. sub die 14. mense Aprilis anno 1741. Sed insperato res contra accidit; et horum Supranumerarii animadvertentes Seniores tantum, qui de numero sunt, pictis tabulis donatos a Postulatoribus fuisse, omni apud ipsos incassum adhibito studio ut a coepto desisterent, supplicem libellum porrexerunt Eminentissimo et Reverendissimo D. Cardinali Carolo Mariae Pedicini Episcopo Praenestino, S. R. E. Vice-Cancellario, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, qui una simul praeerat particulari coetui ab eodem Sanctissimo Domino Nostro deputato pro dirimendis quaestionibus, quae oriri possent vel ante vel post Canonizationem, quatenus dignaretur opportune providere. Eminentissimus Cardinalis Praefectus cum facultatibus sibi attributis, Kalendis Septembris superiore anno 1839. rescripsit: « et Oratores Supranumerarios iuxta reformationem recensitam pictis tabulis donandos esse. » Attamen quum Postulatores haec moras trahant, ut scandalum de medio tollatur, et ius quaesitum sibi vindicent, Sacrorum Rituum Congregationi novas supplicationes porrexerunt ipsi Caeremoniarum Magistri Supranumerarii.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes subscripta die ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Praefecti, omnibus rite consideratis, unanimiter rescribendum censuit: « iuxta Benedictinam Reformationem, et allatum rescriptum diei 1. Septembris 1839. Oratoribus Caeremoniarum Magistris pictas tabulas a Postulatoribus Canonizationis deberi. »

Atque ita rescripsit ac servari mandavit, die 11. Aprilis 1840.

4893. URBIS, ET STATUS
ECCLESIASTICI.

Porrectis Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. enixis precibus nonnullorum Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, praesertim Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Augustini De-Rivarola totius Ordinis Minorum Sancti Francisci Capucinatorum Protectoris, nec non aliquorum ex Reverendissimis Archiepiscopis, et Episcopis Romae degentibus, una cum humillimis supplicationibus R. P. Fr. Eugenii e Rumilly recensiti Ordinis Ministri Generalis pro extensione Officii, et Missae in honorem Sanctae Veronicae Iuliani, quae dum viveret inter Sanctimonialia Ordinis Capucinatorum accensita fuit, eiusque cultus, praetis potissimum superiori Anno Solemnibus Canoniza-

tionis, ubique in dies magis, magisque nova suscipit incrementa, Sanctitas Sua, attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, referente me subscripto Secretario, pro petita extensione benigne annuit, concessitque ut a Clero Urbis et Status Ecclesiastici tum Saeculari, tum Regulari utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur in posterum septimo Idus Iulii, eaque die impedita, prima post eandem non impedita iuxta Rubricas sub ritu duplici minori recitetur Officium, et Missa respective celebretur cum Oratione, et Lectionibus secundi Nocturni iam per Sacrorum Rituum Congregationem adprobatis in honorem praedictae Sanctae Veronicae Iuliani Virginis, et Sanctimonialis Ordinis Minorum Capuccinorum; servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque, die 19. Iunii 1840.

4894. CAPUANA.

In novissima rerum omnium perturbatione, a prisca, et recta Sacrorum Rituum observantia recesserunt Laicorum Sodalitates Civitatis Capuanae, dum in publicis Supplicationibus, funeribusque ducendis Sodalitii Vexillum nullo obductum velo, vel etiam hastatam Crucem gestabant. Ne consuetudo istiusmodi invalesceret die 14. mense Maio anno 1831. Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Archiepiscopus Capuanus uniuersiusque Sodalitii Moderatores Literis commonere fecit, ut iuxta sanctas Leges Vexillum velo obduceret, quod ultro factum est praeterquam a Sodalitate Charitatis, quae insuper autumans vel ex privilegio, vel ex consuetudine ius sibi quaesitum fuisse deferendi hastatam Crucem, neque definitum terminum die 16. mense Iulio anno 1838. neque Decretum die 17. mense Novembri insequente ad praxim deduxit, immo appellationem intermittens ad hanc Sac. Rit. Congr. recursum instituit. Quum vero statuta die coram R. P. D. Secretario subscripto Procuratores partium multum dissiderent super ipsa Dubiorum concordatione, eadem Sacra Congregatio die 3. mense Augusto superiori Anno sequens Dubium, super quo disputandum hinc inde foret, proposuit, nimirum: «An, et quomodo sit servandum, et exequendum Monitorium Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi in casu?» Per Defensores itaque tum Archiepiscopalis Curiae Capuanae ex una, tum Sodalitatis Charitatis partibus ex altera, productis iuribus, iisque rite, accurateque libratis, et examinatis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes infrascripta die habitis,

post omnimodam et absolutissimam relationem ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Ioanne Francisco Falzacappa Episcopo Portuensi Ponente factam, rescribendum censuerunt: «Affirmative in omnibus, seu Monitorium esse servandum, et exequendum. Atque ita rescripserunt, ac omnino servandum mandarunt, die 12. Septembris 1840.

4895. APUAN.

Quum Reverendissimus Apuan. Episcopus non minus, quam Duces Militiae in Civitate Apuana Indultum efflagitaret, ut in Sacello Militaris Domus Sacrosanctum Missae Sacrificium ut antea celebrari valeat, quamvis super ipsum lectuli militum ex necessitate reperiantur; constructa super ipso Saello duplici concameratione, Sacra Rituum Congregatio ad Quirinale subscripta die coadunata, attentis expositis, ac audita a me infrascripto Secretario fideli relatione, respondendum censuit: «Committatur Episcopo, ut veris existentibus narratis, adhibitisque praescriptis cautelis, pro suo arbitrio, et prudentia indulgeat iuxta preces.» Die 12. Septembris 1840.

4896. ARETIN.

Ad preces Iosephi Cardinali Aretini expetentis Indultum ut ex interiori domo sua campestri aperire valeat ostium in Ecclesiam sui iuris affabre constructam in Territorio Aretino, Sacrorum Rituum Congregatio, referente me subscripto Secretario, benigne commisit Reverendissimo Aretin. Ordinario: «ut veris existentibus narratis pro suo arbitrio, et prudentia indulgere valeat iuxta Oratoris preces, adhibitis tamen cautelis et conditionibus omnibus de iure, et stylo servandis.» Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12. Septembris 1840.

4897. BRUGEN.

Nonnullas sua in Dioecesi animadvertens consuetudines Reverendissimus Brugensis Episcopus, quae certe a recta regula deflectere suspicari potest ad omnem dubitationem avertendam, firmandamque uniformitatem Sacrorum Rituum Congregationi sequentia proposuit Dubia pro opportuna solutione, nimirum.

1. In multis locis Dioecesis suae viget consuetudo ut in exequiis pauperum, qui solvere non valent expensas Missae cantatae, Missa privata *de Requie* legatur praesente corpore in Festis etiam duplicibus maioribus, non tamen primae, vel secundae Classis, neque infra Octavas privilegiatas, neque in Dominica, neque in iis diebus, quae excludunt Festa duplicia. Haec consuetudo viget ex opinione Cavalieri, qui ita explicat Decretum

Sacr. Rit. Congr. de die 19. Iunii 1700. Quaeritur an praedicta consuetudo servari possit?

2. Sacerdos celebrans in Oratorio publico, vel privato quod non habet Sanctum Patronum, vel Titularem, an debeat in Oratione *A cunctis* ad litteram N. nominare Sanctum Patronum, vel Titularem Ecclesiae Parochialis intra cuius limites sita sunt Oratoria, vel Sanctum Patronum Ecclesiae cui adscriptus est, vel potius omnem ulteriorem nominationem omittere?

3. Dubium movetur a nonnullis Sacerdotibus circa titulum Rubricarum generalium de Commemorationibus communibus, seu de Suffragiis Sanctorum; aliqui Sacerdotes nulli adscripti Ecclesiae pro commemoratione, quae praescribitur facienda de Patrono, vel Titulari Ecclesiae, commemorationem faciunt de Patrono vel Titulari Ecclesiae Cathedralis: alii vero commemorationem faciunt de Patrono, vel Titulari Ecclesiae Parochialis, sub qua degunt: quaenam praxis menti Rubricarum est conformior?

4. Decretum in Mechlinien. de die 1. Septembris 1838. praescribit ut Sacerdotes nulli, vel non consecratae Ecclesiae adscripti, propter uniformitatem Anniversarium Dedicationis Ecclesiarum celebrent cum Octava ut in Cathedrali, et in Civitate Mechliniensi. Quum hoc Decretum videatur solummodo applicandum Archidioecesi Mechliniensi, petitur ut propter eandem rationem etiam extendatur ad Dioecesim Brugensem?

5. Iuxta Decretum Eminentissimi Domini Cardinalis Caprara die 21. Iunii 1804. praescribitur ut Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum consecrarum celebretur Dominica, quae subsequitur diem Octavam Festi omnium Sanctorum: interdum ista die Dominica occurrit Festum Sancti Martini, vel Sancti Patroni, et Titularis Ecclesiae, aut Patroni loci. Decretum vero Sacrorum Rituum Congregationis editum die 21. Augusti 1688. statuit Festum Patroni, et Dedicationis esse eiusdem dignitatis: petitur ergo de quo in casu occurrence facienda sit Officium, et si differendum sit Officium Dedicationis, utrum possit reponi in Dominicam sequentem?

6. In Dioecesi Brugensi existit confraternitas adorationis perpetuae Sanctissimi Sacramenti, et dies anni ita distribuuntur ut singulae Parochiae, et publicum Oratorium suum sortiatur, in quo a summo mane ad Vesperam Venerabile Sacramentum patenter adorationi fidelium est expositum. Quaeritur an sufficiens hic habeatur ratio ad indicendam Missam Votivam de Sanctissimo Sacramento pro re gravi.

7. In variis Dioecesibus Belgii iuxta doctrinam in Seminariis traditam usus invaluit, ut his diebus, quibus per Rubricas licet Missas *de Requie*, et votivas celebrare Sacerdotes Missas privatas oblato manuali stipendio pro uno, vel pluribus defunctis, vel votivam in honorem alicuius Mysterii, vel Sancti habentes, celebrent conformes Officio, quod illa die recitarunt ad satisfaciendum susceptae obligationi; dommodo Fideles expresse non rogaverint dici Missas *de Requie*, vel votivas. Usus iste nititur in primis Rubricae Missalis art. IV. de Missis Votivis n. 3. quae praescribit, ut quoad fieri potest Missa cum Officio conveniat; deinde auctoritati Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio, qui in Theologia Morali *lib. 6. tract. 3. n. 422.* dicit communissimam, et probabilem esse hanc sententiam. Petitur ergo an praefati Sacerdotes satisfaciant suae obligationi? et quatenus negative, ut dignentur Eminentissimi Patres condonationem impertiri pro Missis tali modo exoneratis.

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis riteque libratis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Servari posse iuxta Decretum in una Curien. diei 19. Iunii 1700. ad Dubium IX. »

Ad 2. « Patronum Civitatis, vel Loci nominandum esse. »

Ad 3. « Faciendam esse commemorationem Patroni Civitatis, vel Loci. »

Ad 4. « Pro gratia instar concessionis factae Clero Mechliniensi die 1. Septembris 1838. »

Ad 5. « Faciendum de Dedicatione in casu iuxta Decretum Maioricens. diei 8. Augusti 1643. ad Dubium III. et Festum Patroni transferendum iuxta Rubricas. »

Ad 6. « Negative, nisi exponendum sit in forma Quadraginta Horarum. »

Ad 7. « Affirmative quoad Missas *pro Defunctis* iuxta Generale Decretum diei 5. Augusti 1662. in reliquis negative, et quoad praeteritum unusquisque consulat conscientiae suae. »

Atque ita rescripsit, ac servari praecepit, die 12. Septembris 1840.

4898. CENOMANEN.

Reverendissimus Episcopus Cenomanen. in Gallia Sacrorum Rituum Congregationi quaedam humillime exposuit Dubia, eorum solutionem simplex efflagitans, nimirum.

1. An ipsius consecrationis Anniversarium regulariter celebrari possit eo die, quo evenit, ni-

mirum Feria sexta post Dominicam Passionis, in qua Festum Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis recolitur, vel potius die mensis, qua consecratio peracta fuit?

2. An Missa Pontificalis, quae solemniter celebrari solet in Cathedrali, debeat esse votiva pro Anniversario consecrationis Episcopi, aut propria de Compassione Deiparae cum Anniversarii consecrationis memoria per Orationem?

3. Si hoc Anniversarium necessario celebrari debeat die XXI. Martii, qua die evenit, quid agendum quando haec dies incidit in unam ex Dominicis Quadragesimae, vel in Dominicam Passionis? Licet ne solemnem celebrare Missam Pontificalem de Anniversario consecrationis cum memoria Dominicæ per Orationem et ultimum Evangelium?

Exponit insuper praefatus Episcopus quod in sua Dioecesi Festum Sacratissimi Cordis Iesu Dominica quarta post Pentecosten ritu solemniori, id est primae Classis celebratur. Solemnitas autem Festi Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quae ex Indulto Apostolico ad Dominicam proximè occurrentem transferenda est, saepe cum dicto Sacratissimi Cordis Iesu Christi Festo concurrat. Quid in casu praescribere potest Episcopus?

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die coadunati, referente me Secretario, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « In casu addendam esse Orationem pro Episcopo. Quoad Festum Sacri Cordis Iesu servetur Decretum Urbis diei 3. Martii 1821. si habeatur Indultum elevationis ritus; secus transferatur. »

Atque ita servari mandarunt, die 12. Septembris 1840.

4899. FLORENTIN.

Ad Sancti Frigidiani Asceterium olim pertinuisse dicunt Priorissa, et Oblatae Regii Conservatorii Sanctae Agathae Civitatis Florentin. Huius Sancti Episcopi Festum agere bona fide prosequutae sunt duplicis primae Classis cum Octava. Verum quum nullum extaret huius facultatis documentum, in Pastoralis Visitatione a Rmo Archiepiscopo instituta, praedictam solemnitatem continuare prohibita sunt. Hinc praefatae Oratrices Sacrorum Rituum Congregationem supplices adi-

vere potestatem efflagitantes peragendi ut antea Festum Sancti Frigidiani. Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Quirinales Aedes coadunata, referente me Secretario, rescribendum censuit: « De speciali gratia ritu duplicis secundae Classis cum Octava. »

Die 12. Septembris 1840.

4900. ORDINIS EXCALCEATORUM SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Moderatorum suorum mandatis obsequens R. P. Fr. Michael de Sanctis Sacerdos Professor Ordinis Excalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, sequentia Dubia enodanda proposuit ut omnia rite disponantur, dum iterum praelo traditur Proprium Sanctorum Ordinis. Dubia autem haec sunt, nimirum:

1. Num facienda sit commemoratio diei octavae alicuius Sancti, de quo ex privilegio intra Quadragesimam recitatur quando praedicta dies octava incidit in Feriam IV. Cinerum?

2. Num Dominica tertia, vel quarta Septembris in Ecclesiis Sanctissimi Nominis Beatae Mariae Virginis dicatis, recitandum sit de die octava eiusdem Festi Titularis, et transferendum Festum septem Dolorum eiusdem Deiparae, quod Festum in concursu diei octavae transferendum declaravit Sacra Rituum Congregatio die 19. Augusti 1817?

3. Num reponendum sit Officium semiduplex alicuius Sancti in diem immediate sequentem (quemadmodum Rubrica de translatione Festorum n. 5. innuere videtur), quamvis Officium aliquod duplex prius translatum reponendum habetur?

4. Quando aliquod Festum Titulare Beatae Mariae Virginis occurrit in secundis Vesperis dedicationis propriae Ecclesiae, quae pariter ritu duplicis primae Classis celebratur, quomodo ordinandae, et recitandae sunt secundae Vesperae eiusdem Festi Dedicationis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis, riteque libratis rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative iuxta alias Decreta praesertim in Marsicenis diei 2. Ianuarii 1682. et in Einsildens. diei 29. Iunii 1736. »

Ad 2. « Servandam esse regulam assignatam pro die octava Nativitatis Beatae Mariae Virginis incidente in Dominicam, et in una Urbis diei 15. Septembris 1685. »

Ad 3. « Affirmative, sed solum quando semiduplex incidat in Dominicam, quae est intra Octa-

vam non privilegiatam iuxta Generale Decretum diei 22. Decembris 1696.

Ad 4. «Iuxta Decretum in una Bergomen. diei 8. Maii 1700. totum de praecedenti: commemoratio de sequenti.»

Atque ita rescripsit, servarique praecepit recensito in Ordine Discalceatorum. Die 12. Sept. 1840.

4901. ORDINIS CARMELITARUM

CALCEATORUM.

Quum Reverendissimus P. Prior Generalis Ordinis Carmelitarum Calceatorum Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit 1. Ut declarare dignaretur num scilicet post Generale Decretum sa: ma: Innocentii Papae XI. super Officio Sanctissimi Nominis Beatae Mariae Virginis, praeter Dominicam infra Octavam Nativitatis ipsius Deiparae, Alumnis sui Ordinis liceat quater in Anno hoc ipsum Officium recitare, ut antiquitus fuerat indultum? 2. Ut adprobare pariter dignaretur Praefationem propriam in honorem Sancti Eliae Prophetae. Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunata, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. «Negative, et servetur Generale Decretum diei 18. Iunii 1684.»

Ad 2. «Negative.» Die 12. Sept. 1840.

4902. PISANA.

Metropolitanae Ecclesiae Pisarum Canonici, qui semper honestate vitae, zelo Domus Dei, Religionis honore, sana doctrina, ac nobilitate generis, ex Sanctae huius Apostolicae Sedis indulto usque ab Anno 1672. raro utuntur privilegio in Ecclesiasticis Functionibus et Choro induendi Vestem, Mozzettam, et Cappam rubri coloris, quod Decreto lato pridie Idus Iulii Anno 1790. ab sa: me: Pio Papa VI. iterum instauratum fuit quoad Vestem ob desuetudinem iam ab illis dimissam. Verum quum peculiaris haec honorificentia suis coaretetur limitibus, intra nimirum propriam Ecclesiam, caeterasque quae utpote eidem unitae ab ea dependent, propterea Reverendissimus Pisanus Archiepiscopus ut aliquod suae benevolentiae, et existimationis testimonium erga Capitulum ostendat, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut Canonicis Primatialis et Metropolitanae Pisarum liceat eodem uti privilegio quotiescumque aliqua in Ecclesia intra tamen eandem Dioecesim solummodo Sacram peragunt Functionem. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus rite consideratis, de speciali gratia benigne annuit iuxta Archiepiscopi Oratoris

preces; dummodo tamen strictim servetur Clausula recensiti Decreti sa: me: Pii Papae VI. nimirum quod Vestis talaris sit ad formam in omnibus iuxta reliquos de Clero, scilicet sine cauda.

Die 12. Septembris 1840.

4903. PISTORIEN.

Quum Sacerdos Antonius Raffanelli hodiernus Parochus Ecclesiae Sanctissimae Annunciationis Deiparae in Civitate Pistorien. Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit ut confirmare dignaretur ibi invectam consuetudinem, etiam in Quadragesima cum Octava instituendi Festum Titulare Annunciationis Beatae Mariae Virginis; Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuedis Ritibus praepositi ad Quirinale subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus audita ab R. P. D. Secretario relatione, rescribendum censuerunt: «Negative et serventur omnino Rubricae.»

Die 12. Septembris 1840.

4904. QUEBECEN.

Reverendissimus Quebecen. Archiepiscopus pro sua, qua pollet, religione et obedientia erga hanc Sanctam Apostolicam Sedem, nonnulla Sacrorum Rituum Congregationi Dubia enodanda proposuit, ut in sua Archidioecesi omnia ordinate serventur. Dubia autem sunt sequentia, nimirum.

1. Per Decretum die 9. Aprilis 1802. datum, et in quibusdam Breviariis insertum, in Festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli fit commemoratio omnium Apostolorum in primis, et secundis Vesperis ac in Laudibus per proprias Antiphonas, et fit etiam in Missa. Item in quibusdam Missalibus invenitur commemoratio omnium Sanctorum Martyrum in Festo Sancti Stephani Protomartyris, sed non reperitur haec commemoratio in Breviariis. In novis Missalibus Communio Missae in Festo Sancti Petri Chrysologi die quarta Decembris differt a Communionem Missae de Comuni Doctorum, cui substituitur alia, quae incipit: *Domine quinque talenta*. Convenit ne, ut hae novae Rubricae ad Dioecesim extendantur?

2. Festum Patrocinii Sancti Ioseph primi regionis Canadae Patroni per Indultum die 16. Novembris 1834. datum, concessum fuit Archidioecesi sub ritu duplicis secundae Classis Dominica secunda post Pascha celebrandum, sed per tenorem provisionis Sacrae Congregationis die 20. Novembris eiusdem Anni datae, quando illud Festum venerit die XXV. Aprilis, vel prima, aut tertia Maii transfertur. Quaeritur an *Credo* recitandum sit in Missa Festi sic translatis ratione dignitatis Patroni Dioecesis, et Regionis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales

Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, omnibus mature consideratis, riteque libratibus, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative quoad primam partem, nisi constet de speciali concessione: affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Quando legitime constet de Patronatu elevari permittitur Festum Patrocinii Sancti Ioseph ad duplex primae Classis. »

Atque ita rescripsit, ac servari praecepit eadem in Archidioecesi. Die 12. Septembris 1840.

4905. SANCTIMONIALIUM
ADORATIONIS PERPETUAE
SANCTISSIMI SACRAMENTI.

Praeses Asceterii Sanctimonialium adorationis perpetuae Sanctissimi Sacramenti cupiens, ut omnia recte ordinentur quoad Divini Officii pensum persolvendum apud ipsas iuxta peculiaria Indulta ab hac Sancta Sede concessa, Extensoris Kalendarium morem gerens sequentia Dubia Sacrorum Rituum Congregationi enodanda proposuit, nimirum.

1. Non potendosi nelle Domeniche *infra Octavam* far l'Officio della medesima Ottava, come è chiaro dalla Rubrica, non parlandosi già delle Domeniche *infra Octavam Nativitatis, Ascensionis Domini, et Corporis Christi*, ed essendo d'altronde per le Adoratrici perpetue un Ottava chiusa, a riserba de' Santi di prima, e seconda Classe occorrenti, quella della Dedicazone di San Michele Arcangelo, si desidera sapere cosa mai debba farsi nella Domenica *infra hanc Octavam*?

2. Essendosi concesso per privilegio alle perpetue Adoratrici sudette di poter fare in tutti i Giovedì, e Domeniche non impedito l'Officio del Santissimo Sacramento, e nei Venerdì quello di Maria Santissima Addolorata, a riserba delle Feste occorrenti di prima, e seconda Classe, e di alcuni altri Santi, e di tutte le Feste del Signore, e della Vergine, essendosi concesso dico, di poter fare in detti giorni la sola commemorazione de' Santi occorrenti, anche che fossero di rito doppio maggiore, e di rito semidoppio nelle Domeniche, si desidera sapere se questa commemorazione debba esser considerata come quella, che si fa nelle Domeniche, cosichè abbia a portare, quando la Rubrica lo permette, la nona Lezione della vita del Santo, abbia anche i secondi Vesperti, ed abbia a farsi una tal commemorazione avanti a quella de' Santi semplici di precetto?

3. Di più avendo le medesime Religiose il

privilegio di fare ogni giorno nell'Officio la Commemorazione del Santissimo Sacramento, si vorrebbe apprendere, se debba tralasciarsi la medesima commemorazione solo quando si fa l'Officio del Sacramento, oppure in tutte le altre Feste del Signore debba anche omettersi, come altresì si desidera sapere, se detta commemorazione debba farsi sempre in ultimo luogo, oppure in primo luogo come quelle di S. Giuseppe nel giorno dello spozalizio di Maria Santissima, e di San Pietro quando si fa l'Officio di S. Paolo, e viceversa.

4. Finalmente avendo le perpetue Adoratrici il privilegio di poter fare del Sacramento nelle Domeniche non privilegiate, e non impedito, desidererebbero di poter fare in qualche Domenica di queste gli Officii di Maria Santissima impediti ne' giorni occorrenti.

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, attente ac mature consideratis Institutis Regulis praesertim, peculiaribusque Indultis fatis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Ad tramites Indultorum recitandum esse de Sanctissimo Sacramento cum commemoratione Dominicae, Octavae, et Sancti occurrentis. »

Ad 2. « Negative iuxta Rescriptum diei 22. Julii 1829. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Negative. »

Atque ita rescripsit, ac servari praecepit.

Die 12. Septembris 1840.

4906. URBANIEN.

Quum Cathedralis Urbanien. Canonici Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequens proposuerint Dubium, nimirum:

An Canonici Urbaniae gaudentes ab erectione Cathedralis iure duorum graduum in Choro possint habere in Presbyterio Scannum cum duobus gradibus non secus ac in Choro quando Episcopus assistit in sua Sede collocata in Cornu Evangelii quatuor gradibus et terra erecta? Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit: « Negative, et Episcopalis etiam Thronus quoad gradus uniformis sit institutis Caeremonialis Episcoporum Lib. I. cap. 13. n. 3. Die 12. Septembris 1840.

4907. AVENIONEN.

Officiales Dioecesis Avenionen. simul et Canonicus Magister Caeremoniarum Metropolitanae Ecclesiae ad opinionum differentiam de medio tollendam et uniformitatem assequendam humillimis

precibus a Sacrorum Rituum Congregatione sequentis Dubii solutionem postularunt, nimirum: In Responsorio *Libera me Domine*, quod cantatur in absolute Defunctorum post dictum primum Versum *Tremens factus sum*, quum resumitur pars Responsorii *Quando Coeli movendi sunt*, sistendum ne est post haec verba *et terra*, ut in Responsorio primo Dominicæ primæ Adventus, ut iuxta usum receptum in his regionibus, vel more omnium Responsoriorum prosequendum ne est usque ad finem Responsorium ad haec verba *per ignem*, antequam cantetur secundus versus *Dies illa?* Sacra eadem Congregatio subscripta die ad Quirinales Aedes in Ordinariis Comitii coadunata, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit: « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 12. Septembris 1840.

4908. CAMBERIEN.

Quum in Dioecesi Camberien. diversae circumferantur opiniones circa personas ad aetas servare ieiunium in pervigilio dedicationis Ecclesiae Reverendissimus Episcopus Camberien. Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit ut declarare dignaretur a quibus sit idem ieiunium servandum? Et Eni ac Revmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, ad Quirinalem subsignata die coadunati in Ordinariis Comitii, ad relationem R. P. D. Secretarii, respondendum censuerunt: « Missis opinionibus, servetur Decretum in Mechlinien. diei 19. Iulii 1780. in quo haec habentur: Ieiunium a Pontificali Romano praescriptum esse strictae obligationis pro Episcopo consecrante, et pro iis tantum, qui petunt sibi Ecclesiam consecrari. » Die 12. Septembris 1840.

4909. CONGREGATIONIS

SACRORUM CORDIUM IESU, ET MARIAE.

Reverendissimus Episcopus Chalcedoniensis, uti generalis Moderator Congregationis Sacrorum Cordium Iesu, et Mariae, ad uniformitatem in Divinis persolvendis Laudibus assequendam penes eiusdem Congregationis Alumnos, qui ad Horas Canonicas tenentur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. Quum in Congregationem Sacrorum Cordium Iesu, et Mariae, nec non et adorationis perpetuae Sanctissimi Sacramenti Altaris transferantur plura Festa propter usum Kalendarii proprii a Sancta Sede concessi, aliquoties occurrit, ut Festum Virginis tantum ritus duplicis, vel semiduplicis incidat in Festum alterius Virginis tantum ritus simplicis, velut ex: gr: Festum San-

ctae Mariae Magdalenae de Pazzis die 26. Maii, quod translatum manet aliquoties in diem 21. Iulii Sanctae Praxedi Virginis sacrum. In dicta occurrentia Secreta, et Postcommunio utriusque Missae precise similes sunt. Sed et insuper ambae Missae de Communi Virginum, tantum ad quod recurrendum est, Missa *Dilexisti* et Missa *Vultum tuum* habent pariter eandem Secretam, et eandem Postcommunioem. Attamen iuxta Rubricam non bis in idem, eademque Oratio non debet in una Missa bis inservire: quid igitur agendum in eo casu? 1. Licet ne Secretam, et Postcommunioem ex Missa *Loquebar* de Communi Virginis et Martyris desumere omittendo verba *Martyris*, vel *et Martyre?* 2. Item licebit ne, quando occurret Festum nec Virginis, nec Martyris cum Festo Virginis tantum, eo quod in tali occurrentia oriat difficultas supradicta?

2. Ex variis Decretis Sacrorum Rituum Congregationis Regulares tenentur ad Festum Patroni principalis Loci, et Titularis Ecclesiae Cathedralis atque Protectoris Civitatis sine Octava; sed in praedicta Congregatione movetur Dubium circa sensum huius vocis *loci*. Iuxta quosdam idem sonat ac Dioecesis, iuxta alios vero idem ac Civitatis, et Oppidi; denique iuxta nonnullos etiam pagi. 1. Quenam ex illis sententiis amplectenda? 2. Quid intelligendum per Protectorem Civitatis? 3. Patronus pagi idem ne est ac Patronus Parochiae, quum in Gallia Pagus, et Parochia indiscriminatim sumantur ad designandam aliquot domorum vicinitatem, intra quas reperitur Ecclesia cui Parochus deservit: ita ut Regulares in Pago degentes non teneantur ad Festum Patroni Pagi, sicut non tenentur ad Festum Patroni Parochiae.

3. In Commemorationibus communibus, seu Suffragiis Sanctorum in Breviario Romano legitur sequens Rubrica post Commemorationem Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli: *De Patrono, vel Titulari Ecclesiae fiant Commemorationes praedictae pro dignitate illius*. Sed quum Fratres dietae Congregationis Sacris Ordinibus initiati addunt in Suffragiis Commemorationem de Sacro Corde Iesu, et de Sancto Iosepho Patrono peculiari eiusdem Instituti 1. Tenentur ne ex Rubrica citata ad aliam commemorationem alicuius Patroni, sive Patroni principalis loci, sive Titularis Ecclesiae Cathedralis, sive Protectoris Civitatis? 2. Similiter in Oratione *A cunctis* quum subiungi debeat nomen Patroni vel Titularis Ecclesiae nominibus Sanctorum Apostolorum in his vocibus *atque Beato N.*, tenentur ne ad addendum nomen vel Patroni principalis loci, vel Titularis Eccle-

siae Cathedralis, vel Protectoris Civitatis quam in praedicta Oratione praemittant Apostolis nomen Sancti Ioseph Patroni totius Congregationis? 3. Possunt ne praeterea in Oratione *A cunctis* subiungere nomen Patroni Cappellae propriae, si habeat?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature consideratis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Quoad primam, et secundam quaestionem affirmative cum debita exceptione, videlicet exprimendo Virginem, vel Martyrem tantum, vel utrumque iuxta Officii qualitatem. »

Ad 2. « Quoad primam quaestionem intelligendus est praecipuus Patronus tantum vel Dioecesis, si habeatur, vel Oppidi similiter. Quoad secundam quaestionem, ut ad proximam. Quoad tertiam Negative ex decisio. »

Ad 3. « Quoad primam quaestionem tenentur ad commemorationem Patroni, vel Titularis ut supra. Quoad secundam quaestionem, ut ad proximam. Quoad tertiam, Negative. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 12. Septembris 1840.

4910. MECHLINIEN.

Quum ab hac Sancta Apostolica Sede tertio decimo Kalendas Augusti Anno 1838. specialiter fuerit Clero Civitatis, et Dioecesis Mechlinien. indultum, ut in Festis nonnullorum Sanctorum, qui iis in Regionibus summa religione coluntur, peculiaria Officia primitus de more revisa et adprobata recitare valeret; hinc quaedam orta sunt dubia circa Festorum translationem particularibus in Ecclesiis, et quoniam haec de re varia reperiuntur Sacrorum Rituum Congregationis Decreta, et responsa authentica in Collectione Decretorum eiusdem, attamen ad difficultates omnes et haesitationes penitus tollendas, Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Engelbertus Sterckx eidem Sacrae Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

Dubium 1. An Festa, quae propter occurrence-
ntiam Festivitatibus, vel Octavae Patroni alicuius
Ecclesiae vel loci perpetuo sunt transferenda, poni
debent post illa Festa quae ab Anno 1839. obti-
nuerunt diem, seu sedem fixam in Dioecesi Me-
chliniensi (ut in recitatione Officii, et celebratione
Missae maior sit uniformitas inter Ecclesias par-
ticulares, ac totam Dioecesim); an e contra illa
Festa in Ecclesiis particularibus pro sua digni-
tate, ritu, et prioritate temporis transferri de-
bent iuxta Rubricas generales Breviarii? Occurrit

casus in quibusdam Parochiis sub Dioecesi Me-
chliniensi, ubi Sancta Margarita Virgo, et Mart.
die 20. Iulii colitur tamquam Patrona principalis
ritu duplicis primae Classis cum Octava. Ante
novam constitutionem seu reductionem Directorii,
seu Kalendarii Dioecesiani factam circa finem
Anni 1838. ob nova Officia a Sancta Sede be-
nigne concessa, haec Octava habebat tres dies
non impeditas, scilicet 21. Iulii, quae assignata
erat Festo Sancti Hieronymi Aemiliani, 24. Iulii
quando fiebat de Octava Sanctae Margaritae, dum
aliunde nihil obstat, et 27. Iulii, quae est dies
octava Sanctae Margaritae ritu duplici celebranda
iuxta Rubricas. Porro illae dies nunc sunt per-
petuo impeditae in Dioecesi Mechliniensi; nam
die 21. Iulii celebratur Festum Sanctae Rainaldis
Virginis, et Martyris ritu duplici, dies 24. est
assignata tamquam fixa Festo semiduplici San-
ctae Elisabeth Reginae Portugalliae, et dies 27.
Festo semiduplici Sancti Henrici Imperatoris.
Quaeritur ergo.

1. An in illis Ecclesiis et locis, quae Patro-
nam habent Sanctam Margaritam, faciendum sit
Officium die 21. Iulii de Sancta Rainalde ut per
totam Dioecesim, an vero de Sancto Hieronymo
Aemiliani?

2. An dies 24. Mensis Iulii habenda sit tam-
quam dies fixa pro Festo semiduplici Sanctae Eli-
sabeth, ut fit in Dioecesi, an tunc reponendum sit
alterutrum Festum duplex Sanctae Rainaldis sci-
licet, aut Sancti Hieronymi Aemiliani, assignando
Festo semiduplici Sanctae Elisabeth primam diem
in Dioecesi non impeditam?

3. Quae dies sit assignanda Festo Sancti Hen-
rici, quum dies 27. Iulii sit perpetuo impedita per
occurrence-ntiam diei octavae Sanctae Margaritae?

Dubium II. In aliquibus Ecclesiis Dioecesis
Mechlinien., ubi Sancta Maria Magdalena colitur
ritu duplicis primae Classis cum Octava tamquam
dies 30. Mensis Iulii erat antehac assignata Festo
Sanctae Marthae, quum dies 29. esset perpetuo
impedita ratione Octavae Sanctae Mariae Magda-
lenae. Verum ab Anno 1839. Festum Sancti Alexii
translatum fuit pro tota Dioecesi a die 27. Iulii
ad diem 30. eiusdem Mensis, tamquam in diem
fixam: ideoque in particularibus illis Ecclesiis, de
quibus supra, dies 11. Mensis Augusti, utpote prima
dies non impedita, erat assignata Festo Sanctae
Marthae. Quum autem ex Decreto Urbis, et Orbis
Festum Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio in pos-
terum sit celebrandum praedicta die, quaeritur.

1. An huic novo Festo alia dies sit assignanda
in particularibus illis Ecclesiis, ubi die 11. Augusti

celebratur Festum Sanctae Marthae, an vero Festum Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio sit praefendum, et Festum Sanctae Marthae ulterius transferendum ad primam diem non impeditam?

2. Quid, si alicubi die secunda Augusti haecenus celebrari consueverit Festum aequalis, aut altioris ritus ex. gr. Sancti Petri ad Vincula in Ecclesiis, ubi prima Augusti celebrari debet dies octava Sancti Iacobi Apostoli tamquam Patroni?

Dubium III. Iuxta responsum Sacrae Rituum Congregationis de die 12. Nov. 1831. ad N. 39. Officia concessa alicui Regno, Nationi, Dioecesi, Civitati, aut Oppido si ob occursum aliorum Festorum celebrari nequeant diebus assignatis, iuxta Decreta alias edita, vel omittenda vel imploranda facultas transferendi; quaeritur.

1. An hoc sit intelligendum de solis Officiis, aut Festis ad libitum.

2. Si debeat intelligi de omnibus Officiis, petitur facultas pro facienda translatione Officiorum, quae Dioecesi Mechliniensi sunt propria, quum illa translatio haecenus facta fuerit in praefata Dioecesi, immo ab immemorabili tempore in toto Belgio translata fuerint Festa ibidem celebrari solita, v. gr. Sancti Gabrielis Archangeli, Sancti Aloysii Gonzaga etc., quando in diebus propriis occurrebat impedimentum?

Dubium IV. Quum iuxta Indultum pro reductione Festorum de die 9. Aprilis 1802. Solemnitas Patroni cuiuslibet Paroeciae transferenda sit in Dominicam proxime occurrentem, quaeritur.

1. An possit in Missa solemniori Oratio Patroni addi sub unica conclusione Orationi diei, quando solemnitas eiusdem Patroni incidit in Dominicam proximam Adventus, aut Quadragesimae, vel an transferri tunc debeat solemnitas in Dominicam subsequentem, quandoquidem prohibitum est cantare Missam de Patrono Dominica prima Adventus, vel Quadragesimae iuxta Rubricas Generales Missalis titulo VI.

2. Quid faciendum sit, quando Solemnitas Patroni incidit in Dominicam Palmarum, vel Paschatis Resurrectionis, vel Pentecosten?

Dubium V. Quando Festum Sancti Rumoldi, quod celebratur die 1. Mensis Iulii coincidit cum solemnitate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, tunc Missa Solemnis tam in Ecclesia Metropolitana, quam in aliis Ecclesiis Civitatis Mechliniensis cantatur de Festo Sancti Rumoldi addita commemoratione Sanctorum Apostolorum sub unica conclusione, et sub distincta conclusione fit commemoratio Octavae Sancti Ioannis Baptistae, ac Dominicae occurrentis, de qua in fine Missae di-

citur Evangelium. Quum autem Sacrorum Rituum Congregatio respondit die 1. Septembris 1838. hanc praxim servari posse, quaeritur.

1. An liceat ad uniformitatem obtinendam hoc extendere ad totam Archidioecesim Mechliniensem, in qua Sanctus Rumoldus nunc colitur ut Patronus ritu duplicis primae Classis cum Octava, sic tamen, ut occurrente Festo eius infra hebdomadam, non habeat solemnitatem Dominicae subsequente, quia numquam fuit obligatio per totam Dioecesim audiendi Sacrum, et abstinendi ab operibus servilibus in praedicto Festo Sancti Rumoldi?

2. Si Missa solemniori sit cantanda de Solemnitate Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, quaeritur an in ea sit facienda commemoratio Sancti Rumoldi Dioecesis Patroni, de quo tunc recitatur Officium ritu duplicis primae Classis.

Sacra Rituum Congregatio ad Quirinales Aedes Ordinariis in Comitibus infrascripta die coadunata, audita relatione per me subscriptum Secretarium facta, omnibus mature consideratis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Quoad primam quaestionem. De Sancta Rainalde, ut in Dioecesi, iuxta novissimam concessionem. Quoad secundam: De Festo duplici, assignando primam diem non impeditam Festo semiduplici iam translato. Quoad tertiam, similiter primam diem non impeditam. »

Ad 2. « Quoad primam quaestionem: Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. Quoad secundam: Quum sint translata ulterius progrediantur iuxta Rubricas: dies enim secunda Augusti est propria Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio. »

Ad 3. « Specialiter intelligitur de Officiis affixis certis diebus, nimirum vel in Feriis, vel in Dominicis. »

Ad 4. « Quoad primam quaestionem: Fieri posse sub unica conclusione, vel ad libitum transferri. Quoad secundam: Solemnitatem esse transferendam. »

Ad 5. « Quoad primam quaestionem: Affirmative in omnibus. Quoad secundam, iam provisum in praecedenti. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 13. Septembris 1840.

4911. MECHLINIEN.

Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Card. Engelbertus Sterckx Archiepiscopus Mechlinien. animo reputans generalium Missalis Romani Rubricarum dispositionem quoad Missam dicendam in Anniversario Electionis Episcopi, in quibus Titulo XI. praescribitur illa in Missa addendum

esse Symbolum Nicaenum, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. An haec Rubrica sit intelligenda dumtaxat de Missa Solemni, quae ex praescripto Caeremonialis Episcoporum illa die celebratur in Ecclesiis Cathedralibus, an vero in omnibus etiam Missis privatis, in quibus tunc additur commemoratio praedicti Anniversarii iuxta morem tam in Archidiecesi Mechliniensi, quam in aliis Belgii Dioecibus receptum?

2. An Sacerdos, qui vellet Missam pro Anniversario Electionis, et Consecrationis Episcopi legere ex devotione illa die, dum Rubricae non obstant, debeat in ea dicere *Gloria*, et *Credo*; an vero utrumque, vel alterutrum omittere; item an dicendae sint tres saltem Orationes, ut in Missis votivis?

3. Quid sit agendum in Missa Solemni tam in Ecclesia Metropolitana, seu Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis Dioecesis quando dies Anniversaria Consecrationis Episcopi incidit in Feriam quintam in Coena Domini, ut fiet in Dioecesi Mechliniensi Anno 1841., vel in Sabbatum Sanctum? Item an liceat in omnibus Missis tam cantatis, quam lectis privatis addere commemorationem pro Episcopo, si dies anniversaria eius consecrationis incidat in Dominicam aliquam ex privilegiatis primae Classis, quae unicam tantum admittunt Orationem, vel Festum primae, aut secundae Classis, et quatenus affirmative, an debeat illa commemoratio uniri Orationi diei sub unica conclusione, vel dici sub distincta conclusione?

Sacrorum Rituum Congregatio ad Quirinales Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata infrascripta die, audita relatione a me subsignato Secretario facta, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « De Missa Solemni tantum intelligenda est. »

Ad 2. « Quum haec Missa votivis non sit accensenda, nequit ad libitum celebrari. »

Ad 3. « Commemoratio Anniversarii locum habet tantum in Dominicis, et duplicibus secundae Classis sub unica conclusione, in reliquis omittenda. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.
Die 12. Septembris 1840.

4912. MUTINEN.

Quamvis ab immemorabili Parochi omnes Civitatis Mutinen. publicis in Supplicationibus gestarent Mozzettam, et super eam Stulam assumerent, adeo ut propter veterem consuetudinem ius quaesitum haberent, novissime autem Caeremonia-

rius ultimi Episcopi defuncti a Sacrorum Rituum Congregatione generatim exquisivit num Parochis liceret tali modo ea in occasione incedere, et Magister Caeremoniarum, qui suam de mandato ipsius Sacrae Congregationis in scriptis sententiam dedit, non abs re negativum dedit responsum dum in facti specie neque indultum, neque privilegium adducebatur, nec de consuetudine quis mentionem fecerat. Quae res dum ius de medio tolleret omnino, non sine omnium admiratione ludibrio Parochis ipsis cedebat; eapropter Sacram adivere Congregationem, ac preces praesidio consuetudinis, quae ius attribuit, fulciebant. Attamen Eminentissimi Patres Sacris Ritibus praepositi assertam solummodo consuetudinem ratam habere non dubitarunt tertio Idus Aprilis Anno vertente. Subscripta die de novo enixe institerunt, ut stante Informatione, et Voto Reverendissimi Mutinensis Episcopi, qui indubiam fidem facit in omnium esse opinione pene ab immemorabili positum, eosdem Parochos verum efformare Collegium, ab iisdem Congregationes status coadunari, earumdem acta in registris inseri, sigillo communi uti in rebus Collegium spectantibus, ac semper simili modo indutos publicis in Supplicationibus incessisse, quae omnia enunciati Collegii institutionem satis ostendunt; saltem Sacra Congregatio annuere dignaretur, et idem Indultum Oratoribus concedere, sicut iisdem rationum momentis ductus sa: me: Pius Papa VII. quintodecimo Kalen. Octobris Anno 1822. Parochorum Collegio Ravennaten. concessit. Eminentissimi, et Reverendissimi Patres in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes coadunati, ad relationem mei infrascripti Secretarii, expositis omnibus rite libratiss, matureque consideratis, attentisque potissimum Reverendissimi Mutinensis Episcopi Informatione, et Voto, de speciali gratia rescripserunt: « Iuxta preces, et ad instar concessionis factae Parochis Ravennatibus, sed solum dum collegialiter incedunt. » Die 12. Septembris 1846.

4913. CAIETANA.

In Oppido Valliscursae Reverendissimi Caietani Episcopi iurisdictioni subiecto tres institutae sunt Paroeciae, una sub invocatione Sanctae Mariae in Coelum Assumptae, altera sub invocatione Sancti Michaelis Archangeli, tertia Sancti Martini Episcopi, et unaquaeque suos habet Canonicos, qui una simul Oppidi eiusdem Collegiatam constituunt. In sacris vero Functionibus peragendis cum Conventu omnium Canonicorum quaedam servatur methodus, vi cuius functiones ipsae, quae toto Anni decursu fieri solent, ita sunt unicuique praedictarum Ecclesiarum attributae, ut liberum

non sit unicuique Ecclesiae, quas velit, sed quae ex praescripto debentur peragere. Haec omnia ex Capitularibus Legibus, seu Constitutionibus profluunt: harum porro inobservantia, multaque alia iura, et praerogativae, quae sibi invicem vindicant Parochi, multis controversiis locum fecit, quae quum in conciliationis viam componi nequirent, iterato auditis Informatione et Voto Reverendissimi Episcopi per Rescriptum diei 31. Mense Martio Anno 1837. a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. deputata fuit Congregatio Sacrorum Rituum particularis, ut omnibus rationum momentis, quae scripto sunt exhibita, prae loque cusa, consideratis, libratisque, sua sententia dissidia de medio tolleret omnino iuridice. Huiusmodi Congregatio particularis, servatis omnibus de iure, stylo, et consuetudine servandis, concordatisque praesentibus Procuratoribus legitimis coram subscripto Secretario septem Dubiis, coadunata fuit infrascripta die penes Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Cardinalem Carolum Mariam Pedicini Episcopum Portuensem, Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarium, eidemque Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum, qui uti Relator sequentia concordata Dubia proposuit, nimirum.

1. An Constitutiones Ecclesiarum Oppidi Valliscursae communi Cleri consensu confirmatae die 5. Ianuarii 1679. sint adamussim servandae?

2. An sit danda manutentio Ecclesiis Sancti Michaelis, et Sanctae Mariae erigendi Cereum Paschalem, cuius sollemnis benedictio, et erectio competit Ecclesiae Sancti Martini?

3. An, et quomodo Festa Translationis Sancti Martini Dominica quarta Iulii, et Dolorum Beatissimae Mariae Virginis Dominica tertia Septembris debeant celebrari?

4. An deficientibus Archipresbytero Sancti Martini, et Abbatibus Sancti Michaelis, et Sanctae Mariae in Functionibus unicuique Ecclesiae competentibus, succedant eorum Canonici, seu potius Rectores aliarum Ecclesiarum?

5. An Processionibus infra Octavam Corporis Christi, et in aliis Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli, et Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae sit erigenda unica Crux Sancti Martini, quamvis integrum interveniat Capitulum, et in coeteris Processionibus, quae Crux sit erigenda?

6. An, et cui competat ius ferendi stolam in Processionibus generalibus?

7. An Archipresbytero Sancti Martini competat ius exercendi iura Parochialia super millibus, Doanae ministris, et in carceres inclusis;

ae infra sex menses a die eorum adventus super domo Gubernatoris, et super advenis, licet inhabitent intra limites aliarum Parochiarum?

Propositis Dubiis auditis, omnibusque rite, matureque consideratis, Congregatio particularis deputata sic rescribendum censuit, nimirum.

Ad 1. « Affirmative iuxta modum: scilicet eo modo, quo Constitutiones exhibitae sunt Anno 1725. et in iis, quibus in posterum legitime derogatum non sit. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Affirmative, et ad Mentem: Mens est ut Officium et Missa Translationis Sancti Martini, quae contingit die 4. Iulii, transferatur ad quartam Dominicam eiusdem Mensis sub ritu duplicis maioris. Si vero occurrat Festum altioris ritus, tunc idem Officium et Missa transferantur iuxta Rubricas, et ipsa quarta Dominica cantetur unica Missa Solemnis eiusdem Translationis, et non omittatur Missa cum cantu, quae eodem die contigerit. Officium vero et Missa Beatissimae Mariae Virginis doloribus transfixae loco Dominicae tertiae Septembris fiant Dominica quarta ipsius mensis sub ritu duplicis maioris cum conditionibus ut supra. »

Ad 4. « Affirmative ad formam Constitutionum Anni 1725. »

Ad 5. « Affirmative ut supra ad formam Constitutionum. »

Ad 6. « Ius ferendi stolam in Processionibus Generalibus ex gratia speciali tribus Parochis conceditur. »

Ad 7. « Affirmative quoad Domum Gubernatoris, Advenas, Vectigalium Ministros, et Milites extra stationem degentes ad formam Constitutionum Anni 1725. Quoad Milites vero in statione commorantes, et carceribus detentos ius exercendi iura Parochialia competere Parochis, in quorum Paroeciis sint statio Militum, et Carceres. »

Atque ita rescripsit, et ab Ecclesiis et Canonicis Collegiatae Valliscursae servari in omnibus mandavit. Die 22. Ianuarii 1841.

4914. AMBIANEN.

Quum Reverendissimus Ambianen. Episcopus in Galliis animadvertat Rubricas Pontificalis Romani in consecratione Altarium Portatilium loqui tantum de consecratione unius Altaris, Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit, ut quando plura consecranda veniant Altaria huius generis praefatae Rubricae ad praxim sequenti modo reduci valeant, nimirum quaerit.

1. In Rubrica de Altaris portatilis consecratione legitur quod consecratio fieri debeat ieiuno

stomacho, quaeritur utrum ratione habita plurimum Altarium liceat Pontifici ea consecrare non ieiuno?

2. Ex iisdem Rubricis haec verba: *Sanctificetur, et consecretur haec tabula in nomine etc.*, quinque proferri debent super singulam Tabulam: quaeritur an liceat Pontifici, ne nimium protrahatur consecratio, ea verba semel tantum proferre pro unaquaque Tabula, dum supra eam format quinque Cruces cum aqua benedicta?

3. Utrum idem liceat quando Altaria intinguntur cum Sacro Chrismate, et Oleo Catechumenorum?

4. Utrum praedictae Uctiones fieri possint cum stylo ligneo spongia quadam munito, ut mos est in Uctionibus Baptismi, et Extremae Uctionis, non autem cum pollice nudo, ne licet unctionibus multiplici vice supra petram repetitis, laceratur?

5. Ex Rubricis Episcopus Sepulchrum propriis manibus claudit: licet ne postquam Reliquias in Sepulchro propria manu collocaverit Pontifex, alicui Sacerdoti assistenti committere curam Sepulchrum signandi cum cera, Episcopo praesente, et iubente?

6. Item circa ea, quae immediate sequuntur, *manu dextera conficans, liniens, et perungens*: quaeritur utrum cura liniendi, et confricandi Sacerdoti assistenti demandari possit, postquam Episcopus propria manu consperserit Oleo Sancto totam Altarium superficiem?

7. In Rubricis legitur quod Pontifex: *propria manu ex ipso incenso quinque Cruces format*: quaeritur an possit postquam aliquot grana incensi super quinque Cruces propria manu sparserit, alicui assistenti commendare curam ea in modum Crucis disponendi?

8. Addunt Rubricae quod Episcopus, *ponit unam Crucem de subtili candela factam super quamlibet Crucem thuris*: quaeritur utrum possit unam tantum Crucem ponere, relinquendo aliis ministris curam ceteras disponendi?

9. Quid de casu, in quo Sepulchrum, ubi Reliquiae conduntur contractum sit? Amittit ne Altare portatile suam consecrationem?

Et Eminentissimus, ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum, omnibus mature perpensis, rescribi mandavit. « Servandam omnino esse in omnibus formam a Romano Pontifici praescriptam. » Die 22. Maii 1841.

4915.

AMBIANEN.

Quum Reverendissimus Ambianen. Episcopus compererit, quod in sua Dioecesi ex usu fere generali Sacerdotes bis celebrent Missam diebus Dominicis ac Festis, qui quidem usus ex eo praesertim invaluit quod ordinaria per agros Ecclesia aliqua sit adnexa Ecclesiae Parochiali, in qua residet Parochus, ac proinde in ea iterum celebrat, ut Fideles ibi domicilium habentes, faciliorem habeant aditum ad sacra mysteria, et inde latius extenditur usus praefatus, ut nonnullis in locis bis celebretur etiam super idem Altare, aut super Altaria diversa, sed sine gravi necessitate. Ut ambiguitas omnis a medio tollatur Sacrorum Rituum Congregationem exquirat super sequentibus Dubiis.

1. Utrum liceat Parocho in agris constituto iterare Missam diebus Dominicis, et Festis conservatis etiam super idem Altare?

2. An liceat Parocho in urbe constituto iterare Missam iisdem diebus super diversa quidem Altaria, sed tantummodo ad consulendum Parochianorum commoditatem v. gr. ut celebretur Missa hora octava, quando iam celebratur variis horis, videlicet hora sexta, septima, et nona, et decima?

3. Utrum posito quod sint illicitae duae praefatae consuetudines teneatur iis obsistere Episcopus, an vero eas tolerare possit ut vitentur murmurationes tum Populi, tum Cleri?

Et Eminentissimus ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, ac Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum rescribi mandavit. « Sine speciali Apostolico Indulto non licere, et teneri Episcopum consuetudinem seu abusum omnino eliminare. » Die 22. Maii 1841.

4916.

CAMERACEN.

Quum Reverendissimus Cameracen. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut declarare dignaretur: Utrum Canonicis prout a tempore Concordatus 1801. in Galliis instituti sunt, incumbit obligatio non tantum assistendi in Choro celebrationi Divinarum Laudum, prout in respectivis Capitulis est instituta, sed etiam cantandi Horas Canonicas in Choro, ita ut Canonicis in Galliis assistens quidem in Choro, sed non decantans publicas preces canonicas peccet mortaliter, et teneatur ad restitutionem partis fructuum omissioni correspondentis? Enus, et Ritus D. Card. Carolus Maria Pedicini Episc. Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Ro-

manae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum eidem Rituum Congregationi Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum rescribi mandavit: « Canoniceum in casu iuxta alias decreta obligationi non satisfacere. » Die 22. Maii 1841.

4917. CIVITATIS PLEBIS.

Quum Regulares integrae Dioecesis Civitatis Plebis dubitent num in vim Decreti Sacrorum Rituum Congregationis die 11. Augusti 1691., quo indicitur Officium cum Lectionibus propriis Sanctorum Gervasii, et Protasii Martyrum Titularium Cathedralis Civitatis Plebis fieri debere de praecepto in Civitate, et Dioecesi ab utroque Clero adigantur etiam ad instituendam Octavam eorundem Sanctorum, ac proinde Sacram ipsam Rituum Congregationem humillime rogarint opportunam declarationem, Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen., Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrae eidem Congregationis Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifice Maximo tributarum, scribi mandavit: « Iuxta alias Decreta Regulares in casu non teneri ad Octavam. » Die 22. Maii 1841.

4918. CORCYREN.

Duplicem consuetudinem invecam fuisse in Cathedrali Ecclesia Coreyren. Sacrorum Rituum Congregationi exponunt nonnulli ipsius Ecclesiae Canonici opportunam declarationem efflagitantes.

1. Num Feria quinta in Coena Domini postquam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reconditum est in Sepulchro, Clavis Tabernaculi huius Sepulchri tradenda sit a Canonico Assistente Priori Sodalitatis Sanctissimi Sacramenti inibi erectae, qui eam deferat ad collum appensam usque ad Sacras Functiones insequentis Feriae sextae in Parasceve, uti in praesentiarum fieri assolet?

2. Num servari itidem possit alia consuetudo, nimirum ut idem Prior deferat Umbellam associando Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in eadem Feria quinta in Coena Domini usque ad absconditam custodiam ubi Pyxis cum Particulis praeconsecratis adducitur, tum etiam quando Eucharistiae Sacramentum in Ostensorio adducitur pro solemnibus Supplicatione Sanctissimi Corporis Christi?

Super quibus omnibus exquisito prius pro Informatione, et Voto Reverendissimo Coreyren. Archiepiscopo, etsi ipse efflagitet ut utraque immemorabilis consuetudo servetur, Eminentissimus

tamen, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen., Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum eidem Congregationi Praefectus vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum rescribi mandavit: « Iuxta alias decreta Clavem in casu nulli esse omnino tradendam: quoad Umbellam vero servari posse consuetudinem extra presbyterium, et solum arbitrio Reverendissimi Archiepiscopi. »

Die 22. Maii 1841.

4919. LEOBIEN.

Dum superiori Anno 1840. tertio Idus Aprilis in Sacrorum Rituum Ordinariis Comitibus adprobatum fuit Kalendarium perpetuum Ecclesiae Secoviensis, indultum fuit ut idem Kalendarium adhiberet Ecclesia Leobiensis durante praesenti administratione, exceptis tamen Officiis Titularis et Patroni, ac Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quae recitanda sint de propria Ecclesia. Huiusmodi sanctionem grato, reverentique animo excipiens Reverendissimus Secovien. Episcopus Administrator Ecclesiae Leobiensis, anceps adhuc permanet quoad Officium Sancti Andreae Apostoli Titularis et Patroni Cathedralis Leobiensis, quod quidem Officium quum pro populo institui nequeat, nisi insequenti Dominica, quae semper est vel prima, vel secunda Sacri Adventus usque ad Annum 1808. Clerus Leobien. in morem habuit die 30. Novembris commemorationem instituere Sancti Andreae cum Officio de Communi Apostolorum praeter Orationem, et Missam propriam ritu duplicis secundae Classis, atque Dominica post Octavam omnium Sanctorum solemnitate ipsius Sancti Andreae Titularis celebrare ritu duplicis primae Classis cum Octava. Quum vero ab Anno 1809. Ecclesia Leobiensis sine ulla mutatione adoptaverit Ordinem Divini Officii Ecclesiae Secoviensis, Episcopus Orator iteratis precibus Sacrorum Rituum Congregationem rogavit ut decernere dignaretur.

1. Num Officium Sancti Andreae in Ecclesia Leobien. modo supradicto, vel quo alio debeat celebrari?

2. Num Officium Sancti Aegyptii Titularis, et Patroni Ecclesiae Secoviensis pro Dioecesi Leobien. durante Administratione retineri debeat, vel possit, et quo ritu?

Et Eminentissimus ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Maria Pedicini Episcopus Portuen., Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus vigore facultatum

tum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum omnibus mature perpensis, diligentique examine libratis, rescribi mandavit.

Ad 1. « Firmo remanente Officio cum Missa Sancti Andreae in die propria, sicuti actum est ab Anno 1809. pro gratia unius Missae Solemnis ad Populum ut in Festo eiusdem Sancti Andreae Dominica Secunda Sacri Adventus. »

Ad 2. « De speciali gratia ritu duplicis minoris ad uniformitatem assequendam, quae iam servatur in Festo Dedicacionis Ecclesiarum. »

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 22. Maii 1841.

4920.

MECHLINIEN.

Parochialis Ecclesia Antuerpien. intra fines Archidioecesis Mechlinien. deo in honorem Sancti Pauli Apostoli dicata quum sit, hodiernus Parochus ut in Solemnis Doctoris Gentium per Annum omnia rite instituantur, Sacrorum Rituum Congregationem rogavit enixe quatenus declarare dignaretur.

1. Quo ritu celebrari debeat in praedicta Ecclesia Commemoratio Sancti Pauli pridie Kalendas Iulii, et an quoad primas Vesperas servanda sit Rubrica Breviarii, quandoquidem Festum Conversionis Sancti Pauli octavo Kalendas Februarii ibidem colitur ritu duplicis primae Classis cum Octava tamquam titulus Ecclesiae?

2. Utrum Missa Solemnis principalis esse debeat de Commemoratione Sancti Pauli, si hoc Festum celebrandum sit ritu duplicis primae Classis, et incidat in Dominicam, vel an illa Missa esse debeat ut in Festo Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ratione Solemnitatis eorundem prout fit in Dioecesi?

Eminentissimus itaque ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen., Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. tributarum ceu Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus propositis Dubiis maturo examine perpensis rescribi mandavit.

Ad 1. « Iuxta peculiarem huius Festi Rubricam. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Atque ita rescribi, ac servari mandavit.

Die 22. Maii 1841.

4921.

MECHLINIEN.

Ut in ordinando Directorio, seu Calendario Liturgico suae Archidioecesis omnia fiant iuxta praescriptum Rubricarum, et Sacrorum Rituum

Congregationis mentem, Eminentissimus, et Reverendissimus Dom. Card. Archiepiscopus Mechlinien. Sacrae eidem Rit. Congreg. sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. In Dioecesi Mechlinien. Festum Sacratissimi Cordis Iesu celebratur ritu duplicis maioris ex Decreto 25. Augusti 1809. Quaeritur 1. An hoc Festum sit praefendum tamquam dignius si cum eo occurrat Festum Sancti Barnabae Apostoli, quod est eiusdem ritus? 2. An dum Festum Sanctae Barnabae celebratur pridie, vel postridie Festi Sacri Cordis Iesu, Vesperae integrae debeant esse de Festo Sacratissimi Cordis, vel potius sit servanda Tabella concurrentiae conformiter ad responsa Sacr. Rit. Congr. diei 31. Martii 1804. et 20. Septemb. 1806. quoad Festum Dedicacionis?

2. In locis ubi Festum Sacratissimi Cordis Iesu celebratur Feria sexta post Octavam Corporis Christi, Vesperae sunt de Octava Corporis Christi sine commemoratione sequentis ex Rescripto Sacrorum Rituum Congregationis 17. Aug. 1771. Quaeritur an inde sequatur omittendam esse commemorationem de Venerabili, quando Missa propria Sacratissimi Cordis Iesu dicitur ad Altare in quo Sanctissimum Sacramentum patenter est expositum, si alioquin praedicta commemoratio esset facienda?

3. Quando Festum Sanctissimi Nominis Iesu occurrit in Dominica Septuagesimae transfertur in diem XXVIII. Ianuarii tamquam in Sedem propriam iuxta Decreta Sacrorum Rituum Congregationis, ne celebretur in Quadragesima. Quaeritur an idem locum habeat quando praefatum Festum die sua propria celebrari nequit ob aliud impedimentum ver. gr. ob occursum Festi Patroni principalis alicuius loci, aut Ecclesiae, vel an tunc Festum Sanctissimi Nominis Iesu celebrari debeat prima die non impedita si praeter XXVIII. Ianuarii (quando celebratur in Belgio Festum Sancti Iuliani Episcopi, et Confessoris semiduplex ad libitum) alia dies libera occurrat ante Quadragesimam ver. gr. tertia Februarii qua occurrit Festum simplex Sancti Blasii?

4. Datur specialis Rubrica pro Translatione Festorum Purificationis, et Annunciationis Beatae Mariae Virginis quando occurrunt in Dominica privilegiata. Petitur an etiam aliquod privilegium, aut Decretum pro Festo Conceptionis Beatae Mariae Virginis quando occurrunt in Dominica secunda Adventus, et celebratur sub ritu duplicis secundae Classis tantum, vel an tunc sit transferendum in primam diem non impeditam, si nona Decembris non sit libera?

5. Quum Ordo Divini Officii pro Clero Ro-

mano assignet Missam propriam pro Festo Sancti Gregorii VII. die XXV. Maii, quaeritur an haec Missa, quae non reperitur in Missalibus in Belgio impressis, concessa sit pro universali Ecclesia? Et quatenus negative, an in praedicto Festo dici debeat Missa *Statuit de Communi Confessorum* Pontificum primo loco cum Evangelio *Vigilate*, ut habetur in aliquibus Missalibus, an Missa *Sacerdotes tui* de eodem Communi secundo loco, ut legitur in aliis?

6. Invaluit usus in Dioecesi Brugensi, ut in Exequiis pauperum, qui solvere non valent expensas Missae cantatae, legatur Missa privata *de Requie* praesente Cadavere in Festis duplicibus etiam maioribus, non tamen primae vel secundae Classis, neque infra Octavas privilegiatas, neque in Dominica, neque iis diebus, quae excludunt Festa duplicia. Respondit autem Sacra Congregatio die 12. Septembris 1840. hanc consuetudinem servari posse. Quum praefatus usus invaluerit quoque in multis Ecclesiis Archidioecesis Mechliniensis, quaeritur an per totam hanc Dioecesim praedicto Decreto se conformare liceat?

Et Eminentissimus, ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum, omnibus mature perpensis, diligentique examine libratis, rescribi mandavit.

Ad 1. « Quoad primam quaestionem; Negative in occurrentia, quia est Festum secundarium. Quoad secundam quaestionem: « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Ad modum Collectae permitti potest. »

Ad 3. « Iuxta Rubricarum placitum solum quando praepeditur ob Septuagesimae occursum, alias in primam diem non impeditam. »

Ad 4. « Nullum datur, sed petentibus conceditur ob peculiare circumstantias. »

Ad 5. « Pro Festo Sancti Gregorii VII. Missa *Statuit* cum Evangelio *Vigilate*, uti impressa est in Missali Romano. »

Ad 6. « Affirmative. »

Atque ita rescribi, ac servari mandavit.
Die 22. Maii 1841.

4922. MELITEN.
Intra septa Coenobii Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci Civitatis Valletta vulgo nuncupatae erectum reperitur Oratorium Sodalitatis Conceptionis Deiparae inibi institutae, in quo

quidem Oratorio ab Episcopo adprobato, et benedicto Sodales, alique Fideles conveniunt sacra exercitia explentes, et Missae Sacrificio pro praeepto adimplendo adstantes. Ast quum nonnulli dubitarint num omnes Fideles praeeptum Missae in Festis servent memorato in Oratorio, Sacrorum Rituum Congregationi humillimae datae sunt preces a Moderatoribus Sodalitatis ipsius pro opportuna declaratione, nimirum: An omnes Fideles adstantes Missae in memorato Oratorio ab Episcopo adprobato, et benedicto, praeepto Ecclesiae de audiendo Sacro satisfaciant? Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, ac eidem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifice Maximo tributarum, rescribi mandavit.

« Affirmative. » Die 22. Maii 1841.

4923. MELITEN.

Precibus Carmelitarum antiquae Observantiae Civitatis Valletta Dioecesis Meliten. exquirentium confirmationem conventionis initae cum Sodalitate Beatae Mariae Virginis ibi erectae, in qua statuitur ut clavis Tabernaculi Sanctissimi Sacramenti Feria quinta in Coena Domini tradatur custodienda Priori eiusdem Sodalitatis; Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum rescribi mandavit. « Ob stare Decreta huius S. Congregationis. » Die 22. Maii 1841.

4924. DERTHONEN.

Derthonensis Cathedralis Capitulum septemdecim tantum quum Canonici constituent, ex quibus alii iam iubilatione donati, alii vel annorum pondere, vel infirmiae valetudinis incommodis praegravati, Choro interesse nequeunt, et pro reliquis grave admodum, et onerosum servitium Chorale extat, ac proinde ipsius Capituli nomine Sacrorum Rituum Congregationi enixae datae sunt preces, quibus instanter Canonici efflagitant.

1. Ut a Festo omnium Sanctorum ad Pascha usque Resurrectionis inclusive anticipare queant in Choro post Vesperas, et Completorium Matutinum eam Laudibus insequentis diei.

2. Ut quando plures decantandae sunt Mis-

sae, una tantum celebrari valeat cum cantu, reliquis lectis, attamen praesente Choro.

3. Ut in diebus ferialibus Vesperas persolvere liceat sine cantu.

4. Ut intra Annum quisque ex Canonicis per bimestre vel continuum, vel interpolatum a Choro abesse possit absque distributionum amissione etiam honestae animi relaxationis causa, attamen servatis de iure servandis.

Humillimas huiusmodi preces, quels Reverendissimus Derthonen. Episcopus lubenti animo assentitur, immo ut exaudiantur instantissime precatur, serio perpendens Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum, rescribi mandavit.

Ad 1. « Pro gratia, a Festo tamen omnium Sanctorum usque ad Pascha Resurrectionis exclusive. »

Ad 2. « Pro gratia. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Recurrat ad Sacram Congregationem Concilii. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 22. Maii 1841.

4925.

TRICARICEN.

Quum Reverendissimus Tricaricen. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuerit, se nuperrime in causa praecedentiae in processionibus inter Clericos Saeculares ac Seminarii Alumnos suae Dioecesis excitata, iuxta alias decreta edixisse, praecedentiam in Processionibus aliisque similibus actibus competere Seminario supra Clericos adventitios, ac pro maiori sui animi tranquillitate eandem Sacram Congregationem rogarit confirmationem huius sententiae; Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Cardinalis Pedicini, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo tributarum, rescribi mandavit. « Iuxta alias decreta Episcopi Decretum esse in suo robore, et adprobatione non indigere. »

Die 22. Maii 1841.

4926.

TRIVENTIN.

Precibus Reverendissimi Triventin. Episcopi requirentis an tollere possit, vel eliminare teneatur invectam in sua Dioecesi consuetudinem, ut in una eademque Supplicatione Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum deferatur per plures Sacerdotes, qui sibi invicem succedant, Eminen-

tissimus et Reverendissimus Dom. Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Pontuensis Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papa XVI. tributarum, rescribendum censuit. « Consuetudinem tamquam abusum eliminandam. » Die 22. Maii 1841.

4927.

VIVARIEN.

Reverendissime Domine uti Frater.

Dum in Sacrorum Rituum Congregationem expendebantur Dubia Amplitudinis Tuae nomine exhibita Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. litteris De-La-Valette Vicarii tui Generalis datis Vivarii die 20. Iulii 1840., ac iam duo Consultores Theologi fuerant requisiti ut suum emitterent Votum circa validitatem Ordinationis cuiusdam Presbyteri, in qua incaute vitiata fuit forma collationis Potestatis remittendi, vel retinendi peccata, certum nuncium pervenit a Congregatione Generali Sanctae Romanae, et Universalis Inquisitionis sub die 27. Maii 1840. casum apprime similem discussum, ac definitum fuisse, accedente etiam Ipsius Sanctissimi Domini Nostri adprobatione, et Apostolica confirmatione. Itaque tunc emissam resolutionem Amplitudini tuae de verbo ad verbum communicantes ut sequitur, nimirum.

Feria IV. Die XXVII. Maii 1840.

In Congregatione Generali Sanctae Romanae, et Universalis Inquisitionis habita in Conventa Sanctae Mariae supra Minervam coram Eminentissimis, et Reverendissimis Dominis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus propositis precibus Dominicanorum Bononiae, quibus exponebant eius Religiosum N. N. dum Ordinationem Presbyteri recipiebat a R. P. D. Episcopo, monitum fuisse ipsum perturbavisse formam adnexam postremae manuum impositioni dicendo: *Quorum remiseris peccata retenta sunt, et quorum retinueris remissa sunt.* Propositis item Actis Curiae Episcopalis ad stabiliendam veritatem expositorum una cum Voto unius ex Dominis Consultoribus, quod distributum fuerat per manus, propositis item Minorum Consultorum suffragiis, Eminentissimi et Reverendissimi Domini dixerunt. « Sub conditione in privato Oratorio quovis anni tempore suppleatur a quovis Episcopo induto de more tertia manuum impositio, et forma respectiva: *Accipe Spiritum Sanctum,* non tamen repetendo Caeremonias accidentales antea adhibitae. » Quibus eadem die, ac Feria in solita Audientia relatis per

Reverendissimum Patrem Commissarium Sancti Officii, Sanctiss. Dom. Noster Gregorius Papa XVI. resolutionem Eminentissimorum adprobavit.

Vigore facultatum Nobis ab eodem Sanctiss. D. Nostro Gregorio Papa XVI. specialiter tributarum concedimus, ut quae enunciatae Ordinationi desunt, vel vitiosa fuerunt, omnino suppleantur ad tramites memorati Decreti Sacrae Universalis Inquisitionis quaecumque anni die ab Episcopo quovis induto de more, ut in Ordinatione, et Sacrum faciente in suo privato Oratorio, adstante enunciato Presbytero Sacerdotalibus vestimentis pariter induto, et sic suppleatur tertia manuum impositio, et respectiva forma: *Accipe Spiritum Sanctum*, quin repeti debeant Caeremoniae accidentales, quae antea adhibitae fuerunt.

Haec dum Amplitudini Tuae committimus, et iniungimus, diu felix et incolumis vivat. Romae 22. Maii 1841.

Rev. Dom. uti Fratri Episcopo Vivariensi.

4928. BALTIMOREN.

Decimo Kalendas Decemb. superiori anno 1840. ad enixas preces Patrum quartae Synodi Provincialis Baltimoren. Sanctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XVI. impertitus est pro omnibus Foederatae Americae Septentrionalis Dioecibus nonnulla intra Annum Officia Sanctorum, quae dum in Kalendaris ordinabantur, nonnulla excitata sunt Dubia, ad quorum solutionem Sacrorum Rituum Congregationis sententiam requirendam constituit alter ex Directoribus Seminarii Sanctae Mariae Baltimorensis, cui cura commissa est nonnulla Foederatae ipsius Americae Kalendaria efformare pro regulari iisdem in Dioecibus Divinorum Officiorum celebratione. Proposita itaque Dubia sunt sequentia, nimirum.

1. Concessum est Officium Sancti Irenaei Episcopi Martyris, nulla assignata die, qua recitari debeat. Quum autem hoc Festum in Martyrologio pronuncietur die XXVIII. Iunii, quaeritur an de eo fieri debeat haec ipsa die XXVIII. Iunii, Festo Sancti Leonis ad diem VII. Iulii fixe translato?

2. In Indulto Apostolico exprimitur Officium Sancti Irenaei simpliciter, et sine addito. Porro ea fuit mens Patrum Concilii Baltimore, prout hoc Officium Lugduni in Gallia celebratur: at ex quibusdam Romani Breviarii editionibus videtur quod id Festum Lugduni celebretur de Sanctis Martyribus Irenaeo Episcopo, et Sociis eius. Quaeritur itaque utrum in hisce Foederatae Americae Dioecibus faciendum sit de Sancto Irenaeo tantum, vel de Sanctis Martyribus Episcopo, et Sociis eius?

3. Si Officium sit de Sancto Irenaeo tantum, unde nam desumendae sunt Lectiones secundi, et tertii Nocturni, ac Missa?

4. Si fiat de Sancto Irenaeo, et Sociis eius, possunt ne tamquam adprobatae haberi illae Lectiones in Gallia recitatae ab illis, qui Romano Breviario utuntur?

5. In Seminario, et Collegio Sanctae Mariae Baltimorensis die XXVIII. Iunii fit de die octava Sancti Aloysii. Posito igitur quod de Sancto Irenaeo, vel de Sanctis Irenaeo, et Sociis eius haec die fieri debeat in Provincia Baltimorensi, quaeritur utrum in praedicto Seminario, et Collegio Festum Sancti Irenaei, vel Sanctorum Irenaei, et Sociorum eius transferri possit ad diem III. Iulii, et Sancti Leonis Festum ad diem VII. Iulii?

6. Sanctitas Sua benigne concessit sequentia Officia singulis Feriis sextis Quadragesimae ad libitum recitanda sub ritu duplicis maioris, nempe Sacratissimae Passionis Domini Nostri Iesu Christi, Spineae Coronae, Lanceae et Clavorum, Sacrorum quinque Vulnerum, Pretiosissimi Sanguinis. Si autem in dictis diebus occurrat Festum altioris ritus, quaeritur an supramemorata Officia transferri possint ad primas dies non impeditas intra Quadragesimam tantum?

7. Inter Officia nuper concessa omnibus Foederatae Americae Septentrionalibus Dioecibus, sunt Officia tum Sanctissimi Sacramenti in Feriis quintis, tum Conceptionis Beatae Mariae Virginis in Sabbatis per Annum. Porro haec eadem Officia iamdudum a sa. me. Pio Papa VI. concessa fuerunt Baltimorensi, et quibusdam aliis Dioecibus cum eo privilegio ut iis Presbyteris, qui in praedictis Feriis iter aliquod suscipere deberent pro visitandis Catholicis, quorum spiritualis cura ipsis incumbit, liceret ea recitare, et Missam respectivam celebrare etiam in Feriis Adventus, quatuor Temporum, et Quadragesimae. Quaeritur an recenti concessione supramemoratum privilegium revocatum sublatumque fuerit, vel adhuc perseveret, et posito quod perseveret, utrum ad omnes Foederatae Americae Septentrionalis Dioeceses extendatur, et pertineat?

Aliud Dubium. Utrum in Anniversariis creationis, et coronationis Summi Pontificis pro tempore regnantis, in universa Ecclesia dici possit vel debeat in Missa Oratio *Deus omnium fidelium*? Et quatenus affirmative, an haec Oratio dicenda sit in Festis primae, vel secundae Classis?

Eminentissimus itaque ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcella-

rum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Dom. Nostro Gregorio XVI. Pontifice Maximo tributarum, omnibus maturo examine cribratis, rescribi mandavit.

Ad 1. « Servetur dies Martyrologii Romani. »

Ad 2. et 3. « De Sancto Irenaeo tantum cum Lectionibus secundi Nocturni adprobatis die 21. Aprilis 1784. »

Ad 4. « Iam provisum. »

Ad 5. « In Primam diem non impeditam. »

Ad 6. « Affirmative, et intra Quadragesimam tantum. »

Ad 7. « Praecedens Indultum manet in suo robore, nec extendi potest sine nova concessione. »

« Collecta pro Summo Pontifice in diebus unctionis et coronationis dici debet, et sub unica conclusione in duplicibus secundae Classis. »

4929. PROVINCIAE LATII

sive

Aletrin. Anagnin. Caietan. Ferentin. Ostien. et Velitern. Signin. Terracinen. Setin. et Privernen. Verulan.

Reverend. Domine uti Frater.

Ut debitae Misericordiarum Patri, et totius consolationis Deo grates agerentur, et perennis perstaret memoria omnimodae eversionis perditorum illorum hominum, qui impune crassantes integram Latii Provinciam ab annis bene multis, latrociniis, coedibusque vexabant sa. me. Leo Papa XII. undecimo Kalendas Iunii anno 1826. per suum extraordinarium in memorata Provincia Delegatum edixit, ut sexto Kalendas Novembris quotannis singuli utriusque sexus Fideles adigerentur ad stare Sacro, utque in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, et in Ecclesiis Regularium hora, qua ad unamquamque Ecclesiam frequentior Populus accurrit, persolveretur Hymnus Ambrosianus *Te Deum*, cum consueta Orationibus, atque Antiphona *Salve Regina*, cum Oratione *Defende*. Verum decursu temporis compertum est hanc ipsam praescriptionem quoad Sacri auditionem parvi adeo penderi, ut communiter eius omittatur observatio non absque exiguo animarum dispendio. Quod sedulo perpendentes nonnulli per memoratam Latii Provinciam Reverendissimi Antistites, Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pont. Max. iteratas dedere preces, efflagitantes, ut de Apostolica Benignitate solvere dignaretur Fideles ab hoc vinculo adstandi Sacro, atque insuper ad Dominicam immediate sequentem post sexto Kalendas Nov. enun-

ciatas Orationes, seu gratiarum actiones transferre ut in praecedenti concessione diei 22. Maii 1826. Haec singula vigore facultatum Nobis ceu Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto tributarum, dum sedulo expendebamus, satius consilium sumpsimus rem omnem iterum fideliter eidem Sanctissimo Domino Nostro aperire, instanter efflagitantes ut Episcoporum vota admittere dignaretur. Et Sanctitas Sua de speciali gratia benigne annuens edixit, ut per particulares Litteras Sacrorum Rituum Congregationis Reverendissimi memoratae Provinciae Antistites monerentur, ut sublato onere adstandi Sacro die XXVII. Octobris, ad petitam insequentem Dominicam transferant Orationes indictas die 22. Maii 1826. eodem modo ac forma, sicut fieri fuerat mandatum sexto Kalendas Novembris.

Dum haec ad Sanctitatis Suae mentem Amplitudini Tuae communicamus, diu felix et incolu- mis vivat.

Amplitudinis Tuae, uti Fr. Die 22. Maii 1841. 4930. NAMURGEN.

Debitum ordinem ex Rubricarum notitia descendente pro Divinis Officiis rite, recteque disponendis servare maximopere percipiens Editor Kalendarii Ecclesiae, et Dioecesis Namurcensis, accedente assensu, et annuentia illius Reverendissimi Episcopi Sacrorum Rituum Congregationi enodanda proposuit sequentia Dubia, nimirum.

Dubia circa Missas de communi variandas.

Gavantus, de Rubricis Missarum Communis Sanctorum num. 2. dicit: « Est liberum cuicumque recitare Missam quam maluerit ex eodem Comuni, ubi sunt plures Missae, et multo magis Epistolam, et Evangelium ex ibidem assignatis, ut habetur in Rubricis ante Commune unius Martyris non Pontificis, et ante Missam de pluribus Martyribus tempore Paschali. »

Dubium I. Dubitatur 1. An haec facultas locum habeat in Festis Sanctorum in Kalendario Romano descriptorum, pro quibus in proprio Missali assignatur aliqua Missa de Comuni: an scilicet Sacerdos quilibet in tali Festo celebrans possit vel etiam Missam de eodem Comuni legere, vel saltem Epistolam, et Evangelium sumere ex alia Missa? v. g. in Festo Sanctorum Martyrum Eustachii, et Sociorum Celebrans possit ne loco Missae *Sapientiam*, quae pro praedicto Festo in Missali die XX. Septembris assignatur, legere Missam *Intret in conspectu*, de eodem Comuni, vel saltem legere Missam assignatam *Sapientiam*, sed cum Evangelio Missae *Intret*.

Dubium II. Dubitatur 2. Quatenus affirmative,

poterit etiam, immo nonne debet idem Sacerdos loco Homiliae pro tali Festo in proprio Breviario assignatae, legere aliam de eodem Communi Homiliam correspondentem Evangelio, quod lecturus est in Missa?

Dubia circa Evangelium Missae *In virtute tua*.

Circa Evangelium in Missa *In virtute tua* legendum, et Homiliam correspondentem in Officio recitandam plura Sac. Rit. Congreg. Decreta habemus in authentica Collectione, signanter N. 3394. ad Dubium VI. N. 4325. ad VIII. N. 4345. ad IX., tamen adhuc dubitatur circa expressa in sequentibus Dubiis.

Dubium III. Utrum in Missa *In virtute* leg possit Evangelium *Nolite arbitrari*: in Festi Sanctorum Martyrum, pro quibus Missale assignat aliud Evangelium de Communi cum Missa *In virtute* legendum v. gr. pro Sancto Wenceslao die XXVIII. Septembris in Breviario assignatur Homilia in Evangelium *Si quis vult*, et in Missali Missa *In virtute* cum eodem Evangelio *Si quis vult*, an potest pro praedicto Sancto Wenceslao legi Missa *In virtute*, cum suo Evangelio *Nolite arbitrari*, et consequenter in Officio legi Homilia aliqua Octavarum in Evangelium illud *Nolite arbitrari*, puta Homilia Sancti Hieronymi, quae incipit *Supra dixerat*, et quae in Octavario reperitur secunda die infra Octavam? Hanc Homiliam Breviaria in nostris Regionibus impressa ut plurimum insertam habent.

Dubium IV. Dubitatur 2. Quatenus responsio foret, non licere nisi constet de concessione, quaeritur an pro concessione habenda sit sequens Sacrorum Rituum Congregationis Rescriptum, scilicet: « Expositum fuerat Dubium utrum praedicta Sancti Hieronymi Homilia esset approbata, et utrum tuta conscientia legi possit? » Cui dubio Sacra Congregatio respondit die 16. Decembris 1828. in una Leodien. ad Nuncium Apostolicum Parisiensem ut sequitur: « Legi potest Homilia Sancti Hieronymi in praedictum Evangelium ad correspondentiam Officii cum Missa obtinendam. » An itaque haec responsio haberi potest tamquam concessio, vi cuius liceat praedictam Homiliam Sancti Hieronymi legere in Festo Sancti Wenceslai?

Dubia circa Epistolam Missae *Cognovi*.

Dubium V. In Missali Romano pro nec Virgine, nec Martyre habetur Missa communis *Cognovi*, cum Epistola *Mulierem fortem*, et in fine Missae assignatur Epistola *Viduas honora*, sub Rubrica sequenti: *Item alia Epistola pro Vidua*. Quando autem in Proprio Sanctorum occurrit Fe-

stum Sanctae Viduae, pro qua Missale assignat simpliciter Missam *Cognovi*, remittendo ad Commune, et de Epistola silendo, quemadmodum fit die IX. Martii pro Sancta Franciscana Vidua Romana, an tunc legenda est Epistola *Mulierem fortem*, an e contra Epistola *Viduas honora*? an tandem utralibet pro Sacerdotis arbitrio eligi potest?

Dubia circa ordinationem Officiorum translationem ad, vel extra tempus Paschale.

Dubium VI. Dubitatur 1. Si Festum Sancti Martyris habens Missam de Communi Paschali, transferri contingat extra tempus Paschale, silente Missali circa Missam in tali casu legendam, an est liberum Kalendaristae assignare, vel cuicumque privato Sacerdoti recitare Missam, quam maluerit de Communi extra tempus Paschale primo, seu secundo loco positam pro lubito?

Dubium VII. Dubitatur 2. Quatenus negative, quatenam in casu praefato, et aliis similibus, regula servanda est pro determinatione Missae, et Evangelii, et Lectionum?

Dubium VIII. Dubitatur 3. Si contingat Festum Sancti Georgii die XXIII. Aprilis occurrens transferri extra tempus Paschale, quomodo ordinandum erit Officium signanter quoad Lectiones secundi, et tertii Nocturni?

Dubia circa quasdam Lectiones Breviarii Romani.

Dubium IX. Dubitatur 1. In Communi Confessorum non Pontificum ad Capitulum quaedam recentiores editiones Breviarii Romani habent *nee speravit in pecunia, et thesauris*: aliae vero habent *nee speravit in pecuniae thesauris*: quomodo ergo legendum?

Dubium X. Dubitatur 2. In Communi Virginum Nocturno primo, Antiphona tertia *Revertere revertere*, an legendum *Sunamitis*, an *Sulamitis*.

Quae Dubia ab me subscripto eiusdem Sacrae Congregationis Secretario proposita in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes pridie idus Septembris superiori Anno coadunatis, Eminentissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, omnibus consideratis rescribendum censuerunt: « Exquisito Voto Magistri Caeremoniarum ponatur in Folio. » Quum itaque alter ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris suum Votum emisit praelo eusum, ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Aloisio Lambruschini Relatore denuo iisdem propositis Dubiis in altero Sacrorum Rituum Ordinario Coetu, Sacra Congregatio, omnibus ma-

ture consideratis, riteque libratís, rescribendum censuit: « Iuxta votum Magistri Caeremoniarum excepto Dubio quarto: » nimirum.

Ad 1., 2., et 3. « Negative. »

Ad 4. « Quamvis liceat recitare Homiliam Sancti Hieronymi, attenta tamen declaratione in casu legenda est Homilia ut in Breviario. »

Ad 5. « Negative, nisi aliter ex concessione constet. »

Ad 6. « Officium sumatur de Communi Martyrum extra tempus Paschale, retentis Lectionibus, Oratione, et si quid aliud habet in proprio. »

Ad 7. « Regulam servandam esse ex ipso Evangelio vel Oratione, si sit de Communi, quae indicant utrum sumpta sint ex primo, vel secundo loco. »

Ad 8. « Iam provisum in praecedentibus. »

Ad 9. « Legendum in pecunia, et thesauris. »

Ad 10. « Sunamitis dicendum est. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 11. Septembris 1841.

4931.

ARIANEN.

Quum per Litteras Apostolicas in forma Brevis sub die 10. Maii 1839. Sanctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XVI. indulserit, ut etiam in Dioecesibus utriusque Siciliae Regni citra Pharium Festam Sancti Francisci de Paula Confessoris deinceps institueretur Dominica secunda a Paschate Resurrectionis, quumque in Dioecesi Arianen. haec ipsa Dominica interdum occurrat Festum praecipui Patroni; hinc Reverendissimus Episcopus Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus rogavit Indultum, memoriam Sancti Francisci de Paula cum Officio et Missa instituendi, ut antea quarto Nonas Aprilis. Eñi vero ac Rñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitii hodierna die ad Quirinale habitis coadunati, quin preces Reverendissimi Episcopi Arianen. admitterent, annuendum potius censuerunt, ut iis in Dioecesibus, in quibus interdum Festum Sancti Francisci praepeditur in assignata Dominica secunda post Pascha ad tramites concessionis in enunciato Brevis Apostolico factae, transferri possit iuxta Rubricas etiam ad aliam Dominicam non impeditam. Contrariis non obstantibus.

Die 11. Septembris 1841.

4932.

NAMURCEN.

Quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitii ad Quirinale subsignata die coadunatis a me infrascripto Secretario inter cetera propositae fuerint etiam preces Reverendissimi Episcopi Namurcen. hisce conceptae terminis, nimirum.

Beatissime Pater!

Episcopus Namurcen. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter exponit dies festos, in quibus obligatio audiendi Missam per Decretum Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Caprara die 9. Aprilis 1802. sublata fuit, communiter a Fidelibus suae Dioecesis servari, omnesque Regni Belgici Episcopus Anno 1834. Litteras Encyclicas ad Populos sibi commissos dedisse, in quibus eosdem hortantur, ut praedictis diebus Divinis Officiis sedulo interessent, aliisque bonis operibus pro posse incumberent.

Quum autem in pluribus locis Dioecesis Namurcensis etiam maioribus, ob Sacerdotum penuriam Missa solummodo diebus Dominicis, et Festis de praeepto celebretur, idem Episcopus ad fovendam Fidelium devotionem, piisque eorum votis satisfaciendum Sanctitati Vestrae enixe supplicat pro facultate Presbyteris, quibus in hac Dioecesi diebus Dominicis, et Festis de praeepto bis celebrare ab Ordinario auctoritate Apostolica permittitur, eandem licentiam concedendi pro Festis per supramemoratum Decretum abrogatis, prout in Dioecesibus Leodiensi, et Tornacensi practicari noscitur. Et Deus etc.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re maturo examine perpensa rescribendum censuerunt. « Non expedire. »

Die 11. Septembris 1841.

4933.

ORD. MINORUM

S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA.

Ex pervetusto Privilegio decimo Kalendas Augusti in Ecclesia Sancti Laurentii in Pane et Perna Urbis a Sanctimonialibus Ordinis Sanctae Clarae adiecti Asceterii Festum Sanctae Birgittae Viduae celebratur devota cum pompa, et apparatu, ipsa siquidem die huius Sanctae transitus memoria in Martyrologio adnotatur. Ast quum in sequenti die immediata occurrat Officium Sancti Francisci Solano, quod in Calendario Seraphico obtinet ritum duplicis secundae Classis, frequens occurrit opinionum varietas, de quo ex enunciatis duobus Officiis decantandae sint Vesperae ipsa die XXIII. Iulii publica in enunciata Ecclesia postquam Sanctimoniales in Choro persolverint Vesperas Sancti Francisci Solano. Haec singula Sacrorum Rituum Congregationi exposuit R. P. Fr. Bernardinus a Mariano Ordinis, et Sanctimonialium Calendarii Director opportunam declarationem humillimis precibus rogans. Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunata, ad relationem mei infrascripti

Secretarii rescribendum censuit: « Ratione Festi dici possunt Vesperae de Sancta Birgitta, recitatis tamen in Choro Vesperis currentibus. »

Die 12. Septembris 1841.

4934. PATAVINA.

Idibus Iunii Solemnibus recurrentibus Sancti Antonii Patavini ad Ecclesiam Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium in Civitate Patavina accedere assolet Reverendissimus Patavin. Episcopus in publica forma Pontificalem Missam celebraturus comitante Cathedralis Capitulo Canonicalibus vestibus amicto, et ab immemorabili ad fores ipsius Ecclesiae Religiosa illa Conventualium Familia Praelatum excipit, et dignior Coenobii Pater eidem Episcopo ingredienti Aspersorium porrgit cum Aqua benedicta. Immemorabilis huiusmodi consuetudo praesenti hoc Anno servari nequivit; nam Magister Caeremoniarum indixit, ut prae digniore Patrum Aspersorium Episcopo porrigeretur a digniore Capituli. Cui quidem praescripto, ne scandala orirentur, tunc cessit Religiosa illa Conventualium Familia, sed ne ius acquisitum, et immemorabilis consuetudo laedantur R. P. Fr. Franciscus Peruzzo ex Magister Provincialis Sacrorum Rituum Congregationem humillimis adiens precibus rogavit, ut sequens Dubium declarare dignaretur, nimirum: An Episcopo in forma publica ingredienti Ecclesias Regularium ad Sacra peragenda una cum Capitulo Cathedralis Canonicalibus indumentis amicto, ius competat porrigendi Aspersorium cum Aqua benedicta Digniori Familiae Religiosae, an vero Digniori Capituli? Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, re mature diligenterque examinata, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta porrigere in casu Aspersorium Episcopo ingredienti spectare ad Patrem Guardianum. »

Die 11. Septembris 1841.

4935. ROMANA.

Quintodecimo Kalendas Maii natalis Sancti Aniceti Papae et Martyris plerumque tempore Paschali occurrit, cuius Officium quum sit ritus simplicis in Breviario, adest unica Lectio pro Nocturno, atque in Missal assignatur Evangelium ex capite XVI. Sancti Ioannis: *Amen amen dico vobis, quia plorabit.* Controversia nunc orta est inter illos, qui quum privilegio gaudeant agendi Officia Sanctorum Summorum Pontificum ritus duplicis, animis haerent quodnam Evangelium respondentem cum Homilia sit legendum, quando Festum eiusdem Sancti Aniceti transfer-

tur extra Tempus Paschale, utrum scilicet supradictum Sancti Ioannis, quod a pluribus uti ipsius Festi proprium consideratur, an alterum ex c. XVI. Sancti Matthaei: *Si quis vult*: de Communi unius Martyris extra illud tempus, cuius respondentem Missam ex eodem Communi: *Sacerdotes Dei*: omnes conveniunt legendam esse. Super eadem re, etsi levissima, magis magisque dubia sunt adaucta ex eo quod nonnulli Kalendaristae Basilicarum Urbis in casu Evangelium Sancti Ioannis assignent, nonnulli illud Sancti Matthaei, indicium, omnes in unum sensum non convenire. Ad quaestionem omnem dirimendam dubium delatum est ad Sacrorum Rituum Congregationem, quae in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes infrascripta die coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, visis allegationibus ex utraque parte deductis, rite, matureque examinata peculiari Rubrica Missalis, cuius dispositionem sequitur Gavantus in suo Octavario Romano, ab hac ipsa Sacra Congregatione adprobato, rescribendum censuit. « Dicendum in casu Evangelium, *Si quis vult.* » Atque ita rescripsit, ac ab omnibus servari mandavit.

Die 11. Septembris 1841.

4936. MECHLINIEN.

Modernus Typographus Archiepiscopatus Mechliniensis quum praevio Eminentissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi permisso aggrediatu novam Missalis Romani editionem, volensque ut in illa nihil occurrat, quod aliquo modo Sacrorum Rituum Congregationis Decretis adversetur, eidem humillime supplicavit declarari, utrum iuxta Decretum in Tuden. die 7. Septembris 1816. ad Dubium 14. in Missa de Communi Virginum, cuius Introitus: *Vultum tuum*: eiusque in Tractu quando dicitur post Septuagesimam ad Pascha integer *Ÿ. Audi filia*: sit omittendus, utpote iam recitatus in Graduali, an incipiendus a sequentibus verbis: *Quia concupivit*: in eodem non dicitis. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitibus Coadunata ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus rite, matureque examinatis rescribendum censuit: « Iuxta recensitum Decretum *Ÿ.* in casu esse omittendum. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 11. Septembris 1841.

4937. IANUEN.

Eminent., e Reverend. Principi

Occorre nella Città e Diocesi di Genova nello stesso giorno San Giorgio Protettore della Liguria, e Patrono Principale della Città e Diocesi

doppio di prima Classe con Ottava, e Santa Caterina col titolo di Patrona de' Genovesi doppio di prima Classe nella Città soltanto con Ottava. È da notarsi però che Santa Caterina ha molta solennità, e concorso di popolo, e San Giorgio non ha particolare solennità.

Essendo insorto qualche dubbio sulla precedenza di dette due Feste, dal Sacerdote Rocco Pistone Canonico, e Ceremoniere dell' Eminentissimo Arcivescovo, anche a nome di esso Porporato si porge rispettosamente preghiera all' Eminenze Vostre Reverendissime affinché si degnino esternare il loro autorevole giudizio sul quesito: Quale delle due Feste debba trasferirsi.

Quibus precibus quum Sacra Rituum Congregatio satisfecerit per Rescriptum: « Scribatur Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo iuxta Votum: » eidem Eminentissimo Viro sequentes datae sunt Litterae.

Em̃e, et Rm̃e D. Observantissime.

Propositum Dubium huic Sacrorum Rituum Congregationi a Canonico Pistone Caeremoniaro Eminentiae Vestrae Reverendissimae super occurrentia Festorum Sancti Georgii Martyris Praecipui Patroni, et Sanctae Catharinae Viduae itidem Patronae, quae hoc Anno incidit in Dominicam quartam post Pascha, quoad licuit ob temporis angustiam exquisito etiam Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris fuit rite ac rite examinatum. Perpensis propterea omnibus, quae peti possunt tum ex Rubrica, tum ex qualitate Patronatus, siquidem externa solennitas substantiam non respicit, nec rationem ullam suppetit, praecedentia omnimode competit Festo Sancti Georgii uti Praecipui Patroni. Nec abs re erit advertere Dubium non occurrentiam, bene vero concurrentiam importare debere: Festum enim Sancti Georgii occurrit die XXIII. April., et Sanctae Catharinae Dominica quarta post Pascha, quae hoc Anno incidit in diem XXIV. eiusdem Mensis, atque ideo Vesperae erunt disponendae modo supra recensito. Haec pro Officii mei munere Eminentiae Vestrae significanda erant, quae appositis Litteris Supplicem Libellum Caeremoniarum commendavit, cuius Manus humillime deosculor.

Eminentiae Vestrae Reverendissimae

Romae 9. Aprilis 1842.

Eminentis., et Reverendis. D. Cardinali
Archiepiscopo Ianuensi.

4938.

EUGUBINA.

Quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Vaticanas Aedes coadu-

natis inter cetera negocia a me infrascripto Secretario relatae fuerit sequentes preces Canoniorum Collegiatae Ecclesiae Sanctae Christinae in Civitate Eugubina, nimirum.

Eminentissimi, et Reverendissimi Principi.

I Canonici della Collegiata di Santa Cristina di Gubbio avendo uso di Rocchetto, e Mozzetta con privilegio della sa. me. di Leone XII. di vestirne anche fuori della propria Chiesa, fanno il quesito se sia loro lecito nell' amministrazione de' Sacramenti, e nella Predicazione usare Rocchetto, e Cotta com'è di privilegio delle Chiese Cattedrali. Che ec.

Eadem Sacra Congregatio rescribendum censuit: « Dentur Decreta pluries super re edita. »

Die 16. Aprilis 1842.

4939.

ISERNIEN.

In Ecclesia olim Cathedrali Civitatis Venafri Dioecesis Iserniensis. Canonicali Praebenda iamdiu potiebatur Sacerdos Ioannes Baptista Menichetti, qui quum novissime optavit, atque sit consequutus pinguorem in eadem Ecclesia Praebendam, praeter ibi invectam consuetudinem conformem Sacrorum Rituum Congregationis Decretis antiquum Stallum retinere praesumpsit. Quod aegre ferentes Canonici, eandem Sacram Rituum Congregationem supplices adire, et factum Canonici Menichetti reclamantes ingenue testati sunt hanc semper inter eos regulam viguisse, ut Canonicus Praebendam immutans ultimum occuparet Stallum. Quod si aliquando Capitulum indulset, ut aliquis Canonicus Praebendam immutans antiquum Stallum retineret, id evenit ex peculiaribus circumstantiis, vel quia merita, aut aetas longaeva permutantis id exigebant, vel quia physica incommoda impediabant quominus permutans Canonicus Pontificalibus deservire posset. Antequam vero Sacra ipsa Congregatio huic controversiae definiendae manum imponeret, pro Informatione, et Voto Partibus auditis, Reverendissimum Iserniensem Episcopum requisivit, qui Sacrae Congregationis mandata exequens, capitulariter Canonicos Venafri congregavit, singulosque de sententia requirens, praeter duos, qui Canonici Menichetti sunt consanguinei, omnes reperisse testatur in voto, ut Canonico ipsi Menichetti denegaretur praecedentia, et iuxta solitum adigeretur ad ultimum in Choro Stallum occupandum, veluti et ipse Reverendissimus Antistes exquirat, ne antiqua consuetudo vel in minimo turbetur. Proposita quocirca causa in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subsignata die coadunatis, referente me infrascripto Secretario,

adductis rationum momentis sedulo perpensis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt: « Iuxta alias decreta praesertim in Sutrina Praecedentiae diei 11. Iunii 1701. Canonico Menichetti spectare Stallum secundae possessionis. »

Atque ita rescripserunt, ac servandum omnino mandarunt, die 16. Aprilis 1842.

4940.

BRIXIEN.

Quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Vaticanum subsignata die condunatis, inter cetera negocia a me infrascripto Secretario relatae etiam fuerint preces Santimonialium Instituti Sacri Cordis in Civitate Brixien. hisee conceptae terminis, nimirum:

Beatissimo Padre.

Le Religiose dell'Istituto delle Figlie del Sacro Cuore Oratrici Umilissime della Santità Vostra divotamente espongono esser venute in possesso in Brescia di un locale per stabilirvi il Noviziato, già in addietro Monistero de' Canonici Regolari Lateranensi attiguo alla Chiesa de' Martiri, e di Sant' Afra. Di concerto poi con quel degnissimo Monsignor Vescovo le Oratrici non strinsero quel contratto di compra, se prima non riportarono il permesso de' Fabbricieri di quella Chiesa di potervi aprire i Coretti forniti d'inferriate, onde, senza punto disturbare le Sacre Funzioni, assistervi alla celebrazione del Santo Sacrificio, e visitarvi il Santissimo Sacramento. Ora essendovi chi opina che ciò non possa eseguirsi senza aver riportato l'Apostolico Beneplacito, le Oratrici, cui tanto interessa per il maggior loro bene spirituale fruire di tal vantaggio, prostrate al Trono di Vostra Beatitudine fervorosamente implorano un tale Indulto, quante volte non si degni dichiarare, che di tale autorizzazione non hanno esse punto bisogno quando abbiano riportato l'assenso de' Patroni della Chiesa, e del prelodato Monsignor Vescovo Diocesano. Che ce.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature perpensa, rescribendum censuerunt: « Non indigere. »

Atque ita declararunt, ac mandarunt omnino servandum, die 16. Aprilis 1842.

4941. ORDINIS CARMELITARUM

DISCALCEATORUM IN HIBERNIA.

Fr. Franciscus Ioseph Nicholson Sacerdos Professus Ordinis Carmelitarum Discalceatorum in Hibernia quum onus habeat conficiendi pro Alumnis eiusdem Instituti Ordinem Divini Officii

DECR. S. RIT. C. APPENDIX II. TOM. IV.

persolvendi, ut muneri suo plenius satisfacere valeat, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Utrum Religiosi Carmelitarum Discalceatorum, sive aliorum Ordinum, qui quocumque die infra Annum omnium proprii respective Ordinis Ecclesiarum dedicationem celebraverint, possint, et teneantur propriae quoque Ecclesiae dedicationem celebrare; quum in Hibernia secunda Dominica Octobris dedicatio omnium Ecclesiarum Hiberniae a Clero Saeculari celebretur?

2. An Religiosi cuiusvis Ordinis, qui dedicationem omnium suorum Ordinum Ecclesiarum celebrari possint, et debeant ad instar Cleri Saecularis dedicationem omnium Hiberniae Ecclesiarum celebrare absque speciali Sedis Apostolicae Indulto, et quatenus negative, stante cuiusvis longi temporis consuetudine, tuto possint Regulares praedictam omnium Hiberniae Ecclesiarum dedicationem in posterum celebrare?

3. Utrum Regulares, qui Sedis Apostolicae Indultum impetraverint dedicationem omnium Hiberniae, nec non suorum Ordinum Ecclesiarum celebrandi, possint, et debeant dedicationem quoque Ecclesiae Cathedralis illius, qua degunt, Dioecesis, absque Sedis Apostolicae speciali Indulto, celebrare, quum Clerus Saecularis, ut iam dictum est, dedicationem omnium Ecclesiarum Hiberniae quotannis celebret?

4. An teneantur, vel possint praeterea Cleri Saecularis Sacerdotes, et alii propriae suae Ecclesiae dedicationem celebrare, sive Cathedralis illa sit, sive quaevis alia?

5. Si praeter Patronum principalem, cuius Festum celebratur sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, alius in Patronum assumatur in aliqua Dioecesi, quaeritur an haec alterius Patroni assumptio in quolibet casu efficiat, ut ipso facto Festum Patroni principalis non amplius celebretur sub ritu duplicis primae Classis, sed ut ambo, ipse scilicet cum Patrono altero, habeantur tamquam Patroni minus principales tum pro Clero Saeculari, tum pro Clero Regulari, et quatenus affirmative, sub quali ritu? Et an possint, teneanturque uterque Clerus eorum Festa celebrare sine Indulto speciali Sanctae Sedis Apostolicae?

6. Quum Sanctus Kevinus a Clero Saeculari habeatur ut unus ex Patronis Archidioecesis Dublinensis, et universo Clero indultum fuerit a Sancta Sede ipsius Festum sub ritu duplicis primae Classis celebrare cum Octava, quaeritur an verba

illa Rescripti Apostolici, *ad totum Clerum*, complectantur Regulares, ita ut ipsi sine alio Indulto possint, et etiam debeant illud Festum celebrare?

7. In Paroeciis Hiberniae praeter Festum Sancti Patritii Patroni totius Regni, celebratur etiam Festum Sancti Patroni Dioecesis, tum Sancti Titularis ipsius Paroeciae, seu Eccl. Parochialis, et huiusmodi Festivitates celebrantur sub ritu duplicis primae Classis cum Octava. Hoc praemisso, quaeritur: An unicuique Dioecesi, nec non Paroeciae in Hibernia liceat habere proprium, sine speciali Sedis Apostolicae Indulto, Patronum, non obstante Festo Sancti Patritii totius Regni Patroni, quod die XVII. Martii sub ritu duplicis primae Classis sine Octava, eo quod incidat tempore Quadragesimae, ab omnibus celebratur?

8. Utrum Regulares possint et debeant Festum Patroni Regni, et Dioecesis, ubi commorantur, celebrare, non obstante celebratione proprii Ordinis Patroni? Et quatenus affirmative, sub quo ritu?

9. Sancta Birgitta plus quam centum ab hinc annis Patrona totius Hiberniae fuit declarata, nec non Dioecesis Kildariensis Patrona specialis, quod ab aliqua Synodo Provinciali, vel Dioecesana factum videtur. Porro illius Festum in Dioecesi Kildariensi sub ritu duplicis primae Classis, in ceteris vero Dioecesibus eiusdem Provinciae Lageniae sub ritu duplicis secundae Classis celebratur. Quum vero Pius Papa VII. hoc Festum extenderit ad totum Clerum Hiberniae Saecularem, et Regularem sub ritu duplicis maioris, quaeritur 1. Utrum in casu, quo Festum aliquod ab aliqua Synodo Provinciali, seu Dioecesana certi alicuius ritus, iuxta primae, vel secundae Classis declaratum fuit, teneantur, aut possint Regulares, vel Sacerdotes Saeculares idem sub illo ritu celebrare? 2. Utrum Clerus Saecularis, vel Regularis Provinciae Lageniae teneantur, vel possint dictum Sanctae Birgittae Festum sub ritu duplicis secundae Classis iuxta tenorem Decreti dictae Synodi Provincialis, seu Dioecesanae celebrare?

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, exquisitoque Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam exposuit, omnibus mature consideratis, accurateque libratis, rescri-

bendam censuerunt: « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum in omnibus: » videlicet.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Pro nunc nihil innovetur. »

Ad 3. et 4. « Dilata, et ad Mentem. Mens est ut per Sacram Congregationem de Propaganda Fide scribatur Archiepiscopis Dublinensi, et Tuamensi, nec non Episcopo Galvaniensi per modum Instructionis, qua dicatur ad eandem Sacram Congregationem perlatum esse in eorum Dioecesibus praeter Festum dedicationis omnium istius Regni Ecclesiarum, quod habetur Dominica secunda Octobris, celebrari etiam diem anniversarium consecrationis propriae Ecclesiae Cathedralis, et quatenus ita se res habeat, huiusmodi morem consonum non esse et Decretis Sacrorum Rituum Congregationis, et ipsi rationi, eo quod propriae particularis Ecclesiae Dedicationis Officium intelligitur comprehensum, et celebratum in Festo consecrationis omnium Ecclesiarum, ac propterea eandem Sacram Congregationem vehementer optare, ut praedictum Officium Dedicationis propriae particularis Ecclesiae ex Calendario proximi anni expungatur. »

Ad 5. « Recurrat in casibus particularibus. »

Ad 6. « Negative iuxta Indultum sa: me: Pii Papae VII. »

Ad 7. « Ut ad quintum Dubium. »

Ad 8. « Quoad primam partem affirmative, quoad secundam ritu duplicis secundae Classis sine Octava. »

Ad 9. « Quoad primam partem ut ad quintum Dubium: quoad secundam, negative ad primum, affirmative ad secundum. »

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt, die 16. Aprilis 1842.

4942. URBIS, ET ORBIS.

Qui dum in terris degit Angelicus Iuvenis Sanctus Aloysius Gonzaga placens Deo factus est dilectus, postquam Coelitum felicitatem, et gloriam est assequutus, eius memoria in benedictione apud homines permansit, atque adeo cultus est diffusus, ut dissitae etiam regiones impense eum venerentur, ac validissimum invocent patrocinium. Nam etsi consummatus fuerit in brevi, attamen explevit tempora multa, si quidem a Coelestium donorum distributore Deo, inter coetera id obtinuit speciale, ut mirae vitae innocentiae parem poenitentiam sociaret, et sic saltem poenitentem imitarentur, qui non fuerant innocentem sequuti. Quod autem unum optandum adhuc supererat, nimirum ut ipsius Officium cum Missa iamdiu adprobatum, et praecepto persolveretur ab omnibus, qui ad Horas

Canonicas Orbe toto tenentur, non sine miserentis Dei sapientissimo consilio factum est ut ardentiori studio exquireretur hisce potissimum temporibus, quibus abundante malitia charitas frigescit, et de innocentia deperdita verae poenitentiae fructus ut plurimum desiderantur. Haec singula animo volentes Eminentissimi, et Reverendissimi nonnulli Antistites, ac religiosorum Ordinum Praesules, ad propellendam impendentium malorum colluviem non parum conducere existimarunt erga inclytum hunc Sanctum maiorem in dies religionem, ac pietatem promovere, ac proinde humillimis precibus Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XVI. Pontificem Maximum adeuntes, enixe rogarunt, ut per Generale Decretum extendere dignaretur Officium, et Missam in honorem Sancti Aloysii Gonzaga ad utrumque per Orbem Clerum, ac cuiuscumque Ordinis Sanctimonialibus ad Horas Canonicas persolvendas adstrictas. Enixa huiusmodi vota peramanter excipiens Sanctissimus Dominus, pro eo, quo praestat erga Coelestes Patronos pietatis excitandae studio, ac animarum salutis promovendae zelo propria manu rescripsit: *Annuimus iuxta petita*; ac proinde ad Sanctitatis Suae mentem per hoc Sacrorum Rituum Congregationis Generale Decretum edicatur, ut a Clero Saeculari, et Regulari, ipsis Sanctimonialibus comprehensis, per univrsam Orbem in posterum sub ritu duplicis minoris undecimo Kalendas Iulii, vel ea die impedita, prima, quae postea libera occurrat, in honorem Sancti Aloysii Gonzagae Confessoris Officium cum Missa de praeepto persolvatur, iuxta concessionem factam Clero Urbis, et quamplurium Dioecesium; servatis attamen Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23. Iulii 1842.

4943. PONTISCURVI.

Reverendissime Domine uti Frater.

Noverit profecto Amplitudo Tua Sodalitatem sub titulo quinque Plagarum Domini Nostri Iesu Christi, quae iamdiu quaestionem habet cum Alumnis Congregationis Christianae Civitatis Pontiscurvi circa publicam Supplicationem ducendam cum Simulacro Beatae Mariae Virginis Doloris gladio transfixae, ad hanc Sacram Rituum Congregationem recursum habuisse quatenus infirmaretur Decretum ab Amplitudine Tua super re editum die 16. Mense Octobri anno superiore. Etsi Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus apud Quirinales Aedes subscripta die coadunati Decretum ipsum vel confirmare, vel infirmare potuissent, ad compescendas

tamen turmas Populi, quae devotionis praetextu non raro facilius excitantur, quaestionemque omnem radicibus dirimendam, satius duxerunt Amplitudini Tuae iuxta mentem esse scribendum, quae nondum in propatulo est iis omnibus, qui in quaestione versantur, atque ab Amplitudine Tua expectant noscere quid sit in re agendum. Mens autem est, ut quoniam confirmatio asserti Decreti conciliare poterat odium in Patres Doctrinae Christianae, qui aliunde aestimationem omnem per se merentur, ac religionis spiritum remittere, sicuti e contrario eiusdem infirmatio Amplitudinis Tuae, uti meritissimi Praesulis auctoritatem minuire, quod omnino semper est cavendum, supra modum opportunius est omnia arbitrio, et prudentia committere, ut per conciliationis viam quantum in Domino fas est, curet animos emollire, eorumque piaee petitioni ac voto pro viribus satisfacere, eo vel magis quod agatur de publica Supplicatione diversis diebus a diversis personis ducenda, dum una alteri nullius est impediti, atque etiam modus praescribi valeret ducendi Supplicationem, quo nemo suspicetur contentionem aliquam inter partes invaluisse quoad solemniorum apparatus. Haec et similia, quae opportunas respiciunt dispositiones ad propositam conciliationem assequendam, Sacra Congregatio eiusdem Amplitudinis Tuae arbitrio remittit, et minime dubitat quin Administer Christi Domini, qui est auctor pacis, et amator charitatis nil intentatum relinquat ad praedictam concordiam plenissime assequendam.

Et Amplitudo Tua diu felix et incolumis vivat.

Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Pontiscurvi.

Romae 24. Septembris 1842.

4944. MILITEN.

Collegiata in Ecclesia Sanctae Mariae Maioris Oppidi Montisleonis Dioecesis Militen. multi quum sint Canonicatus diversae erectionis, novissime Philippus Morsilli, dimissa Canonicali Praebenda, qua nonnullis ab hinc annis potiebatur, novam obtinuit vacantem per mortem Canonici Gregorii Giusti. In actu possessionis huius novi Canonici sedem in Choro adivit, quam primitus ratione antianitatis obtinebat. Ut tempore Sacrae Functionis nulla in Populo admiratio, vel inter Clerum in Templo Dei dissensio obveniret, ne unus quidem ex Canonicis obstitit. Quum vero unusquisque penes Sacrarium se recepisset, illico Canonicus Morsilli fuit admonitus, se per novam possessionem occupare debere ultimum in Choro Stallum. Ille autem consiliis non acquiescens, Sa-

erorum Rituum Congregationem adivit, quod per supplicem Libellum praestitit Capitulum pariter, et coram R. P. D. Secretario Kalendis Iunii anno vertente de more praesentibus Partibus, seu Procuratoribus deputatis, sequens concordatum Dubium fuit suo tempore disputandum, nimirum: An sit locus dimissioni veteris Stalli, seu potius manutentioni in casu? Adventante demum disputationis momento, in Ordinariis scilicet Sacrorum Rituum Comitii penes Quirinales Aedes subscripta die coactis, nullam pro se Canonicus Morsilli rationem attulit, immo nec Procurator pro defensione comparuit; sed quum Capitulum recensitae Collegiatae desideret quaestiones abrumperere, omnia ordinate componere, et sibi in posterum regulam iuxta alias praescribi, humillime Sacrorum Rituum Congregationem rogavit pro Dubii solutione. Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, audita plena relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinali Constantino Patrizi Urbis Vicario, et Ponente, facta, attentis consideratisque rationum momentis, omnibusque quae ad facti speciem attinent mature libratis, rescribendum censuerunt: *Pro Informante* locum nimirum esse pro dimissione veteris Stalli.

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt in Choro Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris supradictae, die 24. Septembris 1842.

4945. SENOGALLIEN.

Capitulum Collegiatae Ecclesiae Montisbodii in Senogalliensi Dioecesi recenter erectum, praeter Canonicos, tribus constat Dignitatibus, inter quas tertia est Praepositura, et actualis Praepositi Coadiutor est Sacerdos Ioannes Menchetti, qui dum Choro adest, absente Coadiuto, nullo obsistente, Praepositi Stallum occupat. Quaestio autem non levis inter eos est, dum assistit Choro praesente Praeposito Coadiuto; nonnulli siquidem opinantur sedere debere post Dignitatem, dum alii autumant post omnes Canonicos. Ad litem legitime componendam humillimis datis precibus Sacrorum Rit. Congregationem rogarunt pro solutione sequentis Dubii, nimirum: «An moderno Coadiutori Praepositi tertiae Dignitatis Collegiatae Ecclesiae Montisbodii, etiam praesente Coadiuto competat sedere in Choro post omnes Dignitates seu potius post omnes Canonicos?» Et Sacra Congregatio Ordinarii in Comitii ad Quirinales Aedes coadunata, percepta relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Gabriele Ferretti Ponente facta, exquisitoque Voto alterius ex Apo-

stolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, prae loque uso, omnibus mature consideratis, riteque libratis, rescribendum censuit: «Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, » nimirum «Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.» Atque ita rescripsit, ac servari mandavit in supradicta Collegiata Ecclesia Montisbodii, die 24. Septembris 1842.

4946.

MUTINEN.

Praeclarissimae Cathedralis Mutinensis Ecclesiae Dignitatibus et Canonicis sa: me: Clemens Papa XI. per Apostolicas Litteras in forma Brevis datas pridie Kalendas Octobris Anno 1713. indultis, ut antiquo habitu Choralis dimisso, Rochettum cum suis manicis et Cappam magnam violaceam cum pellibus, tam intra, quam extra Ecclesiam, etiam in Processionibus, Funeralibus, et Functionibus publicis quibusvis anni temporibus, et iuxta temporum opportunitatem etiam Rochettum solum, et sine Cappa deferre, et gestare, illisque libere et licite uti perpetuo possent. Huiusmodi Indultum ex summa erga praedictam Ecclesiam, et Capitulum benevolentia concessum antiquitus, dissidii modo, et quaestionis non levis causa est. Dignitates siquidem, et Canonici autumant Rochettum, et Cappam gestare posse etiam in assistendo Vesperis, Missaeque Pontificali, quae ab Episcopo celebrantur, nec non in aliis Pontificalibus Functionibus, et in omnibus solemnibus Supplicationibus, ne illa quidem excepta Sanctissimi Corporis Christi, ac eo magis in sententia simili persistunt, et usum conservare contendunt ob consuetudinem centenariam, et amplius introductam, atque, uti asseritur, pacifice servatam. Sed Reverendissimus Episcopus quum asserat istiusmodi perpetuum Cappae usum non tribui per supradictum Clementinum Indultum, immo potius adversari Legibus Caeremonialis Episcoporum, Decretisque alias latis, de communi consilio et consensu ad quaestionem componendam, remque omnem ordinate disponendam Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium enodandum proposuerunt, nimirum: «An vigore praedicti Indulti assertaeque centenariae consuetudinis Rochettum, et Cappam magnam tum in Pontificalibus, tum in solemnibus Supplicationibus, nulla excepta, gestare valeant Mutinenses Dignitates et Canonici, an potius Episcopi voluntati conformare se debeant?» Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Ordinarii in Comitii penes Quirinales Aedes subscripta die coadunati, percepta relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Carlo Acton Ponente facta,

omnibus mature consideratis, accurateque libratís, exquisitoque Voto ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandito, praeloque cuso, rescribendum censuerunt: «Iuxta votum Magistri Caeremoniarum, *nimirum* Dignitatibus et Canonicis Cathedralis Ecclesiae Mutinensis suffragari Clementinum Indultum quoad usum Cappae, et Rochetti in iis tantum Functionibus, pro quibus aliter non disponatur et a Caeremoniali Episcoporum, et a Decretis Sacrae huius Congregationis.»

Atque ita rescripserunt, et a praedicto Capitulo servari mandarunt, die 24. Septembris 1842.

4947. TERTII ORDINIS
SANCTI FRANCISCI.

Quum Reverendissimus P. Procurator Generalis Tertii Ordinis Regularis Sancti Francisci Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus rogari, ut sequentia Dubia declarare dignaretur, *nimirum*:

1. An die secunda Novembris fixe assignari possit, et ut in sede propria recitari aliquod Officium ritus duplicis?

2. An praetermitti possit Officium Dominicæ infra Octavam Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi quacumque die de ea fieri contingat, ut reponi possit Officium ritus duplicis a propria sede translatum, addita vero IX. Lectione, et commemoratione ipsius Dominicæ?

3. An in Communione Fidelibus ministranda, post Versum *Panem de Coelo etc.* dici omnino debeant ante Orationem alii Versus, *Domine exaudi, et Dominus vobiscum?*

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale sub signata die coadunati, singulis maturo examine perpensis, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuerunt.

Ad 1. «Negative iuxta Rubricas et alias Decreta.»

Ad 2. «Negative et iuxta Decretum in Brixiensi diei 27. Ianuarii 1778. solum quando in Sabbato occurrit dies XXX. Decembris, ac proinde fieri deberet de sexta die infra Octavam, reponi potest Officium duplex translatum, attamen non exclusis commemorationibus quatuor Octavarum.»

Ad 3. «Affirmative, ut praescribitur in Rituali Romano.»

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt, die 24. Septembris 1842.

4948. LIMBURGEN.

Quum Reverendissimus Episcopus Herinensis

Vicarius Apostolicus Vicariatus Limburgensis Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus rogari, ut declarare dignaretur Dubium, quod hisce terminis conceptum proposuit, *nimirum* utrum Dominica prima Septembris sit eadem pro Festo Sanctorum Angelorum Custodum, ac pro historia de Scriptura occurrente, quando nempe Kalendas Septembris antecedit? Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub signata die coadunata ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuit: «Eam esse, quae incidit Kalendis Septembris, vel post eam diem.» Die 24. Septembris 1842.

4949. NUCERINA.

Quum Sacerdos Natalis Bellocchi Parochus Ruris vulgo Serradica Dioecesis Nucerae, praeter suam Parochialem Ecclesiam Deo in honorem Sancti Gregorii dicatam, uti Rector gubernare, etiam et praeesse debeat in vim canonicae institutionis alteri Ecclesiae Ruris scilicet Sancti Paterniani; quumque anceps haereat, an teneatur etiam Sancti Paterniani Titularis Officium persolvere sub ritu Titularibus competenti, ac proinde Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus de sententia requisierit; quum insimul rogari, ut declarare dignaretur an in Missa Beatae Mariae Gratiarum, cuius sub titulo peculiare Festum instituitur in memoria Sancti Paterniani Ecclesia decimoseptimo Kalendas Ianuarii apponi debeant Hymnus Angelicus, et Symbolum Nicaenum? Sacra eadem Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale sub signata die coadunata, omnibus maturo examine perpensis, ad relationem proprii Secretarii, rescribendum censuit: «Teneri ad Officium Sancti Paterniani Episcopi die XII. Iulii: quoad peculiare Festum, et Officium in honorem Beatissimae Virginis Mariae Gratiarum exhibeat concessionis Apostolicae Indultum.» Die 24. Septembris 1842.

4950. NEAPOLITAN.

Quum Sacerdos Ioseph Pignatelli Neapoli degens Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione insequentia proposuerit Dubia, *nimirum*:

1. An Sacerdos seipsum signans cum Hostia, et Calice consecratis ante sumptionem Sanctissimi Sacramenti ad verba -Iesu Christi- debeat caput inclinare?

2. An Sacerdos post sumptionem Pretiosissimi Sanguinis debeat parumper immorari in adoratione, prout fit post sumptionem Sacrae Hostiae?

3. An Sacerdos pergens ad explendam Communionem extra Missam debeat per se, vel per

Ministrum deferre Bursam, in qua Corporale recluditur?

4. An Sacerdos celebrans ad Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum expositum est, quoties in Missa dicenda sunt verba -Flectamus genua -debeat genuflectere erga Sanctissimum Sacramentum, an vero more solito?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub-signata die in Ordinariis Comitibus coadunata, ad relationem subscripti Secretarii, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. «Affirmative iuxta Rubricas.»

Ad 2. «Serventur Rubricae.»

Ad 3. «Decere ut a Sacerdote deferatur.»

Ad 4. «Exquiratur Votum Magistri Caeremoniarum.»

Atque ita rescripsit, die 24. Septembris 1842. 4951. SYLVADUCEN.

Quamplures Parochiales Ecclesiae Vicariatus Sylvaducen. in Hollandia ex Apostolicis Indultis Altare Privilegiato cohonestatas fuisse comperiens hodiernus Vicarius Apostolicus illud insuper animadvertit, quod in Precibus expressum non fuerit Altaria ipsa non esse fixa, quod in huiusmodi concessionibus omnino requiritur; ac proinde de hac substantiali omissione Sacram Congregationem de Propaganda Fide certior reddens, Apostolicum efflagitavit Indultum, ut memoratae huiusmodi concessiones ratae habeantur etiam pro Altare portatili in enunciatis Ecclesiis donec Altaria fixa erigantur. Huiusmodi precibus Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo relatis per R. P. D. Ioannem Brunelli enunciatae Congregationis de Propaganda Fide a Secretis, Sanctitas sua mandavit ut sententia Sacrorum Rituum Congregationis exquireretur, ac proinde a me subscripto eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Secretario iterata relatione, Sanctitas Sua de speciali gratia rescribendum edixit: «Gaudent adhuc concessio Indulto; dummodo quamprimum erigatur Altare fixum, cui adnexum esse debet Privilegium.» Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 17. Februarii 1843.

4952. ANICIEN.

Pro sua qua praestat sollicitudine in rite, ordinatque explendis iis omnibus, quae pastorale munus respiciunt Sacrorum Rituum Congregationem efflagitavit Reverendissimus Anicien. Episcopus, ut sua auctoritate declarare dignaretur, utrum in Ordinatione Presbyteri extensio manus tam Episcopi quam Sacerdotum praescripta a Pontificali fieri debeat non tantum intra haec verba: *Oremus fratres dilectissimi*, usque ad *Flectamus*

genua, sed etiam post genuflexionem intra Orationem, quae incipit *Exaudi nos*, usque ad Praefationem, ita ut genuflexio interrumpat tantummodo, non autem cessare faciat illam. Ratio dubitandi pro sententia affirmativa fundatur: primo, quia non nisi post absolutam Orationem *Exaudi nos*, praescribitur alius manuum habitus, unde usque tunc perseverare debet praecedens: secundo, quia si haec extensio manuum sit materia, et Oratio *Exaudi nos*, forma, ut volunt quidam, inter quos Sanctus a Ligorio, decet utramque simul coexistere: tertio, quia ita expresse et formiter animadvertit, et docet Reverendissimus Episcopus Bellicensis in suo Rituali recens edito tom. 1. de Sacr. Ordinatio. Sect. 3. nixus tum Canon III. Concilii Carthaginensis IV., tum Sacramentario Sancti Gregorii Magni, tum Commentario Catalani in Pontificale tom. 1. pag. 130. quarto, quia praxis contraria, si existat, nihil probaret utpote de re non necessaria absolute, sed congrua tantum, in qua ex infirmitate humana irreperere potest error: quinto, quia passim in Liturgia genuflexio interrumpit praecedentem manuum habitum, sed non cessare facit, ve. gr. in Evangelio, in Collectis Feria VI. in Parasceve.

Pro sententia autem negativa, quia, ut requirit idem Episcopus, saepe fit aliter.

Et Sacra eadem Congregatio Ordinariis in Comitibus apud Quirinales Aedes coadunata die 24. Septembris superiore Anno 1842. audita relatione a me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuit: «Ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum.» Quod quum factum fuerit, omnibus praelocutis, in altero Ordinario Coetu infrascripta die habito ad Vaticanas Aedes, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Constantini Patrizi Urbis Vicarii, et Ponentis, omnibus rite, matureque libratiss, etiam quoad expositas dubitandi rationes, uti fuisse in Voto exprimuntur, rescribendum censuerunt: «Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum in Ordinatione Presbyterorum praxim servandam esse Ecclesiae Romanae, quae manus Ordinandis imponit in prima tantum Oratione.» OREMUS FRATRES CHARISSIMI.

Atque ita rescripserunt, ac servari mandaverunt, die 18. Februarii 1843.

4953. ANICIEN.

Ut in Pastoralis suo munere exequendo Reverendissimus Anicien. Episcopus ea, qua decet reverentia erga hanc Sanctam Apostolicam Se-

dem incedat, Sacr. Rit. Congr. humillime requisivit, ut declarare dignaretur quid reapse intelligatur pro Festis de praecepto, in quibus Ordinationes extra Tempora expleri debent ab Episcopis, qui hac facultate pollent, et per consequens an sibi liceat Ordinationem Clericorum perficere in Festo Sancti Ioannis Apostoli, et Evangelistae, etsi in Gallia Festum istud non sit amplius de praecepto? Humillimis hisce precibus per me infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunatis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, memores de Anno 1831. pridie Idus Novembris Sacram ipsam Congregationem in una Marsorum ad Dubium primum edixisse, Ordines Sacros conferri posse in diebus Apostolorum, ceterisque per Apostolicam Sedem abrogatis, ac in iisdem Festis, verum de mane tantum conferri etiam posse Ordines Minores, precibus memorati Episcopi Ancien. rescribendum censuerunt: «Detur decretum in una Marsorum diei 12. Novembris 1831. ad Dubium primum.» Die 18. Februarii 1843.

4954. BRUGEN.

Quum Eminentissimus, et Reverendissimus D. Cardinalis Caprara a Latere Legatus in Galliis in eo esset ut executioni mandaret quae a sa. me. Pio Papa VII. per Litteras Apostolicas in forma Brevis praescribentur quoad Paroeciarum circumscriptionem, Archiepiscopis et Episcopis facultatem attribuit Paroecias ipsas extendendi, nec non eorum titulos extinguendi, ac tandem novos titulos assignandi Ecclesiis, quae in paroecias erant erigendae. Huiusmodi facultate suffultus tunc temporis Gandaven. Episcopus, cui suberat Ecclesia loci Sancti Andreae, praefatam Ecclesiam in Succursalem erexit, illique in Patronum Titularem Sanctum ipsum Andream assignavit. Verum quum Rector supradictae Ecclesiae, quae in praesentiarum ad Dioecesim Brugensem spectat, apud Reverendissimum Brugen. Episcopum indubie comprobarit Ecclesiam ipsam ab immemorabili Patronam Titularem venerasse Sanctam Annam Dei Genitricis Matrem, atque insimul exposuerit commune votum Incolarum esse hanc ipsam Sanctam, ut antea, propriae Ecclesiae Titularem habere, Reverendissimus ille Antistes, pro ea, qua praestat religione, et erga hanc Sanctam Apostolicam Sedem obsequio, Sacrorum Rituum Congregationem humillime requisivit:

1. Utrum semel assignato Titulari Patrono alicui Ecclesiae, liceat Episcopo rationabili ex causa illum in alium immutare?

2. Et quatenus negative, enixe efflagitat, ut ex Apostolico Indulto haec sibi facultas in casu elargiatur.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, omnibus maturo examine perpensis, ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuit.

Ad 1. « Non licere. »

Ad 2. « Pro gratia assumendi Sanctam Annam in Contitularem cum Sancto Andrea Apostolo, facto verbo cum Sanctissimo. » Die 18. Februarii 1843.

Super quibus omnibus facta postmodum per me Secretarium ipsius Sacrorum Rituum Congregationis Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. fideli relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis in omnibus approbavit, confirmavitque, die 11. Martii 1843.

4955. CERINOLIEN.

Reverendissime Domine uti Frater.

Supplex Libellus Capituli istius Cerinolien. Civitatis, super quem Amplitudo Tua ab hac Sacra Rituum Congregatione requisita suum Votum emisit undecimo Kalendas Novembris anno superiore, expetentis nonnulla nova Officia inserenda in Calendario Patriarchalis Basilicae Lateranensis Urbis, quod in recitatione Horarum Canoniarum de speciali Indulto sequitur, relatus fuit in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes subscripta die coactis. Omnibus mature perpensis Eminentissimi, et Reverendissimi Patres in hoc communi sensu fuerunt, nimirum ut Amplitudini Tuae scriberetur, quatenus eidem Capitulo liberum sit, vel uti privilegio, quo gaudet sine ulla prorsus additione, vel, hoc dimisso, se conformare Calendario Dioecesis, et ipsa Amplitudo Tua de speciali commissione eorundem Eminentissimorum Patrum invigilet ut omnia plenae executioni mandentur. Et Amplitudo Tua diu felix et incolumis vivat.

Romae 18. Februarii 1843.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Aesculan. et Cerinolien.

4956. CENOMANEN.

Dum Reverendissimus Cenomanen. Episcopus in id potissimum intendit ut pastoralis sibi commissi muneris partes omnes expleat ea qua par est sedulitate, ac vigilantia, reperit in universa sua Dioecesi per multas vivificae Crucis Domini Nostri Iesu Christi Reliquias, quae quamvis vix sensibiles sint, attamen in Crucibus vel argenteis, vel deauratis ocluduntur, ac Fidelium venerationi publice exponuntur, ferme ut Sanctissimum Sacra-

mentum, ac cum iisdem solemniter benedictio impertitur more pro benedictione Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti usitato, attamen praecipuis in honorem Sanctissimae Crucis precibus adhibitis. Quae singula dum serio perpendit Episcopus Orator, ac iuxta sancta a Sacrosancto Concilio Tridentino Sessione XXV. tit. *de invocatione, veneratione, et Reliquiis Sanctorum*, in eorumdem recognitione, et approbatione invigilat, pro sua Dioecesi circa memoratarum Reliquiarum cultum certas indubiasque leges praefinire exoptat ab omnibus in re non exigui certe momenti religiose servandus. Hinc Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus adiens, enixe rogavit, ut quidquid hae ipsa in re alias definitum fuit indigitare dignaretur. Enixis huiusmodi precibus per me infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunatis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt: *Dentur Decreta super re edita*, ac proinde declararunt cum Reliquia Sanctissimae Crucis benedicendum esse Populum dum ea reponi debet in custodia postquam processionaliter delata fuit, aut publicae venerationi exposita, sicuti decretum fuit in una Brixien. decimoseptimo Kalendas Octobris 1736. ad Dubium I. et successive in una Dubiorum pridie Kalendas Iunii 1817. ad Dubium XII. illud etiam definitur quod benedictio isthaec semper sit impertienda, etiam si Sacerdos, qui Functionem explet non sit Canonicus, nam haec ipsa Dubia proponebantur nomine Capituli unius Cathedralis Ecclesiae: in una vero Lucionen. decimo Kalendas Iulii 1835. ad Dubium III. in actu talis benedictionis omnino interdicitur cantus cuiuscumque Versus, vel Precis, uti iamdiu cantus iste fuerat interdictus etiam in benedictione cum Sanctissimo Sacramento in una Caputaquen. quinto Idus Februarii 1762. Quoad autem hanc Processionem cum vivificae Crucis Ligno Sacra Rituum Congregatio septimo Kalendas Septembris 1752. in una Gadicen. declaravit licitum esse hanc Sacrosanctam Reliquiam capite detecto deferre etiam sub Baldachino, incensantibus duobus Thuriferariis, verum his tantum in locis, ubi adest immemorabilis consuetudo. Quod spectat vero ad incensationem Reliquiae Sanctissimae Crucis sancitum fuit in Brixien. superius enunciata ad Dubium secundum, et in Mutinen. diei 23. Septembris 1837. ad Dubium XIV. quaest. 1. hanc fieri debere a Sacerdote non genuflexo, sed stante etiam feria sexta in Parasceve; et in ipsa Brixien. ad Dubium tertium illud fuit

etiam decretum quod Capitulum et Clerus transeundo processionaliter ante Altare, in quo Sanctissimae Crucis Reliquia reconditur haud genuflectere debeat. Verum si loco principe Reliquia Sanctissimae Crucis super Altare fuerit exposita, tunc transeuntes ante illam, uti decretum fuit in una Varsalien. Nonis Martii 1746. unico genu usque ad terram flexo venerare debent; diversimode vero sola capitis inclinatione si praefata Reliquia recondita sit in custodia. Insuper in Missa coram Sacratissimae Crucis Ligno palam exposito in eadem Lucionen. decimo Kalendas Iunii 1835. ad Dubium primum edicitur Caeremonias omnino differre debere ab iis quae adhiberi solent coram Sanctissimo Sacramento publicae Fidelium venerationi exposito; nam in casu coram Reliquia Sanctissimae Crucis genuflectendum est tantum in accessu, et recessu ab Altare, et quoties Sacerdos transit per medium Altaris, seu de latere ad latus ut in incensatione: atque ibidem ad Dubium secundum definitur necesse non esse in hac expositione, ut qui in Choro stant habeant caput detectum, quod omnino requiritur coram Sanctissimo Sacramento palam exposito, neque ut in transitum genuflectant utroque, sed tantum unico genu. Quod si agatur de expositione Reliquiae Sanctissimae Crucis Feria VI. in Parasceve, Sacra Congregatio in eadem Mutinen. diei 23. Septembris 1837. declaravit servandam esse vigentem consuetudinem tum quoad colorem Pluvialis et Veli humeralis in benedictione; tum quoad modum recitandi Orationem, *Respice quaesumus Domine*, a Sacerdote vel genuflexo vel stante; tum quoad admittendos Fideles ad osculum huius Sacratissimae Reliquiae: tum demum quoad Sacros Ministros Diaconum nimirum, et Subdiaconum accedentes ad adorationem Sanctissimae Crucis: siquidem necesse non est ut et ipsi calceamenta deponant. In Generali tandem Decreto a Sacra Rituum Congregatione pridie Nonas Maii 1826. lato, et a sa. me. Leone Papa XII. confirmato sexto Kalendas Iunii eiusdem Anni, dum admittitur, seu toleratur consuetudo deferendi in Processionibus sub Baldachino Reliquiam Sanctissimae Crucis, id edicitur omnino, ut Reliquia ista seorsim a Reliquiis Sanctorum custodiatur in Reliquiario, atque stricte praecipitur Ordinariis Locorum, ut eliminandis hae etiam in re singulis abusibus serio incumbant, Decreti ipsius observantiam solertissime urgeant, ac pro viribus adlaborent, ne deinceps cum Sanctorum Reliquiis in eadem Theca Lignum Sanctissimae Crucis oclusum permaneat.

Haec, quae a Sacra Rituum Congregatione hucusque circa cultum, et venerationem Reliquiarum Sanctissimae Crucis Servatoris Nostri Iesu decreta, stabilita, vel per modum generalis regulae tradita fuere, et communiter in Ecclesiis Urbis servantur, ad mentem Sacrae eiusdem Congregationis summam communicantur Reverendissimo Episcopo Cenomanen. ut ea prae oculis habeat in efformanda pro sua Dioecesi regula in cultu et veneratione ipsius Sanctissimae Crucis Reliquiae servanda. Die 18. Februarii 1843.

4957. CLERICORUM REGULARIUM
CONGREGATIONIS SOMASCHAE.

Etsi Generali Decreto de Anno 1834. sexto Kalendas Maii Sacrorum Rituum Congregatio certas statuerit leges quoad Breviaria, Missalia, Officia parva Beatae Mariae Virginis, Officia Hebdomadae maioris, aliaque huius generis, quae ab anno praesertim 1788. ac deinceps praelo fuerunt commissa, quin praeserant Ordiniorum Attestationes, quae declararetur in cusione servatas fuisse regulas in Bullis Summorum Pontificum Romanorum Sancti Pii V., Clementis VIII., et Urbani VIII. indictas, et in suo robore plenissime perseverantes, atque insimul commendatum maxime fuerit fisdem Reverendissimis Locorum Ordinariis ut in posterum pro suo munere invigilarent, ut Bullae ipsae ac subsequencia Decreta omnino servarentur in huiusmodi Librorum cusione; attamen pro parte Reverendissimi Patris Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Congregationis Somaschae duo haec Dubia pro opportuna solutione exhibita fuere eidem Sacrae Rituum Congregationi, nimirum:

1. An liceat uti Breviariis, Missalibus, aliisque huius generis Sacris Libris, qui non praeserant requisitas a Pontificiis Constitutionibus Ordiniorum attestations, perinde ac si per praescriptionem in contrarium memoratae Constitutiones censi debeant non amplius in suo robore permanentes?

2. An enunciatis Breviariis, Missalibus, aliisque huius generis Libris licite quis uti possit, si Ordinarii Locorum praevia revisione a se instituta declarent eosdem plene concordare cum aliis Romae cusis, et de more revisis, et adprobatis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinario Coetu, audita relatione a me subscripto Secretario facta, perpendens in memorato Generali Decreto utrumque Dubium contemplatum fuisse, quin ipsis directe satisfaceret, rescribendum edixit: «Serve-

tur Generale Decretum diei 26. Aprilis 1834. »
Die 18. Februarii 1843.

4958. FLORENTIN.

Quum in Ecclesia Sanctae Mariae a Iesu nuncupata in Oppido vulgo San Casciano in Val di Pesa intra fines Arellidioecesis Florent. ubi erecta reperitur Sodalitas Suffragii, dum pro defunctis in genere Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae Fidelium venerationi exponitur, ante benedictionem, et *Tantum ergo* recitatur Antiphona *Exultabunt* cum Psalmó *Miserere*, et in fine *Requiem aeternam*, ac Oratio *Fidelium Deus*, vel *Deus veniae largitor*: quumque huiusmodi praxis ab aliquibus non adprobetur, immo etiam contradicatur, Sacerdos Ioannes Baptista Borboni, nomine etiam memoratae Sodalitatis, Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit, ut quatenus ipsa praxis reapse sit interdicta, ipsam tamen confirmare dignaretur, aut tolerare saltem in memorata Ecclesia; nam Sodalitas ipsa in id potissimum intendit, ut piis exercitiis levamen obveniat animabus, quae piacularibus addictae flammis in Purgatorio cremantur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, perpendens de Anno 1828. decimo septimo Kalendas Ianuarii in una Volaterrana ad Dubium quantum sancitum fuisse hanc ipsam praxim, seu consuetudinem, quatenus revera existat, tolerandam esse, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit: «Servetur Decretum in Volaterran. diei 16. Decembris 1828. ad Dubium V. » Die 18. Februarii 1843.

4959. PONTISCURVI.

Reverendissime Domine uti Frater.

Novissimis in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis habitis septimo Kalendas Octobris Anno superiore, dum proponeretur quaestio orta inter Alumnos Congregationis Doctrinae Christianae Civitatis Pontiscurvi, et Sodalitatem quinque Plagarum Domini Nostri Iesu Christi quoad publicam Supplicationem Beatae Mariae Virginis doloris gladio transfixae ducendam, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres quin aliquid super re decernerent, satius duxerunt mentem Amplitudini Tuae confidenter aperire, atque ad capessendas turbas insinuare, ut pro Tuo arbitrio, et prudentia in vim conciliationis statueres diem diversum pro ducenda supradicta Supplicatione recensitis Alumnis et Sodalitati. Etsi longum iam tempus effluerit, quo commodius omnia statui iam poterant, Eminentissimi tamen Patres noverrunt nihil actum esse usque in praesentem diem,

proptereaque in his itidem Ordinariis Comitibus ad iteratas preces antedictae Sodalitatis communi in sententia fuerunt denuo per urgentiores scribendum esse Amplitudini Tuae, ut quaestionem omnem per methodum superioribus in Litteris expressam de medio tollas quam citissime. Quod si innotuerit controversiarum perseverantia, hae sequentibus in Comitibus prout de iure secundum acta et probata ab ipsa Sacra Congregatione per se componentur. Et Amplitudo Tua diu felix, et incolumis vivat.

Romae 18. Februarii 1843.

Reverendo D. uti Fratri

Episcopo Pontiscurvi, Aquinaten., et Soran.
4960. EUGUBIN.

Quum Deputati Piae Unionis Propagationis Fidei Civitatis Eugubinae Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarint, ut declarare dignaretur num in Ecclesia ubi memorata Sodalitas erecta reperitur, deinceps Festum Sancti Francisci Xaverii ceu Patroni ipsius Unionis institui queat sub ritu duplicis primae Classis cum Symbolo Nicaeno in Missa; Sacra Congregatio rescripsit: «Negative.» Die 18. Februarii 1843.

4961.

ANAGNIN.

Precibus Sacerdotis Antonii Sibilia Canonici Cathedralis Anagninae, et in praesentiarum Vicarii Generalis in Civitate Ferentina exquirentis ut Insignia concessa Capitulo Cathedralis Anagninae gestare etiam valeat dum Choro assistit in memorata Civitate Ferentina, Sacra Congregatio rescripsit: «Iuxta alias decreta incedere debere in habitu Vicariali.» Die 18. Febr. 1843.

4962.

NEAPOLITAN.

Quum Sacerdos Ioseph Pignatelli Neapoli degens Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarit ut declarare dignaretur, an quando Missa celebratur in Altare, in quo publicae Fidelium venerationi est expositum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, et in Missa ipsa dicendum occurrit *Flectamus genua*, genuflexio isthaec fieri debeat erga Sanctissimum Sacramentum, an vero more solito ante Missale, ut a Rubrica praescribitur? quumque Sacra Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale habita octavo Kalendas Octobris superioris Anni 1842. edixerit, ut in re exquireretur Votum alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, iterum proposita instantia in novis Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunatis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad relationem mei subscripti Secretarii respondendum censuerunt: «Iuxta Votum

Magistri Caeremoniarum, nimirum in casu nihil innovandum, ac servandas Rubricas generales titulo de Oratione num. IV.» Atque ita servandum mandarunt, die 18. Februarii 1843.

4963.

HISPALEN.

Summa genium debilitate ob non firmam valetudinem diu laborans Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Archiepiscopus Hispalen. ab hac Sancta Apostolica Sede speciale Indultum obtinuit Sacrum faciendi continuo sedendo. Verum maxime percipiens necessitatibus suae Archidioecesis occurrere, quae urgentiores evadunt ob frequentes vicissitudines, quae Hispaniarum Regnum modo perturbant, praesertim ob Episcoporum pene omnium deficientiam, Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. humillime supplicavit pro extensione Indulti, conferendi nimirum Sacros Ordines, et conficiendi Sacra Olea Feria quinta in Coena Domini etiam pari modo sedendo. Sanctitas Sua preces ad Sacrorum Rituum Congregationem remisit, quae exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, in Ordinariis Comitibus apud Vaticanas Aedes subscripta die coadunatis, ad relationem mei subscripti Secretarii, rescribendum censuit: «In casu de quo agitur, attentis peculiaribus gravissimis circumstantiis, iisdemque perdurantibus, annui potest de speciali gratia, dummodo privatim fiant Ordinationes et Benedictiones Oleorum Feria quinta in Coena Domini cum assistentia trium saltem Sacerdotum, facto verbo cum Sanctissimo.» Die 18. Februarii 1843.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo per me subscriptum Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua benigne annuit de speciali gratia, nullo umquam tempore in exemplum afferenda. Die 11. Martii eiusdem Anni 1843.

4964. ORDINIS EXCALCEATORUM

SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Non abs re, et cum quadam diligentia advertit R. P. Fr. Ioannes Baptista a Conceptione, Procurator Generalis Ordinis Excalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, inter sui instituti Alumnos, etsi a remotissimis temporibus, nonnulla in usu esse, quae Legibus Sacrorum Rituum Congregationis adversari videntur, et quum maxime curet, ut Ecclesiasticae sanctiones accurate serventur, Sacrae eidem Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. I Trinitarii Scalzi avendo per regola che

tutte le loro Chiese siano intitolate, e portino il titolo della Santissima Trinità, ne' suffragi comuni de' Santi non fanno commemorazione di altro Santo Titolare, quantunque qualche Chiesa particolare lo abbia, come questa di San Carlo alle quattro Fontane. Si desidera perciò di sapere, alle debba farsi, come sembra doversi fare dal Decreto della Sacra Congregazione de' Riti dei 16. Febbraro 1781. ai Dubbi 21. 22. e 23.?

2. Di più fanno commemorazione nei Suffragi dei loro Santi Fondatori con queste Antifone, ed Orazioni: Ad Vesperas. Antiph.-*Laudemus viros gloriosos, et Patriarchas nostros in generationibus suis. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. y. Exultent iusti in conspectu Dei. r.* Et delectentur in laetitia.-Ad Laudes Antiph.-*Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentis in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus Dominum quando revertatur a nuptiis. y. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt. r.* Vivent nomina eorum in aeternum. Oratio. Deus qui nos per Sanctos Patres nostros Ioannem et Felicem Ordinem Sanctissimae Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorum captivos, coelitus instituire dignatus es, praesta quaesumus, ut eorum suffragantibus meritis, a captivitate corporis et animae liberemur: -E non trovano la concessione Apostolica: senza dubbio hanno ciò praticato col solo appoggio della dottrina del P. Gavanto, come apparisce dalle Rubriche degli Officii dell'Ordine. Desiderano sapere se possono continuare, altrimenti ne dimandano l'Indulto.

3. Inoltre quando nella Messa si deve dire l'Orazione *A cunctis*, si nominano in essa i detti Santi Patriarchi in tutte le Chiese dell'Ordine, essendo stampata la detta Orazione con la Secreta et Postcommunio coi nomi di detti Santi invece del N. -atque beatis Patribus nostris Ioanne, et Felice.-E quando secondo la concessione della sa. me. d'Innocenzo XI. dei 2. Ottobre 1683. si fa l'Officio ebdomadario di uno di detti Santi, e nella Messa deve dirsi la detta Orazione *A cunctis*, nel Messale dell'Ordine così si legge: -*Ubi dicitur atque beatis Patribus nostris Ioanne et Felice, omittuntur haec verba dum de aliquo ex eis dicitur Missa, et loco eorum dicitur in Hispania, atque beato Iacobo, extra Hispaniam vero, atque beata Agnete (è la Protettrice principale dell'Ordine) nisi forte sit alius Patronus, de quo facta fuerit commemoratio in Officio.-Ciò sembra contrario al Decreto della Sacra Congregazione de' Riti dei 26. Gennaro 1793. ad Dubium 15.*

Onde si desidererebbe, che almeno in quelle Chiese dell'Ordine, le quali non hanno altro Titolare che la Santissima Trinità, o qualche altro Mistero, o la Madonna Santissima, si potessero nominare i Santi Fondatori nell'Orazione *A cunctis*: e quando si fa l'Officio ebdomadario di uno di essi, si possa fare come sopra si è accennato.

4. Finalmente nel giorno 14. di Novembre si fa la commemorazione di tutti i defonti dell'Ordine, e si canta la prima Messa, come nel giorno de' fedeli defonti coll'Orazione -*Deus veniae largitor... ut nostrae Congregationis fratres, qui ex hoc saeculo transierunt.-Sembra quest'uso contrario al Decreto della Sacra Congregazione dei Riti dei 9. Dicembre 1719. ad 1. Si domanda se si può continuare, come si è praticato finora, ovvero si debba cantare la Messa, come nell'Anniversario?*

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, audita relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Carolo Maria Pedicini Episcopo Portuen., Sanctae Rufinae et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellario, et Sacrae eidem Congregationi Praefecto ac Ponente facta, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunatis, omnibus mature, accurateque consideratis, rescribendum censuere.

Ad 1. «Iuxta Rubricas, et alias decreta non esse in suffragiis omittendam Sancti Titularis commemorationem.»

Ad 2. «De speciali gratia permitti posse, mutato vocabulo *Patriarchas*, in *Patres* in prima Antiphona.»

Ad 3. Quoad primam quaestionem «Permitti posse, dummodo non omittatur Titularis Ecclesiae nomen: *quoad* 2. In Officio hebdomadario servandam esse consuetudinem, si constet de Indulto: *quoad* 3. Servetur Decretum in Assisien. diei 15. Maii 1819.»

Ad 4. «Serventur Rubricae, et alias decreta.»

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt in supradicto Ordine, die 17. Iunii 1843.

4965. SYRACUSANA.

Augustae, quae Civitas extat in Dioecesi Syracusana, non sine exiguo Fidelium praesertim infirmorum dispendio, ad Annum usque 1718. unica erat Parochialis Ecclesia, ac uni eidemque Parocho Animarum cura committebatur; cui meliori modo procurandae tunc primo Sanctae Mariae Paroecia dismembrata, altera Sancti Sebastiani constituta fuit, adeo ut utriusque Ecclesiae Parochus in sui muneris officiis explendis, alter

ab altero omnino non dependeret. Novissime, Anno nimirum 1821. Ecclesia Matrix Sanctae Mariae de benignitate huius Sanctae Sedis Apostolicae Capitulo Collegiatae fuit cohonestata, quae dum iure privilegiorum, et iuxta invectam praxim, communemque consuetudinem debita sibi praecedentia pacifice fruebatur, restitit hodiernus Parochus Ecclesiae Sancti Sebastiani Sacerdos Sebastianus Pignato, et Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit, ut iuxta proprium placitum, et expositum provideretur. Exquisitis propterea illius Vicarii Capitularis, Sede Syracusana vacante, Informatione, et Voto, et iuxta adiectam legem coactis tum Collegiatae Capitulo, tum recensito Parocho ad sua iura in scriptis penes ipsam Sacram Congregationem deducenda, ad certa capita summatim singulae controversiae perstrictae sunt, atque insequentia enodanda Dubia ad utriusque preces proposita fuere, nimirum:

1. An Capitulo Collegiatae Ecclesiae Civitatis Augustae aliquod ius competat in Parochiali Ecclesia Sancti Sebastiani Civitatis ipsius, adeo ut Parochus ipse Sancti Sebastiani in Ecclesiasticis Functionibus, et Parochialibus muniis explendis sit aliqua ratione eidem Capitulo subiectus?

2. An eidem Capitulo collegialiter incedenti in generalibus Processionibus praecedentia competat super Parochum Ecclesiae S. Sebastiani?

3. Cui debeatur praecedentia in inessu per vias occasione associandi Funus, an Capitulo Collegiatae collegialiter intervenienti, vel Parocho ipsius defuncti?

4. An in Funeribus et Processionibus unica est erigenda Crux Capituli Collegiatae in casu, ita ut omnes associantes funus, ac etiam Parochus Sancti Sebastiani sub hac ipsa unica Cruce incedere debeant?

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi in Ordinario Coetu apud Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, audita relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Gabriele Ferretti Ponente facta, omnibus mature consideratis, riteque libratibus, rescribendum censuerunt: «Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum:» nimirum:

Ad 1. «Negative.»

Ad 2. «Affirmative iuxta alias decreta.»

Ad 3. «Capitulo Collegiatae, dummodo sit vel a Parocho, vel ab haeredibus defuncti invitatum.»

Ad 4. «Unicam, ipsamque Collegiatae, iuxta Generale Decretum diei 2. Julii 1661.»

Atque ita rescripserunt, et in Civitate Augu-

stae Syracusanae Dioecesis servari mandarunt, die 17. Iunii 1843.

4966.

FANEN.

Sacerdos Ignatius Rossi Cathedralis Ecclesiae Fanen. Caeremoniarum Magister Sacrorum Rituum Congregationi exposuit, Episcopum quemdam de commissione proprii Ordinarii octavo Idus Novembris Anno superiore perfecisse consecrationem Ecclesiae Oppidi Sancti Georgii in eadem Dioecesi, qua in actione etiam si fuerint omnia rite peracta iuxta Pontificalis Romani Rubricas, videtur tamen quamdam exceptionem pati posse Altare eodem actu consecratum, ex eo potissimum, quod eiusdem Mensa non ex integro lapide, sed ex parvis sex lapidibus ad formam unius unitis constructum est, ac insuper lignea corona Mensam hanc per gyrum devincit, et cum stipite coniungit; super qua Sacri Olei unctiones fuere peractae, sicuti et in angulis Mensae separatorum lapidum. Hac ipsa in actione, et consecratione Ecclesiae, et Altaris iisdem cum formulis fuit etiam Altare Portatile consecratum, quod vulgo nupcupatur *Pietra Sacra* ibidem appposito loco praeparatum, omisso omnino ritu proprio in Pontificali Romano praescripto, titulo «De Altaris portatilis consecratione.» Ex his itaque Caeremoniarum supradictus occasionem nactus est sequentia Dubia proponendi pro solutione, nimirum:

1. An hoc Altare exposito modo constructum censendum sit consecratum?

2. Et quatenus negative, quid de Ecclesiae consecratione sentiendum, quum ex Pontificali Romano nequeat sine consecratione Altaris Ecclesiae consecrari?

3. Quid in posterum sit faciendum similibus in circumstantiis?

4. Utrum nec ne valida, et licita sit consecratio Altaris portatilis tali modo peracta?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus vertente Anno duodecimo Kalendas Martii coadunata, audita relatione a me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuit: «Ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum.» Quo elaborato typisque cuso, sequenti in Ordinario Coetu eodem loco coacto subscripta die, propositis supradictis Dubiis per Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Cardinalem Carolum Acton Relatorem, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, omnibus mature, riteque libratibus rescribendum censuerunt: «Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum:» nimirum:

Ad 1. «Reiterandam esse Altaris consecratio-

nem, dummodo Mensa ex integro lapide constituatur, alioquin si hoc commodè fieri non possit, parvus lapis medius collocatus consecratur ad instar Altaris portatilis.»

Ad 2. «Ecclesiam fuisse rite consecratam.»

Ad 3. «Iam provisum in superioribus.»

Ad 4. «Affirmative pro hoc casu, dummodo una cum formulis omnia fuerint super hoc Altare peracta, sicuti praescribit Pontificale Romanum, et non afferatur in exemplum.

Atque ita rescripserunt, ac omnino servari mandarunt. Die 17. Iunii 1843.

4967.

SPOLETAN.

Collegiata in Ecclesia Sancti Aemiliani Trebii Spoletanae Archidioecesis in Divinis inservit Canonorum Collegium una cum tribus Dignitatibus, sed diversae erectionis; nam Prior Canonorum, qui primum inter Dignitates locum obtinet, antiquiorem, seu primam erectionem agnoscit, reliquae Dignitates, Archipresbyter videlicet, et Archidiaconus ad recentiore, seu secundam erectionem pertinent, quae Flaminius Renzi auctorem habet, qui Anno 1712. bona sua Testamento eisdem assignavit, et ideo a Fundatore suo Beneficia Renzi nomen accipiunt. Hoc ordine dum Sacris intersunt Dignitates, et Canonici praecedunt. Primum locum occupat Prior Canonorum, secundum Archipresbyter, tertium Archidiaconus, reliqua reliqui Canonici habita ratione ad possessionis, vel erectionis antiquitatem, sicuti hac ipsa de causa Archipresbyter et Archidiaconus alter alteri succedit, ita ut vacante Archipresbyteratu, Archidiaconus; vacante vero Archidiaconatu, Archipresbyter ad digniorem locum accedat. Novissime hodiernus Archipresbyter, qui primus est inter Dignitates secundae creationis, Coadiutorem obtinuit, qui actu possessionis sedit in loco Archipresbyteri Coadiuti. Paucis post diebus Coadiutor a Stallo remotus ex Decreto Reverendissimi Archiepiscopi Spoletani, eidem locus post omnes Dignitates fuit assignatus, instante Archidiacono sibi primum locum vindicante. Archipresbyter autem Coadiutor putans praedictum sibi illatum fuisse, supplex hanc Sacram Rituum Congregationem adivit, exostulans Stalli mantionem vi possessionis acquisiti. Praes ad Reverendissimum Archiepiscopum Spoletanum de more remissae fuere, qui Capituli suffragiis requisitis, censuit pro Archipresbytero Coadiutore informandum. Archidiaconus e contra ut cognovit ab huiusmodi precibus, et informatione damnum sibi posse parari, ad sua, suorumque Successorum iura tuenda, ab ipsa Sacra Congregatione quaesivit, ut ante solutionem Dubii quod Archi-

presbyter proposuerat, exhibita a se monumenta, novaque Reverendissimi Archiepiscopi Informatio horum intuitu data examini pariter subicerentur. Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi in Ordinario Coetu coacto apud Vaticanas Aedes nono Kalendas Octobris superiore Anno, audita relatione ab me subscripto Secretario facta, omnibus mature consideratis, rescribendum censuerunt: «Ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum.» Huiusmodi vero Votum, summa diligentia perpensisque omnibus rationum momentis ab utraque parte oblatis, elaboratum quum fuerit, prae loque eusum, ut singulis praesto esset, in altero Ordinario eiusdem Sacrae Congregationis Coetu, eodem in loco coadunato, proposito per Em̄um, et Rm̄um D. Cardinal. Cosimum de Corsi Ponentem iure praecedendi in Choro Collegiatae Ecclesiae Trebii inter Archipresbyterum Coadiutorem, et Archidiaconum, Em̄i et Rm̄i Patres omnibus mature, riteque libratim rescribendum censuerunt: «Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum: *nimirum*: Inter Archipresbyterum et Archidiaconum Ecclesiae Collegiatae Sancti Aemiliani Trebii praecedentiam pro antiquitate possessionis servandam esse, et Coadiutores Dignitatum sedere debere post omnes Dignitates.»

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt in eadem Collegiata Ecclesia. Die 17. Iunii 1843.

4968.

VITERBIEN.

Quum Sacerdos Bartholomaeus Bonanni hodiernus Parochus Ecclesiae Sanctae Mariae Novae Viterbien. Civitatis compererat inter Parochos Viterbienses diversas circumferri opiniones quoad Missas *de Requie* in die depositionis defuncti, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia duo Dubia proposuit pro opportuna solutione, *nimirum*:

1. An Parochus celebrare possit sine cantu Missam lectam *de Requie* in Dominicis, et duplicibus secundae Classis, nec non in Feriis secunda et tertia Pentecosten praesente Cadavere, et conficere possit exequias?

2. An dum legitur in Decretis Sacrorum Rituum Congregationis: Missa solennis *de Requie*, intelligi debeat Missa lecta Parochi, seu potius intelligi debeat Missa cantata?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me subscripto Secretario, omnibus mature perpensis, respondendum censuit.

Ad 1. «Negative iuxta alias decreta.»

Ad 2. «Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.»

Atque ita rescripsit. Die 17. Iunii 1843.

4969.

LUCANA.

Perill. et Revme Domine uti Frater.

Fideles, qui Territorium incolunt in Plano Paroeciae Sancti Macarii istius Archidioecesis supplicarunt, quatenus ab hac Sancta Apostolica Sede facultas sibi daretur et potestas aperiendi, et Divino Cultui idoneam reddendi Ecclesiam de novo ab ipsis cum eleemosynis excitatam a fundamentis loco alterius multis ab hinc annis devenditae, ne senes praesertim, lactentes, parvuli et adversa valetudine laborantes adigantur multam viam in montibus difficilem admodum pro diversitate temporis sustinere ad opera christiano nomini propria exercenda diebus festis. Quum vero illis innotuerit hanc facultatem sibi ab Antistite proprio esse expetendam, qui ordinario iure in similibus providere debet; Litteras ab Amplitudine Tua super re impetrarunt, quae relatae fuerunt in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitii apud Vaticanas Aedes habitis subscripta die. Sacra propterea Congregatio omnibus mature consideratis, inspectaque praesertim voluntaria Parochianorum exhibitione, mediis eleemosynis posse se necessariis impensis occurrere ad necessaria pro hoc opere, sicuti constructioni Ecclesiae occurrerunt usque modo, ne in minima quidem parte laederetur legitima potestas; satius duxit rescribere: « Eidem Archiepiscopo, qui iure ordinario supradictis adhibitis cautelis providere poterit, quum designatio Dotis strictim requiratur pro consecratione Ecclesiae. » Curet itaque Amplitudo Tua expetentis Populi pia, iustaque vota adimplere, quae certe rem divinam augment, eique non parum dant operam. Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Romae 17. Iunii 1843.

Perill. et Revmo Domino uti Fratri
Archiepiscopo Lucano.

4970.

LUCAN.

Percipientes quam maxime Aeditui ac Beneficiati Ecclesiae Sanctae Mariae vulgo in Foro Civitatis Lucanae, ut in eadem Ecclesia quoad Sacras Functiones singula ordinate fiant, Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarunt decerni, utrum in Missis solemnibus, quando vel Canonicus, vel aliqua ex Dignitatibus celebrant, praeter Diaconum, et Subdiaconum alter Sacerdos Pluviali indutus valeat assistere? Et Sacra eadem Congregatio audita relatione a me subscripto Secretario facta, omnibus mature consideratis, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta admittitur Assistens in Missa Solemni ubi probari potest consuetudo. »

Atque ita rescripsit. Die 17. Iunii 1843.

4971.

LUCAN.

In aspersione Aquae benedictae, quae qualibet Dominica ex Rubricarum praescripto fit ante Missam solemnem, Celebrans omnes in Choro assistentes eadem Aqua lustrat. Accedens vero ad Chorum plerumque Cornu Epistolae petit: dubitatur modo utrum valeat ab eodem Choro recedere finita benedictione per eandem viam, vel completo gyro per Cornu Evangelii ad Altare redire? Pro solutione huius Dubii Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarunt Aeditui, et Beneficiati Ecclesiae Sanctae Mariae in Foro Civitatis Lucanae. Et Sacra eadem Congregatio, audita relatione a me subscripto Secretario facta, omnibusque consideratis, rescribendum censuit: « Serventur Rubricae, vel laudabilis consuetudo, quae Rubricis non adversatur. »

Ataque ita rescripsit. Die 17. Iunii 1843.

4972. ORDINIS SANCTI BENEDICTI
CONGR. CASSINENSIIUM.

Ea est conditio Patriarchalis Ecclesiae Sancti Pauli Apostoli via Ostiensi, et adnexi Monasterii Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensium, ut aestivo tempore Monachi ob aëris insalubritatem adigantur illud Monasterium deserere, et loco Hospitii se recipere ad Aedes, quae adnexae sunt Ecclesiae Sancti Callixti Papae penes Basilicam Sanctae Mariae Transtiberim. Quo tempore perdurante nonnulli ex Monachis pergunt per turnum mane tantum Officia sacrasque Functiones peracturi recensita in Patriarchali, dum vespere in Choro Sancti Callixti, ceteris cum Monachis assistunt, et hoc Vesperale Officium satisfit ac si recitaretur in Ecclesia Sancti Pauli. Quum itaque istae Ecclesiae adeo inter se sint unitae, ut una prorsus censeatur, hinc a centum et ultra annis factum est, ut in natali die Sancti Callixti Papae Martyris Titularis huius secundae vel Hospitii Ecclesiae, in Patriarchali de eodem sit recitatum Officium respondentem ritu primae Classis, ac Monachi, qui huic inserviunt, mane ad sacra facienda diffformes essent vespere a ceteris in Divinis persolvendis Laudibus. Huic tamen consuetudini refragatur Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 6. Octobris 1697; propterea eidem Sacrae Congregationi humillime supplicavit Reverendissimus Abbas recensiti Monasterii, ut attenda hac centenaria consuetudine supradictis Monachis liceat praxim hanc servare quoad Officium Sancti Callixti Papae Martyris. Et Sacra Congregatio in Ordinariis Comitii apud Vaticanas Aedes coactis die 18. Februarii anno vertente, audita relatione a me subscripto Secretario

facta, rescribendum censuit. *Audiat Magister Caeremoniarum.* Elaborato itaque super re Voto ab alterutro ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, illoque in sequenti Ordinario Sacrorum Rituum Conventu subscripta die coadunato Eminentissimis Patribus communicato, quoniam Votum non fuit praelo cūsum, in communi sensu fuere remittendum esse ad Dominum Assessorem, qui videat. Omnibus propterea debito modo visis, ex examinatis, iidem Eminentissimi, et Reverendissimi Patres in casu rescripserunt. «Juxta Votum: *nimirum* servari posse consuetudinem quoad Officium Sancti Callixti usque dum hoc Monasterium naturam Hospitii induat, ac restrictus sit Monachorum numerus.»

Atque ita rescripserunt, ac servari posse mandarunt. Die 17. Junii 1843.

4973. ABELLINEN.

Certum exploratumque quum sit in unaquaque Dioecesi, elapso Anno a die novissimae Visitationis peractae ab ultimo Episcopo defuncto, posse Vicarium Capitularem legitime electum hanc ipsam Visitationem per Dioecesim instituere, Sede adhuc vacante, non abs re ab aliquibus dubitatum est quo modo, et ritu sit a Clero excipiendus hac in actione, quaeque ab eodem Clero obsequia illi sint praestanda; oportet enim ut minora sint illis, quae Episcopo exhibentur. Propterea attento Liturgicorum hoc in proposito silentio, volensque omnia ordinate instituere Reverendissimus Vicarius Capitularis Abellinensis, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, *nimirum.*

1. Quo ritu excipiendus sit Vicarius ad valvas uniuscuiusque Ecclesiae Dioecesis?

2. An omnes de Clero, et etiam Canonici de Capitulo accedere debeant ad praestandam obedientiam?

Et in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes coadunatis die 16. mense Aprili anno 1842., Sacra eadem Congregatio, audita relatione a me subscripto Secretario facta, rescribendum censuit: *Exquiratur Votum Magistri Caeremoniarum.* Quo elaborato, praeloque cuso, iterum propositis recensitis Dubiis ab Eminentissimo, et Reverendissimo D. Cardinale Carolo Acton Relatore in altero Ordinario Sacrorum Rituum Conventu ad Quirinales Aedes subscripta die coadunato, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, omnibus accurate libratīs, riteque consideratis, rescribendum censuere: «Dilata et ad Mentem. *Mens est* ut Eminentissimus Cardinalis Praefectus cum Sanctissimo agat de neces-

sitate supplendi hae in re defectui Caeremonialis.»

Atque ita rescripsit. Die 16. Septembris 1843.

Super omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. Pontifici Maximo per Eminentissimum, et Reverendissimum Dom. Card. Carolum Mariam Pedicini Episcopum Portuensem, Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarium, Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum, fidei relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, et praedicto defectui supplendum esse mandavit iuxta modum a Magistro Caeremoniarum in suo Voto propositum, videlicet: «Vicarius Capitularis procedat ad Ecclesiam Cathedralē veste talari indutus, ubi intra portam recipietur ab universo Capitulo. Quum eo pervenerit, assumet Superpelliceum, vel alia insignia Canonicalia, si sit Canonieus, eidemque Biretum presbyterale manu tenenti dignior ex Capitulo stans aspersionem per contactum exhibebit. Praecedente Cruce Capitulari, caeterisque de Clero recta statim inter duos Digniores ex Capitulo perget ad Sacellum ubi Sanctissimum Sacramentum asservatur, atque paratis super genuflexorio pulvinaribus una cum praedictis Dignioribus in genua provolutus orabit. Assurgens inde principem petit Aram, et brevi oratione super infimo gradu peracta, sedebit in camerali sede ante latus Epistolae super Altaris suppedaneum praeparata, caeterisque in propriis subselliis considentibus, et caput bireto cooperiens, tradet, si moris est, Cancellario Visitationis Edictum legendum, et deinde proponet causas adventus sui, ut habetur in Pontificali Romano (*Ordo ad visitandas Parochias*). His absolutis ab Altare descendet, et in plano extra latus Epistolae stans, supra Superpelliceum, vel Rochetum, si eo utatur, Amictum, Stolum et Pluviale nigrum induat, eique duo Sacerdotes assistent. Interim sedes ab Altare amovebitur, cuius frons pallio itidem nigro obtegetur. Visitor autem adhuc stans iuxta Altare in cornu Epistolae versus ad Populum incipit Antiphonam. *Si iniquitates.* Caetera peragantur ut in Pontificali Romano loco citato.»

Quam methodum Sanctitas Sua firmitate sua communivit. Die 8. Mense Novembri eodem Anno 1843.

4974. ORDINIS MINORUM SANCTI FRANCISCI REFORMATO- RUM.

Octavo Idus Septembris anno 1785. Litteris Apostolicis in forma Brevis expeditis sa: me: Pius Papa VI. peculiare Breviarium Romano Sacerdotum Trium Ordinum Sancti Francisci Rubricas

adprobavit, quae hactenus eorundem Alumnis normam praescripserunt Divini Officii recitandi, Sacrique peragendi. Sed quum progressu temporis ab Sacra Rituum Congregatione nonnulla prodierint Decreta, quae aliquibus ex praefatis peculiaribus Rubricis adversantur, quaestio propterea exorta est, utrum obtemperandum sit hisce novissimis Decretis. Hac super re R. P. Fr. Ioseph. a Carpasio Ordinis Minorum Reformatorem Sacerdos Professus duplicis Dubii solutionem expostulavit, ut tali modo controversiis finis imponatur, et animi anxietates tollantur. Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanas Aedes die 17. mense Iunio anno vertente coadunata, audita relatione a me subscripto Secretario facta, rescribendum censuit. « Ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum. » Attamen iuxta morem, et consuetudinem exquisita prius fuit sententia, et Informatio R. P. Procuratoris Generalis Ordinis, qui Oratoris morem gerens, preces etiam per se commendavit, ut exaudirentur. Rebus propterea omnibus rite dispositis, praeloque cuso Voto Magistri Caeremoniarum scriptis pandito, in sequentibus Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes coactis Eminentissimus, et Reverendissimus D. Cardinalis Vincentius Macchi Episcopus Praenestinus, et Relator, sequentia Dubia Oratoris nomine enodanda proposuit, nimirum :

1. An apud Fratres Minores, et Personas utentes Breviario Romano-Seraphico trium Ordinum Sancti Francisci, Festum Dedicationis Ecclesiae praelationem adhuc habeat super Sanctorum Festa aequalis ritus in concursu, et in occurso iuxta Rubricas peculiare eiusdem Breviarii ?

2. An in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum reponi queat apud eosdem Fratres Minores translatum duplex : vel adhuc servari debeant ab ipsis Rubricae peculiare, a quibus id expresso prohibetur ?

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, Dubiis ipsis attente consideratis, riteque libratis, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, videlicet ad Mentem. *Mens est*: Supplicandum esse Sanctissimo pro reformandis hac in parte Rubricis Breviarii Romano-Seraphici trium Ordinum iuxta posteriora Sacra Congregationis Decreta. »

Ad 2. « Ut ad proximum. »

Atque ita rescripserunt. Die 16. Sept. 1843.

Super quibus omnibus facta postmodum ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Carolo Maria Pedicini Episcopo Portuen. Sanctae

Rufinae, et Centumcellarum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellario, eidemque Sacrae Congregationi Praefecto, Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. fidei relatione: « Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis confirmavit, dispensando quatenus opus sit hac in parte dispositionis peculiaris Rubricae super expositis Dubiis, obtemperandum esse mandavit a Fratribus trium Ordinum Sancti Francisci novissimis huius Sacrae Congregationis Decretis. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 30. Octobris 1832.

4975. MASSILIEN.

Resolutionis Dubiorum super usu novarum Candelarum ex *Stearina* confectarum. Instantibus nonnullis Episcopis, permultisque Cereorum Fabricatoribus, cum Revmo Episcopo Massilien., ac referente Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Cosimo de Corsi Ponente, rescriptum fuit. « Consulantur Rubricae. »

Die 16. Septembris 1843.

4976. OPPIDEN.

Quum Reverendissimus Oppiden. Episcopus praenoscit ob gravem suam aetatem non sine considerabili valetudinis dispendio perficere haud posse iuxta formam in Pontificali praescriptam imminentem Consecrationem novae suae Cathedralis Ecclesiae, ac proinde Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XVI. Pontificem Maximum enixe rogarit Indultum hanc ipsam sacram Caeremoniam exequendi duobus consecutivis diebus; Sanctitas Sua, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, de speciali gratia ita annuit benigne ut uno eodemque die peracta omnino consecratione Ecclesiae, et Altaris maioris ab ipso Episcopo, poterit per alium Sacerdotem Missa celebrari, qua finita Episcopus solemniter Populum benedicet, Indulgentiam publicabit, et diem anniversariam ad recolendam consecrationem assignabit. Alia vere die quaecumque consecrari poterunt caetera Altaria, strictim servatis omnibus a Pontificali Romano praescriptis. Contrariis quibuscumque disponentibus minime obstantibus.

Die 24. Maii 1844.

4977. ALBINGANEN.

Revme Domine uti Frater.

Supplex Libellus Fratrum Vassallo Oppidi cui nomen vulgo Centolupo istius Dioecesis Albinganen. quo postulabant ut a suspensione redderetur immune Altare Sanctae Catharinae eorum Familiae iurispatronatus ex eo quod prope illud, et praecise ad distantiam duorum cubitorum tumulatum fuerit Cadaver Ioseph Patruum ipsorum, a Sacra Con-

gregatione Episcoporum et Regularium sub die 27. Iunii anno vertente ad hanc Sacram Rituum Congregationem fuit transmissus, ut super re quid de iure esset decerneretur. Sed quum nihil novi hoc in negotio statui necesse sit, preces propterea in Audientia huius diei ab R. P. D. Secretario subscripto relatae sunt Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo, Sanctitas Sua, omnibus attente consideratis, mandavit rescribi Amplitudini Tuae, et committi ut dummodo constet praefata in Tumulatione bona fide tali modo peracta, servatas fuisse dispositiones Sacrorum Canonum in Cap. *Percipiendum* 13. *quaest.* 2., nec non Constitutionem Sancti Pii Papae V. in Bullario Novo: *Quinam in ordine* §. 6. et obtineatur finis per easdem leges intentus, ut scilicet Cadaveri Altare non immineat, et aliqua distantia inter illud ipsumque Cadaver intercedat, pro tuo arbitrio, et prudentia, si ita in Domino expedire iudicaveris, declarare valeas Altare praedictum suspensioni non subiacere, etsi ornatum Sepulchri ipsius propius ad suppedaneum Altaris extendatur. Haec Sacratissimi Principis mandata dum exequor, voluntatemque designo, diuturnam Amplitudini Tuae exopto felicitatem.

Romae 9. Septembris 1844.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Albinganensi.

LUCAN.

4978.

Cappellani Beneficiati Collegiatae Ecclesiae Sancti Michaelis in Foro Civitatis Lucanae alte animo defixum habentes Apostoli monitum, ut nimirum omnia honeste, et secundum ordinem fiant in omnibus, praecipue vero quoad ea, quae Sacras Caeremonias respiciunt, per supplicem Libellum Sacram Congregationem legitimis cognoscendis Ritibus praepositam humillime rogarunt, ut per suum oraculum sequentia Dubia solvere dignaretur, nimirum:

1. An Celebrans diebus Dominicis Chorum aditurus ad aspergendum Clerum Aqua lustrali, accedere debeat per latus Epistolae, atque circum perficiens post aspersionem redire debeat ad Altare per latus Evangelii, seu potius ire ac redire debeat per latus Evangelii?

2. An canente Missam Canonico, seu alia Cleri Dignitate praeter Diaconum, et Subdiaconum, locum habeat tertius Assistens Pluviali indutus?

3. An Magister Caeremoniarum Reverendissimi Domini Canonici Decani, eidem ad Ecclesiam Collegiatam Sancti Michaelis in Foro, in qua ipsa est prima Dignitas, Canonice sequentibus accedenti pro re divina peragenda in Pontificalibus, seu pro assistentia Missae, ac Vesperis solemnibus, teneatur

Aspersorium in pilam Aquae benedictae immergere, exhibere Canonico digniori eiusdem Collegiatae, ab eoque illud, exacta per Canonicum Decanum aspersione, recipere, seu potius haec praestare teneatur Magister Caeremoniarum Collegiatae?

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Gabrielis Ferretti Ponentis, exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, praeloque cuso, omnibus attente consideratis, matureque libratis, rescribendum censuere: « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum: » nimirum:

Ad 1. « Affirmative ad primam partem; negative ad secundam. »

Ad 2. « Negative, et dentur Decreta praesertim in Cortonensi diei 10. Septembris 1081. »

Ad 3. « Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. »

Atque ita rescripserunt, servarique mandarunt. Die 7. Decembris 1844.

4979. CENOMANEN.

Summo studio et cura quum invigilet Reverendissimus Cenomanen. Episcopus, ut in omnibus quae sacras Functiones respiciunt, praesertim vero solemnem Ecclesiarum Dedicacionem, seu consecrationem, Romani Pontificalis dispositiones sub omni respectu impleantur, propterea exorto quodam Dubio circa genuinum sensum horum Pontificalis verborum: « Celebrandaeque sunt Vigiliae ante Reliquias ipsas, et canendi Nocturni, et matutinae Laudes in honorem Sanctorum; » dum nonnulli protulerunt sententiam in hisce Vigiliis recitandum esse Officium de ipsa Dedicacione, licet Altaris solummodo peragenda sit consecratio, et incipiendum a primis Vesperis etiam in satisfactionem oneris Divini Officii, nonnulli e contra alterum defendunt consonum verbis Pontificalis, in Vigiliis scilicet Nocturni canendi in honorem Sanctorum per Psalmos et Officium de Communi, quin tamen hi Nocturni onus Divini Officii currentis excludant; Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit pro illius solutione. Et Emi ac Rmi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, ad relationem Emi et Rmi Dom. Cardinalis Ioannis Serafini Ponentis, exquisito prius voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, praeloque cuso, omnibus attente consideratis, riteque libratis, rescribendum censuere: « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum: Iuxta alias decreta praesertim in Mechlinien. diei 19. Iulii 1780., et in

Gratianopolitan. diei 23. Maii 1835. Vigiliis faciendas iuxta Pontificale; Officium vero Dedicacionis Ecclesiae non Altaris solum inchoandum esse peracta consecratione ab Hora minori Tertia.

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt. Die 7. Decembris 1844.

4980. ALBEN.

Quum pleraque extent Decreta Sacrorum Rituum Congregationis, quibus per modum generalis regulae edicitur, ut Sacerdotes, qui celebrant in aliena Ecclesia, quoad sacrorum Indumentorum colorem conformare se debeant Ecclesiae ipsi, in qua Sacrum peragunt, Reverendissimus Alben. Episcopus pro ea, qua praestat pietate, ac in Sacris Ritibus servandis sedulitate Sacram ipsam Congregationem humillimis datis precibus rogavit, ut declarare dignaretur, num ipse, qui ad Pastorale munus explendum, interdum adigitur privatim celebrare in aliqua Ecclesia tum propriae tum alienae Dioecesis, teneatur se conformare memoratis Decretis, vel potius, attenta Episcopali dignitate, sequi debeat colorem in suo Dioecetano Calendario praescriptum? Em̄i ac Rm̄i Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, audita relatione a me subscripto Secretario facta, reque mature examinata, respondendum censuerunt: « Serventur Decreta. » Die 7. Decembris 1844.

4981. ALBANEN.

Quum in Solemni Supplicatione in honorem Sancti Pancratii Martyris Patroni praecipui Civitatis Albanen. vertente Anno ibi instituta, contra invectam consuetudinem, et Decreta Sacrorum huius Rituum Congregationis concentus musicus, vulgo *la Banda*, locum sumpserit Clerum Regularem inter et Saecularem, Religiosorum Ordinum Conventualium, Carmelitarum, et Capuccinorum ibi degentium Superiores, ne scandala in Populo orirentur, cum suis Alumnis eidem Supplicationi interfuerunt, sed interim Sacram ipsam Rituum Congregationem rogarunt, ut declarare dignaretur, quid aliis in circumstantiis similibus sit exequendum, ne vel in minimo laedantur Ecclesiasticae sanctiones. Et Em̄i ac Rm̄i Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, memores nono Kalendas Octobris de anno 1837. in una Brundusina sancitum fuisse, ut huic Concentui ab Episcopo assignaretur locus in Processionibus, verum ante utrumque Clerum, referente me subscripto Secretario, rescribendum censuerunt: « Detur Decretum in Brundusina die 23. Septembris 1837. »

Atque ita rescripserunt, ac in similibus servandum omnino mandarunt. Die 7. Decemb. 1844.

4982. CALLIEN.

Precibus Kalendaristae Dioecesis Callien. exquirentibus num in nonnullis peculiaribus Officiis praeter Lectiones, et Orationes, legi etiam debeant quae propria adprobata sunt pro aliis Dioecesibus, quamvis extensionis Indultum id non exprimat, rescriptum fuit: « Negative in omnibus, sed iuxta Indultum. » Die 7. Decembris 1844.

4983. CONSTANTIEN.

Quum Reverendissimus Constantien. Episcopus comperiat sibi commissos Christifideles non paucos abscedere ab Ecclesia expleta Missa Pontificali, etiam in duabus Solemnitatibus, quibus Episcopus ipse nomine Romani Pontificis Populo benedicere debet cum Plenaria omnium peccatorum Indulgentia, ac proinde a Sac. Rit. Congregat. humillime expetierit, ut in hac ipsa Benedictione dispenseetur ab onere legendi duplici vice Breve delegationis Apostolicae, ac simpliciter annunciare Plenariam Indulgentiam, ne populus abscedat, Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subscripta die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, rescribendum censuit: « Iuxta Pontificale Romanum. » Die 7. Decembris 1844.

4984. IANUEN.

Em̄e, et Revm̄e Domine Observandissime.

Quum nomine Sacerdotum istius Ianuen. Civitatis, qui Sacrum peragunt in Ecclesia Sancti Octaviani Sac. huic Rituum Congregationi humillimae datae sint preces, quibus exponitur a memoratae Ecclesiae Parocho contra invectam ubique locorum consuetudinem prohiberi Sacrae Communionis, expleto Sacrosancto Missae Sacrificio, Fidelibus distributionem, ob irreverentiam, quae, ut asserit, Sanctissimo Sacramento irrogatur a ceteris Fidelibus Missa peracta exeuntibus, dum ob hanc novitatem Presbyteri clamant, et ob incommodum Populus obloquitur. Quae singula sedulo perpendentes Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, quin aliquid directe supplicis Libello responderent in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis satius sumpserunt consilium de expositis Eminentiam Vestram certiolem reddere, ut veris existentibus narratis dignetur providere, ac singula componere iuxta communem et universalem praxim, ne dissensiones ulterius progrediantur. Hanc Sacrae Congregationis mentem dum Eminentiae Vestrae communico, manus humillime deosculor.

Romae 7. Decembris 1844.

Em̄o, et Revm̄o Domino
Cardinali Archiep. Ianuensi.

4985. MECHLINIEN.

Redactor Kalendarii Liturgici Archidioecesis Mechlinien. de consensu, et adprobatione illius Reverendissimi Vicarii Generalis cupiditate flagrans rectae, et uniformis dispositionis Divini Officii, ac celebrationis Missarum in praefata Archidioecesi, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit.

Dubium I. Quum iuxta Rubricas generales Brevariarii Titul. VII. de Octavis, Officium faciendum sit de Patrono, vel Titulari Ecclesiae, et quum varia dentur Decreta Sacrorum Rituum Congregationis quoad personas, a quibus illud Officium est recitandum, hinc diversa est praxis inter Sacerdotes Archidioecesis Mechliniensis.

Quaeritur ergo 1. An Sacerdotes saeculares, qui censentur alicui Ecclesiae adscripti, quia Missas ibidem celebrant, Confessiones excipiunt, aut aliud quodcumque sacrum Ministerium exercent, possint Officium recitare de Patrono, vel Titulari eiusdem Ecclesiae (qui non est Patronus Civitatis, vel Loci), ut habeatur uniformitas inter Sacerdotes illos, et Pastorem ac Vicepastores Ecclesiae, qui celebrant Festum Titularis eiusdem ritus duplicis primae Classis cum Octava, etiamsi nulla adsit obligatio ad Chorum?

Quaeritur 2. An illi Sacerdotes si possint recitare praedictum Officium, ad illud etiam teneantur, sicut non satisfaciant obligationi, suae sequendo Directorium Dioecesis?

Quaeritur 3. An iidem Sacerdotes recitare etiam possint, et debeant alia Officia propriae Ecclesiae, cui adscripti sint v. g. de Reliquia insigni alicuius Sancti, si vel ex speciali Indulto Apostolico, vel ex legitima consuetudine recitari ibidem soleant a Pastore, et Vicepastoribus?

Dubium II. Iuxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 12. Novembris 1831. celebrari non debet ritu duplicis primae Classis cum *Credo*, et Octava Festum Titularis Capellarum publicarum, quae existunt in Hospitalibus, Domibusque Regularium. Verum existunt in Dioecesi Mechliniensi plura huiusmodi Oratoria benedicta, quandoque etiam consecrata, quibus unus saltem Sacerdos, tamquam Director, seu Pastor adscriptus est, qui ex speciali commissione Ordinarii non tantum ibidem celebrat, sed et munia quaedam Pastoralia exercet v. g. instruendo Populum, aliqua Sacramenta administrando etc. Quaeritur ergo an sub Decreto supracitato comprehendantur etiam praedicta Oratoria.

1. Si sint publica.

2. Si non sint publica, sed tantum inserviant

determinatis personis, ex. gr. infirmis in Nosocomio, vel Monialibus, aut aliis in Monasterio, sive Conventu commorantibus?

Dubium III. Quum iuxta Indultum de reductione Festorum datum Parisiis die 9. Apr. 1802. et posteriora quaedam Decreta, Solemnitas Patroni cuiuslibet Paroeciae sit transferenda in Dominicam subsequentem, in qua canitur una Missa sollemnis de Festo illo, seu solemnitate more votivo cum unica Oratione, et quum plurima Dubia circa hanc sanctionem adhuc subsistant, non obstantibus Responsis a Sacra Rituum Congregatione iam datis, hinc quaeritur:

1. An haec Missa sollemnis de Patrono cantari etiam possit quando in illa Dominica fit Officium de Festo duplici primae Classis occurrente; dummodo illud Festum occurrens non comprehendatur sub Dominicis et Festis, quae excipiuntur in Rubricis generalibus Missalis Titulo VI. de Translatione Festorum; et dummodo non sit maioris dignitatis quam ipse Patronus?

2. Si non licet cantare Missam votivam sollemnem de Patrono, quaeritur an eius commemoratio uniri possit Orationi Festi occurrentis sub unica conclusione, vel an potius Solemnitas Patroni sit ulterius transferenda in Dominicam subsequentem iuxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis in Mechlinien. die 12. Sept. 1840. ad IV.?

3. Quaeritur, quanam Missa cantari debeat in Ecclesiis, quarum Titulus est Visitatio Beatae Mariae Virginis, si Solemnitas Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli occurrat in ipso Festo Visitationis, quod sub ratione Tituli habet ritum duplicis primae Classis: an de Festo Deiparae, tamquam de digniori, addita commemoratione Sanctorum Apostolorum; an e contra de Sanctis Apostolis, quorum Solemnitas ea die celebratur in populo per totum Belgium, et omissa commemoratione Festi Visitationis, quod non habet sollemnitatem in populo, siquidem alius datur Patronus loci?

4. In locis, ubi Patronus principalis est Sanctus Ioannes Baptista, Solemnitas eius interdum coincidit cum Solemnitate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. Quaeritur an ibidem istae duae Solemnitates celebrari possint per modum unius eadem die, Missam scilicet cantando de Sancto Ioanne Baptista cum commemoratione Sanctorum Apostolorum iuxta responsum datum a Sacra Rituum Congregatione die 1. Septembris 1838. pro Solemnitate Sanctorum Apostolorum, et Sancti Rumoldi in Civitate Mechliniensi; vel an alterutra Solemnitas ulterius sit transferenda?

Dubium IV. Si novum aliquod Officium a Sancta Sede recitandum praescribatur, aut permittatur die aliqua determinata, etsi dies illa sit perpetuo impedita in aliqua Dioecesi, vel Ecclesia propter aliquod Festum translatum, cui dies illa assignata ibidem fuit tamquam dies, seu sedes propria, utrumque autem Officium, tam novum scilicet, quam translatum, sit Officium Ecclesiae universalis.

Quaeritur 1. Utrum hoc novum Officium sit recitandum ipsa die ei a Sancta Sede assignata, altero Officio ulterius translato in illa Dioecesi, vel Ecclesia, iuxta responsum Sacrorum Rituum Congregationis in Mechlinien. ad Dubia I. et II.? Et quatenus affirmative?

Quaeritur 2. An idem sit servandum sive novum illud Officium sit duplicis, aut altioris ritus, sive semiduplicis tantum, quum quodlibet Festum novem Lectionum sive duplex sive semiduplex sit dies impedita pro Officio translato?

Dubium V. Vi Indulti pro reductione Festorum diei 9. Aprilis 1802. Anniversarium dedicationis omnium Ecclesiarum celebratur in Belgio in Dominica, quae Octavam Festivitatis omnium Sanctorum proxime sequitur, et quidem ritu duplicis primae Classis cum Octava iuxta Rubricas.

Quaeritur quomodo ordinari debeant Vesperae quando Festum Patroni principalis Ecclesiae, vel Loci ex: gr: Sancti Martini Episcopi occurrit pridie, vel postridie Anniversarii praedicti; an scilicet integrae persolvendae sint de Festo Dedicationis cum sola commemoratione Patroni, vel an sint dimidiandae iuxta Decreta Sacrorum Rituum Congregationis 13. Martii 1804. et 20. Septembris 1806.?

Dubium VI. Iuxta opinionem quorundam Rubricistarum loco horum verborum Missalis - *Pro Christianissimo Imperatore Nostro* - dici debet - *Pro Romano Imperio* - si Imperium sit vacans.

Quaeritur an hodieum ita fieri oporteat tam Feria VI. in Parasceve, quam Sabbato Sancto, vel an monitio, et Oratio pro Christianissimo Imperatore, et verba, quae ipsum concernunt circa finem benedictionis Cerei, sint penitus omittenda, prout in plurimis Ecclesiis a multis annis fieri consuevit?

Dubium VII. Quando ad Matutinum duobus asteriscis est divisum Responsorium, ex: gr: post VIII. Lectionem, quando fit de Dominica per Annum, item in Festo Epiphaniae Domini, et in Festo Conceptionis Beatae Mariae Virginis prima repetitio debet fieri a primo asterisco usque ad versum, non vero usque ad secundum asteriscum tantum: secunda vero repetitio, quae fit post *ψ. Gloria Patri*, non comprehendit nisi verba, quae habentur post secundum asteriscum, ut dicitur in

Commentariis Merati, et in aliis Tractatibus liturgicis. Quaeritur, an hoc quoque observandum sit quando in eodem Responsorio plures habentur Versus, ut in primo Responsorio Dominicae primae Adventus, et in ultimo Responsorio Officii Defunctorum, quando dicuntur novem Lectiones, ita ut in primo casu, post Versum *Quique terrigenae*, dici debeat *Ite obviam ei, et dicite: Nuntia nobis, si tu es ipse: Qui regnaturus es in populo Israel.* Et post Versum *Qui regis Israel*, prima parte repetitionis omissa, dicatur: *Nuntia nobis si tu es ipse, Qui regnaturus es in populo Israel:* in secundo autem casu post Versum: *Tremens factus sum ego etc.*, ponatur: *Quando coeli movendi sunt, et terra: Dum veneris iudicare saeculum per ignem:* sic ut non sufficiat repetitionem Responsorii facere usque ad secundum, vel tertium asteriscum tantum omittendo verba sequentia usque ad Versum?

Dubium VIII. Ex responso Sacrorum Rituum Congregationis in Mechlinien. die 22. Maii 1841. constat servandam esse peculiarem Rubricam Breviarii quoad secundas Vesperas in Festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quando sequenti die fit Officium de Sancto Paulo in Ecclesia propria, etiamsi Festum Conversionis die 25. Ianuarii ibidem colatur sub ratione Tituli, ritu duplicis primae Classis cum Octava. Quum autem, seu Decreto citato, qualis ritus competat Commemorationi Sancti Pauli die 30. Iunii: et quum hoc pariat difficultatem in Dioecesi Mechliniensi, praesertim pro secundis Vesperis propter sequens Festum Sancti Rumoldi Dioecesis Patroni; hinc quaeritur an in illis Ecclesiis, ubi Conversio Sancti Pauli colitur tamquam Titulus ritu duplicis primae Classis cum Octava, alterum Festum eiusdem Sancti Apostoli, scilicet Commemoratio eius die 30. Iunii habeat ritum duplicis primae Classis, vel an duplicis maioris tantum tamquam Festum secundarium Patroni?

Dubium IX. Iuxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis die 23. Iunii 1736. expungi debent in Orationibus cognomina, et patriae Sanctorum: idcirco in aliquibus editionibus Breviarii Romani in Oratione Sancti Petri Coelestini die 19. Maii ponitur tantum: *Deus, qui beatum Petrum*, in aliis vero tam antiquis, quam novis additur: *Coelestinum*, quia iuxta Responsum Romanum die 6. Maii 1747. (quod creditur authenticum) excipiuntur a Decreto citato nomina Sanctorum characteristicae, quae exceptio firmatur per Decretum Generale diei 8. Maii 1825. Idem est de Oratione Sancti Ioannis Gualberti die 12. Iulii, in qua

additur *Gualberti* in aliquibus Breviariis, in aliis vero omittitur. Queritur ergo:

1. An in Oratione Sancti Petri Coelestini solummodo dici debeat Beatum Petrum, non addendo Coelestinum; et an in Oratione Sancti Ioannis Gualberti omitti debeat Gualberti, vel addi?

2. Iuxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 12. Nov. 1837. ad Dubium XLIX. Oratio Sancti Bernardini Senensis die 20. Maii modo solito est concludenda, quia nomen Spiritus quod in ea legitur, non indicat Spiritum Sanctum. Quum autem eadem verba - *Spiritum tuae dilectionis* - habeantur in Oratione Sancti Camilli de Lellis die 18. Iulii, queritur an in conclusione etiam omitti debeat vox *eiusdem*?

Dubium X. Datur Decretum Sacrorum Rituum Congregationis in Einseldensi diei 5. Maii 1736. iuxta quod Festa a die obitus translata, quae sortita sunt aliam diem fixam, annuntianda sint in iisdem diebus, et verbis in Martyrologio Romano descriptis. Quod si eorum transferantur Officia, pridie quam celebrentur, potest nuntiari Festum illius Sancti, de quo sollemnis memoria agitur sequenti die. Queritur quomodo legi possit Martyrologium si huiusmodi Festa translata a die obitus celebranda sint perpetuo in aliqua Dioecesi vel Ecclesia non illa die, qua celebrantur in Ecclesia universali, et annuntiantur in Martyrologio, sed alia die? Hoc locum habet v. g. in Festo Sancti Thomae a Villanova, cuius Elogium occurrit in Martyrologio sexto Idus Septembris, additis his verbis - cuius Festum decimo Kalendas Octobris celebratur; - dein decimo Kalendas Octobris rursum fit mentio eiusdem Festi, tamquam a die natali translata. Porro in Dioecesi Mechliniensi Festum Sancti Thomae a Villanova perpetuo est translatum ad diem 25. Sept. quae est prima dies non impedita: an iam illud Festum annunciari debeat decimo Kalendas Octobris, ut in Martyrologio, vel an omissa eius mentione illa die, annuntiari debeat septimo Kalendas Octobris, quae est dies fixa pro eius celebratione?

2. Sanctus Petrus Damianus migravit ad Christum octavo Kalendas Martii, ut legitur in eius Officio Lectione VI.: quum autem ea die fiat Officium de Cathedra Sancti Petri Antiochiae, Festum Sancti Petri Damiani celebratur die sequenti, sive septimo Kalendas Martii ex Decreto Urbis et Orbis diei 1. Octobris 1828. Queritur igitur qua die eius Elogium inseri debeat Martyrologio an 22. vel 23. Februarii, vel an bis de Sancto Petro Damiani facienda sit mentio?

Dubium XI. Legitur in Missa Festi Assum-

ptionis Beatae Mariae Virginis, «Optimam partem elegit sibi Maria, quae non auferetur ab ea in aeternum.» Queritur an haec verba intelligantur de Beatissima Virgine, an de Maria, de qua in Evangelio huius diei, et consequenter an caput sit inclinandum ad prolationem Nominis Mariae, nec ne?

Dubium XII. Quum Nativitas Sancti Ioannis Baptistae, et in Belgio Festum Sancti Iosephi, qua Patroni Patriae, olim fuerint Festa in Populo; queritur an sublata iam obligatione abstinendi ab operibus servilibus, et audiendi Sacrum, licitum sit in praedictis Festis cantare Missam de *Requie*, praesente corpore 1. Si celebrentur haec Festa solemniter? 2. Si non solemniter?

2. An idem liceat in Festo Patroni minus principalis alicuius loci, si ex privilegio, vel ex consuetudine celebretur ritu duplicis primae Classis, etiam in Anniversario Dicationis omnium Ecclesiarum Dominica prima post Octavam omnium Sanctorum, quum sit Festum duplex primae Classis etiam si cum minori solemnitate celebrari soleat, quam quaedam aliae Festivitates?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes hac die Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab me subscripto Secretario facta, omnibus attente consideratis, riteque libratiss, respondendum censuit.

Ad Dubii I. quaestionem 1. «Iuxta alias decreta, negative; non enim censi, sed revera esse debent adscripti stricto servitio Ecclesiae uti Parochus, et Vice-Parochus.»

Quaest. 2. et 3. «Iam provisum in praecedenti.»

Ad Dubii II. quaest. 1. et 2. «Negative iuxta Decretum diei 12. Novembris 1831.»

Ad Dubii III. quaest. 1. et 2. «Iuxta Decretum in Mechlinien. 12. Septembris 1840. ad Dubium IV.»

Quaest. 3. «Ut ad proximum, et transferatur Missa Visitationis Beatae Mariae Virginis.»

Quaest. 4. «Pariter ut ad proximum, et transferatur Missa Sanctorum Apostolorum in casu.»

Ad Dubii IV. quaest. 1. «In paritate ritus noviter concessum Officium ulterius transferatur iuxta Rubricas.»

Quaest. 2. «Assignandum Officium potioris ritus, et inferioris ritus ulterius transferendum iuxta Rubricas.»

Ad Dubium V. «Integras esse persolvendas de Dicatione iuxta alias Decreta.»

Ad Dubium VI. «Esse penitus omittenda.»

Ad Dubium VII. «Prima vice integrum legendum Responsorium post Versum usque ad secundum asteriscum: Post *Gloria Patri* a secundo

asterisco ad finem, iuxta alias decreta, et ut notatur in Breviario.»

Ad Dubium VIII. « Nisi constet de speciali Indulto quoad ritus elevationem, ritu tantum duplicis maioris gaudet.»

Ad Dubium IX. quaest. 1. « Posse addi *Coelestinum*, debere omitti *Gualberti*, quum non sit nomen.»

Quaest. 2. « Omittendam esse iuxta citatum Decretum.»

Ad Dubii X. quaest. 1. « Martyrologium legendum esse uti iacet: pridie autem, uti ex consuetudine aliarum Ecclesiarum, annunciari potest *Festum Sancti Thomae etc. de quo agitur etc.*»

Quaest. 2. « Quum primo inserendum sit hoc Elogium ponendum esse die 23. Februarii.»

Ad Dubium XI. « Inclinationem capitis non esse faciendam.»

Ad Dubii XII. quaest. 1. et 2. « Iuxta qualitatem ritus servetur Rubrica.»

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

4986. NARNIEN.

Sacerdos Ioannes Giubilei Canonicus Cathedralis Ecclesiae Narniensis, cupiens ut in Ecclesiasticis Functionibus omnia recte peragantur, ac nonnulli abusus, si qui irreperint, de medio tollantur, Sac. Rit. Congr. humillime supplicavit pro solutione sequentium Dubiorum, nimirum:

1. Utrum apponi valeat Sigillum in Ostiolo ubi Feria V. in Coena Domini reconditur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum?

2. Utrum, ut communiter appellatur, nominandum sit Sepulchrum?

3. Utrum nec ne recondito hoc modo Sanctissimo Sacramento, cantari possit: *Sepulto Domino etc.*?

4. Cuinam tradenda sit Clavis Ostioli supra dicti?

5. Utrum Lumen Christi, expleta Sabbati Sancti functione, removendum sit ab Ecclesia?

6. Utrum nec ne servandae sint antiquae consuetudines cuiusque Ecclesiae quando hae non sint Rubricae contrariae?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus attente consideratis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative.»

Ad 2. « Iuxta consuetudinem.»

Ad 3. « Negative.»

Ad 4. « Iuxta alias decreta Canonico, vel Sacerdoti in crastinum celebraturo.»

Ad 5. « Affirmative.»

Ad 6. « Explicet quae sint consuetudines, et recurrat in casibus particularibus.»

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

4987. NULLIUS MONTIS CASINI.

Quum Reverendissimus P. Abbas Ordinarius Nullius Montis Casini Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarit, ut declarare dignaretur, num Regulares acciti ad publicas Supplicationes, et Funera e Coenobiis egredientes, et illuc redeuntes possint sub hastata Cruce incedere? Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re maturo examine perpensa, in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito, referente me Secretario, rescribendum censuerunt: « Non obstant Decreta; dummodo Crux a Religiosis in Funeris pompa non afferatur.»

Die 7. Decembris 1844.

4988. QUEBECEN.

Reverendissimus Quebecensis Archiepiscopus cupiens quam maxime ut in omnibus, quae Sacros Ritus respiciunt recto ordine procedatur, et uniformi, atque ut facilius de medio tollantur quaestiones, quae saepius oriuntur ex varia Rubricarum interpretatione vel Decretorum Sacrae Rituum Congregationis, eidem sequentia Dubia enodanda proposuit.

1. Quum ex Indulto diei 16. Novembris 1834. concessum fuerit Festum Patrocinii Sancti Ioseph celebrandum sub ritu duplicis secundae Classis, utpote primi Canadensis Regionis, et Dioecesis Patroni, quaeritur utrum recitandum sit Symbolum in Missa, quoties ad aliam diem transferre contigerit?

2. Quum saepissime transferenda sint post Pascha, etiam sine obligatione Missam audiendi, Festa Purificationis, et Annunciationis Beatae Mariae Virginis, et Sancti Ioseph primi Regionis Patroni, quaeritur quinam ordo servandus sit in dictis Festis celebrandis? attentis praesertim Decretis diei 20. Iulii 1748. et diei 2. Sept. 1741. vi cuius, atque responsi dati de Anno 1820. R. P. D. Plessis Oratoris Praedecessori, iussum fuerat per publicum Edictum ut Officium Annunciationis celebraretur prima die non impedita post Dominicam in Albis, et Officium Sancti Ioseph prima die sequenti similiter non impedita?

3. Exponit etiam quod quum virtute Rescripti die 11. Decembris 1842. concessa fuerit Archiepiscopo Oratori facultas declarandi privilegiata Altaria Ecclesiarum quamvis tota Mensa consecrata non sit, humillime quaeritur 1. An duo

Altaria possint declarari privilegiata in eadem Ecclesia: 2. Enixeque supplicat, ut privilegium applicandi Indulgentiam sic concessam extendatur ad omnes et singulos Sacerdotes in iisdem Altaribus Sacrum peragentibus quocumque die per Annum, Dominicis tantum, et Festis primae et secundae Classis exceptis, ita tamen ut idem privilegium valeat etiam si Missa Festi occurrentis, et non Missa *de Requie* celebretur.

4. Supplicat declarari an Cappellani Monialium curae praepositi ad Missam pro iisdem Monialibus diebus Dominicis, et festivis de praecepto applicandam teneantur?

5. Item supplicat declarari 1. Utrum Cruces et Imagines pro pio exercitio Viae Crucis benedictae amoveri possint a loco, ubi primum collocatae fuerant pro eorum meliori repositione, vel reparatione, vel pro Ecclesiae, aut Cappellae decoratione, quin cessent Orationes pro iisdem concessae? 2. Utrum si quando eadem Cruces, vel Imagines destructae, vel vitiatae fuerint, aliae substitui possint de concessione Episcopi singillatim benedictae absque concessione Indulgentiarum?

6. Quando Officium novem Lectionum transfertur ultra partem Breviarii, ad quam pertinet, petitur ut licentia detur, si dari possit, faciendum tantum commemorationem huius Officii propter difficultatem duo Volumina portandi, praesertim in Dioecesis Canadae, ubi Sacerdotes aliquando coguntur perlongum iter agere ad Ministerium explendum.

Et Sacra eadem Congr. ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab me subscripto Secretario facta, omnibus attente consideratis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, si vere constat de Patronatu formiter ab hac Sancta Sede confirmato? »

Ad 2. « Iuxta alia Decreta Urbis et Orbis, in casu prius transferendum Officium Annunciationis tamquam in Sede propria ad Feriam secundam post Dominicam in Albis. »

Ad 3. « Recurrat ad Sacram Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 4. « Non teneri, quum non sint Parochi. »

Ad 5. « Ad Sacram Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 6. « Serventur Rubricae. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

4989. REATIN.

Precibus Sacerdotis Sebastiani Ricci Canonici Cathedralis Reatin. Ecclesiae, exquirentis an removere debeat Stemma gentilitium Familiae suae

impressum tam Ostensorio, quam nobilibus aliis Suppellectilibus a se donatis Cathedrali ipsi Ecclesiae, ut expositio Sanctissimi Sacramenti in Cathedrali ipsa solemniori apparatu fiat, quam quidem remotionem indixit Reverendissimus Episcopus? Sacra Rituum Congregatio pro Informatione, et Voto audito eodem Episcopo, omnibus maturo examine perpensis, ad relationem mei subscripti Secretarii, respondendum censuit: « Quum non obstant Decreta, nihil esse innovandum. »

Die 7. Decembris 1844.

4990.

VIVARIEN.

Pastoralem Visitationem Ecclesiarum suae Dioecesis explens Reverendissimus Vivarien. Episcopus, animadvertit non pauca reperiri Altaria portatilia, quorum Sepulchra tractu temporis confracta fuere, ac insimul reperit similia portatilia Altaria in novissimis perturbationibus per simplices Sacerdotes consecrata fuisse, Reliquiis minime appositis. Quis incommodis qua praestat vigilantia ac religione occurrere exoptans, Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus adiens, enixe rogavit, ut sequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum:

1. An memorata Altaria, quorum Sepulchra confracta sunt, debeant denuo consecrari, vel an sufficiat in illis novas Sanctorum Reliquias inducere, Sigilloque muniri?

2. An Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrari queat super Altaribus secundi generis a simplicibus Sacerdotibus consecratis absque appositione Reliquiarum, vel an et ista debeant iterum consecrari Sanctorum Reliquiis appositis?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito, quum a me subscripto Secretario compererit usque ab anno 1837. nono Kalendas Octobris pro Dioecesi Rhedonensi sancitum fuisse ut similia Altaria iterum consecrentur, appositamque Instructionem Rmo Rhedonensi Episcopo transmissam fuisse, propositis Dubiis a Rmo Vivarien. Episcopo rescribendum censuit: « In utroque casu Altaria esse denuo consecranda, ut in Rhedonen. die 28. Septembris 1837. » Die 7. Decembris 1844.

4991.

VENUSIN.

Quum Capitulum Cathedralis Venusinae Ecclesiae Sacrorum Rituum Congregationi sequentia duo Dubia pro opportuna solutione proposuerit, nimirum:

1. An in Choro, et Processionibus, quae capitulariter aguntur, possit is, cui ob Magisterium, et Lauream, aut Licentiam in Disciplinis Theologicis, vel Sacris Canonibus obtentam, facultas

conceditur deferendi Biretum cum quatuor apicibus, eodem Bireto uti?

2. An iste, contradicente Capitulo, punctationi distributionum obnoxius evadat, etiam si quadragiuta ab hinc annis iam defunctus alius Sacerdos in eadem Ecclesia usus fuerit tali facultate, et nemo contradixerit?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me subscripto Secretario, propositis Dubiis occurrens rescribendam censuit: « Negative in omnibus, nimirum nec uti posse in Ecclesiasticis Functionibus tali Bireto, nec amittere distributiones, siquidem Biretum non est Chorale indumentum. » Die 7. Decembris 1844.

4992. VENETIARUM.

Quum Sacerdos Angelus Marianus Cisco Civitatis Venetiarum proprii Parochi Ecclesiae Sanctorum Gervasii, et Protasii Martyrum votis obsequens detineretur in explendo variationes in Calendario Venetiarum pro Clero memoratae Parochialis servitio addicto, duplicem difficultatem reperiit, quae ambo sequentibus Dubiis pro opportuna solutione Sacrorum Rituum Congregationi ab ipso propositis locum dedere, nimirum:

1. An occurrente Officio Sancti Vitalis Martyris quarto Kalendas Maii, quod a memoratae Ecclesiae Clero ex Apostolico Indulto recitatur ritu duplicis secundae Classis cum Octava Dominica tertia post Pascha, cui assignatum est Officium Patrocinii S. Ioseph Beatae Virginis Mariae Sponsi, eadem Dominica fieri debeat de Sancto Vitale, vel potius de Patrocinio Sancti Ioseph, translato iuxta Rubricas Officio Sancti Vitalis?

2. An Officium quodecumque cum Octava incidens in Dominica, quoties in die propria praeditur ab alio Festo maioris ritus, vel dignitatis, neque reponi possit intra Octavam, recitari valeat in die octava, scilicet in Dominica immediate sequenti?

Et Sacra eadem Congregatio subsignata die in Ordinario Coetu ad Vaticanum coadunata, referente me Secretario, re maturo examine pensata, rescribendam censuit.

Ad 1. « Faciendum esse de Festo primario, seu de Sancto Vitale. »

Ad 2. « Affirmative. »

Die 7. Decembris 1844.

4993. URBEVETAN.

Urbevetae Ecclesiae ut primum renunciatus fuit Episcopus R. P. D. Ioseph Maria Archiepiscopus Vespignani, Pastoralis sui muneris partes suscipiens illud animadvertit conveniens minus,

immo universali praxi, et Rubricarum sanctioni contrarium, quod in Ecclesiis, ubi Fons Baptismalis reperitur ipsius Fontis benedictio semel tantum per Annum, Sabbato nimirum ante Resurrectionem Domini peragebatur, quin eadem benedictio iteretur Sabbato etiam ante Pentecosten. Immemorabili huic in sua Dioecesi consuetudini quum suffragare comperit Synodales Leges, quin pro suo arbitrio quidquam in re decerneret memoratus Praesul, Sacrorum Rituum Congregationem humillimis datis precibus adivit, eique rem ipsam exponens enixe rogavit ut declarare dignaretur, num immemorabili huic consuetudini standum sit? Eminentissimi vero ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, audita relatione a me subscripto Secretario facta, attentis Rubricarum sanctionibus, ac aliis Decretis, praesertim in Lucana die 12. Aprilis 1775., in quo dilucide edicitur, Parochos Fontem Baptismalem Sabbatis diebus Paschatis, et Pentecostes benedicere debere, respondendum censuerunt: « Consuetudinem velut abusum, et Rubricis contrariam esse eliminandam. »

Atque ita exequendum mandarunt. Die 7. Decembris 1844.

4994.

BRIXIEN.

Revme Domine uti Frater.

Expositum fuit Sacrorum Rituum Congregationi ex parte R. D. Sacerdotis Andreae Bonetti Parochi Oppidi Pratisvici istius Amplitudinis Tuae Dioecesis quamdam paucis ab hinc annis introductam fuisse consuetudinem eadem in Regione publicis in Supplicationibus quae ducuntur in Festo, et per Octavam Sanctissimi Corporis Christi deferendi veteris Testamenti Arcam, Mensam cum Propositionis panibus, Candelabrum cum septem luminaribus, et alia id generis, quae fuerunt per Moysen illa in Lege instituta, quae a Iuvenibus instar huius Legis indutis deferuntur. Quum autem huiusmodi novitates murmurationibus, ac disputationibus occasionem scandali praebeant, ad omnia praecavenda praedictus Parochus rationes in genere assignavit, quibus quisque pro sua parte consuetudinem tuetur, vel improbat, ut super eadem retinenda, vel eliminanda de more decernatur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus adunata, audita relatione a R. P. D. Secretario subscripto facta, omnibus attente consideratis, rescribendam censuit: « Dentur Decreta iam alias edita nimirum in una Urbis die 5. Martii 1667, et in Mediolanensi die 5. Novembris eodem anno, atque in una Venetiarum

die 17. Iunii 1684. quibus prohibetur expresse ne Pueri illis in supplicationibus deferant, vel Instrumenta Dominicæ Passionis, vel aliud repræsentans huius Mystéria, vel Sanctorum Martyria, utpote quæ ex sui natura animum avertant ab adoratione Sanctissimi Sacramenti, quod unice in iisdem intenditur, ac proinde scribendum Amplitudine Tuæ, quatenus pro sua religione ac prudentiæ incumbat ut omnia de medio tollantur, et iuxta laudabilem ceterarum Regionum consuetudinem Supplicationes huiusmodi in posterum, sine ullo accessorio prædicto, et pro sola devotione ducantur.» Hanc Sacræ Congregationis sententiam, et voluntatem ut omnia recto ordine procedant, Amplitudini Tuæ dum communico, diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Romæ 7. Decembris 1844.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Brixiensi.

4995.

PLATIEN.

Sacerdos Caietanus de Petra Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Platiens. illiusque Calendarii Director exponit sequenti Anno 1843. præpeditam esse Dominicam secundam post Epiphaniam a Dominica Septuagesimæ, quo casu peculiaris Rubrica præcepit Officium Dominicæ secundæ anticipandum esse Sabbato præcedenti Septuagesimæ; quod si illud fuerit a Festo duplici præpeditum, tum huius Dominicæ Officium reponendum esse prima die post Octavam Epiphaniæ non impedita ut supra. Quoniam vero duæ sunt dies post eandem Octavam in quas incidit Officium ritus semiduplicis 14. scilicet, et 16. Ianuarii, nonnulli opinantur hac die 16. utpote Sabbato proximiori agendum esse de Dominica secunda, alii die 14. ad peculiaris Rubricæ sensum. Quo vero quæstio omnis de medio tollatur, et ipse securius incedat pro Officio præscribendo in eadem Cathedrali, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit pro opportuna quæstionis solutione. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus attente consideratis, rescribendum censuit: «Iuxta Breviarii Romani peculiarem Rubricam agendum esse in casu de Dominica secunda post Epiphaniam prima die non impedita post eiusdem Octavam, scilicet 14. Ianuarii.»

Et ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

4996.

RAVENNATEN.

Quum novissime aliqua ex parte reficeretur Collegiata Ecclesia Oppidi Argentiæ Ravennaten-

sis Archidioecesis permutatum fuit Altare, ubi in Custodia asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, et dum prius existeret a latere Evangelii Aræ principis illius Ecclesiæ, translatum est in præsentiarum a latere Epistolæ eiusdem; quæ quidem translatio efficit ut in Missa solemnî Celebrans, sacrique Ministri dum sedent terga vertant Sacramento. Hac occasione nonnulli existimant Sedem hanc a suo loco removendam, et in parte altera collocandam, alii vero ex adverso pugnant retinendam esse solito in loco. Ad quæstionem omnem de medio tollendam humillime rogavit Sacrorum Rituum Congregationem Capitulum ipsum, ut Dubium dirimere dignaretur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus attente consideratis, rescribendum censuit: «Sedes teneatur a Cornu Evangelii iuxta Rubricæ Titulum XVII. §. 6. et aliquo modo provideatur decentiæ debitæ Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.»

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

4997.

SANCTI FLORI.

Sacra in Visitatione, quam per suam Dioecesim diligentissime instituit Reverendissimus Episcopus Sancti Flori in Gallia, occurrerunt illi per varias Ecclesias Altaria portatilia, de quorum consecratione olim facta certo quidem constabat, sed quorum tumulus seu Reliquiarum sepulchrum modo caret Sanctorum Lipsanis, quæ casu excederunt. Percipiens autem ut omnia recto ordine procedant, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit; nimirum:

1. Utrum Altaria illa suam consecrationem amiserint amittendo Sanctorum Reliquias ibidem reconditas?

2. Utrum sufficiat absque nova consecratione in illis tumulare alias Reliquias authenticas?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus attente consideratis, rescribendum censuit iuxta alias decreta.

Ad 1. «Affirmative.»

Ad 2. «Negative, et esse denuo consecranda.»

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

4998. SUTRINA, ET NEPESINA.

Revme Domine uti Frater.

E vivis nuper erepta quum fuerit Anna Graziani Patrizi e Burgo Sancti Sepulchri, locus factus est illius Testamentariæ dispositioni, ut nimirum peracto funere Collegiata in Ecclesia Roncioniensis, quod est Oppidum istius Amplitudinis tuæ Dioe-

cesis, Tumulum haberet in Ecclesia Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum eiusdem loci. Absolutis Exequiis Capitulum recensitae Collegiatae Ecclesiae Cadaver deposuit iuxta morem ad valvas Ecclesiae eorumdem Regularium, qui servatis servandis illud tumularunt. Deinde et a Parocho, et a Capitulo eodem expostularunt quod illis obvenit hac occasione, quartam nimirum funeris. Sed renuentibus Parocho Archipresbytero, et recensito Capitulo, immo asserentibus nihil Capuccinis debendum, recursum isti habuerunt ad hanc Sacram Rituam Congregationem, ut pro sua sapientia super controversia decerneret. Quum autem haec omnibus nota sint, et pluries decretum, Quartam Funerariam spectare ad Ecclesiam tumulantem; propterea Eminentissimi, et Reverendissimi Patres in Ordinariis Comitibus hodiernis ad Vaticanas Aedes coadunati, satius duxerunt Amplitudini Tuae esse scribendum, ut pro sua prudentia controversiam iuxta morem, ad pacem assequendam, ac sine strepitu componat, adigetque Capitulum ad praestandum Alumnis Capuccinis, quod illis debetur a iure statutum. Hanc Sacrae Congregationis voluntatem, et Decretum dum Amplitudini Tuae communico, diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Romae 7. Decembris 1844.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Sutriano, et Nepesino.

4999.

DE OLINDA.

Franciscus Cordis Mariae Cardaso e Castro Canonicus Regularis in Pernambucensi, verius De-Olinda Dioecesi huius Sacrae Congregationis precator humilis, eiusdem irrefragabili iudicio sequentes tres quaestiones devotissime subiicit, nec non solutionem exposcit, quae tutam agendi rationem praebet.

1. An Parochis competat ius exigendi, quod Presbyteri in Missa solemniter ad Evangelium de licentia Episcopi praedicantes a Parocho celebrante benedictionem petant?

2. In casu affirmativo an etiam Canonicus a Parocho non Canonico praedictam benedictionem petere debeat?

3. An Canonicus, qui Abbatum insignibus utitur ex privilegio, seu concessione Apostolica, consentiente Dioecesano Episcopo in habitu praelatio praedicans memoratam benedictionem a Celebrante Parocho non Canonico petere debeat? Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata, referente me Secretario rescripsit: « Negative in omnibus, et dentur Decreta. » Die 7. Dec. 1844.

5000.

PATAVINA.

Sacerdos Leopoldus Zotti in Cathedrali Patavina Ecclesia Caeremoniarum Magistri munere fungens, quum animadverterit nonnulla ibi occurrere, quae universali omnium Ecclesiarum praxi, vel huius Sacrorum Rituam Congregationis Decretis non sunt integre conformia, eidem Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Quum usque ab Anno 1742. decimoseptimo Kalendas Octobris concessum fuerit, ut aliqua Officia ritus simplicis occurrentia in duplicibus primae Classis cum Octava, in Calendario Patavino transferantur ad primas dies liberatas, quaeritur, an standum sit memoratae concessioni, etsi pro aliis Ecclesiis posterioribus temporibus sancitum fuerit a S. R. C., ut Festum simplex, quod perpetuo impeditur ob ritum duplicis primae Classis non sit ad aliam diem transferendum?

2. Duae reliquiae in Cathedrali Patavina coluntur ut insignes, sicque enunciantur in Calendario, quorum una Sancti Sebastiani Martyris constat ex duabus partibus fortasse eiusdem ossis ex minoribus, quarum partes unciarum quatuor vix aequant mensuram; altera Sancti Laurentii Levitae Martyris exhibet extremam partem sinistri pedis cum quatuor prioribus digitis carne superindatis, quae quidem Reliquia quaque versus considerata, duarum unciarum non excedit mensuram. Quum enunciatae duae Reliquiae habeantur ut insignes a ducentis et ultra annis, Missis eorumdem Sanctorum additur *Credo* ratione insignium Reliquiarum: quaeritur num in invecta consuetudine perseverare liceat, etsi Reliquiae ipsae non praesferant conditiones a Decretis requisitas, ut earumdem ratione ponatur in Missa *Credo*?

3. In Cathedrali Patavina ex immemorabili consuetudine in publica administratione Sacramenti Poenitentiae Sacerdotes Confessarii interdiciuntur ab usu Stolae a Rituali Romano praescriptae: quaeritur an standum sit huiusmodi consuetudini?

4. An praeter casum a Rituali Romano praevisum titulo de Sacramento Extremae Unctionis num. 3., in quo de Sacro Oleo adhibendo in hoc Sacramento haec habentur: « Id tamen, si forte intra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico alio non benedicto in minori quantitate superinfuso reparari potest, » liceat umquam Sacris Oleis Feria quinta in Coena Domini benedictis aliam olei non benedicti quanti-

tatem addere? An haec additio saltem fieri possit eadem Feria quinta in Coena Domini, adeo ut pars tantum Olei subiciatur benedictioni, et immediate misceatur cum Oleo non benedicto?

5. Quum in Pontificali Romano praescribatur ut in Sacris Ordinibus quisque ex Ordinandis offerat Episcopo Ordinanti Cereum post Offertorium, quaeritur an tolerari possit consuetudo, ut Cerei offerantur extincti, vel potius offerri debeant accensi, ut in ipso innuitur Pontificale?

6. In Wratislaviens. sub die 13. Augusti 1763. sancitum fuit ut Episcopo Suffraganeo praesenti in Choro etiam si non sit Dignitas Capituli, competat thurificatio terno ductu absente proprio Episcopo Dioecesano: quaeritur an haec dispositio valeat etiam pro Canonico Episcopo non suffraganeo?

7. Ex Apostolico Indulto sa: me: Benedicti Papae XIV. tertia Feria sexta mensis Martii in tota ditione olim Veneta sub ritu duplicis primae classis recitatur Officium Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi. Si haec Feria, uti et imminente Anno 1845. sit Feria sexta in Parasceve quaeritur an hoc Officium omitti debeat, vel potius transferri possit post Pascha?

Eminentissimi vero ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, ad Vaticanum subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus, me infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis eiusdem Secretario referente, singulis propositis Dubiis rite de more perpensis, ac diligenti examine consideratis, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative iuxta Indultum An. 1742. »

Ad 2. « Negative quum non sint Reliquiae insignes. »

Ad 3. « Negative, sed standum omnino Rituali, et aliis Decretis. »

Ad 4. « Negative, sed in casu tantum necessitatis fieri potest additio, uti in Rituali praescribitur. »

Ad 5. « Sufficit ut unus in quolibet Ordine accensum offerat Cereum iuxta consuetudinem. »

Ad 6. « Iuxta consuetudinem. »

Ad 7. « In casu omittendum, nisi impetretur Indultum transferendi. »

Atque ita rescribendum, et servandum mandarunt. Die 7. Decembris 1844.

5001.

REATINA.

Reverendis. Dom. uti Frater.

Quum Sacerdos Dominicus Maroni Rector et Administrator Confraternitatis Sanctae Caeciliae, et Beatae Mariae Virginis de Succursu in Suburbis istius Reatinae Civitatis Sacrorum Rituum Congregationi exposuerit, quod Parochus Eccle-

siae Sancti Michaelis Archangeli, intra cuius Paroeciae fines Sodalitatis Ecclesia erecta reperitur, praetendat sacras Functiones exercere in eadem Sodalitatis Ecclesia, illam ut filialem reddere praesumens contra sancita ab hac Sancta Apostolica Sede, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum subscripta die coadunati, audita relatione ab me infrascripto Secretario fideliter facta, perpentes alias, ac praesertim in Decreto Urbis et Orbis usque ab Anno 1703. quarto Idus Decembris sancitum fuisse, Parochis nullum ius competere in publicis Sodalitatum Ecclesiis erectis intra fines Parochialium suarum Ecclesiarum quoad Ecclesiasticas functiones non Parochiales, quin aliud precibus ipsis directe responderent, satius duxerunt consilium, Amplitudinem Tuam super expositis certiore reddere, ut iuxta alias decreta providens, eo vel magis quia memoratum Generale Decretum per suam Constitutionem, quae incipit *Ad debitum*: confirmavit sa: me: Clemens Papa XI. ut dissentionibus, et iurgis radicitus finem imponeret. Amplitudinis itaque Tuae partes erunt Parochum Sancti Michaelis ad tramites supradicti Decreti omnino adigere, ut a quavis in re praetentione absteineat. Et Amplitudo Tua diu felix, et incolumis vivat.

Romae 7. Decembris 1844.

Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Reatino.

IANUEN.

5002.

Quum Sacerdos Antonius Sanmichele Civitatis vulgo Chiavari in Archidioecesi Ianuensi Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarit, ut super propositum Dubium sententiam suam aperire dignaretur, nimirum: Se sia lecito al Sacerdote, che celebra in Oratorio privato di Casa particolare, o anche di Comunità Religiosa interrompere l'azione della Messa immediatamente dopo la Consumazione, e perciò prima della Purificazione per portare la Santa Comunione in camera di pia Persona inferma abitante in quella Casa, o Comunità solamente per divozione, e non per Viatico, sebbene la stanza non sia vicina all' Oratorio, ma debbasi ascendere altro piano della Casa, o passare in altro corridoio della Comunità? Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata, referente me subscripto Secretario, respondit: « Non licere iuxta Decretum in Florentina diei 19. Decembris 1829. ad primum Dubium: sed si necessitas urgeat, fiat absoluta Missa. »

Die 7. Decembris 1844.

5003.

SENEN.

Reverendissimus Senen. Archiepiscopus quum S. R. C. sequentem supplicem Libellum dederit, nimirum:

Emi, e Revmì Signori.

Giuseppe Arcivescovo di Siena riverentemente espone all' Eminenze Loro, ch' egli trovandosi nell' avanzata età di anni 68. e soffrendo vari incomodi, che gli rendono notabilmente gravosa l' Ordinazione generale de' Chierici Maggiori, e Minori insieme, bramerebbe poter ordinare separatamente i Maggiori ne' giorni stabiliti a tale oggetto dalla Chiesa, e tutti i Minori nelle Domeniche anteriori, o posteriori a tali giorni. Che avendo riscontrato la Biblioteca del Ferraris alla parola *Ordo, Ordinare*: all' Articolo 2. v. 2. trovò potersi dai Vescovi promuovere agli Ordini minori alcuni Chierici soltanto, ma non in tal numero, che sembrasse farsi un' Ordinazione Generale, e ciò determinarsi nel corpo del Gius Canonico *cap. de eo 3. de temporibus Ordinationum*: qual sentenza Canonica è convalidata pure dal sentimento di diversi Autori citati quivi dal Ferraris. Non credendosi adunque l' Oratore autorizzato a separare interamente l' Ordinazione de' Minori da quella de' Maggiori, il che l' esimerebbe dalle pene, ed incomodi, che soffre nell' ordinare tanti individui, supplica umilmente l' Eminenze Loro Reverendissime a permettergli di eseguire le due separate Ordinazioni nel modo sopraindicato, tanto più che in questa Diocesi nelle Ordinazioni de' quattro Tempi mancano talora i Chierici da promuoversi a qualche Ordine o maggiore, o minore, e così non può dirsi in tali casi Ordinazione Generale. Che della grazia ec.

Quibus precibus fideliter de more per me subscriptum Secretarium relatis in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunato, Sac. Congregatio rescripsit: « Expositis in circumstantiis Archiepiscopus Orator servare poterit quae praescribuntur in Rubrica Pontificalis Romani, nimirum: Quatuor Minores Ordines dari possunt extra Missarum Solemnia diebus Dominicis, et Festis duplicibus, sed in mane tantum. » Atque ita rescripsit.

Die 7. Decemb. 1844.

5004.

SANCTI SEVERI.

Ne quid dissonum etiam a Rubricis Pontificalis Romani vel dispositionibus Caeremonialis Episcoporum, aut Decretorum Sacrorum Rituum Congregationis eveniat in Sacris peragendis Functionibus; immo ut omnia iuxta praescriptas, re-

ceptasque Caeremonias in iisdem observentur, eidem Sac. Rit. Congreg. sequentia proposuit enodanda Dubia Capitulum Cathedralis Ecclesiae Sancti Severi, nimirum:

1. Al Vescovo, che in qualche sacra Funzione nella Cattedrale, o nelle Chiese della Città assiste in Mozzetta, gli si deve l' assistenza di due Canonici?

2. Qualora il Vescovo in Mozzetta assiste alla Messa Conventuale nelle Domeniche, ed altre Feste meno solenni nel primo Stallo del Coro formato a modo di piccolo Trono, si domanda 1. A chi spetta ministrare l' Incenso, al Vescovo o al Celebrante? 2. Il Suddiacono dopo cantata l' Epistola a chi deve baciare la mano al Vescovo, o al Celebrante? 3. Il Diacono da chi deve prendere la Benedizione dal Vescovo, o dal Celebrante? 4. L' Evangelio a chi deve portarsi a baciare al Vescovo, o al Celebrante? 5. L' acqua chi deve benedirla, il Vescovo, o il Celebrante? 6. La Benedizione in fine della Messa chi deve darla, il Vescovo colla pubblicazione dell' Indulgenza, o il Celebrante?

3. Nella pubblica recita dell' Officio Divino è lecito dopo Prima recitare il *De profundis*: coll' Orazione *Deus qui nos patrem etc. Fidelium Deus etc.*, per i Defonti, e subito dopo incominciar Terza, e ciò nelle Domeniche benanche, e nelle altre Feste solenni?

4. Il P. Pavone nella sua guida Liturgica parlando del rito da osservarsi nell' esposizione, e reposizione del Santissimo Sacramento al §. 503. dice: « Nel caso che il Sacramento debba recarsi sul Trono da dietro l' Altare, allora l' Assistente o Diacono, ricevuto sopra le spalle il Velo omerale, prende con le mani velate l' Ostensorio, e s' incammina pei gradi laterali del corno dell' Epistola, e sopra il Santissimo porterà il Chierico l' Ombrello. » Questo rito si è sempre osservato in questa Cattedrale, e nelle altre Chiese della Città. Ora il Vescovo sull' autorità di qualche altro Autore Rubricista pretende che il Sacramento si porti dall' Assistente senza Velo, e senza Ombrello. Si domanda quale de' due riti debba osservarsi?

5. È nella libertà del Vescovo assistere a qualunque giorno nella Cattedrale con la Cappa magna, o deve far uso di questa ne' soli giorni solenni *in solemnioribus*?

6. Monsignor Sammantico nel 1729. fondando in questa Cattedrale cinque Cappellanie per cinque Manzionarii, nel Decreto di fondazione si espresse in questi termini: « Questi non si deb-

bono intendere, ed avere per veri Beneficiati, ma per amovibili, purchè vi sia legittima causa da esaminarsi nel Tribunale Vescovile *iuris ordine servato*.... Questi debbono servire nella Cattedrale per se stessi, e si debbano da tutti stimare, avere, e riconoscere per veri membri della detta Cattedrale, ed in tutto, e per tutto uniti, e dipendenti dal Corpo del nostro Capitolo. Quindi la presente fondazione non si debba intendere fosse fatta per isgravare i quattro Mansionarii chiamati *Abbates de corpore Capituli*, dal loro debito e solito peso, ma puramente per aggiungere al cenato loro numero li suddetti altri cinque, affinchè tutti nove uniti insieme potessero, e dovessero soddisfare, specialmente ne' giorni festivi, e solenni, così all' esterne assistenze, come al canto in Coro. E poichè nello Statuto della Cattedrale del 1715. si diceva, che de' quattro Abbati, o Mansionarii Beneficiati li due Anziani dovessero essere dell' Ordine Diaconale; nella fondazione di questi cinque Cappellani Mansionarii dell' Ordine Suddiaconale. Si dice di più in detta fondazione: « Li suddetti cinque Cappellani Mansionarii hanno l' obbligazione di servire, ed intervenire a detta nostra Cattedrale in tutti i giorni festivi: » Da qualche tempo il Capitolo si è servito di detti cinque Mansionarii per celebrare col canto ne' giorni feriali la Messa Conventuale, stante la vecchiezza o l' impotenza di molti Capitolari. A questa pratica si oppone il Vescovo, e vuole assolutamente che la Conventuale si canti dai Capitolari in appoggio al Tridentino, il quale parlando de' Canonici dice: *Divina per se et non per subditos compellantur obire officia*. Ora si domanda se non ostante l' opposizione del Vescovo, possano i Canonici servirsi de' cinque Mansionarii sudetti per far cantare la Messa Conventuale ne' giorni feriali in vigore del Decreto della Sacra Congregazione de' Riti del 17. Luglio 1627. in Nycien. del tenore seguente: *Potest Episcopus cogere Canonicos, ut a Cappellanis in Quadragesima cantare faciant Missam Conventualem*. Ed anche perchè questi Mansionarii non sono veri Sostituti, come si rileva dalle parole del Decreto di loro fondazione, ove si dicono veri membri della Cattedrale, ed in tutto uniti e dipendenti dal Corpo del Capitolo, perchè sono quasi equiparati agli stessi Abbati Beneficiati, mentre hanno lo Stallo in Coro dopo gli Abbati, sono come questi benchè con insegna diversa, precedono nelle Funzioni, e Processioni a tutto il resto del Clero, non eccettuati i Parrochi, e gli Arcipreti, e nella Processione del *Corpus Domini* vestono di To-

nicella, come gli Abbati di Dalmatica. Se ne domanda dunque la risoluzione.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes hac die Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab me subscripto Secretario facta, omnibus attente, riteque libratis, consideratisque Decretis alias in similibus editis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, sed extra Cathedralium cum moderatione, ne fraudetur Chori servitium. »

Ad 2. Quoad quaestionem 1. « Dum in Choro, et extra Cathedralis Missae solemniter assistit Episcopus post thurificationem Altaris, et cantato Evangelio Celebrans tantum incensatur, ad 2. quaestionem. Subdiaconus cantata Epistola osculetur manum Episcopi, si adsit in Sede propria, alias Celebrantis: quoad quaest. 3. 4. et 5. Ut ad proximum: quoad quaest. 6. Episcopus tantum in Sede assistens Missae solemniter Populo benedicit, Indulgentiasque publicare facit.

Ad 3. « Licere in Choro post Primam recitare Psalmum *De profundis*, cum Oratione pro Defunctis in Communi, exceptis tamen duplicibus primae Classis. »

Ad 4. « Iuxta Episcopi sententiam in casu, nimirum sine Velo, et sine Umbella. »

Ad 5. « Iuxta alias decreta relinquendum arbitrio Episcopi. »

Ad 6. « Posse Canonicos diebus ferialibus substituere Mansionarios de gremio in Cantu Missae Conventualis. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 7. Decembris 1844.

5005. SANCTIMONIALIUM

ORDINIS CAPUCCINORUM.

Quum Sanctimoniales Ordinis Minorum Capuccinorum in Civitate Panormitana Apostolicum enixe rogarint Indultum, cuius vigore singuli Sacerdotes penes ipsas Sacrum facturi omnino adigantur ad celebrandas Missas respondententes Officiis, quae ipsae recitant, inclusiva etiam Conventuali; Sacra Rituum Congregatio ad Vaticanum hodierna die Ordinariis in Comitibus coadunata, referente me Secretario, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta Missam Conventualem Officio diei respondentem celebrari debere per Confessarium, vel Aedituum, aut alterum ad hoc deputatum: quoad vero reliquos Sacerdotes in diebus ritus duplicis conformari debere colori Paramentorum Ecclesiae. »

Die 7. Decemb. 1844.

5006.

MURAN.

Quum Reverendissimus Muran. Episcopus hu-

millimis sequentibus precibus Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XVI. Pontificem Maximum adierit, nimirum:

Beatissimo Padre.

Fr. Tommaso Antonio Gigli Vescovo di Muro di anni 72. umilmente espone, che da molti anni ha sofferto in ambe le braccia, ma più nel destro una Paralisia, ossia tremore, che attualmente essendosi accresciuto, con somma difficoltà nel celebrare la Santa Messa può frangere la Sacra Ostia sul Calice, e con pericolo di versare il Calice istesso, e far svolazzare i frammenti: che perciò prega la Santità Vostra volersi benignare accordargli il permesso di franger l'Ostia sopra la Patena con le mani poggiate sopra il Corporale, come ha praticato qualche volta con meno difficoltà e minor pericolo, proseguendo poi il resto secondo il Canone, cioè di far le Croci sul Calice colla particella dell'Ostia dicendo: *Pax Domini*. Che della grazia ec.

Sanctitas Sua, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, de speciali gratia benigne annuit ut Episcopus Orator in Incruento Sacrificio consecratam Hostiam super Patenam frangere possit iuxta preces; non omittendo tamen cetera, quae fieri in actione assolent.

Die 13. Decembris 1844.

5007. MELITEN.

Reverend. Dom. uti Frater.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus apud Vaticanas Aedes hac ipsa die coactis per Eminentissimum et Reverendissimum D. Cardinalem Gabrielem Ferretti Relatorem designatum proposita fuit Controversia diu vicens inter Sodalitates Beatæ Mariæ Virginis a Rosario, et a Consolatione nuncupatas ex una, et Sanctissimi Sacramenti ex altera parte Oppidi seu Casalis Lucae istius Meliten. Dioecesis. Illarum petitio respiciebat ius deferendi Fanalia in publica Supplicatione, quae ibidem instituitur in honorem Sancti Felicissimi Martyris, sicut in more est Sodalibus Sanctissimi Sacramenti, novamque quaerelam super attentatis ex eo potissimum quod non obstante Decreto huius Episcopalis Curiae, et appellatione pendente, soli tali modo inceserunt novissima in Supplicatione. Quum autem Sac. eadem Congreg. in sensu fuerit ut *Dilata* rescriberetur, et *ad Mentem*, nimirum ut per modum provisionis, donec quaestiones omnes iterum ad trutinam revocentur, Fanalia interim deferantur a Clericis ad tramites supradicti Decreti; dignetur propterea Amplitudo Tua praedictis tri-

bus Sodalitatibus hanc Sacrae Congregationis sententiam indicare, atque ad alia scandala, et dissidia praecavenda obtinere ut omnino abstineant a Fanalibus deferendis, donec exorta Controversia definiatur. Et diu felix, ac incolumis vivat.

Romae 14. Iunii 1845.

Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Melitensi.

5008. CENOMANEN.

Etsi Decreto huius Sacrae Rituum Congregationis nuperrime lato septimo Idus Decembris anni 1844. declarata fuerint Dubia a Reverendissimo Cenomanen. Episcopo proposita quoad Consecrationem Ecclesiarum; quum tamen idem Episcopus comperiat ambiguitates adhuc oriri quoad qualitatem Officii, seu Nocturnorum cum Laudibus in Vigiliis ante sacras Reliquias in Altari reponendas persolvendis, nimirum an Officium ipsum nominatim sumendum sit ex Communi Martyrum, vel potius an celebrandae sint Vigiliae per totam noctem, cantando, vel recitando Hymnos, Psalmos, aliasque preces; ac proinde iteratis precibus Sacram ipsam Congregationem rogarit ut dilucidam regulam in praxi servandam sibi tradere dignaretur ad omnem disputationem praecidendam, ac rite intelligendum quid strictim praecipiant Pontificalis Romani haec verba: « Celebrandae sunt Vigiliae ante Reliquias ipsas, et canendi Nocturni, ac matutinae Laudes, in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae recondendae sunt: » Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Vaticanum subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt: « Pontificalis verba in casu intelligenda esse, quod celebrentur Vigiliae cum Matutino, Laudibus, Hymnis, Canticis de Communi, cum simili Oratione de Communi, sine nomine expresso, quum non sint partes Officii diei. » Atque ita rescripsere, ac servandum mandarunt.

Die 14. Iunii 1845.

5009. FLORENTIN.

Quum R. P. Rodolphus Bacci Sacerdos Congregationis Scholarum Piarum Florentiae degens Sac. Rit. Congreg. enixe rogarit declarationem insequentium Dubiorum, nimirum:

1. In Archidioecesi Florentina quum pro Clero Saeculari tantum habeantur privilegiatae Octavae tum Sanctissimi Corporis Christi, tum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, quaeritur an Clerici Regulares Scholarum Piarum Florentiae morantes, et Calendario Dioecesano utentes, te-

neantur in memoratis Octavis ad huiusmodi privilegium?

2. Clerus Saecularis et Regularis Dioecetano Florentino Calendario utens, gaudet privilegio recitandi Officium Conceptionis Beatae Mariae Virginis in omnibus Sabbatis per Annum, etiam in Quadragesima: quaeritur an Clerici Regulares Scholarum Piarum in Dioecesi Florentina degentes, et habentes privilegium recitandi Officium Sanctissimi Nominis Mariae semel in hebdomada, exclusa Quadragesima, possint potius recitare Officium Sanctissimi Nominis Mariae in die Sabbati etiam in Quadragesima, et Adventu?

3. Clericis Regularibus Scholarum Piarum cessat Octava Nativitatis Beatae Mariae Virginis post Nonam Sabbati eiusdem Octavae ob solemnitate Sanctissimi Nominis eiusdem Beatae Virginis, quae occurrit Dominica infra eandem Octavam sub ritu duplicis primae Classis cum Octava veluti Patronae praecipuae totius Ordinis Scholarum Piarum: quaeritur an non obstante hac cessatione, debeat recitari Officium Nativitatis Deiparae in die octava, aut illa die reponi aliquod Officium translatum, vel recitari potius de infra Octavam Sanctissimi Nominis Mariae?

4. Clerici Regulares Scholarum Piarum Florentiae degentes assolent Feria sexta in Parasceve ad populi venerationem exponere Reliquiam Sanctissimae Crucis immediate post adorationem Crucis ipsius, et ante Missam Praesantificatorum: quaeritur num sit retinenda consuetudo, seu post eandem Missam, et consummationem Sanctissimi Sacramenti exponenda sit?

Et Sacra ipsa Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, singulis propositis Dubiis maturo examine de more perpensis, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative, sicut provisum est pro Regularibus. »

Ad 2. « In Sabbatis tantum per annum posse, exclusis semper Quadragesima, Adventu, et Sabbatis quatuor Temporum. »

Ad 3. « Ob cessationem Octavae, cessandum etiam a die octava admittendo Officium translatum. »

Ad 4. « Posse, dummodo Reliquia inclusa sit Crucis talis mensurae, ut poni queat inter Candelabra Arae maioris. »

Atque ita rescripsit, servandumque mandavit.

Die 14. Iunii 1845.

5010.

LIMBURGEN.

Sacerdos Carolus Klein Sacrae Theologiae Do-

ctor, ac Reverendissimi Episcopi Limburgen. Caeremoniarum Magister quum animadverteret in Caeremoniale Episcoporum sa: me: Benedicti XIV. iussu edito *lib. 2. cap. 2.* praescribi. « Si Sermo habendus erit in laudem Defuncti, pro quo Missa celebratur, tunc ea finita, ante absolutionem accedat Sermocinaturus vestibus nigris indutus sine Cotta, et facta Oratione ante medium Altaris, nulla petita benedictione ab Episcopo, sed facta ei profunda reverentia vel genuflexione, pro qualitate personae, ascendat Pulpitum panno nigro coopertum, ubi facta iterum Episcopo reverentia, signans se signo Crucis facit sermonem; » Ut ab hac Caeremonialis praescriptione quaecumque ambigua interpretatio amoveatur, Sac. Rit. Congreg. enixe rogavit, ut declarare dignaretur.

1. An praenotatis verbis Caeremonialis *vestibus nigris* etiam Stola comprehendatur, ita ut Sermocinaturus in laudem Defuncti (extra Urbem) Stola super veste talari, vel alia dignitati suae competenti, indui debeat?

2. An laudata dispositio Caeremonialis in Ecclesiis Cathedralibus tantum, an etiam in aliis omnibus, Episcopo absente, servari debeat?

Et S. eadem C. ad Vaticanum subscripta die coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem mei Secretarii rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « In omnibus Ecclesiis servandam. »

Die 14. Iunii 1845.

5011.

LEODIEN.

Quum Reverendissimus Leodien. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarit, ut declarare dignaretur: Utrum Calix et Patena suam amittent consecrationem per novam deurationem, et sic indigeant nova consecratione? Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunata, ad relationem mei Secretarii rescripsit: « Affirmative amittere, *nimirum*, et indigere iuxta exposita. »

Die 14. Iunii 1845.

5012.

MACERATEN.

Sacerdos Antonius Madugnini Canonicus in Collegiata Ecclesia Sancti Urbani loco vulgo *Apiro* in Dioecesi Maceraten. quum Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuerit, *nimirum*:

1. An in Ecclesiis Collegiatis, ubi quotidie in Quadragesima post Nonam canitur ferialis Missa (quae Missa poenitentiae esse videtur) adhibenda sint Ceroferaria, et apponendum Incensum?

2. An Cereus Paschalis ponendus sit super Candelabrum, vel super Cornucopium?

3. An in Missa Praesanctificationum dicenda sit Oratio pro Imperatore?

Sac. eadem Congreg. ad Vaticanum subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente me Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative in omnibus. »

Ad 2. « Super distincto Candelabro in plano posito a cornu Evangelii. »

Ad 3. « Iuxta alias decreta omittendam. »

Die 14. Iunii 1845.

5013. CADICEN.

Sacerdos Antonius Ioachim Perez in Cathedrali Cadicen. Ecclesia Caeremoniarum Magistri munere fungens Sac. Rit. Congreg. sequentia Dubia proposuit, enixe efflagitans ut illa declarare dignaretur, nimirum:

1. Quum aliquoties occurrat in hac Dioecesi Cadicen. translatio Officii Patrocinii Beatae Mariae Virginis, quaeritur utrum simul transferatur Indulgentia Plenaria concessa Fidelibus, qui Missae Conventuali Festi Patrocinii intersunt: an vero eam lucrari possint, qui intersunt in ipsa Dominica secunda Novembris Missae Conventuali diei Octavae Festi omnium Sanctorum, vel etiam lucrari possint si celebretur alia Missa solemniter de Festo Patrocinii Beatae Mariae Virginis post decantatam Missam Conventualem illius diei?

2. An Canonici Dignitates, et Portionarii parati, vel non parati dum accipiunt solemnem benedictionem ab Episcopo nomine summi Pontificis impertitam, debeant se inclinare, vel genuflectere?

3. An Feria quinta in Coena Domini, in qua post Completorium fit Mandatum, vel lotio pedum, et postea concionatur Fidelibus in hac Ecclesia Cadicensi, locus Concionatoris, vulgo *Pulpito*, ornari debeat, ut moris est, colore albo, vel potius debeat esse nudus, absque ullo ornatu?

4. An nocte Feriae quintae in Coena Domini, in qua concionatur Fidelibus Sermo de Passione Domini, locus Concionatoris, vulgo *Pulpito*, ornatus esse debeat colore nigro, violaceo, an potius absque ullo ornatu?

Et S. eadem Congreg. ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente me Secretario, rescribendum censuit.

Ad 1. « Supplicandum in casu pro translatione Indulgentiae. »

Ad 2. « Pro qualitate Personae vel inclinare, vel genuflectere. »

Ad 3. « Sine ullo prorsus ornatu. »

Ad 4. « Ut ad proximum. »

Die 14. Iunii 1845.

5014.

MONASTERIEN.

Alte cordi quum insideat Reverendissimi Episcopi Monasteriensis, ut in sacris agendis omnia recto ordine procedant, atque ad eliminandas controversias, quae passim super nonnullis insurgunt, quae Clerum ex utraque parte scindunt, pro concordia assequenda, ac discordia eliminanda Sacrorum Rituum Congregationi sequentia exposuit, ut iuxta sancitas leges, quoad omnia opportune provideatur. Ita porro efflagitabat, et exponebat, nimirum:

1. Parochus Heistermacen. in Keken huius Dioecesis propter necessitatem populi, licentiam obtinuit diebus Dominicis, et festivis bis celebrandi in Ecclesia Parochiali, et pro hoc officio suscepto a Parochianis, qui alias multo maioribus sumptibus, quod non possunt, Sacellanum sustentare tenerentur, remunerationem quamdam accipit. Quaeritur num respectu huius remunerationis obligetur etiam hanc Missam secundam, de cuius applicatione nihil stipulatum est pro Populo, sive Parochianis remunerationem praebentibus applicare pro futuro, uti ipsam Missam Parochialem, numquam pro praeterito, propter omissam bona fide hanc applicationem aliquid restituere teneatur?

2. Deinde saepius in huius Dioecesi contigit propter latitudinem Parochiarum, quod in iis Sacella inveniantur, ubi Dominicis, et festivis diebus sive ex fundatione, sive ex contractu Parochi, et Parochianorum, Missa celebrari debeat pro incolarum ab Ecclesia Parochiali remotorum, imprimis seniorum, et infirmorum necessitate, vel commoditate. Viget consuetudo quod si per fundationem, vel contractum de applicando Sacro ad certam intentionem nihil statutum sit, in eiusmodi casibus Celebrans pro alio stipendio applicet, vel ad propriam intentionem. Quaeritur num haec consuetudo, de cuius legalitate dubitatur, pro futuro permittenda, et num pro praeterito aliquid exinde restituendum sit ab iis, qui bona fide ea uti sunt?

3. Per Epistolam Encyclicam sa: me: Benedicti Papae XIV. cautum est, ut omnes et singuli, qui actu curam Animarum exercent, et non solum Parochi, et Vicarii Saeculares, verum etiam Regulares omnibus Dominicis, aliisque diebus festis de praecepto Missam Parochialem pro Populo applicare teneantur. Duplex de huius Constitutionis sensu dubium exortum est 1. Num non solum Parochi, et qui Parochi vices fungentes curam *primariam* exercent, sicut hic habetur consuetudo, sed etiam omnes cura *subsidiaria* fungentes ad applicandum pro Populo diebus festis

obligentur? Contra hanc extensionem, quam pauci, aut nulli sequuntur, nobis vox *Missa parochialis*, quae tamen solum unicum et ex sensu communi Sacrum solemne significat, rationem fundatam porrigere videtur. Denique dubitatur num etiam in illis diebus festis, qui iam pridem auctoritate Sedis Apostolicae interveniente, hic locorum sunt abrogati, et hodie, ut dicunt, non in Foro, sed solum in Choro celebrantur, ita ut quoque obligatio Fidelium ad audiendum Sacrum sit sublata, adhuc obligatio Parochi ad applicandum pro Populo Sacrum perseveret? Antiqua Constitutione Episcopi Monasterien. de anno 1772., quae vero in desuetudinem abiit, vel etiam numquam in praxim deducta est, statutum fuit quod antiqua obligatio applicandi pro Populo, abrogatione Festorum non tolli intendatur.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus hac die coadunata, audita relatione ab me subscripto Secretario facta, omnibus attente, riteque libratis, rescribendum censuit.

- Ad 1. « Negative in casu. »
- Ad 2. « Posse permitti. »
- Ad 3. « Quoad primam partem solum teneri qui Animarum curam *primariam* exercent: quoad secundam partem iuxta alias decreta, teneri etiam in Festis legitime abrogatis. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.
Die 14. Iunii 1845.

5015. MONASTERIEN.

Dum superiori anno 1843. Ioannes Henricus Afphippe ex Parochia Warandorf intra fines Diocesis Monasterien. Apostolicum rogavit Indultum, ut in suo publico Sacello Deo in honorem Sancti Ioannis Baptistae dicato, in Dominicis etiam, aliisque festis diebus, a sibi beneyiso Sacerdote Sacrosanctum Missae Sacrificium celebretur, quin in minimo Parochialia iura laedantur, Sacra Ritu Congregatio ipsius preces pro Informatione, et Voto Reverendissimo Monasterien. Episcopo transmisit; nam ex ordinaria Antistitis facultate Indultum ipsum pendebat, et nec sibi persuadere poterat a religiosissimo Praesule absque legitima causa huiusmodi licentiam denegari. Prudens consilium istud pergratum admodum fuit Monasteriensi Episcopo, ut in suis Litteris datis pridie Kalendas Maii vertentis anni apparet; quibus quidem Literis Sacram ipsam Ritu Congregationem certiore reddidit ingenue, privilegium Oratorii concessum a se ita ad Dominicas, festosque dies de praecepto non extendi, quia sine praedudicio, et detrimento Ecclesiae Parochialis neu-

tiquam remotae, in enunciato Sacello Missa celebrari non potest ex eo potissimum, quia Fideles in casu Concionem negligenter, ac caetera Parochialia exercitia, veluti pluries Oratori ipsi communicatum fuit, et insimul iniunctum, ut singulare Ecclesiasticum Beneficium pro ipsius Sacelli Dote fundaret. Quae quidem rationum momenta ab eodem Reverendissimo Episcopo proposita adeo gravia Sacra ipsa Congregatio agnovit, ut in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subsignata die habitis, referente me Secretario, rescripserit: « Iuxta Votum Episcopi; » id est expetitum Indultum Oratorii denegandum omnino existimavit.

Die 14. Iunii 1845.

5016. NETIN.

Reverend. Dom. uti Frater.

Etsi a prima institutione Collegiatae Ecclesiae SS^mi Crucifixi in Civitate Netina de anno 1670. facta cautum fuerit, ut ipsa sub Cruce incederet alterius Collegiatae Ecclesiae Matricis a Sancto Nicolao nuncupatae, quam quidem conditionem fideliter admodum servavit, quamvis Collegiata ipsa Sanctissimi Crucifixi de anno 1698. formiter insignis declarata fuerit; attamen quum in praesentiarum per Apostolicas Litteras in forma Brevis superiori anno 1844. Idibus Maii expeditas, Collegiata Sancti Nicolai in Cathedralem fuerit ereceta, Capitulum Sanctissimi Crucifixi anceps adhuc haeret de propriae Crucis erectione, dum novae Cathedralis Capitulum sub propria Cruce illud deinceps excipere nequit. Sacrorum proinde Rit. Congregationem humillimis precibus aduntes Canonici Sanctissimi Crucifixi, Sacri huius Consensus sententiam rogarunt, ac provisionem instanter efflagitarunt. Eminentissimi vero ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Vaticanum hodierna die coadunati in Ordinariis Comitibus, audita a me Secretario fidei relatione, perpendentes pluries sancitum fuisse quid in casu servandum, satius sumpsere consilium, in sensu Decretorum Amplitudini Tuae opportunas tribuere facultates, ut per modum regulae deinceps omnino servandae decernas Capitulo insignis Collegiatae Ecclesiae liberum esse propriam erigere Crucem, sub qua Clerus ipsius Ecclesiae Collegiatae non minus, quam reliquus Clerus Saecularis Civitatis incedere debet per ordinem, ac proinde praecedentiam concedere Seminario Netino, cuius Alumni, caeterique in casu incedant sub Cruce Cathedralis. Quod si vero Capitulum Collegiatae Sanctissimi Crucifixi interdum sub Cruce Cathedralis incedet, tunc etiam iuxta alias Decreta Seminario Cathedralis Clero

unito praecedentiam cedere tenetur. Quae singula dum Sacrae Congregationis nomine Amplitudini Tuae communico, ut qua praestas prudentia, ac religione rem omnem componere valeas, diu felix et incolumis vivas.

Die 14. Iunii 1845.

Reverendis. Dom. uti Fratri
Episcopo Netin.

5017.

OPPIDEN.

Reverendissimus Oppiden. Episcopus quum id potissimum in votis habeat, ut in Sacris Functionibus, et in Ecclesiastica Liturgia omnia iuxta sanctitas leges ordinentur, Sac. Rit. Congreg. enixe rogavit, ut insequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum:

1. An in Festo Sancti Francisci de Paula Confessoris, modo cum Octava in utriusque Siciliae Regno celebrando, Officium a Clero persolvendum esse debeat proprium pro Ordine Minorum adprobatum, vel desumendum ex Breviario, et Octavario Romano?

2. An Praefatio in Missa eiusdem Sancti dici possit propria, ut in ipso Ordine?

3. Quaeritur an Episcopus assistens Missae Solemni, quae in Ecclesia celebratur cum cantu, deponere debeat Pileolum a Consecratione ad Consumptionem inclusive; ac idem dicendum de Mitra dum assistit cum Pluviali: an assistens cum Cappa et Mozzetta deponere debeat Biretum tantum, retinens Pileolum?

4. Quatenus declaretur Episcopum posse cum Pileolo assistere ut supra, an idem Pileolum retinere pariter possint Canonici in Choro, et Solio assistentes dum descendunt ad Circulum ad Gloria, Credo, Sanctus, et Agnus Dei?

5. An Canonici, utcumque Episcopo ministrantes in sacris Functionibus, debeant semper id praestare capite detecto, et absque Pileolo?

6. An iidem Canonici Episcopo ministrantes dum Sacrum peragit, saltem possint retinere Pileolum usque ad Consecrationem, illudque resumere sumptione peracta?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente me Secretario, propositis Dubiis maturo examine de more perpensis, respondendum censuit.

Ad 1. « Officium Breviarii Romani, et per Octavam desumendum ex Octavario itidem Romano. »

Ad 2. « Negative, sed illam, quae prostat in Missali Romano. »

Ad 3. « Sine Mitra, et Bireto tantum. »

Ad 4. « Negative in omnibus expressis circumstantiis. »

Ad 5. « Semper sine Pileolo. »

Ad 6. « In Sacris functionibus numquam Pileolo uti posse. »

Atque ita rescripsit, servandumque mandavit.
Die 14. Iunii 1845.

5018. ORD. DISCALCEATORUM

SANCTISSIMAE TRINITATIS
REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Praeses Conventus Sancti Caroli ad quatuor Fontes hic in Urbe Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, advertens Sacerdotes sui Instituti dum pergunt ad Aram Sacrum facturi procedere capite detecto, cupiensque ut ipsi se conformet dispositioni Rubricae Missalis Romani, quae Part. II. Tit. II. praecipit quod Sacerdotes capite cooperto ad Altare procedant, Alumnos praedicti Asceterii ad Capitulum congregavit, illisque rem omnem aperuit, ea tamen lege, ut quaecumque ex parte cuiusque opinio se verteret, sensus super re Sacerorum Rituum Congregationis exquireretur. Disquisitione instituta, res cessit contra Praesidis votum, omnesque vel praesidio suppositae legis proprii Caeremonialis, vel consuetudini etiam immemorabili innixi, in voto fuere nihil esse innovandum, servandamque consuetudinem procedendi ad Altare eo in casu capite operto. Sed iuxta praescriptam conditionem praedictus Superior ad hanc Sacram Congregationem recursum instituit, ut super controversia de iure decerneret. Quae in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes die 7. Mense Decembris anno superiore 1844. coadunata, satius duxit rescribere: « P. Procuratori Generali Ordinis pro Voto, qui transmittat Exemplar proprii Caeremonialis. » Quae omnia quum peracta fuerint, et tum ex Voto Vice-Procuratoris Generalis scriptis pandito, tum ex Parte secunda illius Caeremonialis §§. I. II. et XII., quod tamen legitima adprobatione caret, non eruat quae in praxi, et ex consuetudine servantur a Sacerdotibus praedicti Ordinis dum pergunt a Sacristia ad Altare Sacrum facturi; propterea Eminentissimi, et Reverendissimi Patres in Ordinariis Comitibus iterum ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, omnibus mature consideratis, praesertim quod iuxta alias decreta nulla consuetudo praescribere valeat Rubricarum dispositioni, auditaque plena relatione a me Secretario facta, rescribendum censuerunt: « Capite cooperto iuxta Rubricas. »

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt

a Sacerdotibus Discealeatis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Die 14. Iunii 1845.

5019. MANDELEN.

Dubiis propositis a Capitulo Cathedralis Mandelen. Ecclesiae hisce terminis conceptis, nimirum:

1. Utrum Missa Conventualis sit ex iure celebranda a solis Canonicis, vel a Mansionariis quoque, seu a Beneficiatis ad turnum?

2. Utrum prima Dignitas in Capitulo, seu Archipresbyter Parochus praeter Missas Conventuales celebrandas in anni curriculo, nec non applicandas solemnioribus diebus festivis, teneatur ad turnum pro Missis uti ceteri Canonici?

3. Utrum Canonici Cathedralium, in quibus nulla adhuc invecta sit consuetudo, aut particularis institutio, et ubi Praebendae Canonicales nullimode sunt distinctae in Presbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, teneantur ex iure ministrare pro Diacono, et Subdiacono Archipresbytero, qui est prima Capituli Dignitas post Episcopalem, solemniter Missam Conventualem celebranti?

Sac. Congreg. Rit., in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum coadunata, per modum provisionis rescribendum censuit: « Iuxta Votum Episcopi, donec efformetur novum Capituli Statutum: » nimirum:

Ad 1. « A solis Canonicis. »

Ad 2. » Non teneri ad turnum. »

Ad 3. « Affirmative. »

Die 14. Iunii 1845.

5020. PLATIEN.

Canonicos inter Cathedralis Ecclesiae Platiensis controversia parvi quidem momenti orta est, quae tamen nonnullorum animos diversas in partes scindit. Quam quidem controversiam ad formam Dubii proponit pro opportuna dilucidatione R. D. Calogerus Crea recensitae Cathedralis Canonice Theologus, nimirum: An Canonicus in Choro Diaconus, sed character Ordinis Presbyteralis, omnibus annuentibus Canonicis possit in Choro facere Hebdomadam? dum ipse affirmativam protulerit sententiam profiteatur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes hac die coadunata in Ordinariis Comitibus, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, inhaerendo decretis alias super re editis, ac perenni consuetudini aliis in Ecclesiis laudabiliter servatae, rescribendum censuit: « Affirmative; dummodo Praebendae non sint fixae, et in Choro per antianitatem ascendatur ad Ordinem Presbyteralem. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 14. Iunii 1845.

5021. SYRACUSAN.

Etsi cautum fuerit pluries a Sacra Rituum Congregatione ut in Collegiatis Ecclesiis solemnibus Benedictio Fontis perficiatur a Canonico Hebdomadario, idque servetur in Collegiata Sanctissimae Annunciationis loci vulgo *Comiso* intra fines Dioecesis Syracusanae, in qua Parochus alterius Matricis Ecclesiae curam animarum exercet, quin in sacris functionibus locum ullum ex inita conventionione obtineat; attamen Sacra Rituum Congregatio quum iterum requisita fuerit de ulteriori in re declaratione, ut futuris quibusve temporibus ordo, et uniformitas habeatur, ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, iuxta alias decreta rescripsit: « Fontis benedictionem statis diebus in Collegiata spectare ad Hebdomadariam. »

Atque ita omnino servandum in Collegiata Oppidi *Comiso* mandavit.

Die 14. Iunii 1845.

5022. SUTRINA.

Superiori anno a vivis erepta quum fuerit mulier Anna Graziani Patrizi e Burgo Sancti Sepulchri, locus factus est Testamentariae illius dispositioni, ut nimirum peracto funere Collegiata in Ecclesia Roncelionis, quod est Oppidum in Sutrina Dioecesi, eius Cadaver tumularetur in Ecclesia Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Loci eiusdem. Ad tramites praedictae dispositionis exequuta omnia quum fuerint, incassum iidem Regulares quartam funerariam sibi debitam expectarunt, licet formiter et a Capitulo Collegiatae, et ab Archipresbytero Parocho illam exquisivissent; quin immo requisitio isthaec tamquam indebita fuit ab iisdem reiecta. Ea propter R. P. Guardianus eiusdem Conventus ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem recursum habuit contra repulsam Capituli et Parochi; quae in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes die 7. mense Decembris anno 1844. coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii satius duxit in re omnibus nota, pluriesque decreta, Reverendissimo Episcopo particulariter committere, ut pro sua prudentia controversiam iuxta morem ad pacem componeret assequendam, ac sine ullo strepitu iudicii Capitulum adigeret ad praestandum Alumnis Ordinis Capuccinorum, quod illis debetur a iure statutum. Attamen eiusdem Reverendissimi Episcopi consilium, qui noverat postea recursum habitum fuisse a Patribus Capuccinis penes Sacram Congregationem Concilii, acceptis

lis Litteris, aliisque Sacrae Congregationis Eminentissimorum Patrum Sacri Concilii Tridentini Interpretum super re Informationem requirentibus, in illud intendit, ut omnia Capitulo supra dicto patefaceret, susceptisque allegationibus in scriptis, Sacram utramque Congregationem certiorum redderet super controversia componenda. Interim Sacra Congregatio Concilii allegata omnia a Revmo Episcopo accepta, ad hanc Sacram Rituum Congreg. praeventam transmisit, quae denuo in Palatio Apostolico Vaticano Ordinariis in Comitibus hac die coadunata, auditaque super omnibus fidei relatione ab me subscripto Secretario facta, post maturum, accuratumque examen, prae oculis potissimum habens Legem Patribus ex Ordine Capuccinorum favere, adductamque distinctionem a Capitulo super Sepulchro stabili, seu gentilitio, vel ex testamentaria dispositione electo in iure nullibi reperiri, nec posse quemquam compelli iure suo cedere, si quis forte alias sponte cesserit, unanimi sensu rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta in casu praestandam esse quartam funerariam Ecclesiae tumulanti. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.
Die 14. Iunii 1845.

5023. ORDINIS PRAEDICATORUM.

Quum Reverendissimus P. Fr. Angelus Dominicus Ancarani iam Magister Generalis Ordinis Praedicatorum maxime exoptet, ut quaecumque ambiguitas excludatur, penitusque eliminetur in explenda directione Calendarii sui Ordinis, Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus adiens, sequentium Dubiorum declarationem enixe rogavit, nimirum:

1. An Superior Generalis Ordinis Praedicatorum ad hoc ut a Sancta Sede obtineat pro toto Ordine novum Officium, vel elevationem Officii iam habiti, indigeat consensu Superiorum inferiorum eiusdem Ordinis, vel Capituli Generalis?

2. Obtento, et acceptato a Superiore Generali novo Officio, vel ritus elevatione, de quibus supra, an sit in facultate Superiorum inferiorum illa acceptare, vel nec ne?

3. An sequens Superior Generalis respuere possit praedictum novum Officium, vel ritus elevationem a suo Antecessore obtentam, et acceptatam?

4. Supposito quod Superior Generalis absque aliorum consensu possit a Sancta Sede novum Officium, vel elevationem ritus obtinere, et quod Successor Superior Generalis, ac Superiores inferiores nequeant praedictum novum Officium, vel

ritus elevationem respuere, quaeritur an unusquisque pro adimplemento oneris Divini Officii strictim adigatur praefatae concessioni se conformare?

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Vaticanum sub signata die coadunati in Ordinariis Comitibus, audita ab infrascripto Secretario fidei relatione, maturoque examine perpensis tum propositis Dubiis, tum peculiari adprobata Rubrica Breviarii Ordinis Praedicatorum §. XXXI. n. 2., tum tandem alias in similibus a Sacra Congregatione Decretis, et praesertim Idibus Ianuarii de anno 1631. in una Urbis et Orbis, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Iuxta praecitatam Rubricam §. XXXI. n. 2. non indigere. »

Ad 2. « Negative, sed teneri acceptare. »

Ad 3. « Non posse ad tramites praedicti Decreti diei 13. Ianuarii 1631. »

Ad 4. « Affirmative in omnibus. »

Atque ita declarandum, rescribendum, ac omnino in Ordine Praedicatorum servandum edixere. Die 14. Iunii 1845.

5024. RIPANA.

In Oppido vulgo Montebrandone intra fines Dioecesis Ripanae erecta reperitur Ecclesia a Sacerdote Ioanne Sacri aedificata in honorem Beatae Mariae Virginis a Spe nuncupata, atque necessaria Dote ditata, in qua annuentibus Episcopis Ecclesiasticae Functiones, quae iuris non sunt Parochialis, atque solemnes per annum Supplicationes ab Episcopis ipsis ordinariae declaratae, institutae sunt. Quum vero in praesentiarum hodiernus Praepositus ius aliquod sibi vindicet in ipsis Functionibus, et Supplicationibus; ac proinde Sacerdoti Oratori de anno 1830. iniunctum fuerit ab Episcopo, ut veniam impetraret ab eodem Praeposito, ipse grave admodum hoc experitur, ex eo potissimum quia innumeris Decretis Sacrorum Rituum Congregationis praescriptio isthaec opponitur; ac proinde eandem Congregationem humillimis precibus rogavit, ut declarare, vel potius decernere dignaretur, an deinceps in memorata sua Ecclesia Supplicationes, ceteraque Ecclesiasticae Functiones, quae Parochialia Iura vel in minimo laedunt, exerceri, et institui valeant de venia tantum Episcopi, ut simili modo contentiones ac iurgia penitus amoveantur. Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, rescribendum censuerunt: « Posse in casu, de consensu tantum Episcopi iuxta alias Decreta. »

Die 14. Iunii 1845.

5025. ORDINIS MINORUM
S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA.

Quum R. P. Fr. Carolo Antonio ab Arce Grimalda Alumno Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Provinciae Sancti Hieronymi in Dalmatia cura demandata sit disponendi Ordinem Divini Officii persolvendi, ac Missae quotannis celebrandae in Ecclesiis sui Ordinis, et Provinciae, ne deinceps ambiguitas ulla occurrat quoad nonnulla peculiaria Officia, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut sequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum:

1. An Officium Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi tertiae ex feriis sextis mensis Martii, sub ritu duplicis primae Classis occurrens, dum feria sexta in Parasceve incidit, eo anno omitti debeat, vel potius transferri etiam intra tempus Paschale?

2. An idem Officium occurrens die Annuntiationis Deiparae transferri possit?

3. An hoc ipsum Officium sit transferendum quoties occurrit cum Festo Patroni, vel Titularis Ecclesiae sub ritu duplicis primae Classis instituendo?

4. An Officium Sacrorum quinque Vulnerum Domini Nostri Iesu Christi primae ex feriis sextis mensis Martii assignatum sub ritu duplicis maioris, incidens in duplici secundae Classis, transferri possit etiam ad tempus Paschale, deficiente die libera intra Quadragesimam?

5. An enunciata duo Officia in casu impedimenti sub ritu iam concessio anticipari queant in aliis feriis sextis etiam mensis Februarii?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me Secretario, propositis dubiis maturo examine de more perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Omittendum in casu. »

Ad 2. « Transferendum intra Quadragesimam tantum si adsit Indultum. »

Ad 3. « Praeferendum Officium Patroni, vel Titularis. »

Ad 4. « Servandas regulas in Tabella occurrentiae, vel concurrentiae expositas, et Officium Sacrorum quinque Vulnerum non transferendum ad tempus Paschale, sed in casu omittendum. »

Ad 5. « Negative, sed servandum Indultum. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 14. Iunii 1845.

5026. SCOTORUM.

Sanctus Andreas Apostolus in Scotia colitur ceu Regni Patronus, ac proinde sub ritu duplicis primae Classis cum Octava natale ipsius Sancti

Festum instituit, et dies octava Sanctum Ambrosium Episcopum Confessorem Doctorem removet a propria sede; cuius quidem Sancti Doctoris Officio assignata modo reperitur dies nona Decembris. Verum quum in praesentiarum Clerus Scotiae utatur Ordine Divini Officii Cleri Saecularis Urbis, in quo quinto Idus Decembris apponitur Officium Sancti Eutyechiani Papae Martyris, Sacerdos Ioannes Macpherson Missionarius, cui cura demandata est peculiarem Ordinem Divini Officii pro Clero Scotiae efformandi, Sacrorum Rituum Congr. humillimis precibus rogavit enixe, ut declarare dignaretur sequentia duo Dubia, ne nulla in posterum supersit ambiguitas quoad utriusque Officii stabilem designationem, nimirum:

1. An Festum Sancti Ambrosii, an vero Sancti Eutyechiani celebrandum sit in Scotia quinto Idus Decembris?

2. Quanam dies assignabitur ut sedes fixa Sancto remoto, sive sit Sanctus Ambrosius, sive Sanctus Eutyechianus?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente me Secretario, propositis Dubiis maturo examine de more perpensis, rescripsit.

Ad 1. « Officium Sancti Ambrosii recitandum die 9. Decembris primitus assignata. »

Ad 2. « Officium Sancti Eutyechiani amandandum tamquam in sedem propriam in primam diem non impeditam iuxta Rubricas. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 14. Iunii 1845.

5027. ORITAN.

Reverſe Domine uti Frater.

Per recursum apud Sacrorum Rituum Congregationem nuperrime habitum a Sacerdotibus una et Canonicis Collegiatae Ecclesiae Oppidi Francavilla nuncupati istius Oritanae Dioecesis, scilicet Dominico Forleo Cantore, et Emanuele Forleo Capituli Procuratore, eidem innotuit Archipresbyterum, vel eius Substitutos in Choro tempore Divini Officii uti Stola, quod maxime vetitum est ne fiat a Decretis eiusdem Sacrae Congregationis, praesertim in Generali diei 7. mense Septembri anno 1816. lato, atque a sa: me: Pio Papa VII. sua auctoritate, et confirmatione roborato, quo mandatur omnibus Hebdomadariis, Archipresbyteris, aliisque ne possint uti Stola in canendis Divinis Officiis, sed tantum in Sacramentorum confectione, et administratione, et contraria consuetudo declaratur abusus per Locorum Ordinarium omnino eliminanda: item in una Volaterrana sub die 16. Mense Decembri anno 1828. proposito sequenti

Dubio: « An decreta prohibentia delationem Stolae ab Hebdomadario assistente Horis Canonicis, comprehendat etiam Tertiam cantatam solemniter cum Ministris, et Vesperas solemnes? » Sacra Congregatio rescripsit: « Serventur Decreta, ac praesertim Generale novissimum diei 7. Mensis Septembris anni 1816., in quo comprehenditur etiam casus propositus: » ea propter Sacra Congregatio hac die Ordinariis in Comitibus apud Vaticanas Aedes coadunata, audita relatione a R. P. D. Secretario subscripto facta, satius duxit mandare, ut Amplitudini Tuae scriberetur, et significaretur hoc non licere iuxta alias decreta, ac pro suo munere provideret, ne in Choro deferatur Stola ab Archipresbytero recensito, aut aliis quibuscumque; quae certe consuetudo, seu declaratus abusus viget passim in hac Oritana Dioecesi, atque etiam in Choro ipsius Cathedralis, sicut a testibus fide dignis accepit eadem Sacra Congr. permultis in circumstantiis. Ne ulterius itaque transgressioni legis aditus pateat in universa hac Dioecesi, curet Amplitudo Tua, ad tramites Decreti Generalis, quod omnes indiscriminatim adstringit, mandare ut in Choro tempore Divini Officii Stola amplius non appareat, neque ab ullo sub quovis praetextu deferatur. Et Amplitudo Tua diu felix et incolumis vivat.

Die 14. Iunii 1845.

Reverendo Domino uti Fratri
Episcopo Oritano.

5028.

ROMANA.

Collegiata in Basilica et Parochiali Ecclesia Sancti Marci Urbis mos invaluerat Paschali tempore inter gradus ex utraque parte Arae principis positos, per quos ad Chorum, et ad Aram ipsam ascenditur, collocandi Altare portatile, et super illud Tabernaculum, in quo recondebatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro commoditate communicantis Populi, adeo ut ex his rerum adiunctis illud inconveniens exurgeret ut Altare ipsum Aediculam pro repositione Sanctissimi Sacramenti non efformaret ad tramites Caeremonialis Episcoporum lib. I. cap. 12. §. 8., nec decentiae illius satis consuleretur, ex eo potissimum, quod Mensa Altaris portatilis plano Chori plene coaequaretur, et in huius conspectu passim celebraretur Sacrum, ac Sacra Synaxis petentibus, et accedentibus ministraretur, contra ius passim editum in Decretis Sacrorum Rituum Congregationis. Eapropter hoc advertentes Canonici moderni Sacristae, decorem Domus Dei sedulo quum provehant, ut omnia recto ordine eadem in Ecclesia serventur, atque ut offendiculum unius, vel alterius dissentientis, et pro consuetudine ser-

vanda stantis, decenti modo declinare valeant, de consensu R. P. D. Praesulis Basilicae Vicarii Eminentissimi et Reverendissimi D. Card. Titularis, eidem Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarunt, quatenus pro sua auctoritate, ad futuras praecavendas quaestiones super expositis decerneret. Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, Ordinariis in Comitibus apud Vaticanas Aedes septimo Idus Decembris anno superiore coadunati, visis omnibus, rescribendum censuerunt: « Exquisito Voto Magistri Caeremoniarum, ponatur in Folio. » Quum autem praedicti Canonici suis in Allegatis addidissent Votum alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, quod ex sui natura controversiam omnem de medio tollit, propterea iterato propositae preces in altera Ordinaria Congregatione hac die apud ipsas Vaticanas Aedes coacta, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus praepositi, ad relationem mei subscripti Secretarii, consideratis omnibus, atque libris, rescribendum censuerunt: « Iuxta alias Decreta, et praescriptum Caeremonialis Episcoporum, reponatur in casu Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro commoditate communicantis Populi in alterutra ex lateralibus Aediculis, quae non sit a conspectu Chori. »

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt praedicta in Collegiata Basilica. Die 14. Iunii 1845.

5029.

NEAPOLITAN.

Sacerdos Petrus Aloysius De-Licteriis, Praepositus Ecclesiae Regalis Sodalitatis Peregrinorum Civitatis Neapolis, exposuit eadem in Ecclesia per annum consuetas peragi sacras Functiones peculiari illa decentia, quae rem divinam deceat; atque ab immemorabili consuetudinem illam vigere, ut post Matutinum Officium Feriae quintae in Coena Domini Clavis Capsulae, in qua reconditur Sanctissimum Sacramentum tradatur Primicerio Sodalitatis eiusdem. Percupiens vero ut consuetudo isthaec legitima firmetur auctoritate, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit pro Indulto consequendo. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus septimo Idus Decembris anno superiore coadunata, ad relationem mei Secretarii, rescribendum censuit: « Audiatur, Sede vacante, Ordinarius. » Quum vero ex accepta Informatione eruatur, ita se res habere recensita in Ecclesia eadem Feria quinta, expleta solemniter Missa, repositoque Sanctissimo Sacramento in Capsula ad publicam venerationem, allatamque consuetudinem licet immemorabilem tradendi Capsulae Clavem vel Governatori

culcumque, vel alteri Laico reprobata fuisse a pluribus Decretis, contra quae lege pariter in iisdem lata, nulla valet regionum consuetudo; propterea Eñi, et Rñi Patres in altera Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria ad Vaticanas Aedes pariter coacta, simili relatione super omnibus accepta a R. P. D. Secretario, ceterisque considerandis mature consideratis, rescribendum censuere: « Iuxta alias decreta assertam non valere consuetudinem, et Sacri Sepulchri Clavem tradendam Sacerdoti in crastinum celebraturo. »

Atque ita rescripserunt, ac in eadem Ecclesia servari mandarunt. Die 14. Iunii 1845.

5030.

MELITEN.

Praeter Kalendarium pro Saeculari Clero, aliud Melitae in lucem editur pro Sacerdotibus Collegiatae Ecclesiae Cryptae sic nuncupatae Sancti Pauli Apostoli in Suburbio Civitatis Notabilis, et pro Sanctimonialibus, nec non Sacerdotibus Equestri Ordinis Hierosolymitani Civitatis Vallettae. Postremi huius Kalendarii Director R. D. Ioannes Got Said visus sibi est nonnulla reperire in primo Saecularis Cleri Kalendario edito anno vertente, super quibus ipse contrariam sequi opinionem candide fatetur. Cavens autem ne quidquam proprio Marte decerneret, Sacrorum Rituum Congregationem adivit, et sequentia Dubia proposuit pro opportuna solutione, nimirum:

1. An Patroni minus principales in concursu Officii aequalis ritus, sed dignitate maioris, sint praefereendi?

2. An Festa secundaria Domini, Beatissimaeque Virginis in concurrentia cum Officio aequalis ritus debeant gaudere praecedentia?

3. In Dioecesi Melitensi, ubi celebratur Octava privilegiata Conversionis Sancti Pauli Apostoli, cum clausula *de nullo etc.*, quodnam Officium peragendum est die 28. Ianuarii, num de infra Octavam iuxta consuetudinem, an de Sanctissimo Nomine Iesu? Et quatenus de Nomine Iesu, petitur pro gratia translatio eiusdem in diem 8. Februarii. Et rursus, quatenus negative; de quo agendum erit Officium in Ecclesia Sacrae Cryptae die 28. Ianuarii, an de occurrente die octava Sancti Publii Episcopi Martyris, an de Sanctissimo Nomine Iesu?

4. An Ordinarius Collegiali Ecclesiae Sacrae Cryptae Sancti Pauli, et Monialibus Hierosolymitanis Sanctae Ursulae, quibus unum idemque est Kalendarium, possit aliquid praecipere in praedictum eiusdem Kalendarii?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata, ad relationem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Acton Ponentis,

audita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita, praeloque cusa, rescribendum censuit: *Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum*, nimirum:

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Negative ad primam partem: affirmative ad secundam: quoad expetitam translationem non expedire: et quoad ordinandum Officium die 2. Ianuarii in occurso diei octavae Sancti Publii Episcopi Martyris, et Sanctissimi Nominis Iesu servandas esse Rubricas. »

Ad 4. « Posse quando Rubricarum Breviarum Romani, et vel Sacrorum Rituum Congregationis, vel Sanctae Sedis Apostolicae Decretum, seu Concessionum custodia requiratur. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit

Die 6. Septembris 1845.

5031.

ORDINIS MINORUM

SANCTI FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Quum inter Alumnos Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Coenobii vulgo di Sasoferrato diversae circumferantur opiniones quoad Symbolum Nicaenum in Missis S. Ioseph Sponsi Beatae Mariae Virginis, ac Sancti Ioannis Baptistae Praecursoris Domini, R. P. Fr. Rogerius a Camerino alter ex Sacerdotibus memorati Ordinis et Coenobii Sacrorum Rituum Congregationem rogavit enixe, ut declarare dignaretur, quae firma regula servanda sit dum iidem Sancti alicubi ceu Patroni, et Titulares venerantur. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, rescribendum censuit: « Dicendum *Credo* in omnibus Ecclesiis quando est Patronus praecipuus; in Ecclesia propria tantum quando est Titularis iuxta Rubricas. » Die 6. Septembris 1845.

5032.

ORDINIS MINORUM

SANCTI FRANCISCI DE OBSERVANTIA

REFORMATORUM SANCTI ANGELI

IN APULIA.

Quum ob temporum vicissitudines in Provincia Sancti Angeli in Apulia Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum ab illius Alumnis servatus sit Ordo Officii Neapolitanae Provinciae eiusdem Ordinis, sensim proinde ab anno 1797. usque ad annum 1839. effectum est, ut multi irreperint errores quoad particularia Officia tum praedictae Provinciae, tum cuiusque respective Coenobii. Ad hos praecavendos R. P. Fr. Ioannes Philippus a Bolognano supradictae Provinciae Kalendarii Director, ad tramites unius Ordinis Officii impressi typis anno 1796. novum pro sua

Provincia perpetuum efformavit Kalendarium iuxta sancitas tum a Rubricis proprii Breviarii, tum a Decretis Sacrae Rituum Congregationis leges. Quum vero in hoc aggrediendo opere multa ipsi occurrerint Dubia, haec eidem Sacrae Congregationi proposuit pro opportuna solutione. Dubia autem sunt.

1. Nel Regno delle due Sicilie la Festa di S. Francesco di Paola ora Compatrono di esso Regno si celebra la seconda Domenica dopo Pasqua, e di rito doppio di prima Classe con l'Ottava anche de' Regolari giusta l' analogo Breve del Regnante Sommo Pontefice Gregorio XVI. del dì 10. Maggio 1839. In Ariano però la seconda Domenica dopo Pasqua è già impedita da S. Ottone Patrono principale di quella Città e Diocesi, e perciò quel Vescovo ottenne dalla Santa Sede la facoltà di assegnare a S. Francesco di Paola un dì a suo piacimento, ed in seguito di questa facoltà lasciò detto Santo nel dì 2. Aprile. Ora non essendosi da quel Vescovo fatto cenno de' Regolari nella Supplica presentata in proposito a Sua Santità; quindi si cerca se i Padri Minori Osservanti Riformati dimoranti nella Diocesi di Ariano debbano celebrare anch'essi la Festa di S. Francesco di Paola nel dì 2. Aprile, e se la debbano celebrare con l'Ottava?

2. Tutto l'Ordine de' Minori Osservanti e Riformati celebra la Festa del Santissimo Nome di Gesù li 14. Gennaio. Ma in Ascoli della Puglia essendo questo dì impedito dalla Festa di S. Potito Martire Titolare della Chiesa di quel Convento, e della Cattedrale, e Patrono di quella Città e Diocesi, la Festa del Santissimo Nome di Gesù nel suddetto Direttorio dell' anno 1796. vedesi fissato li 14. Febbraio con questa Parentesi (*hic in perpetuum ex 14. Ianuarii ex S. R. C. Decreto.*) Non sembrando però autentico siffatto Decreto, perchè sarebbe opposto a varii altri, che proibiscono di celebrare la suddetta Festa in Quaresima, il che avverrebbe spesso se si celebrasse li 14. Febbraio; perciò si cerca se i Padri Minori Osservanti Riformati di Ascoli possono celebrarla la seconda Domenica dopo l' Epifania come la Chiesa universale, benchè la loro Rubrica peculiare n. 112. proibisca assegnare agli Uffici traslati le Ferie, e Domeniche, ossia i giorni mobili? Ed in caso di affermativa, si cerca inoltre, se quando la Domenica seconda dopo l' Epifania è impedita dalla Settuagesima, possano trasferire il Santissimo Nome di Gesù al dì 28. Gennaio, benchè impedito da un doppio minore, giusta i varii Decreti di cotesta Sacra Congregazione, e se quando oltre la seconda Domenica dopo l' Epifania è anche impedito il dì 28. Gennaio, come avverrà nel 1866., possano

trasferirlo al dì 20. dello stesso Mese, benchè egualmente impedito da un doppio minore?

3. In Benevento si celebra la Festa della Dedicazione di quella Cattedrale nella prima Domenica dopo l'Ottava di tutti i Santi, e perciò il Clero Secolare celebra la Festa del Patrocinio di Maria Santissima nella prima Domenica di Novembre. Per la qual cosa si cerca, se anche i Padri Minori Osservanti Riformati quivi dimoranti possano conformarsi intorno al Patrocinio di Maria Santissima col Clero Secolare, ovvero la debbano perpetuamente trasportare ad altro dì libero?

4. In Lucera si celebra la Festa della Dedicazione di quella Cattedrale nella Domenica prossima al dì 15. Ottobre, e perciò presso quei Padri Minori Osservanti Riformati rimane sempre impedita or l'una, or l'altra Festa della Maternità, e Purità di Maria Santissima fissata alla seconda, e terza Domenica di Ottobre. Si cerca pertanto, se quei Religiosi debbano trasferire solo accidentalmente l'Ufficio della Maternità, e Purità, con la Festa della Dedicazione, o se sia necessario trasferirne uno, e quale perpetuamente, ad un giorno vacante?

5. In Montecalvo Arcidiocesi di Benevento, non si conviene intorno al Santo Patrono principale di quel luogo. Dal suddetto Direttorio del 1796. costa, che in quell'epoca credevasi Patrono principale Sant'Antonio di Padova a dì 13. Giugno, e questo dì in Montecalvo è tuttora Festa di precetto. Ma il Clero Secolare tiene per Patrono principale San Felice Martire, e ne celebra l'Ufficio con la Festa popolare ai 30. Agosto, conservandosi inoltre in quella Chiesa di Montecalvo il sacro di lui Corpo. Ora si cerca se anche i Padri Minori Osservanti Riformati quivi dimoranti debbano conformarsi intorno a questo Santo col Clero Secolare, trasferendo ad un dì vacante Santa Rosa di Lima di rito doppio minore occorrente nel suddetto dì 30. Agosto?

6. Alla suddetta Provincia di Sant'Angelo fu anticamente accordato l'Ufficio delle cinque Piaghe di Nostro Signore Gesù Cristo, di rito doppio maggiore da celebrarsi il Venerdì dopo le Ceneri, senza che possa più sapersi se sia *ad libitum*, o di precetto, e se quindi si debba trasferire, quando il suddetto Venerdì è impedito. Secondo le Rubriche peculiari del Breviario Romano-Serafico n. 118. siffatti Uffici concessi per qualche giorno mobile, se sono di precetto, debbonsi all'uopo trasferire; altrimenti debbonsi in tal caso omettere; perciò si cerca come debbansi regolare in questo caso i Padri della Riformata Provincia di Sant'Angelo?

7. I Santi Martiri Festo, ed altri Compagni

di S. Gennaro ai 19. Settembre di rito semidoppio, in quella Provincia sarebbonsi dovuti trasferire fin dal 1783., in cui fu approvato dalla Santa Sede il Breviario Romano Serafico, al giorno 5. Ottobre, il quale in quell'epoca era il primo giorno non impedito dopo il 19. di Settembre, in cui nel Regno delle due Sicilie si celebra la Festa del solo S. Gennaro Patrono del Regno. Ora il dì 3. Ottobre è assegnato nel suddetto Breviario ad un Beato dell'Ordine Serafico di rito doppio minore. Se questo giorno fosse il Natalizio del suddetto Beato, ovvero gli fosse stato assegnato dalla Santa Sede, o da questa Sacra Congregazione i predetti Santi Martiri avrebbon dovuto cedere, giusta le più volte citate Rubriche peculiari n. 114.; ma il dì 5. Ottobre non essendo il Natalizio del suddetto Beato, nè sapendosi se gli sia stato assegnato dalla Santa Sede, perciò si cerca se in questo caso debbansi lasciare i predetti Santi Martiri nel dì 5. Ottobre, e se lo stesso debbasi fare in casi consimili?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes Ordinariis in Comitibus hac die coadunata, exquisitis prius Informatione et Voto R. P. Generalis Procuratoris eiusdem Ordinis, per relationem a me subscripto Secretario factam, omnibus mature, diligenterque examinatis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Quoad primam partem affirmative, instar concessionis factae Episcopo Arianen: quoad secundam partem negative, nisi fuerit specialiter indultum. »

Ad 2. « In casu de quo agitur, servetur Decretum diei 5. Maii 1736. in Einsilden. ad 1.: et quando dies 28. Ianuarii incidit in privilegiatam Dominicam fiat de Sanctissimo Nomine Iesu die sequenti. »

Ad 3. « Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. »

Ad 4. « Ad tramites concessionis transferatur in primam diem non impeditam iuxta Rubricas. »

Ad 5. « Se conforment in Officio tantum illius praecipui Patroni qui fuit legitime electus, et a Sancta Sede confirmatus. »

Ad 6. « In dubio satius est Officium omittere. »

Ad 7. « Nihil innovetur, atque in sinilibus observentur Rubricae, et Decreta. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 6. Septembris 1845.

5033. SANCTI ANGELI IN VADO.

Legis latae per Generale Decretum editum die 31. mense Martio anno 1821. bene conscius R. D. Paulus Antonius Marchi Canonicus Cathedralis Sancti Angeli in Vado, qua interdicitur apponi vel Imagines, vel Reliquias Sanctorum su-

per Tabernaculum, ubi reconditur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit, ut saltem ante eiusdem Tabernaculi Ostiolum collocari possit aliquis Sancti Reliquia die, qua eiusdem Festum recolitur, maxime quum vigent super hoc ipso immemorabilis consuetudo.

Et Sacra eadem Congregatio hac die Ordinariis in Comitibus ad Quirinales Aedes coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus attente consideratis, ac praesertim Decreto in una Congregationis Montis Coronae edito die 22. mense Ianuario anno 1701. ad Dubium X. quo prohibetur collocare, et retinere vel vas florum, vel quid simile ante praedictum Ostiolum Tabernaculi, rescribendum censuit: « Non licere, et assertam consuetudinem tamquam abusum eliminandum. »

Atque ita rescripsit ac servari mandavit.

Die 6. Septembris 1845.

5034. URBIS ET ORBIS.

Dilectus Deo et hominibus Sanctus Antonius Florentinorum Antistes, quum ab ipsa pueritia sibi proposuerit Deo plenissime adhaerere, viamque mandatorum eius alacri semper gressu percurrere ponens in Domino spem suam, morum integritate, vitaeque sanctimonia promeruit ut divinitus dirigeretur ad poenitentiam gentis, ac tollendam abominationem impietatis. Siquidem gubernans ad Dominum cor suum, optavit et datus est illi sensus ac spiritus sapientiae, omniaque bona pariter cum illa adeptus, super salutem et speciem dilexit illam, atque illius inextinguibili splendore adductus, in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Pastoralis dignitate et officio cohonestatus, quasi Sol effulsit in templo Dei forma factus gregis ex animo, et sollicitè attendens sibi eidemque gregi, in quo Spiritus Sanctus eum posuit Episcopum regere Ecclesiam Dei, quam humani generis Redemptor acquisivit Sanguine suo, curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione. Propter quod vigilans, sibi que concreditorum fidelium commoda et utilitates inquirens, vix dici potest quantum prudentia, pietate, charitate, ac sacerdotali zelo in hoc munere excelluerit, non gloriandi, et acquiriti cupiditate, sed obediendi et subveniendi, et Deo placendi charitate. Nil aliud scire nisi Iesum Christum et hunc crucifixum, omnibus, sive longe sive prope fuissent, evangelizavit pacem, evangelizavit bona non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, donec occurrat in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, et adeptus est coronam iustitiae bono certamine legitime expieto,

cursum integre consummato, ac fide sanctissima servata. Etsi insignis huiusmodi viri nomen undique inclaruert, ac penes omnes eius memoria in benedictione permaneat, attamen ut eius cultus magis magisque augeatur, nonnulli Eminentissimi et Reverendissimi Domini Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales non minus quam plures amplissimi Antistites, ac in primis Reverendissimus Archiepiscopus Florentin. cum Reverendissimo Patre Magistro generali Ordinis Praedicatorum, cuius Institutum iuvenis adhuc Sanctus Antoninus complexus est, Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XVI. Pontificem Maximum humillimis precibus instantissime efflagitarunt, ut festum Sancti Antonini Episcopi Confessoris, quod iamdiu ab universali Ecclesia cum Officio et Missa sub ritu semiduplici instituitur, pro Clero tum Saeculari tum Regulari, non exclusis cuiuscumque Ordinis Sanctimonialibus ad horas canonicas persolvendas adstrictis, ad ritum duplicis minoris de speciali gratia elevare dignaretur. Enixis huiusmodi precibus a Sanctitate Sua peramanter exceptis, referente me infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario decimo Kalendas Septembris superiori anno 1844. benigne annuit iuxta petita, attamen pro Italia tantum, et Insulis adiacentibus.

Verum quum idem Reverendissimus Florentin. Archiepiscopus cum nonnullis aliis exterarum gentium Praesulibus, et Religiosorum Ordinum Moderatoribus iterum supplicarit, ut enunciatum Indultum Italiae et Insulis adiacentibus concessum ad universalem extendatur Ecclesiam, ac de mandato eiusdem Sanctitatis Suae novis hisce precibus actum fuerit in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinales Aedes habitis octavo Idus vertentis mensis et anni, Eminentissimi et Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt: « Pro gratia, et ad D. Secretarium cum Sanctissimo. »

Supra quibus omnibus facta iterum Sanctissimo Domino per me Secretarium fidei relatione, ipsa Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Congregationis auctoritate Apostolica confirmans, edixit ut deinceps festum Sancti Antonini Episcopi Confessoris ab universali Ecclesia recolatur cum Officio et Missa iam concessis sub ritu duplici minori. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12. Septembris 1845.

5035. BAHIEN. IN BRASILIA.

In votis quum maxime habeat Reverendissimus Bahien. Episcopus in Brasilia, ut omnia accurate fiant in Ecclesiasticis Functionibus, recto

ordine, rectaque disciplina, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Utrum Parochus quisque Populo enuncietur Verbum Dei tempore Missae sollemnibus vel in sua Ecclesia, vel in altera intra limites suae Paroeciae, veniam, aut benedictionem a Celebrante expetere debeat, etiam si hic non esset Episcopus?

2. Utrum Praelati Regulares, qui usu Pontificalium insigniti sunt in Ecclesiis sui Instituti praedictam veniam, ut in praecedenti, petere debeant praedicaturi?

3. Utrum Abbates Ordinis Sancti Benedicti, vel aliarum Congregationum, qui pariter usu Pontificalium sunt insigniti, possint, annuente tamen loci Ordinario, Missam sollemnem in Pontificalibus extra propriam Ecclesiam, vel ceteras eiusdem Instituti Ecclesias, praesertim quando iidem Abbates in Apostolico Indulto benedictionem receperint ad fermam Pontificalis Romani?

4. Utrum Ecclesiastici, quibus permittitur Pileoli usus, illum gestare queant dum a Suggesto praedicant, vel alias Ecclesiasticas exercent Functiones, praeter tamen in Missae Sacrificio?

5. Utrum Regulares, qui ad tramites Constitutionis Ordinis proprii assequuti sunt gradum Doctoris in Sacra Theologia, valeant, legitime dimisso Religionis habitu, titulo Doctoris honoribus adnexis gaudere?

6. Utrum Sacerdotes, qui gradus sunt assequuti in aliqua Accademia, vel Universitate facultatem tribuente gestandi anulum, hoc gestare queant in digito, sicut Praelati gestant?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes hac die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus mature perpensis, riteque consideratis, rescribendum censuit.

Ad 1. et 2. « Negative. »

Ad 3. « Negative in omnibus sine speciali Apostolico Indulto. »

Ad 4. « Negative tam in Missa, quam in Ecclesiasticis Functionibus, nisi fuerit specialiter indultum. »

Ad 5. « Per Religiosos tantum. »

Ad 6. « Permittitur, praeterquam in Ecclesiasticis Functionibus iuxta alias decreta. »

Et ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 23. Maii 1846.

5036. BISINIANEN.

Quum ea sit positio Parochialis Ecclesiae loci vulgo Acri in Dioecesi Bisinianen. ut ad Fideles ut plurimum per agros dissitos, ac ad plura milliaria

distentos, Sacrum Viaticum, dum ipsi infirmantur, deferri nequeat nisi summa cum difficultate ob viarum asperitatem, ac ventorum, nivium, glacierumque incommoda, inde fit ut animarum dispendia necessario eveniant, et semper maiora timeri debeant. Quis incommodis occurrere, quoad fieri potest, exoptantes hodierni Parochus, et Oeconomi Oppidi ipsius, invectae in enunciata Paroecia consuetudini huiusmodi in casibus deferendi Sanctissimum Sacramentum capite pileo cooperto, et equitando amplius, se conformare formidant, quia nulla usque nunc interessit Apostolica venia. Sacrorum proinde Rituum Congregationem enixis precibus adeuntes consuetudinis ipsius confirmationem instanter rogarunt, quod et ipse Reverendissimus Episcopus Sancti Marci, et Bisinianen. pro Informatione, et Voto requisitus efflagitat ex propria notione in Sacra Visitatione, quae enunciantur incommoda expertus.

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibusque rationum momentis maturo perpensis, rescribendum censuit: *Detur Decretum in Laudem. diei 23. Ianuarii 1740.*, nimirum commisit Reverendissimo eidem Episcopo, ut pro suo arbitrio, et prudentia, quod deinceps Parochus, et Oeconomi Aeri, huiusmodi in circumstantiis equitantes, ac capite pileo cooperto Sacrum Viaticum deferre valeant, comitante saltem uno homine, si fieri potest, accensam laternam deferente. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

5037. CADURCEN.

Sacerdos Layrac Reverendissimi Cadurensis Episcopi Vicarius Generalis ad eliminandam quamcumque dubitationem in Sacrosancti Missae Sacrificii celebratione, ipsius Episcopi nomine Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Altare portatile, cuius Sepulchrum, aliis remanentibus consecrationis vestigiis, invenitur Sacris Reliquiis vacuum, reputari ne debet ita penitus consecrationem suam amisisse, ut aliis repositis in Sepulchro Reliquiis, eo uti non liceat?

2. Quid si deleto tantum Episcopali Sigillo super Sepulchrum hispanica cera impresso, obse-
ratae tamen inveniantur Sacrae Reliquiae?

3. Quid agendum a Sacerdote, qui Reliquiarum amissione recognita, alio indiget Altare ad Sacra facienda?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata, me

subscripto Secretario referente, super expositis maturo examine instituto, rescribendum censuit.

Ad 1. « Iuxta alias decreta indigere nova consecratione. »

Ad 2. « Ut ad proximum, quia non constaret de Reliquiarum identitate, et authenticitate. »

Ad 3. « Recurrendum ad Episcopum ut ab illo provideatur de novo Altare portatili. »

Atque ita rescripsit, definivitque.

Die 23. Maii 1846.

5038. GERUNDEN.

Sacerdos Joachim Bellsollell hodiernus Caeremoniarum Magister in Cathedrali Gerunden. Ecclesia quum Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarit, ut declarare dignaretur, num in Festo Apparitionis Sancti Iacobi Apostoli, occurrente tempore Paschali, nimirum decimo Kalendas Iunii, ad Horas minores Responsoria brevia assumenda sint de communi Apostolorum tempore Paschali, vel de Communi extra idem tempus additis *Alleluia*; Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunati, audita ab me subscripto Secretario relatione, respondendum censuerunt: « Ex Decreto concessionis Officii lato usque ab anno 1740. decimo Kalendas Augusti Responsoria brevia sumi debent ex Communi Apostolorum extra tempus Paschale, additis *Alleluia*. »

Atque ita declararunt, ac servandum mandarunt. Die 23. Maii 1846.

5039. IANUEN.

Em̄e, et Rm̄e Domine Domine Obsequiē.

Capitulum, et Canonici Collegiatae Ecclesiae Beatæ Mariae Virginis de Remedio istius Ianuen. Civitatis, quum praenoscent designatis Dominicis persolvere non posse Officia commemorationis Sacrarum Reliquiarum, quod Clero Ianuensi asserunt concessum ritu duplicis primae Classis absque Octava, ac Patrocinii Sancti Iosephi Sponsi Beatæ Mariae Virginis sub ritu duplicis minoris haec ipsa Festa, quamvis ex Decretis omittenda sint, utpote affixa certis diebus, celebrare et ipsi exoptant assignando cuilibet ipsorum sedem propriam. Quam quidem translationem, novamque assignationem quum superiori anno 1844. proposuerit hodiernus Abbas memoratae Collegiatae, Capitulum ipsum et Canonici iure dubitant an ipsam sequi tuto possint, nam nulla Apostolica venia intercessit, ac proinde Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuerunt, nimirum:

1. An Abbas propria auctoritate potuerit assignare pro Clero praedictae Collegiatae Officium

Sacrarum Reliquiarum die 13. Maii, ac insequenti die XIV. Officium Patrocinii Sancti Ioseph?

2. An id saltem potuerit auctoritate Ordinarii? Et quatenus negative.

3. Ne haec duo Officia omittere cogatur Clerus memoratae Collegiatae enixe rogat, ut de Apostolica benignitate Officio Sacrarum Reliquiarum persolvendo ritu duplicis primae Classis assignetur feria secunda post Dominicam secundam a Paschate Resurrectionis, translato ad Rubricarum placitum quocumque alio Officio ea ipsa Feria occurrente, ac ut Officium Patrocinii Sancti Ioseph tamquam in sede propria assignetur quinto Nonas Iulii sub ritu duplicis maioris etiam occurrente Dominica.

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito coadunati ad relationem mei subscripti Secretarii *Negative* respondentes tum primo, tum secundo ex propositis Dubiis, ac proinde illegitimam declarantes designationem ab Abbate factam; quoad novam designationem requisitam, nil statuendum censuerunt, quin Eminentiae Vestrae dilucidam super omnibus exquirerent Informationem. Dignetur itaque Eminentia Vestra super expositis Sacram Congregationem certiore reddere, eique suum Votum aperire. Interim Eminentiae Vestrae Manus humillime deosculor.

Romae 23. Maii 1646.

Eño, et Rño Domino Cardinali Archiepiscopo Ianuen.

5040. LINGONEN.

Quum Reverendissimus Lingonen. Episcopus Liturgiam Romanam in sua Dioecesi induxerit, anceps haeret, num adhibere possit habitum violaceum cum longa cauda, scilicet Cappam magnam, quo habitu communiter utuntur Episcopi, ac de opportuna declaratione Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit. Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes subscripta die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente me Secretario, respondendum censuit; « Posse ad tramites Caeremonialis Episcoporum. » Die 23. Maii 1846.

5041. ORITAN.

Dum sa: me: Pius Papa VII. pro Regno utriusque Siciliae sub die 10. Aprilis 1818. contraxit numerum Festorum sub utroque praecepto servandorum, edixit, ut quoad Ecclesiasticum ritum, nimirum quoad Officia, Missas, et Vigilias eadem Sanctorum, et Solemnitatum Festa abrogata, ut antea servarentur, siquidem reductionis causa unica fuit exemptio Fidelium ab utroque praecepto servando. Verum quum interdum eadem

abrogata Festa incidant in Dominicis per Annum privilegiatis, vel cum Festis mobilibus concurrant, ac proinde ex Rubricarum praescripto eorum Officia sint transferenda, non una est Cleri Oritani sententia circa Chorale servitium a Capitularibus praestandum, ac proinde Sacrorum Rituum Congregationi sequens quaestio proposita fuit pro opportuna declaratione, nimirum: « An ob occurrentiam Dominicae privilegiatae vel alterius solemnitatis maioris ritus, vel dignitatis, translatis ad aliam diem Officiis Festorum abrogatorum, in die repositionis Clerus adigatur Choro interesse, sicut in diebus propriis, ut supra impeditis, quibus reapse interest, quamvis ex alia causa? » Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanas Aedes in Ordinario Coetu hodierna die coadunata, audita a me subscripto Secretario fidei relatione, ac singulis rationum momentis sedulo perpensis, declarandum censuit, Clerum ad iteratam Chori assistentiam ex solo titulo translationis Festorum abrogatorum nullatenus teneri, ac proinde rescripsit: « In die propria tantum. » Die 23. Maii 1846.

5042. ORDINIS SANCTI BENEDICTI CONGREGATIONIS SILVESTRINAE.

Quum Revñus P. Abbas Septimius Conversi Procurator Generalis Congregationis Silvestrinae in votis habeat, ut inter suos Alumnos in Divinis persolvendis Laudibus singula ad Rubricarum, et Decretorum placitum disponantur, sequentia Dubia Sac. Rit. Congr. proposuit, ut super iisdem sententiam suam edere dignaretur, nimirum:

1. An Regulares teneantur celebrare praeter Officium Patroni Civitatis, et Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, etiam Compatroni, de quo agitur Festum cum onere audiendi Missam, et etiam alicuius Sancti specialis loci illius, in quo degunt?

2. An Regulares habitantes extra Civitatem, ubi residet Episcopus, recitato Officio Patroni, et Dedicationis Ecclesiae locorum ubi habitant, teneantur recitare quoque Officium Patroni Civitatis, et Dedicationis Ecclesiae Cathedralis?

3. Regulares translati de uno Monasterio ad aliud remanente vero proprietate prioris loci apud ipsos, debent ne recitare Officia Sancti Titularis illius prioris Ecclesiae, et Dedicationis sub ritu duplicis primae Classis cum Octava? Et an in Suffragiis Sanctorum debeant addere commemorationem illius Sancti Titularis?

4. Paroecia sub titula ex: gr: Sancti Antonii Abbatis translata fuit ad Ecclesiam Sanctae Theresiae Virginis, quia Ecclesia Sancti Antonii minabatur ruinam: quaeritur an Regulares, qui nunc cum nova Domo hanc Paroeciam acceperunt,

debeant pariter Officium Sancti Antonii Abbatis sub ritu duplicis primae Classis cum Octava recitare, ac Sanctae Theresiae Virginis Titularis Ecclesiae, quamvis Ecclesia Sancti Antonii iam nunc minime existat?

5. Officia Sanctorum, qui non sunt Patroni, nec Compatroni, sed per plures annos de iis celebratae sunt horae Canonicae, quaeritur an debeant, vel saltem possint omitti?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata, me subscripto Secretario referente, super expositis maturo examine instituto, rescribendum censuit.

Ad 1. «Regulares teneri ad Officium tantum praecipui Patroni Dioecesis si adsit, vel Loci.»

Ad 2. «Teneri si tunc ibi morentur.»

Ad 3. «In casu non teneri.»

Ad 4. «Sine novo Indulto non posse.»

Ad 5. «Si non constat de legitima concessione debere omitti.»

Atque ita declaravit, definit, servarique praecipit. Die 23. Maii 1846.

5043. SANCTI FLORI.

Reverende Domine uti Frater.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitii apud Vaticanas Aedes coactis decimo Kalendas Iunii anno vertente ab R. P. D. eiusdem Sacrae Congregationis Secretario subscripto relatae fuerunt sequentes preces nomine Amplitudinis tuae porrectas, nimirum. «Plurimorum Altarium portatilium diversarum Ecclesiarum Dioecesis Sancti Flori in Gallia, exciderant, sive excidisse videbantur Sanctorum Reliquiae; timebatur quoque ne sepulchra quorundam aliorum licet pice, seu cera obsignata, et sigillo Episcopali non munita, effossa fuissent, et Sacris Reliquiis carentia. Quum autem crederetur non ideo execrata fuisse illa Altaria, et satis esse, ut novae in illis tumularentur Sanctorum Exuviae, inde factum est ut in decursu visitationis, aliisve circumstantiis, Episcopus Sancti Flori, seu Vicarii Generales ipsius, visitatis illis praedictis Altaribus, mandaverint omnino Sepulchra Altarium omnium, de quibus supra, ibidem per novas Reliquias authenticas tumulaverint. At recens data innotuit declaratio Sacrorum Rituum Congregationis docens Altaria, quorum Sepulchrum effossum est, esse execrata. Quum autem difficillimum sit discernere Altaria, de quibus in precibus, quia Episcopus consecravit quaedam Altaria portatilia, et eorum Sepulchra eodem sigillo consignavit, ideo enixe supplicat Episcopus Sancti Flori ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, ut Sanctitas Vestra benigne mederi di-

gnetur defectui supra enunciato, et concedere ut, non obstante defectu, celebrari possit super huiusmodi Altaribus, quae certo olim consecrata fuerant. Quod Deus etc. Et Sacra eadem Congregatio hisee omnibus perceptis, attentaeque consideratis, in ea fuit concordi sententia, ut Amplitudini tuae iniungeretur, quatenus iuxta servatum morem posses eadem Amplitudo tua consecrare non parvo tamen numero Altaria portatilia ad supplendum necessitati in respectivo enunciato casu; atque iterum, si opus fuerit ex deficientia Altarium consecratorum, quoniam omnia praedicta ex tali defectu consecrationem amiserunt, supplicandum Sanctissimo pro expetita facultate. Super quibus omnibus tempore habili, subsignata nimirum die ab eodem R. P. D. a Secretis facto verbo cum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. Sanctitas Sua probe cognoscens novum esse, et contra legis statuta locum petitioni dare, maluit ex necessitate onus potius imponere facili negotio obeundum, quam dispensationem impertiri; nimirum ut consecrato portatili Altarium non parvo numero, ut supra, haec paulatim loco aliorum non consecratorum ponantur, ac sublata iterum consecrentur, et haec sic perperam habitata, ad Sacrum faciendum dignosci poterunt vel ex qualitate signi noviter impressi, vel ex Diario Sacrae Visitationis, quod certe referre debet locum, et Altare tali modo noviter dispositum. Haec Sacratissimi Principis mandata dum Amplitudini tuae communico, diuturnam Tibi ex animo exopto felicitatem.

Romae 3. Iulii 1846.

Reverendissimo Domino uti Fratri
Episcopo Sancti Flori

5044. SENEN.

Quum Equites Marcus, et Alexander Saracini in Oppido Castrinovi vulgo della Berardenga in Archidioecesi Senensi e fundamentis excitarent Parochialem Ecclesiam, ut Ecclesiasticas sanctiones adimplere adamussim valeant, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarunt, ut declarare dignaretur, num super omni Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, apponi omnino debeat Baldachinum? Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunata, referente me subscripto Secretario, comperiens usque ab anno 1697. quinto Kalendas Maii in una Cortonen. sancitum fuisse, ut Baldachinum omnino apponatur super Altare, in quo augustissimum Sacramentum asservatur, rescribendum censuit: «Detur Decretum in una Cortonen. diei 27. Aprilis 1697.»

Atque ita rescripsit. Die 23. Maii 1846.

5045.

SYRACUSAN.

Ex Apostolicis Litteris in forma Brevis usque ab anno 1828. quarto Idus Aprilis expeditis super reductione Festorum in Regno utriusque Siciliae sa: me: Pius Papa VII. edixit, ut Officio ac Missae Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli tertio Kalendas Iulii adderetur commemoratio omnium Sanctorum Apostolorum, et omnium Sanctorum Martyrum. Verum quum interdum hoc Sanctorum Apostolorum Festum occurrat ipsa die octava Sanctissimi Corporis Christi, Reverendissimus Syracusan. Antistes Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut declarare dignaretur, num huiusmodi in occursu enunciata commemoratio Sanctorum Apostolorum, et Martyrum, utpote Festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli adnexa, fieri debeat ante commemorationem diei octavae Sanctissimi Corporis Christi? Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinario Coetu, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit: « Quum nihil praescribatur in enunciato Apostolico Brevi, praecedere debet commemoratio Octavae Sanctissimi Corporis Christi. »

Atque ita servandum mandavit.

Die 23. Maii 1846.

5046.

TIBURTIN.

Revme Domine uti Frater.

Expositum fuit Sacrorum Rituum Congregationi ab Archipresbytero Terrae Poli nuncupatae istius Dioecesis Sacerdotem Iosephum Rosa ceu Patronum Aediculae Deo sub invocatione Sancti Rochi Confessoris erectae intra Ecclesiam Archipresbyteralem ibi extruxisse Sepulchrum pro se suisque, quod nimis Altari adhaeret contra leges Canonicas; atque de opportuno remedio Eminentissimorum Patrum auctoritas interpellabatur. Sacerdos vero Rosa praedictus recursus in se facti bene conscius eidem Sacrae Congregationi totius rei seriem aperiens supplicem libellum exhibuit, una cum Peritorum testificationibus, ac Sepulchri ipsius ichnographiam, ac totius Aediculae, quo facile pateret etiam posita areae angustia recensitas leges fuisse servatas, earumque dispositionem sartam tectamque manere cum accessione Sepulchri. Haec omnia in Ordinariis eiusdem Congregationis Comitibus habitis subscripta die apud Vaticanas Aedes distincte per infrascriptum R. P. D. Secretarium relata, ac rite ab Eminentissimis Patribus examinata, communi in sensu ipsi fuerunt ut Amplitudini Tuae scriberetur, quatenus super faciem loci, omnibus perspectis, ac diligenter consideratis eadem Amplitudo Tua cognoscat, utrum nec ne

revera spatium trium cubitorum intercedat inter Sepulchrum, et Altare praedicta ad tramites eorum, quae sancita sunt in una Volaterrana die 17. Mense Martio anno 1663., quo posito per opportunum Decretum questionem componas, remque definias, ne locus amplius alicui contestationi remaneat. Curet propterea Amplitudo Tua hoc Sacrae Congregationis mandatum executioni dare, ac diu felix, et incolumis vivat.

Romae 23. Maii 1846.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Tiburtino.

5047.

MAURIANEN.

Quum Capitulum Cathedralis Maurianen. Ecclesiae in condendis Statutis operam impendat, non una est sententia Canonicorum quoad onus Missae solemnibus celebrandae a prima Dignitate in solemnioribus diebus, quoties Episcopus Pontificaliter non celebrat. Cui quidem opinio varietati ut finis imponatur, ac certa indubiaeque regula constabiliatur, Reverendissimus Maurianen. Episcopus pastoralis sui muneris esse duxit Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna solutione proponere, nimirum:

1. An Episcopo non celebrante in festivitibus solemnioribus, Praepositus prima Dignitas Ecclesiae Cathedralis Maurianensis teneatur ad celebrationem Missae, nisi sit ipse absens, vel impeditus?

2. An Capitulum condere possit Statutum, quo decernatur Praepositum primam Dignitatem teneri ad celebrationem Missae solemnibus diebus?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub signata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Teneri iuxta alias Decreta. »

Ad 2. « Posse in omnibus. »

Die 23. Maii 1846.

5048.

VITERBIEN.

Etsi in Litteris Apostolicis in forma Brevis expeditis a sa: me: Benedicto Papa XIV. usque ab anno 1740. Capitulo, seu Canonicorum Collegio Parochialis Ecclesiae Civitatis Vetrallae intra fines Dioecesis Viterbien. indultum fuerit, ut Canonici ipsi in Ecclesiasticis Functionibus intra propriam Ecclesiam, et dum collegialiter incedunt, licite ac libere gestare valeant Rochettum cum suis manicis, et Mozzettam violacei coloris; attamen decursu temporis in huiusmodi Insignium usu nonnulli irrepere abusos, quae ut occurratur aliqui ex memoratae Collegiatae Parochialis Ecclesiae Ca-

nonci Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuere, nimirum:

1. An, ea stante in Bulla Benedicti XIX. verborum clausula, *Dum collegialiter incedunt*, Archipresbyter Vetrallensis, aut quisquam ex Canonicis seiunctus a Collegio, et separatim agens tam intra Collegiatam Ecclesiam, quam extra, Rochetti, et Mozzettae usu gaudeat?

2. An eo gaudere Archipresbyter unus putandus sit, ex eo quod primus est inter aequales, non obstante quod Bulla mentionem eius rei singularis nullam faciat?

3. An Archipresbyter, vel Canonicus in genere Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, aliaque administraturus, tam in Ecclesia Collegiata, quam extra induere sibi possit Choralia Insignia praedicta, desuper imposita Stola? et, quatenus negative, an Superpelliceo, et Stola tantum in Sacramentorum, et Sacramentalium omnium perfunctione rite uti teneatur?

4. An forsitan uni Archipresbytero propter personam, quam gerit Parochi, liceat Rochetto, Mozzetta, et Stola induto Sacramenta in Paroecia sua administrare?

5. An uti valeat ea Veste in benedictione domorum, quae fit in Sabbato Sancto?

6. An in associatione funeris sive in sua, sive in aliena Paroecia?

7. An in associatione funeris una cum toto Collegio Canonicorum?

8. An in publicis Supplicationibus, quum Archipresbyter coniunctim cum Capitulo incedit?

9. An habitus ullus sit, qui rite competat Archipresbytero, si adstat benedictioni Matrimonii, quod administrat alius Sacerdos ab eo deputatus, et in casu an sit Rochettum, Mozzetta, et Stola?

10. An Archipresbyter vel Canonicus rite adhibeat Choralia Insignia, et desuper impositam Stolam in Concione, et quatenus negative, an uti possit Rochetto, Superpelliceo et Stola?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata, referente me subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, iuxta alias Decreta respondendum censuit.

Ad 1. « Posse intra Collegiatam, extra illam non posse. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Negative, et servandum Decretum alias editum. »

Ad 4. « Negative, sed tantum in casu cum Rochetto et Superpelliceo. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « Negative. »

Ad 7. « Affirmative, si incedat sine Stola. »

Ad 8. « Ut ad proximum. »

Ad 9. « Semper in casu sine Stola, et cum habitu Choralis in propria Ecclesia tantum. »

Ad 10. « Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam, si adsit consuetudo. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 23. Maii 1846.

5049. GANDAVEN.

Ut in Ecclesiastica Liturgia ea habeatur certa, indubiaeque regula, quae uniformitatem inducat, ac privatis opinionibus locum adimat omnino, Sacerdos De-Mulder Cathedralis Gandavensis Ecclesiae Canonicus, ac in Episcopali Seminario Sacrae Liturgiae Professor, Sac. Rituum Congreg. humillimis precibus adiens enixe rogavit, ut super exhibitas quaestiones mentem suam aperire, ac Dubia inde sequentia diluere, ac rite definire dignaretur, nimirum:

1. Quum scilicet: Pius Papa VI. de an. 1798. decimo quinto Kalendas Iunii indulserit, ut in Festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli tertio Kalendas Iulii adderetur commemoratio omnium Sanctorum Apostolorum in Vesperis, Laudibus ac Missa: ac ut commemoratio omnium Sanctorum Martyrum apponeretur in Officio et Missa Sancti Stephani Protomartyris septimo Kalendas Ianuarii, in Belgio varia est praxis quoad memoratas Commemorationes; alii siquidem contendunt faciendas esse sub unica, alii sub diversa conclusione; proindeque quaeritur: An in praedictis Festis Oratio pro commemoratione uniri debeat in Missa Orationi Festivitatibus sub unica conclusione, an potius dicenda sub distincta conclusione?

2. Vi indulti reductionis Festorum quinto Idus Aprilis anni 1802. signati, etiam in Belgio quorundam Festorum solemnitas ad Dominicam proxime sequentem translata est cum Missa solemniter de Festo translato in omnibus Ecclesiis Parochialibus more votivo cum unica Oratione; hinc quaeritur 1. An huiusmodi Missa solemniter cantari etiam debeat, vel saltem possit in Ecclesia Regularium, et Monialium? Et quatenus affirmative, quaeritur 2. An praefata Dominica in his Communitatibus, in quibus Missa Conventualis legitur, non autem cantatur, haec Missa Conventualis legi debeat, vel possit de Solemnitate, an potius dici debeat de Officio occurrente?

3. Plures Parochi in Dioecesi Gandaven. primum suae Ecclesiae Titularem, vel etiam Patronum praecipuum habent Sanctum Iohannem Ba-

ptistam, cuius Solemnitas vi praenotati Indulti ab octavo Kalendas Iulii transferri debet ad insequentem Dominicam, in qua quoties occurrit Solemnitas Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli dubitatur, de quo prius agendum sit; nam iuxta alias decreta a Sacra Rituum Congregatione solemnitas inferioris dignitatis ad sequentem Dominicam transferenda est; ac proinde in casu quaeritur: Utra ex praenotatis solemnitatibus sit inferioris dignitatis, ac per consequens ad Dominicam proxime sequentem transferenda?

Et Sac. eadem Congreg. ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata, audita a me subscripto Secretario fideli relatione, ac serio examine singulis perpensis rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Quoad primam quaestionem servetur Indultum: quoad secundam; quoties in Indulto comprehendantur Ecclesiae Regularium, et Monialium, Missa Solemnitatis semper celebranda foret cum cantu; nam Missa Conventualis semper esse debet de Officio occurrente. »

Ad 3. « Prius agendum de Sancto Ioanne Baptista. »

Atque ita rescripsit, definiuit, ac servandum esse mandavit. Die 23. Maii 1846.

5050. TUDEN.

Ut in Sacra Liturgia, Ecclesiasticisque Caeremoniis debitus ubique servetur ordo, ac proinde nihil omnino exequatur, quod vel in minimo a praefinitis diserepet legibus, Sacerdos Petrus Reynaldo et Conde Caeremoniarum Magister in Collegiata Ecclesia Sancti Petri de Cresiente intra fines Dioecesis Tuden., Sacrorum Rituum Congregationi sequentia proposuit Dubia, ut super iisdem mentem suam aperire, eaque definire digraretur, nimirum:

1. An in Ecclesiis Parochialibus in quibus nullus extat Clerus, sed solum Parochus, possit vel debeat iste facere benedictionem Candelarum, Cinerum, Palmarum, novi ignis, Cerei Paschalis, Fontis Baptismalis, et ceterorum huiusmodi, necnon instituere Officium Feriae quintae in Coena Domini, et Feria sexta in Parasceve sine cantu, et solum privata voce, prout celebratur Missa privata?

2. Sub die 12. Novembris 1831. Sacra Rituum Congregatio decrevit: « In Ecclesiis, in quibus non solet quotidie Missa decantari, vel adest solum Parochus in Festo Sancti Marci ac in Triduo Rogationum etiamsi occurrat Festum duplex, si fiat Processio, legenda est Missa Rogationum;

secus legenda est de Festo cum commemoratione earumdem. » Quaeritur ergo, si post Processionem legatur Missa Rogationum debet in ea fieri commemoratio Festi occurrentis, et fieri debent omnes aliae Commemorationes, quae dicendae essent in Missa diei? Vel his omnibus omissis dicendae sunt secunda, et tertia Orationes, quae in Missa Rogationum dicendae praescribuntur in Missali?

3. An omnes Ecclesiae Parochiales, in quibus adest solus Parochus vel Vicarius pro servitio Parochianorum, sed subiectus Parocho in alia Ecclesia commoranti, teneantur, vel possint celebrare Officium et Missam de Festo Titulari Ecclesiae, et quidem sub ritu primae Classis, et Octava, etiam si de suo Sancto Titulari Festum celebretur alia die, vel numquam in toto anni decursu in aliis Ecclesiis Dioecesis?

4. Ista Ecclesia Collegiata habet quatuor alias Ecclesias sibi subiectas, et totidem Sacerdotes, unum ab alio independentem servitio harum quatuor Ecclesiarum. Sed isti Sacerdotes in suis respective Ecclesiis dumtaxat pro commoditate populi concurrentis Missam celebrant, Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta administrant, Concionem habent, Catechismum explicant, et alia Ecclesiastica munia explent. Verum nequeunt administrare Sacramentum Baptismi, Communionem Paschalem, Viaticum infirmis, Sepulturam defunctis dare, neque habent Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti. Unde Fideles his quatuor Sacerdotibus subiecti tenentur adire Ecclesiam Collegiatam, ut in Pascha satisfaciant praecepto annuae Communionis, ut infantes baptizentur, et infirmi Sacro reficiantur Viatico, ut fiat Officium Sepulturae, et tumulentur defuncti. Quaeritur ergo an ii quatuor Sacerdotes sint veri Parochi? Et an istae Ecclesiae possint celebrare Officium cum Missa de suo respective Sancto Titulari, tamquam Ecclesiae Parochiales, et quidem sub ritu primae Classis, et cum Octava; vel potius dicendae sint Cappellae publicae, in quibus iuxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 12. Novembris 1831. « Festum Titularis... non debet celebrari sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, neque cum Credo? »

5. Regulares utpote eiecti a suis Coenobiis in tota Hispania, et hanc ob causam tamquam Parochi, vel Vicarii variis Ecclesiis praefecti, pro Officio recitando, Missaque celebranda an possint, vel debeant recitare Officium, et Missam celebrare iuxta Kalendarium Dioecesis, in qua Ecclesiis deserviunt, vel iuxta Regulare Kalendarium Ordinis, ad quem per professionem religiosam pertinent?

6. An omnes Sacerdotes celebrantes dum in Canone Missae Papam nominant, debeant caput inclinare, prout Rubrica faciendum praescribit, quum in Oratione nominatur?

7. Quum in Hispania nunc temporis multae sint Ecclesiae pauperes; quaeritur an saltem in eis possit permitti in celebratione Missarum tam pro Sanctis Confessoribus, quam Martyribus, ut adhibeatur unum idemque Paramentum ex duobus coloribus albo scilicet et rubro contextum? Et similiter unum idemque Paramentum aliud ex violaceo et viridi coloribus compositum pro diebus quibus convenit color violaceus, vel viridis iuxta Rubricas?

8. In Missa Solemni dum Chorus cantat *Credo*, an quoties ad verba *Et incarnatus est*, usque ad ea *et homo factus est*, Celebrans, et Sacri Ministri genuflectunt ante Altare, debeant simul caput inclinare, vel sufficiat sola genuflexio, sine ulla capitis inclinatione?

9. Celebrans in Missa solemni, dicto *Agnus Dei*, et prima ex tribus Orationibus conversus ad Diaconum, et complectens eum, dat ei Pacem sinistris genibus, sive invicem appropinquantibus. Rubrica vero nihil dicit, an Diaconus vicissim debeat Celebrantem complecti Pater. Gavantus super hanc Rubricam dicit quod Diaconus supponit brachia sua sub brachiis Celebrantis. Nihilominus aliqui Ecclesiastici, dum Diaconi officio in Missa solemni funguntur, non supponunt brachia sua brachiis Celebrantis: accipiunt Pacem ab isto tenentes manus iunctas ante pectus. Quaeritur ergo an Diaconus accipiens Pacem a Celebrante debeat simul supponere brachia sua brachiis Celebrantis, uti faciendum docet Pater Gavantus, vel debeat stare manibus iunctis ante pectus, ut in praxi alii contendunt? Et similiter id facere debeat Subdiaconus accipiens pacem a Diacono, qui iuxta eundem Patrem Gavantum, debeat quoque supponere brachia sua brachiis Diaconi?

10. In sepultura defunctorum dum cadaver e sua domo deferatur ad Ecclesiam cum assistentia Parochi, et Ministris sacris cum Pluviali, Dalmatica, et Tunicella indutis, Ministri sacri sine amictu, neque alba, neque cingulo superimponunt Dalmaticam et Tunicellam soli Cottae, vel Superpelliceo. Quaeritur an talis consuetudo possit sustineri, vel cogendi sint Ministri sacri, ut simul cum Dalmatica, et Tunicella, induant amictum, albam, et cingulum?

11. Cadavera Sacerdotum in hac Dioecesi deferuntur induta Paramentis Sacerdotalibus, atque

in manibus habentia Calicem cum Patena intra cuppam elevata. Sunt qui contradicunt volentes quod Cadavera Sacerdotum perinde ac Cadavera laicorum habeant dumtaxat manus ante pectus coniunctas, interque digitos parvam Crucem cum imagine Crucifixi. Quaeritur an liceat consuetudo in hac Dioecesi servata ponendi Calicem cum Patena in manibus Cadaverum Sacerdotum, dum a domo sua deferuntur ad Ecclesiam, et in ea explentur Exequiae, vel talis consuetudo eliminanda sit?

12. In funeribus huiusmodi Sacerdotum, finita Missa, cantantur ad Tumulum tria Responsoria, et ter, id est in singulis Responsoriis Cadaver aspergitur Aqua benedicta, atque thurificatur a Celebrante circumeundo Tumulum, et Cadaver. Quaeritur an talis consuetudo continuari possit, vel potius abolenda cantando tantum unum Responsorium?

13. In die depositionis aliquorum Defunctorum, cantato Officio defunctorum, et Missa *de Requie* praesente Cadavere, mos invaluit in aliquibus Ecclesiis huius Dioecesis, quod etiam in duplicibus minoribus, et etiam aliquando maioribus, adhuc praesente Cadavere, cantentur iterum duo, vel tres Nocturni defunctorum, atque totidem Missae *de Requie*, ita ut una, eademque die celebrentur Officium et Missa de die obitus, et de die tertia, septima, et trigesima a depositione defuncti. Quaeritur an talis consuetudo liceat in diebus duplicibus minoribus, vel maioribus, adhuc praesente Cadavere, vel sit tollenda utpote contraria pluribus Decretis Sac. Rit. Congregationis?

14. In absolute ad Tumulum post Missam *de Requie* praescribit Rubrica cantandum Responsorium *Libera me, Domine, de morte etc.*: et haec est praxis generalis; nihilominus aliqui volunt adhuc in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum licitum esse cantare aliud quodlibet responsorium ex novem, quae sunt in Officio defunctorum. Quaeritur an hoc revera liceat?

15. An in diebus duplicibus minoribus, ac maioribus liceat cantari Vigilia defunctorum, ac etiam totum Officium non quidem ex foundatione, sed ex sola, piaque voluntate petentium, quin cantetur immediate post Missa, vel si postulata cantetur, dicatur de Festo, vel de die occurrente?

16. Sub die 5. Maii 1736. Sacra Rituum Congregatio decrevit: * Annuam Commemoratio omnium defunctorum alicuius Ordinis, seu Congregationis non est transferenda, si in die illa

occurrat duplex minus etiam translatum, sed fiat Officium de duplici cum sola Missa Solemni post Tertiam. Officium vero defunctorum recitandum erit post Laudes sub ritu duplici, et omnes Missae privatae dicantur pro Defunctis in paramentis nigris. » Quaeritur nunc ergo 1. An tale Indultum extendatur ad omnes qualescumque Congregationes, sive Confraternitates etiam Saeculares utriusque sexus in aliqua Ecclesia legitima auctoritate constabilitas? et 2. An omnes Missae privatae dicendae pro Defunctis in paramentis nigris, intelligatur solummodo de Missis, quae applicantur in suffragium defunctorum ipsiusmet Congregationis, sive Confraternitatis, vel intelligatur de omnibus omnino Missis, quae dicuntur in illa Ecclesia, etiam si non applicentur pro Defunctis Confratribus, sed pro aliis quibuslibet Defunctis ad libitum, et intentionem Celebrantis.

17. Officium et Missa Desponsationis Beatae Mariae Virginis cum Sancto Ioseph recitatur in hac Dioecesi die XXVI. Novembris, et in eis fit commemoratio Sancti Ioseph ante alias omnes Commemorationes. A multis tamen non fit talis commemoratio, quam dicunt licitum non esse facere sine speciali concessione huius Sanctae Sedis. Quapropter quaeritur an revera omittenda sit commemoratio Sancti Ioseph in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa Desponsationis Beatae Mariae Virginis iuxta Decretum, quod proferunt istius Sacrorum Rituum Congregationis sub die 5. Maii de anno 1736. emanatum? Et si revera omittenda est, Orator humillime postulat pro illius extensione saltem ad Dioecesim Tudensem ob specialem Fidelium pietatem erga Sanctum Ioseph Sponsum Beatae Mariae Virginis.

Et Sac. eadem Congreg. in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, audita a me subscripto Secretario fideli relatione, propositisque Dubiis maturo examine perpensis, atque cribratis, respondendum censuit.

Ad 1. « Servetur parvum Caeremoniale a sa. me. Benedicto Papa XIII. ad hoc editum. »

Ad 2. « Faciendam esse commemorationem Festi occurrentis cum sola tertia Oratione, quae secundo loco praescribitur in Missa Rogationum. »

Ad 3. « Ad Officium Sancti Titularis teneri Parochum tantum. »

Ad 4. « Negative ad utrumque, et servetur Decretum diei 12. Novembris 1831. »

Ad 5. « Teneri in casu ad Officium Ordinis, sed in diebus festis Missam pro Populo celebrandam ut in Calendario Dioecesis. »

Ad 6. « Affirmative iuxta Rubricam. »

Ad 7. « Recurrat ad Ordinarium. »

Ad 8. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 9. « Servandam esse in casu Patris Gavanti dispositionem in omnibus. »

Ad 10. « Servandam dispositionem Ritualis Romani, quod in casu excludit Sacras Vestes ibi non memoratas. »

Ad 11. « Tolerandam esse utpote antiquitati conformem. »

Ad 12. « Servandam in casu dispositionem Ritualis Romani. »

Ad 13. « Tolerandam quoad Officium defunctorum: tollendam quoad Missas, quae unica esse debet, iuxta Decreta alias edita. »

Ad 14. Negative, sed servandas Rubricas. »

Ad 15. « Tolerari posse. »

Ad 16. « Quoad primam quaestionem negative, sed quibus indultum est: quoad secundam quaestionem, affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 17. « Etsi fieri nequeat commemoratio Sancti Ioseph in Officio, et Missa Desponsationis Beatae Mariae Virginis, ubi non est concessa; attamen Sacra Congregatio Rituum de speciali gratia annuit ut deinceps a Clero Civitatis ac Dioecesis Tuden. ante omnes alias quascumque commemoraciones in memorato Officio et Missa Desponsationis Deiparae, Sancti Ioseph eius Sponsi Commemoratio apponatur. »

Atque ita rescripsit, declaravit, indulgit, servarique mandavit. Die 23. Maii 1846.

5051. ORD. PRAEDICATORUM.

Dum Reverendissimus P. Fr. Angelus Ancarani Ordinis Praedicatorum Generalis Magistri munere fungeretur, ab Apostolica hac Sancta Sede quarto Idus Decembris de Anno 1843. impetravit pro universo sibi commisso Ordine, ut Festum Conceptionis Beatae Mariae Virginis iuxta Breviarii Ordinis Rubricas deinceps institueretur cum Octava solemniter, ac insuper ut Praefationi Missae Conceptionis ipsius adderetur verbum *Immaculata*, ac proinde tam in Ecclesiis, quam ab Alumnis Ordinis ipsius legeretur *Et te in Conceptione Immaculata*. Quae quidem duo Decreta apprime conformia singulari pietati, quam usque a sua institutione erga Beatissimam Virginem Mariam Praedicatorum Ordo constanter proficitur, etsi communiter exultanti animo singulae per Orbem Praedicatorum Familiae exceperint, placuit tamen eidem Reverendissimo Patri Ancarani firmitatem etiam maiorem a se gestis con-

ciliare futuris quibusvis temporibus, et ne dubitatio ulla suboriretur super legitima huiusmodi Decretorum impetratione, Sacrorum Rituum Congregationi nonnulla proposuit Dubia, ex quorum accurata solutione decimo octavo Kalendas Iulii superiori anno 1845. accepta, comperuit 1. Superiorem Generalem Ordinis Praedicatorum, nullo modo indigere consensu Superiorum inferiorum, vel Capituli Generalis ad hoc ut a Sancta Sede obtineat pro universo Ordine novum Officium, vel elevationem ritus Officii iam concessi. 2. Non esse in potestate Superiorum inferiorum non acceptare novum Officium, vel ritus elevationem a Superiore Generali impetratam. 3. Sibi succedentem Superiorem in hoc munere Generalem nullo sub praetextu respuere posse, vel a Calendario expungere novum Officium, vel ritus elevationem. 4. Unumquemque per consequens omnino teneri se conformari Apostolicis concessionibus quamvis ab unico Superiore Generali impetratis, atque obtentis. Verum quum accidere possit, ut aliquis detrectet Decretis ipsis Apostolicis se conformare, vel quia sentit Beatissimam Virginem Mariam conceptam fuisse in culpa originali, vel quia veretur religionem frangere iuramenti, quo adstringitur ad sectandam doctrinam Sancti Thomae Aquinatis, quem (etsi omnino perperam) paucissimi asserunt tenuisse Beatam Virginem incurrisse in anima culpam originalem, hinc Reverendissimus ipse Pater Ancarani satius consilium assumpsit, in novis Dubiis Sacrorum Rituum Congregationi exponere, quae singula respiciunt, tum impetratam ritus elevationem in Festo Conceptionis Deiparae, tum etiam additionem Praefationi Missae Conceptionis apponendam; ut Sacrae ipsius Congregationis, ac Sanctissimi Domini Papae sententiam clarius accipiat, sieque via omnis praecludatur cuicumque ulteriori interpretationi proprio lubitu iisdem Decretis dandae. Dubia itaque ab ipso proposita sic se habent.

1. An Magister Generalis Ordinis Praedicatorum potuerit absque consensu Capituli Generalis, et Superiorum inferiorum Ordinis eiusdem legitime obtinere a Sancta Sede, et acceptare pro toto Ordine Octavam solemnem in Festo Conceptionis Beatae Mariae Virginis, et additionem particulae *Et Te in Conceptione Immaculata* apponendam Praefationi Missae Conceptionis, non obstante quod in aliquo Capitulo Generali Ordinis antedicti (ut asseritur) praescribatur nullo novum Officium posse acceptari in Ordine, nisi a Capitulo Generali? Et quatenus possit.

2. An ea facultas obtinendi, et acceptandi, de qua supra, ita conveniat Superiori Generali, ut non indigeat consensu Capituli Generalis, etiam si aliquandiu decretum fuerit a Sancta Sede (uti aliqui volunt) acceptari non debere nova Officia, nisi a Capitulo Generali, quum Magister Generalis iuxta Constitutiones Apostolicas, et Ordinis Praedicatorum, possit solus facere id, quod ipse agere potest cum Definitoribus Capituli Generalis?

3. An stante acceptance solius Magistri Generalis, sit in facultate sibi succedentium Superiorum Generalium, vel Capituli Generalis, vel Superiorum inferiorum acceptare, vel non, praefatam Octavam solemnem, et particulam *Et Te in Conceptione Immaculata*, eo quod in Decretis concessionis datis die 10. Decembris 1843. nullo imponitur debitum, sed tantum dicitur « Sanctitas Sua . . . de speciali gratia benigne annuit iuxta petita? » Et in casu negativo.

4. An omnes Fratres, et Moniales Ordinis Praedicatorum adigantur celebrare Festum Conceptionis Beatae Mariae Virginis cum Octava solemni: et omnes Sacerdotes eiusdem Ordinis ex praecepto pariter teneantur addere Praefationi Missae verbum *Immaculata*, et dicere *Et Te in Conceptione Immaculata*: ac idem servandum sit in omnibus utriusque sexus Ordinis Ecclesiis? Et si affirmative.

5. An hoc ipso praecepto adstringantur etiam ii omnes, qui sentiunt Beatam Virginem conceptam fuisse in culpa originali, et illi, qui iureiurando adiguntur ad sectandam doctrinam Sancti Thomae Aquinatis, supposito quod Angelicus Doctor tenuerit Beatam Virginem incurrisse in anima culpam originalem?

6. In casu affirmativae responsionis ad quartum, et quintum Dubium, quaeritur an censendi sint agere ex contemptu ii omnes, qui propriae sententiae inhaerentes, vel praetextu insectandi doctrinam Angelici Praeceptoris, renunt se submittere responsis Sanctae Sedis ad praesentia, etiamsi tantum omittant in Praefatione Missae verbum *Immaculata*?

7. An Decreta a Sac. Congreg. emanata, et responsiones quaecumque ab ipsa propositis Dubiis scripto formiter editae, eandem habeant auctoritatem, ac si immediate ab ipso Summo Pontifice promanarent, quamvis nulla facta fuerit de iisdem relatio Sanctitati Suae?

Et Sac. eadem Congreg. ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, audita a me subscripto Secretario fideli relatione, expo-

sitisque rationum momentis diligenter consideratis rescribendum censuit.

Ad 1. « Posse iuxta Decret. diei 14. Junii 1845. et allatam Rubricam. »

Ad 2. « Non indigere, ut ad proximum. »

Ad 3. « Non esse amplius in facultate. »

Ad 4. « Affirmative in casu proposito. »

Ad 5. « Affirmative, et quatenus opus sit consulendum Sanctissimo pro absolutione. »

Ad 6. « Ex praecedentis Dubii solutione consulant conscientiae suae. »

Ad 7. « Affirmative. »

Atqua ita rescripsit. Die 23. Maii 1846.

Et facta de praemissis omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo per eundem subscriptum Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua rescripta a Sacra Congregatione in omnibus et singulis adprobavit, confirmavitque, ac omnes et singulos, quatenus opus sit, ab emissi iurisiurandi vinculo, uti in quinto Dubio, absolvens, et eximens, Apostolica Auctoritate sua praecepit, ut memorata duo Decreta super elevatione ritus Festi Conceptionis Deiparae; et additione verbi *Immaculata* in Praefatione Missae Conceptionis ipsius a sa. me. Gregorio Papa XVI. universo Praedicatorum Ordini concessa quarto Idus Decembris 1843., plenissime observentur tum ab omnibus, et singulis Alumnis Ordinis Praedicatorum, tum in omnibus pariter Ordinis ipsius Ecclesiis. Contrariis quibuscumque disponentibus minime obstantibus. »

Die 17. Iulii 1846.

5052. ORDINIS MONACHORUM CISTERCIENSIIUM.

Quum Reverendissimus P. Procurator Generalis Ordinis Cisterciensium iteratis humillimis precibus Sanctissimum Dom. Nostrum Pium IX. Pontificem Maximum enixe rogarit, ut instar concessionis usque ab anno 1764. tertio nonas Augusti factae Ordini Sancti Benedicti Congregationis Olivetanae, ac in sequentibus annis Camaldulensibus et Cassinensibus extensae de Apostolica benignitate indulgere dignaretur omnibus et singulis personis Ecclesiasticis Saecularibus servitio Monasteriorum, et Ecclesiarum, ac Graniciarum sui Ordinis addictis, nunc et pro tempore existentibus, aliisque intra claustra eorundem Monasteriorum assidue habitantibus, et cum Monachis conviventibus, ut donec, et quousque in servitio praedicto, seu in convictu intra claustra cum Monachis perduraverint, si Divinum Officium, Horasque Canonicas recitare teneantur, absque ullo conscientiae scrupulo Officium Divi-

num, Horasque Canonicas iuxta Ritus ipsius Ordinis Cisterciensium, seu dictorum Monasteriorum, in quibus ipsi existunt, seu servitio addicti reperiuntur, non solum in Choro cum Monachis, sed etiam, si in Choro una cum aliis Monachis minime praesentes sint, seorsim, et separatim recitare possint, et valeant. Sanctitas Sua, referente me subscripto S. R. C. Secretario de speciali gratia benigne annuit pro extensione supraenunciati Indulti; dummodo tamen Sacerdotes, aliique ecclesiastici Saeculares aliquo Beneficio speciale Officium requirente non sint provisi, et consensu proprii Ordinarii sint muniti.

Die 28. Augusti 1846.

5053. SANCTI FLORI.

Dum Reverendissimus Episcopus Sancti Flori accepit Sacrae Rituum Congregationis, et Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX. voluntatem esse ut loco expetitae sanationis quoad usum Altarium, de quorum consecratione dubitabatur ob Reliquiarum deperitionem, vel sigillorum deficientiam, consecrarentur Altaria portatilia non parvo numero, paulatim substituenda iis, de quorum legitima consecratione non constaret, illico animadvertit Sacratissimi Principis mentem executioni demandari non posse absque notabili detrimento, siquidem in Diario Visitationum, neque alibi mentio facta est Altarium, quae per novam repositionem Reliquiarum, vel sigillorum impressionem habitata fuere, ut super ipsis Sacrosanctum Missae Sacrificium litari valeret, ac proinde pro conscientiae tranquillitate iure omnia iterum essent Altaria consecranda, vel quingentis Ecclesiis et Sacellis essent Arae portatiles distribuendae, quorum neutrum exequi potest absque populi admiratione, et Cleri dispendio. Ea propter iteratis precibus rogavit Sanctitatem Suam idem Episcopus Sancti Flori, ut de Apostolica benignitate concedere dignaretur Indultum, cuius vigore, quocumque sanato defectu, super iisdem Altaribus celebrari valeat; nam decursu temporis paulatim singulorum Altarium sigilla destruentur, ac tumuli effodientur, et iterum Altaria ipsa consecrarentur. Sanctitas Sua referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, attentis expositis, aliisque peculiari- bus circumstantiis animum suum moventibus, de speciali gratia in exemplum non afferenda, benigne annuit pro petita sanatione, dummodo vero nullimode erui valeat, neque ex attestati- onibus Parochorum, Altaria non fuisse denuo consecrata. Contrariis non obstantibus quibuscum- que. Die 25. Septembris 1846.

5054.

ROMANA.
COLLEGII ANGLORUM.

Beatissimo Padre.

Tommaso Grant Rettore del Collegio Inglese prostrato ai piedi di Vostra Santità umilmente espone, che essendosi mosso il dubbio se la colazione della Tonsura clericale ad Edmondo Pomer Convittore del suddetto Collegio sia valida, come essendogli stati tagliati a tale oggetto i capelli non già della testa, ma della parrucca, ch' egli portava,

Supplica che Vostra Santità si degni permettere, che gli si possa conferire la Tonsura di nuovo *ad cautelam, et quatenus opus sit*. Che ec.

Sanctissimus, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, attentis expositis super Tonsura peracta, benigne annuit pro sanatione, quatenus opus sit, a quocumque defectu, adeo ut nihil sit ulterius innovandum. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25. Septembris 1846.

5055.

ROMANA.

Beatissimo Padre.

Genuflesso ai sacri piedi della Santità Vostra il Sacerdote Simone Percovich Canonico Decano dell'insigne Capitolo di San Girolamo degl' Illirici in Roma, devotamente espone, che da molti anni trovasi affetto da un' artitride dorsale, il che viene chiaramente provato dal certificato del medico, e chirurgo curanti, si è nell' avanzata sua età di anni 65 reso quasi impotente a consumare il Preziosissimo Sangue Eucaristico a motivo dell' incurvatura del collo, che non può alzare, nè girare per alcun verso, non ostante un calice connesso appositamente fattogli. Presso un' impedimento sì evidentemente fisico, obbliga in stretta coscienza l' umile Oratore per la debita riverenza di un tanto Sacramento, di ricorrere alla somma paterna clemenza della Santità Vostra per supplicarla della special grazia di poter usare del cannelluccio assorbente nella Sacra Consumazione. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne commisit Eminentissimo Card. Urbis Vicario, ut quatenus Preces veritate nitantur, et Orator valeat ex propria conditione Indultum Oratorii privati assequi, eidem facultatem tribuat in ipso Oratorio tantum Sacrum faciendi cum usu Fistulae pro sumptione Calicis; constituto tamen prius per legitimum documentum, et experimentum quod nihil inde vel indecentiae, vel periculi oriri possit. » Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 20. Novembris 1846.

5056.

NICOSIEN.

Beatissimo Padre.

Il Sacerdote Croce Bongiovanni del Comune di Leonforte Diocesi di Nicosia in Sicilia espone essere disgraziatamente attaccato da una semiparalisi, la quale mentre ha lasciato liberi tutti i movimenti del corpo, compresa la loquela, gli impedisce di poter alzare il braccio sinistro nell' elevazione della Sacra Ostia nel celebrare la S. Messa; ed è per questo che umilia al Trono della Santità Vostra le più umili sue preghiere, perchè si degni abilitarlo a celebrare servendosi della sola mano destra nella elevazione, ed altre ceremonie del santo Sacrificio. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, attentis expositis, ac referente me subscripto S. R. C. Secretario de speciali gratia benigne annuit iuxta preces; dummodo privatim celebret cum assistentia alterius Sacerdotis. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 20. Novembris 1846.

5057.

FERETIN.

Dum Pastoralis Visitationis curis detineretur Reverendissimus Ferentini Episcopus, in Oppido vulgo Supino suae Dioecesis illud reperit minus consonum Ecclesiasticae Hierarchiae, nimirum ut in Collegiata illa Ecclesia nuperrime erecta in Ecclesia Sanctae Mariae nulla praeminentia praestetur Canonico Archipresbytero Sancti Petri, neve Abbatibus Sanctae Mariae, ac Sancti Nicolai, quae animarum cura demandata est, quique iuxta sancta in Apostolicis Litteris erectionis Collegiatae datis pridie idus Augusti de anno 1836. inter Canonicos accensiti, tenere debent in Choro, in Processionibus, aliisque Ecclesiasticis Capitularibus Functionibus possessionis suae locum, ex eo quod in Bulla ipsa praescribatur quod nulla adscita in dicto Capitulo Dignitate, omnique alia prorsus seclusa Praeeminentia, possessionis tantum ordo inter Capitulares servandus sit. Quod omne pro suo munere ingenue exponens Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo idem Reverendissimus Episcopus instanter rogavit, ut Parochiali dignitati consulere de Apostolica benignitate dignaretur, ac tribus Canonicis, quae animarum cura commissa est, praecedentiam in Choro, in Processionibus, aliisque Capitularibus Functionibus supra reliquos Canonicos tribuere, siquidem reliquo Clero praecedebant antequam Collegiata institueretur. Humillimas hasce preces Sanctitas Sua peramanter excipiens, ac referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, sedulo perpendens singu-

las circumstantias in casu, de quo agitur, locum habentes, de speciali gratia benigne in omnibus annuit iuxta Episcopi Oratoris preces, illicque commisit, ut non obstantibus iis, quae praescripta sunt in Apostolicis Litteris expeditis pridie Idus Augusti anno 1836. quoad ordinem sedendi in Choro, ac procedendi in Processionibus aliisque Capitularibus functionibus a Canonicis Collegiatae Ecclesiae Oppidi Supino nuncupati in sua Dioecesi, praecipiat et indulgeat, ut Archipresbyter et Abbates Canonici trium Ecclesiarum habeantur quasi Dignitates Capituli sequenti ordine, nimirum primus Archipresbyter Sancti Petri, secundus Abbas Sanctae Mariae, tertius Abbas Sancti Nicolai; deinde caeteri Canonici iuxta praefixam regulam in iisdem Apostolicis Litteris, qui ordo semper servetur sequentibus futuris temporibus in perpetuum. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18. Decembris 1846.

5058. ORDINIS MONACHORUM
SANCTI BASILII.

Quae a sa: me: Alexandro Papa VII. usque ab anno 1659. quinto Kalendas Octobris in Congregatione Sacrorum Rituum coram se habita sancita fuere circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum, quaeque in sequenti anno 1660. decimo tertio Kalendas Sextiles de ipsius Sacrae Congregationis consulto magis etiam declaravit in responsionibus datis Dubiis a Procuratore Generali Congregationis Cassinensium propositis confirmans, quae praescripta sunt anno superiori 1659., praeter ea, quae habentur num. V. VI. VII. VIII. ac XVII. in quibus ob peculiare rationes, in aliquibus dispensavit Alumnos Congregationis ipsius, adeo semper rata habuit Apostolica haec Sancta Sedes, ut singulis successive propositis dubiis Alexandri VII. Decretis standum esse rescripserit Sacra Rituum Congregatio. Immo sa: pariter me: Benedictus Papa XIV. praeter alia in re definita, edixit ut memorata Alexandrina Decreta iterum typis cuderentur, ac eorumdem exemplar transmisit ad omnes per Orbem Episcopos et Archiepiscopos cum apposita sua Epistola data pridie Kalendas Aprilis 1744., in qua singulis commendavit eorumdem Decretorum observantiam, atque omnes monitos voluit ut pro munere incumbere, atque urgerent, ne quidquam fiat contra ea, quae in Decretis ipsis sapienter iniuncta sunt. Neque insequentibus temporibus aliquid supradictis Decretis non apprime conforme declaravit Sacra ipsa Rituum Congregatio, vel Summi Pontifices

indulserunt; immo immortalis me: Pius Papa VII. Constitutione sua *Decet Romanos Pontifices* data quarto Nonas Iulii anno 1823. non modo ad observationem revocavit, et quatenus opus esset, iterum adprobavit, ac sancivit, quae per Praedecessores suos, praesertim Alexandrum VII. et Benedictum XIV. decreta fuere, vel alias a Sacrum Rituum Congregatione praescripta, verum ibi Decretum confirmavit, quod memorata Congregatio Rituum ediderat sexto Kalendas Septembris anno 1822. super declaratione Privilegiorum circa usum Insignium Pontificalium, quibus ex Sedis Apostolicae Indulto nonnullae gaudent Dignitates etc. Haec singula prae oculis habens Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX., ac serio perpendens, quae in supplici Libello suo exponebat Reverendissimus P. Visitator Generalis Monachorum Sancti Basilii, requirens num sui Ordinis Abbates revocare debeat ad observantiam Decretorum Alexandri VII. circa usum Pontificalium, quum ex iisdem aliquis arbitretur Decreta ipsa forsitan modificata, vel decursu temporis iis derogatum, vel dispensatum saltem in parte fuisse, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, eidem Visitatori Generali Ordinis Sancti Basilii, attentis expositis potestatem fecit revocandi Abbates quoque ad observantiam omnium Decretorum, quae super re edita fuere, praesertim ut non liceat eis Pontificalia exercere nisi in propria Ecclesia, et si ex speciali Indulto huius Sanctae Apostolicae Sedis ex eis quisquam agere possit Pontificalia etiam extra propriam Ecclesiam, nullatenus liceat hoc privilegio uti, nisi de expresso Reverendissimi Ordinarii consensu. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 18. Decembris 1846.

5059. ARETIN.

Beatissimo Padre.

Il Sacerdote Giuseppe Teoni della Diocesi di Arezzo espone umilmente alla Santità Vostra, come tenendo egli colla mano sinistra un certo fuoco di arteificio, questo esplose improvvisamente, per lo che ferita, anzi totalmente guasta la mano sudetta, credettero i professori di venirne all' amputazione per ovviare la cangrena.

Dall' epoca in cui avvenne la fatale disgrazia a tutt' oggi, il misero Oratore altro non ha fatto che addestrarsi, onde supplire colla sola mano destra a tutte le ceremonie della Santa Messa, come gli è di fatto riuscito. Di ciò fa ampia testimonianza il suo Vescovo nell' annesso attestato, da cui risulta, che fatto privato esperimento, egli senza bisogno di altrui aiuto, si veste, e si

spoglia degli abiti sacri, senza che il pubblico si avvegga della mancanza della mano, ed eseguisce tutte le altre funzioni.

Supplichevole pertanto egli ricorre alla somma clemenza della Santità Vostra, onde in vista di quanto ha esposto, si degni permettergli la celebrazione della Santa Messa. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, attentis expositis, ac praesertim Reverendissimi Episcopi testimonialibus commendatitiis litteris, de speciali gratia benigne annuit iuxta preces, dummodo vero Orator privatim celebret, et cum alterius Sacerdotis assistentia. Contrariis. » Die 18. Decembris 1846.

5060. MUTINEN.

Beatissimo Padre.

Luigi Reggianini Vescovo di Modena per la sua avanzata età, ed indebolita salute non potendo più pontificare nelle maggiori ricorrenze senza grave pregiudizio della medesima, prostrato al Trono della Santità Vostra, implora la facoltà d'impertire la Benedizione Papale, ancorchè assista soltanto alla Messa solenne. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, attentis expositis, de speciali gratia benigne annuit iuxta preces, quando revera Episcopus Orator nequeat ob salutis incommoda Pontificalia exercere. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 15. Ianuarii 1847.

5061. ROMANA.

Beatissimo Padre.

Il Sacerdote Giuseppe Gasparetti da Castelmilio Diocesi di Ancona domiciliato in Roma di votamente espone, che per serie malattie sofferte, è obbligato bere sempre l'acqua, ed è talmente alieno del vino, che non può soffrirne nè anche l'odore. Per ovviare adunque quegli inconvenienti che potrebbero nel tempo del S. Sacrificio sconcertarlo anche con irriverenza del Santissimo Sacramento, implora l'Apostolica Dispensa di non usare il vino nelle due purificazioni della Santa Messa, e così sumere solo il Sacro Sangue, e poi usare per le purificazioni la sola acqua. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, attentisque expositis, de speciali gratia benigne commisit Reverendissimo Domino Cardinali Urbis Vicario, ut constito de veritate expositorum per authenticas probationes petitum indultum Oratori largiatur extenden. quoad ea-

dem salutis perdurent incommoda. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 5. Ianuarii 1847.

5062. CONVERSANEN.

ORD. MINOR. S. FRANCISCI
DE OBSERVANTIA ET CAPUCCINORUM.

Praecedentiae ius publicis in Supplicationibus licet saepe Apostolicis temperatum Constitutionibus, et crebris Sacrorum Rituum Decretis praefinitum, sicuti semper uberem controversiis suppediavit, sic novam in praesentiarum praebet disceptandi materiam Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, degentibus in Pago Rutiliani Conversanensis Dioecesis, et Fratribus Minoribus de Observantia duobus passuum millibus inde dissitis. Capuccini ius praecedendi sibi asserunt tum quod antiquiores ibi sint Coenobii fundatione, tum quod publicis in supplicationibus, ad quas tenentur accedere semper obtinuerint priorem a Capitulo locum. Observantes autem lege ob distantiam non adstricti intervenire; quando vero illis Supplicationibus se iungere velint, sicuti accidit piaculari anno 1825. ac novissimo anno 1843. idem ius sibi vindicant, tum quod absonum videatur filialem Ordinem anteire illum, a quo originem duxit, tum quod dignior locus Capuccinis assignatus, dum Observantes aberant, nullam ipsorum iuri noxam valeat irrogare. Controversia isthaec ad Episcopalem Curiam primitus ventilata, quum per Decretum emissum, ius fuerit Observantibus attributum, ab hac sententia appellationem ad Sanctam Sedem Capuccini interposuere, datisque precibus penes Sacrorum Rituum Congregationem, citata dein parte coram R. P. D. eiusdem a Secretis, sequens fuit Dubium per deputatos Defensores concordatum: *An, et cui competat praecedentia in Supplicationibus, et in casu praesenti.* Proposito propterea eodem dubio in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Quirinales Aedes subscripta die ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Carolo Acton Relatore designato; Sacra Congregatio visis, matureque libratis iuribus hinc inde deductis, utraque parte plenius informante, ac respondente, omnibusque videndis rite consideratis, rescribendum censuit: « Praecedentiam in casu competere Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia. »

Atque ita decrevit, ac servari mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5063. ARETIN.

Sacerdos Aloisius Paci Caeremoniarum Magister Cathedralis Aretinae Ecclesiae summpere

exoptans ut in Ecclesiasticis Functionibus, Sacrisque Ritibus explendis omnia iuxta praefinitas regulas procedant, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. An Missa, quae in Ecclesiis Cathedralibus iuxta generales Rubricas celebranda est pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, et aliis qualibet prima die, vel feria secunda non impedita cuiuslibet mensis sit praeceptiva? Et quatenus affirmative.

2. An praedicta Missa quotidiana possit applicari particulariter pro defunctis Episcopis et Canonicis illius Ecclesiae, in qua celebratur, pro satisfactione generalis Praebendae illius, qui Missam celebrat?

3. An praedicta Missa quotidiana dici possit cum unica tantum Oratione, quin in iisdem Rubricis generalibus habeatur, quod una tantum Oratio dicenda sit quaecumque pro Defunctis solemniter celebratur, vel dicenda sit cum tribus Orationibus uti habetur in Missali in Missis quotidianis, ut notat Merati de praedictis Missis mensualibus?

4. An praedicta Missa occurrens temporibus Adventus, Quadragesimae, et Paschae a Rubricis exceptis, sit remittenda?

5. An in Vesperis celebratis coram Sanctissimo Sacramento exposito Celebrans ad Canticum *Magnificat* dum incensat Sacramentum, ante incensationem Altaris genuflectere debeat in infimo gradu Altaris, vel in Suppedaneo?

6. An in expositione Sanctissimi Sacramenti, praesente Episcopo genuflexo, Celebrans dum pervenit ad Altare, debeat ei reverentiam praestare, et dum ascendit ad impertiendam Fidelibus benedictionem, facultatem cum actu obsequii ab eodem postulare?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinario Coetu, referente me subscripto Secretario, propositis Dubiis diligenter de more examinatis, iisdem respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Negative, sed pro Benefactoribus in genere. »

Ad 3. « Iuxta peculiarem Rubricam, nimirum pro lubitu. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « In Suppedaneo. »

Ad 6. « Negative ad utrumque. »

Atque ita rescribere Sac. Congreg. rata est, et declarare, Die 27. Februarii 1847.

5064. AURIEN.

Ne in explendis Ecclesiasticis Caeremoniis, Divinisque Laudibus persolvendis aliquid perperam agatur, sed Rubricae adamussim serventur, Sacerdos Ioannes Emmanuel Bedoya Canonicus Decanus Cathedralis Aurien. Ecclesiae, ac in praesentiarum totius Dioecesis Vicarius Capitularis, Sede illa vacante, Sacrorum Rituum Congregationis sententiam humiliter expetiit super sequentibus Dubiis pro debita solutione propositis, nimirum:

1. An in Officio proprio Sanctae Agnetis Virginis Martyris, quod est in Breviario Romano sub die XXI. Ianuarii in prima Antiphona ad Vesperas, et Laudes liceat addere claritatis gratia, et ut plenior sensus habeatur *in sui custodiam*, ita ut sic integre legatur: « Ingressa Agnes turpitudinis locum, Angelus Domini in sui custodiam praeparatum invenit? »

2. An in omni Officio semiduplici, et duplici minore Lectiones primi Nocturni desumendae sunt de Scriptura occurrente in Proprio de tempore secundum regulam generalem Breviarii, et ut plus per annum legatur de Scriptura, omissis Lectionibus, quae interdum assignantur de Communi, quin dicantur specialem congruitatem cum Festo, vel quia extensum est Officium ad alias Ecclesias, ex his ubi gaudebunt elevatiore ritu, aut maiori solemnitate?

3. An in Octava Sancti Ioannis Baptistae repetendae sint Lectiones tertii Nocturni ex die festi, ut Rubrica Breviarii observat, etiam quando non recitatae fuerint Lectiones, quae in Breviario habentur secunda, et quarta die infra Octavam?

4. Similiter an in Officio Octavae dedicationis Ecclesiae Lectiones repetendae sint ex die festi, etiam quando lectae non fuerint quae habentur intra Octavam?

Et Sacra eadem Congregatio, audita a me subscripto Secretario fideli relatione, attenteque consideratis propositis Dubiis, in Ordinario Coetu ad Quirinale hodierna die habito respondendum censuit:

Ad 1. « Nihil immutandum, vel innovandum. »

Ad 2. « Standum concessionis verbis. »

Ad 3. « Servetur peculiaris Rubrica. »

Ad 4. « Ut ad proximum. »

Atque ita rescribere, ac proposita Dubia declarare existimavit. Die 27. Februarii 1847.

5065. BENEVENTANA.

Abbas Venerabilis Ecclesiae Collegiatae Sancti Spiritus in Civitate Beneventana, qui primum illius Collegii Dignitatem obtinet, inter alios hono-

res, quibus decoratur, gaudet etiam privilegiis, quae a sa. me. Benedicto Papa XIII. per suas Apostolicas Litteras in forma Brevis datas septimo Kalendas Octobris de anno 1721. concessa fuerunt Abbati pro tempore Collegiatae ipsius Ecclesiae, ac proinde tam intra propriam Ecclesiam, quam in Civitate, et Dioecesi Beneventana in Processionibus, aliisque Ecclesiasticis functionibus, et Divinis Officiis utitur Mitra, Baculo, Pastoralis, aliisque Pontificalibus Insigniis. Quae singula dum advertit Eius, et Ritus Dom. Cardinalis Dominicus Caraffa-Traietto Archiepiscopus Beneventanus, illico deprehendit haec singula memorato Abbati competere vigore earumdem litterarum, ac licite, et libere ipsum exercuisse, et gestasse quae ab Apostolica hac Sancta Sede donata fuere, verum quum dubitet decursu temporis huiusmodi concessiones, vel revocatas, vel saltem coaetatas fuisse, hinc pastoralis sui muneris esse duxit sequentia Dubia proponere Sacrorum Rituum Congregationi, ut singula iuxta praefertis regulas procedant.

1. An Abbas memoratae Collegiatae Ecclesiae gaudens usu Mitrae, Baculi Pastoralis, aliorumque Pontificalium insignium, uti possit Mitra auri-riphrygiata, et Baculo Episcopali, vel potius alterius formae, et ab illo distincto?

2. An frui possit huiusmodi privilegio Pontificalium intra suam Ecclesiam tantum, vel potius in omnibus Ecclesiis Civitatis, et Dioecesis?

3. An induere possit, deferre, et gestare Mitram, Baculum Pastoralem, aliaque insignia Pontificalia interveniens Processionibus aliisque Divinis Officiis, et Functionibus Ecclesiasticis, quae Archiepiscopus intervenit?

4. An absente Archiepiscopo, sed interveniente Capitulo Metropolitanae, quod privilegio Pontificalium gaudet, Processionibus, aliisque Ecclesiasticis Functionibus, ac Divinis Officiis possit Abbas Sancti Spiritus gestare Mitram, et Pastoralem, an Mitram tantum?

Et Sacra eadem Congreg. ad Quirinale sub-signata die coadunata, audita relatione a me subscripto Secretario, propositisque Dubiis maturo examine perpensis, iisdem rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative, sed Mitra tantum ex tela simplici, et Baculo Abbatiali cum Velo. »

Ad 2. « In propria Ecclesia tantum assignatisque diebus iuxta Constitutionem sa. me. Pii Papae VII. *Decet Romanos Pontifices.* »

Ad 3. « Negative in omnibus. »

Ad 4. « Negative. »

Atque ita servandum mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5066. BRIXIEN.

Quum Sacerdos Hieronymus Bambosio Brixien-sis Civitatis animadvertat ut plurimum non ser-vari Constitutiones Apostolicas positas in Missa-libus, et Breviariis, quae in iungitur huiusmodi volumina, aliaque Divinam Psalmodiam respi-cientia typis mandari non posse, quin praesef-erant Ordinariorum attestations, ac indubie constet concordare cum aliis regulariter iam cusis, idque sub Excommunicationis maioris poena; ne-que saltem exequi quae per Generale Decretum Sac. Rituum Congregatio praescripsit de an. 1834. sexto Kalendas Maii, humillimis datis precibus Sacram eandem Congregationem enixe rogavit, ut super sequentibus Dubiis suam aperire digna-retur sententiam, nimirum:

1. An huiusmodi Breviariis, Missalibus, aliisque Ecclesiasticis Libris, memoratis in Aposto-licis Litteris et Decreto anni 1834., debita atte-estatione destitutis, uti quis possit absque peccati, et incurrendae Excommunicationis periculo?

2. An in casu negativo excusari saltem pos-sint ii de Clero, qui huiusmodi libris utuntur ex eo quod adprobatis conformes illos arbitran-tur, vel quia communiter adhibentur quocumque secluso metu?

3. An idem dicendum de Missalibus etiam *de Requie*, quorum nullum praesefert, quod scia-tur, requisitam attestationem?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale subscripta die coadunata, re-ferente me Secretario propositis Dubiis diligenti, accuratoque examine perpensis, respondendum censuit: « Episcopo Brixienti, qui ad tramites De-creti editi die 26. Aprilis 1834. omnino provi-deat. » Die 27. Februarii 1847.

5067. CORISOPITEN.

Quum Reverendissimus Corisopiten. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuerit, nimirum:

1. An lectio Litterarum Apostolicarum, quae Episcopo conceditur facultas impertiendi solemniter Benedictionem cum Indulgentia Plenaria in Cathedrali Corisopiten. quae est etiam Parochia-lis, fieri possit post decantatum Evangelium, non vero in fine Missae, uti in iungitur in scripto, cui titulus *Ritus et formula Benedictionis Apo-stolicae*?

2. Utrum Apostolicae huiusmodi Litterae legi debeant latino, et vernaculo, seu patrio sermone? Et quatenus affirmative, idem Episcopus suppli-

cat ut saltem latinam lectionem omittere possit, ne Populus gravetur.

3. An lectio versionis huiusmodi Litterarum debeat esse integra, vel sufficiat exprimere Pontificem concedentem, Episcopum, cui facultas impertitur, et naturam gratiae, seu Indulgentiae concessae?

Quae singula Dubia dum Sacra Rituum Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata ad relationem infrascripti Secretarii sedulo perpenderet, satius sumpsit consilium ut ad Ecclesiam Corisopitensem extenderet Indultum Ecclesiae Rhedonensi hac ipsa die concessum, nimirum ut Apostolicae Litterae, quibus facultas conceditur impertiendi Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria, legantur integrae, sed tantum vulgari, seu patrio sermone, attamen expleta Missa, et ad me Secretarium cum Sanctissimo. Die 27. Februarii 1847.

Facta autem de praemissis Sanctissimo Domine Nostro Pio IX. Pontifici Maximo per me Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Rescriptum adprobavit, atque Apostolica Auctoritate sua in omnibus confirmavit.

Die 5. Martii 1847.

5068. CONGREGATIONIS
CLERICORUM REGULARIUM
SANCTIS. CRUCIS,

ET PASSIONIS D. N. IESU CHRISTI.

Quum R. P. Bernardus a Virgine Maria ex Reccessu Reatino Congregationis Clericorum Regularium Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi a Beata Maria Virgine de Succursu nuncupato Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequentia dederit Dubia, nimirum:

1. An semper adhibenda sit Bursa cum Corporale, supra quod reponenda sit Sacra Pyxis toties quoties administratur Communio Christifidelibus extra Missam, uti innuitur in Ritualis Romani Rubrica, et clare docetur a Gavanto aliisque Sacrorum Rituum expositoribus?

2. An Rituale Romanum prout in casu, intelligendum sit, quod assumi debeat Bursa cum Corporali tantum quando Sacrum Viaticum defertur ad Infirmos, an toties quoties extra Missam Sacra praebet Synaxis?

3. An Rubrica Ritualis Romani sit, prout in casu, praeceptiva, vel tantum directiva, et ad libitum?

4. Quum expletur Communio extra Missam, quaeritur an tolerari debeat consuetudo utendi Palla, qua Calix tegitur in Missae Sacrificio,

semper super Altaris mensa ante Tabernaculum manente?

Et Sacra eadem Congreg. ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinario Coetu, referente me Secretario, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative iuxta Rituale. »

Ad 2. In administranda Eucharistia intelligendum. »

Ad 3. « Praeceptivam esse. »

Ad 4. « Iam provisum in superioribus. »

Atque ita rescripsit, et declaravit.

Die 27. Februarii 1847.

5069.

COTRONEN.

Etsi usque ab anno 1629. pridie Kalendas Aprilis Sacra haec Rituum Congregatio sancivit Canonicos Cathedralis Cotronen. Ecclesiae teneri ad inserviendum pro Diacono, et Subdiacono non solum Dignitati solemniter celebranti, sed etiam cuiusque alio Canonico pariter celebranti; in praesentiarum memoratae Ecclesiae Capitulum et Canonici iteratis humillimis precibus Sacram ipsam Rituum Congregationem rogarunt enixe, ut assignare dignaretur solemniores dies, quibus, celebrante Dignitate, Canonici huiusmodi servitium praestare tenerentur, ac insimul declarare, num in singulis per annum Dominicis, celebrante Dignitate vel Canonico, in Diaconi et Subdiaconi officio Canonici inservire debeant? Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me Secretario, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit. « Teneri omnibus diebus, quando solemniter celebrat Dignitas, vel Canonicus, et ad formam Constitutionum Capitularium. »

Atque ita servandum omnino mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5070.

DREPANITAN.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Comitii superiori anno 1846. decimo Kalendas Iunii habitis, relatae quum fuerint preces Archipresbyteri, et Canonicorum Collegiatae Ecclesiae Sancti Petri in Civitate Drepanitana erectae, quae exponebant ex immemorabili consuetudine Collegiata ipsa in Ecclesia Archipresbyterum, vel alterum Canonicum solemniter celebrantem, praeter Diaconum, et Subdiaconum adhibere solere Presbyterum assistentem Pluviali indutum, ac proinde enixe rogabant, ut consuetudinem huiusmodi confirmare dignaretur: placuit Eminentissimis et Reverendissimis Patribus Sacris tuendis Ritibus praepositis nil in re decernere, quin Reverendissimi Episcopi Votum exquireretur, ac proinde rescriptum fuit: « Episcopo pro informatione, qui audito

Capitulo in scriptis doceat super asserta consuetudine. » Sacrae Congregationis mandatis religiosissime obsequens Episcopus in scriptis, et voce audito Capitulo, ac rebus mature perpensis, Sacram Congregationem certior reddidit, se nunquam de tali formalem, vel utcumque protulisse sententiam, verum ad calcem Directorii Divini Officii ipsius anni 1846. apposuisse aliqua Decreta Sacrorum Rituum Congregationis, quae ad abusus ubicumque existentes radicitus evellendos condita fuerant, inter quae illa etiam accensebantur, quae Presbyterum assistentem prohibent, ut legum facta facili cognitione, quisque ad leges ipsas apprime servandas prompto, docilique animo excitaretur. Neque destitit idem Antistes curam omnem, diligentiamque impendere in perquirendo Capitulo Archivio, ac etiam requirendo Reverendissimo Mazarien. Episcopo, intra cuius Dioecesis limites hodierna Drepanitana Dioecesis includebatur, si forte aliquod monumentum extaret Indulti Capitulo Collegiatae Sancti Petri concessi pro Presbytero assistente in Missis solemnibus; sed incassa cessit quaecumque diligentia, ac proinde dilucide apparet omnino abusive consuetudinem huiusmodi fuisse inductam, atque ad superiorem usque annum servatam; eo vel magis quia in Synodo Dioecesis Mazariensis celebrata de anno 1735. saltem implicite fuit abrogata. In illa siquidem Synodo statutum fuit, ut tam in Cathedrali Mazariensi, quam in ceteris respective Ecclesiis (tunc temporis Drepanitanae hodiernae Dioecesis Ecclesiae includebantur in Dioecesi Mazariensi) omnimode servetur Caeremoniale Romanum, omnem et quaecumque in contrarium consuetudinem abrogantes, ac in Titulo de *Sacrificio Missae* inductum fuit, ut Sacerdotes nullos alios ritus, aut Caeremonias in Missae celebratione adhiberent praeter eas, quae in Missali Romano praescribuntur. Quae singula a Reverendissimo Antistite exposita una cum Precibus Capitulo Collegiatae Sancti Petri Ecclesiae in novo Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinale hodierna die habito quum fideliter de more retulerit subscriptus Secretarius, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus maturo examine perpensis, dilucide comperuere abusive omnino, et contra alias Decreta servatam fuisse consuetudinem Presbyteri assistentis in Collegiata Sancti Petri Ecclesiae Civitatis Drepani, ac proinde merito commendantes Reverendissimi Episcopi pastorem vigilantiam ad convellendos quoscumque abusus, rescribendum censuerunt: « Servetur

Decretum Episcopi, si adsit: alias serventur Decreta iam lata in Voto eiusdem Episcopi. »

Die 27. Februarii 1847.

5071. MECHLINIEN.

Hodiernus Superior Abbatiae Sancti Bernardi in Bombem inter fines Archidioecesis Mechliniensis Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. In praedicta Abbatia olim Ordinis Praedicatorum, ac in praesentiarum Ordinis Cisterciensium, extabat Ecclesia consecrata sub titulo Sanctissimae Crucis, quae anno 1840. penitus destructa fuit, eique alia nova substituta sub titulo Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae, nulla facta mentione Sanctissimae Crucis. Unde:

Quaeritur 1. Utrum adhuc teneantur Monachi Cistercienses quotannis die tertia Maii recitare Officium Sanctissimae Crucis sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, tamquam de titulo Ecclesiae, et quatenus affirmative supplicant pro gratia redigendi illud Officium ad ritum Brevariense sine Octava.

Quaeritur 2. Utrum quotannis debeant adhuc celebrare Festum dedicationis Ecclesiae destructae in pristina sua die, quae est Dominica tertia Septembris, an vero die XXVII. eiusdem mensis Septembris, qua novae Ecclesiae dedicatio peracta fuit? Et quatenus affirmative ad primam huius quaesiti partem supplicant pro gratia transferendi in perpetuum Festum dedicationis ad diem XXVII. Septembris, tamquam in diem propriam?

2. Abbatia Sancti Bernardi sita est intra limites Paroeciae ruralis de Bombem, cuius Ecclesiae titulus est Beatae Mariae Virginis ad Sanctum Leodegarium. Quotannis feria secunda post Festum Sacratissimi Rosarii celebratur Festum Sancti Leodegarii a Clero cum Officio ritus duplicis primae Classis et Octava, a populo tamquam Festum in devotione, sed non sub praeccepto ducitur; unde quaeritur an Monachi Abbatiae Sancti Bernardi teneantur in dicta Feria secunda recitare Officium de Sancto Leodegario?

3. Quando Festum Sancti Marci Evangelistae occurrit intra hebdomadam Paschae, in Dioecesi Mechliniensi transfertur ad Feriam quartam post Dominicam in Albis, tamquam ad diem propriam: unde quaeritur utrum Regularibus proprio Calendario utentibus, adhuc licitum sit huic translationi sese conformare ob antiquam consuetudinem, quum nunc Festum Sancti Marci non amplius servetur in populo, sicuti quondam fiebat in Belgio?

Huiusmodi Dubia quum infrascriptus Secretarius fideliter de more proposuerit in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis, Sacra eadem Congregatio omnibus maturo examine perpensis, rescribere censuit.

Ad 1. « Negative ad utrumque. »

Ad 2. « Negative, sed teneri ad Officium Patroni Diocesis. »

Ad 3. « Servetur particularis Rubrica. »

Atque ita rescripsit. Die 27. Februarii 1847. 5072. **MASSEN.**

Quum superiori anno 1846. a Sacra Congregatione Reverendissimorum Patrum Sacri Concilii Tridentini Interpretum ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem transmissae fuerint preces Reverendissimi Massen. Episcopi, queis exponebat quod in Principatu Carrariensi mos vigeat ut Clerus universus, ne exceptis quidem parvulis Clericis, Rochetto utatur, et hoc fortasse quia olim iurisdictioni Canonicorum Regularium Sancti Frigidiani subiectae erant Ecclesiae omnes Principatus ipsius: ac proinde huius Sanctae Apostolicae Sedis oraculum exquirebat, num adhuc sibi super hoc usu silentio insistendum sibi sit, ne turbas excitet, siquidem admodum antiqua consuetudo isthaec perhibetur; vel potius teneatur hunc usum tollere, deficiente privilegio? De praemissis a subscripto Secretario fideli instituta relatione in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in voto fuere: « Non esse inquietandos. »

Atque ita rescribendum mandarunt.

Die 27. Februarii 1847.

5073.

ROMANA.

Dum superiori anno 1846. Dominica secunda post Pascha Resurrectionis ad proprii Beneficii possessionem in insigni Basilica Sanctae Mariae in Cosmedin Urbis immittendi erant duo novi Beneficiati, non una fuit Canonicorum in Capitulo congregatorum sententia in designanda persona, cui iuxta Eminentissimi, et Reverendissimi Cardinalis in Urbe Vicarii, Diaconali illo titulo vacante, Litteras pro Canonica immissione expeditas committebatur dandae possessionis actus; nam tantum in iis legebatur: *Dignior ex Canonicis*. Siquidem opinantibus nonnullis per huiusmodi verba designari seniore inter praesentes Canonicos, contendebant nullimode spectare ad Archipresbyterum iuxta veterem praxim, quem de facto excludere non dubitarunt. Ne vero hodiernus Ar-

chipresbyter laederetur in iuribus sibi competentibus, se abstinuit ab interventu ad huiusmodi possessionem; atque Sacrorum Rituum Congregationi rem omnem exponens, instituit, ut formiter declararetur utrum *Dignior ex Canonicis* intelligatur Archipresbyter? ac proinde an huiusmodi in casibus Archipresbytero omnino competat executioni demandare possessionem ad Praebendas Litteras, quoties in ipsis non designatur, seu nominatur Canonicus aliquis particulariter, sicuti semper actum est. Interim quum ad memoratae Basilicae Diaconalem Titulum assumptus fuerit Eminentissimus et Reverendissimus D. Cardinalis Ioannes Serafini, Archipresbyteri preces eidem Eminentissimo Viro transmissae fuerunt pro Informatione, et Voto, ut praesertim doceret de Capituli Statuto, ac de consuetudine in casu proposito. Iniuncti muneris partes explens ipse Eminentissimus Titularis, ingenue exposuit post aditum Capitulum, quod etsi in Constitutionibus Capitularibus nil enunciatur de Possessionibus, attamen ex iisdem dilucide evincitur Archipresbyterum usque a Capituli erectione, uti ex Apostolicis Litteris Leonis Papae X. datis Kalendis Maii 1513. esse unicam Capituli Dignitatem, adeoque semper, et in omnibus praecedere debere Canonicos, praeter Canonicum Hebdomadarium; imo uni Archipresbytero inhaerere Presbyteralem Ordinem, siquidem novem alii Canonici ex eodem Pontifice debent saltem esse in Ordine Clericali, et in aetate annorum quindecim constituti; ad Archipresbyterum insuper spectare privative celebrationem Missarum cum cantu, ac Vesperarum in Solemnioribus, et in aliis Festis per turnum cum aliis Canonicis, quibus una quotidianas percipit distributiones, ac ad Punctaturas adigitur. Quoad vero consuetudinem ipse Reverendissimus Titularis adnotat usque ad collationem Beneficiorum, de quibus in casu agitur, semper in Bullis collationis Praebendarum adhibita fuisse verba, ex quibus erui posset Archipresbyterum potissimum designari ad huiusmodi possessiones dandas, quod ius nullimode controversum fuit, uti apparet etiam ex recentioribus collationibus. Quae singula subscriptus Secretarius inter cetera fideliter referens in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, Sacra eadem Congregatio omnibus maturo, diligentique examine perpensis, ab expositis indubie comparuit in Basilica Sanctae Mariae in Cosmedin Urbis ex institutione, et Statuto digniorem inter Canonicos esse Archipresbyterum, ac proinde decrevit iuxta Votum Eminentissimi Cardinalis Titularis ad ipsum

praesentem spectare executionem Litterarum pro immittendis novis Capitularibus ad Praebendarum cuiuscumque gradus, et generis possessionem, quoties ipsarum Litterarum exequutio Canonice in genere, et non nominatim committitur.

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5074. RHEDONEN.

Etsi Reverendissimus Rhedonen. Episcopus usque adhuc curavit, ut in die solemni Paschae, et in Festivitate Sanctorum Petri, et Pauli, quibus diebus solemniter Benedictio Apostolica Populo elargitur, Apostolicae Litterae, quibus Indulgentia Plenaria conceditur, legerentur cum latina lingua, uti conscriptae sunt, tum vulgari idiomate gallico; attamen comperuit latinam huiusmodi lectionem adeo gravem Fideles experiri, utpote illam non intelligentes. Hinc Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus adiens idem Reverendissimus Antistes, efflagitavit, utrum deinceps hanc latinam lectionem earundem Litterarum omittere possit, atque unicam retinere gallicam versionem; et quatenus negative, Apostolicum dispensationis Indultum enixe rogavit. Et sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata, referente me Secretario, rescribendum censuit: « Affirmative ex gratia speciali, et ad D. Secretarium cum Sanctissimo. » Die 27. Februarii 1847.

Facta autem hodierna die Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo per me Secretarium fidei relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis adprobavit, confirmavitque. Die 5. Martii 1847.

5075. RHEMEN.

Reverende Domine uti Frater.

Quum Sacerdos Ioannes Petrus Cadot Vice-Parochus Ecclesiae Sancti Iacobi Civitatis Rhemensis Sacrorum Rituum Congregationi exposuerit plures Sacerdotes in Civitate non minus, quam Dioecesi Rhemensi, annuente Amplitudine Tua, in Divinis Laudibus persolvendis se conformare Breviario, ac Missali Romano, eosque ut plurimum dubios haerere quoad colorem Paramentorum in Missae Sacrificio, nimirum an sequi debeant quoad colorem Rubricas Calendarii Rhemensis, vel potius adigantur adhibere quoad colorem indictum in Calendario Romano? Sacra eadem Congr. ad Quirinale subsignata die in Ordinariis Comitibus condunata, audita relatione a infrascripto Secretario facta, quin aliquid memorato Sacerdoti responderet, satius duxit ad Amplitudinem Tuam scribere, eique communicare, ut qua praestat prudentia,

Sacerdotes ipsos commoneat vetitum omnino esse se conformare colori convenienti Officio, quod recitant iuxta Breviarium Romanum, dum in publicis Ecclesiis diversus est color, quia in Calendario Rhemensi Officium ritus duplicis occurrit; ac proinde tunc solum teneri ad expetendum colorem Officio Romano respondentem quum Semiduplicia occurrunt in Calendario Rhemensi. Dum Amplitudini Tuae mentem Sacrae Congregationis aperio, diu felix et incolumis vivat.

Romae 27. Februarii 1847.

Reverendo Domino, uti Fratri,
Episcopo Rhemensi.

5076. TRANEN.

Quum in suis Apostolicis Litteris in forma Brevis sa: me: Gregorius Papa XVI. commiserit Reverendissimo Anidren. Episcopo administrationem Archidioecesis Tranensis cum adiuncta Ecclesia Visiliensi; ibi Vicarium Generalem utpote suum Locumtenentem constituit, cui interdum ad Chorum accedenti precedentia denegatur quoad Stallum ab Archidiacono, prima Capituli Tranensis Dignitate. Quod Sacrorum Rituum Congregationi exponens idem Vicarius Generalis, enixe rogavit ut formiter declaretur, an Vicarius Generalis in Choro occupare debeat primum Stallum, ac proinde praecedere omnibus Dignitatibus? Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me subscripto Secretario, maturo examine perpensis expositis, ac aliis in similibus Decretis, respondendum censuit: « Iuxta alias Decreta Vicarius Generalis in Choro, et in habitu Vicariali omnibus etiam Dignitatibus non paratis praecedat, excluso tamen Hebdomadario. »

Atque ita rescripsit, ac in Metropolitana Tranensi Ecclesia servari mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5077. TOLENTIN.

Quum Sacerdos Petrus Bonelli Canonice Poenitentiarius Cathedralis Tolentinae Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarit, ut declarare dignaretur: Num Ecclesia consecrata, quae militaribus stationibus et excubiis per biduum inservivit, censenda sit profanata, ac propterea indigeat reconciliatione a Pontificale Romano praescripta? Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me Secretario, respondendum censuit: « Ad cautelam esse reconciliandam. »

Die 27. Februarii 1847.

5078. TARENTIN.

Ad omnem ambiguitatem eliminandam in ordinando Calendario Civitatis ac Archidioecesis Ta-

rentin. Magister Caeremoniarum Metropolitanae illius Ecclesiae anceps haeret quodnam Decretum Sacrorum Rituum Congregationis potissimum sequi debeat in assignandis commemorationibus Patronorum in Laudibus ac Vesperis dum Loca particularia praeter Patronum Dioecesis, alium suum praecipuum venerantur Sanctum Patronum. Etsi enim usque ab anno 1683. duodecimo Kalendas Decembris sancitum fuerit de principali tantum Patrono instituendum; attamen de anno 1721. septimo Idus Iunii praecipitur: « Commemorationem fieri debere de utroque, primo scilicet de Patrono Dioecesis, secundo de Patrono Loci; » eandem Sacram Congregationem Rituum enixe rogavit, ut declarare dignaretur quid in casu exequendum? Quae in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis coadunata, referente me subscripto Secretario, probe intelligens Decretum diei 20. Novembris 1683. loqui tantum de pluribus Patronis ipsius Loci, ac aliud praecipere observantiam Rubricarum, quae praeter Patronum integrae Dioecesis, cuius Commemoratio institui debet in ipsa Dioecesi, admittunt Patronum praecipuum cuiusque Loci, rescribendum censuit ad propositam quaestionem: « Servandum in casu Decretum diei 7. Iunii 1721. »

Atque ita rescripsit. Die 27. Februarii 1847.

5079. VICARIATUS RUREMUNDENSIS
IN HOLLANDIA.

Sacerdos Hollandus Henricus Oomen Praeses Seminarii Ruremundensis quum a Sacra Rituum Congregatione enixe exquisierit solutionem insequentium Dubiorum, nimirum:

1. Utrum post Missam depositionis extra diem tertium, septimum, et trigesimum cantari possit Missa in ritu duplicis maioris, ut in die obitus cum unica Oratione modo Consanguinei defuncti ad eam convenient?
2. Utrum Parochus debeat facere Octavam de Sancto Titulari alicuius Capellae, in qua hic et nunc celebratur Missae Sacrificium?
3. Utrum Professores, nec non Seminaristae in maioribus constituti Ordinibus teneantur ad Octavam Patroni Ecclesiae Seminarii, quae omnibus patet fidelibus, vel potius retinere Patronum Civitatis, in qua Seminarium situm est?
4. Parochus hic et nunc aliquem substituit, qui die Dominica cantat summum Sacrum (quod hic posse censetur per consuetudinem): An Parochus privatim celebrans possit applicare pro suis, vel teneatur applicare facere pro Populo summum Sacrum?
5. Ecclesia Seminarii Ruremundensis, quae

quamvis Parochialis non sit, tamen omnibus patet fidelibus, quaeque Titularem Patronum habet Sanctum Carolum Borromaeum; petitur num Festum huius Sancti quarta Novembris die, per modum Festi Patronalis sub ritu duplicis primae Classis cum Octava a Praeside, Professoribus, atque Alumnis Seminarium inhabitantibus celebrari possit, ac valeat, et inter suffragia ad Vesperas, et Laudes de eodem Sancto Carolo, ut in Breviario, commemoratio fieri debeat?

Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinario Coetu, omnibus maturo examine perpensis, auditaque a me Secretario fideli relatione rescribendum censuit.

Ad 1. « Sine speciali Indulto non posse. »

Ad 2. « Negative iuxta Rubricas. »

Ad 3. « Teneri ad Octavam Titularis Ecclesiae adnexae. »

Ad 4. « Posse, vel per se, vel per alium, quin requiratur Missa sollemnis. »

Ad 5. « Iam provisum in tertio Dubio, Fieri autem debere commemorationem in Suffragiis ad tramites Rubricae. »

Atque ita rescribere rata est. Die 27. Februarii 1847.

5080. CAMERINEN.

Canonici Collegatae Ecclesiae Sancti Martini in oppido Sanctae Anatoliae intra fines Archidioecesis Camerinen. etsi ab anno 1645. decimosexto Kalendas Octobris ab hac Sacra Rituum Congregatione Decretum impetrarint, ut in Sabbato Sancto primi, etiam ante Matricem Sanctae Anatoliae, pulsarent Campanas, quod quidem ius privative ad Collegiatam ipsam spectare tunc definitum fuit; attamen in praesentiarum iteratis precibus Sacram ipsam Congregationem rogarunt enixe, ut declarare dignaretur, an titulus Matricis, non obstante huiusmodi definitione, possit usurpari a praedicta Ecclesia Parochiali Sanctae Anatoliae? Quas quidem preces quum Secretarius subscriptus retulerit in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis hodierna die ad Quirinale habito, Sacra ipsa Congregatio rescribendum censuit: « Etiamsi Parochiali Ecclesiae Sanctae Anatoliae competat titulus Matricis; iuxta tamen Constitutionem sa: me: Leonis Papae X. et alias decreta ius pulsandi Campanas Sabato Sancto competere ad Ecclesiam digniorem nempe Collegiatam. »

Atque ita rescripsit. Die 27. Februarii 1847.

5081. LIMBURGEN.

Sibi commissae Dioecesis Visitationem instituens Reverendissimus Limburgen. Episcopus, quamplurimum invenit Altarium Sepulchra, in qui-

bus Sacrae Reliquiae vel aperte iacebant, adeo ut de earum authenticitate ob defectum tum Sigillorum, tum Litterarum Testimonialium non constat, vel nullae erant Reliquiae Sanctorum, ac proinde ex Ecclesiasticis Legibus super iisdem Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrari nequit. Cui quidem malo pro viribus occurrere exoptans idem Reverendissimus Episcopus, iam pro Sacrarum Reliquiarum impetratione supplicavit enixe, sed interim Sac. Rit. Congr. rogavit, ut indulgere dignaretur, quod super iisdem celebretur. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me Secretario, benigne annuit pro extensione Indulti Episcopo Nannetensi concessi sub die 15. Ianuarii vertentis anni, nimirum quemcumque sanans defectum, concessit ut super huiusmodi Aris celebretur donec novae apponantur Sanctorum Reliquiae. Die 27. Februarii 1847.

5082. LIMBURGEN.

Quum praesenti anno 1847. Festum S. Marci occurrat Dominica tertia post Pascha Resurrectionis, in qua reponi debet Festum ad Populum cum Missa Sancti Georgii Martyris Patroni integrae Limbigen. Dioecesis, hodiernus Cathedralis illius Vicarius, et Kalendarii Director Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia proposuit, ut in huiusmodi occurrentia certa praescribatur Regula pro celebratione Sacrosancti Missae Sacrificii. Dubia autem sunt ut infra, nimirum:

1. Quenam Missa, num de Rogationibus, num de Sancto Georgio, an de Sancto Marco hac Dominica celebranda sit in iis Ecclesiis, in quibus uno vel duo tantum sunt Sacerdotes celebrantes?

2. Quenam in iis Ecclesiis, quarum Patronus Sanctus Marcus existit?

3. Quomodo in utroque casu Missa quoad commemorationem ordinanda sit?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me Secretario, rescribendum censuit.

Ad 1. « Iuxta alias Decreta Missa de Titulari, cum commemoratione Rogationum. »

Ad 2. « Ut ad primum. »

Ad 3. « Commemoratio de Rogationibus fit cum Oratione diei sub unica conclusione. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5083. VERULAN.

Sacerdos Antonius Colantonj, qui in Cathedrali Verulana Ecclesia in praesentiarum Canonici Sacristae munere fungitur, quum adverterit in Cathedrali ipsa consuetudinem vigere ut in Missis

de Requie, quae celebrantur cum cantu, omittatur in Choro Sequentia: *Dies irae, dies illa*, et eius loco decantetur Versus: *Absolve: Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit, enixeque rogavit ut declarare dignaretur num servare adhuc liceat invectam huiusmodi consuetudinem, quamvis praxi, et Decretis alias editis ipsa opponatur? Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit: « Iuxta alias Decreta in casu canendum Versum: *Absolve*, et sequentiam: *Dies irae, dies illa.* »*

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 27. Februarii 1847.

5084. SANCTIMONIALIUM
CONGREGATIONIS SANCTISSIMAE CRUCIS,
ET PASSIONIS DOMINI NOSTRI
IESU CHRISTI.

Sanctimoniales Congregationis Sanctissimae Crucis, et Passionis Domini Nostri Iesu Christi in Asceterio Corneti erecto degentes, quum Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarint ut super sequentibus Dubiis sententiam suam aperire dignaretur, ne in ordinandis Divinis Officiis quidquam perperam agant, nimirum:

1. Occurrente Officio Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi die 19. Martii sacra Sancto Iosepho Beatae Mariae Virginis Sponso, de quo tenentur Sanctimoniales recitare, nam utrumque Officium gaudet ritu duplicis primae Classis?

2. Occurrente in Solemnitate Ascensionis Domini aliquo Officio ritus duplicis, vel semiduplicis, quod ad anni exitum reponi nequeat, an de hoc Officio praeter commemorationem in utrisque Vesperis Laudibus et Missa, apponi etiam debeat IX. Lectio historica ex duabus, vel tribus una?

3. An ad ritum simplicem cum commemoratione in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa et cum IX. Lectione historica, quoties ex Rubricis locum habere potest, in diebus propriis redigenda omnino sint duplicia, vel semiduplicia Officia, quae ad anni exitum reponi nequeunt?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus referente me subscripto Secretario, rescribendum censuit.

Ad 1. « Iuxta alias decreta agendum in casu de Sancto Iosepho, translato altero Officio ad primam non impeditam diem, sed intra Quadragesimam. »

Ad 2. « Affirmative iuxta alias decreta. »

Ad 3. « Affirmative, ut ad proximum. »

Atque ita servari mandavit. Die 17. Febr. 1847.

5085.

SENEN.

Quum Sacerdos Galganus Giuliotti Metropolitanae Ecclesiae Senensis Canonicus Sacrorum Rituum Congregationis sententiam requisierit super sequentibus Dubiis, nimirum:

1. Se una volta che sia accordato ai Canonici della Metropolitana l'uso della Mitra senza restrizione possano questi Canonici far uso della Mitra istessa, e portarla nelle Processioni, ed allorchè uno di essi fa la funzione, ed ha indossato il Pluviale, ancorchè porti la Reliquia di qualche Santo?

2. Se alla Solenne Processione del *Corpus Domini* essendo tutti i Canonici vestiti pontificalmente o con Pluviale, o con Pianeta, o con Dalmatica precedendo il Baldacchino sotto il quale vi sono i Ministri, ed il Celebrante portante il Santissimo Sacramento, possano e debbano i Canonici Mitrati, che precedono il Baldacchino portare in capo la Mitra, ovvero la Mitra la debba portare un Chierico, che gli stia a fianco?

3. Se essendo accordato ai Canonici il privilegio della Bugia, anche nelle Messe lette possano far tenere la stessa Bugia o al Ceremoniere, o ad un Chierico con Cotta, oltre al Chierico, che serve la Messa, quando l'altro Chierico destinato a tener la Bugia sia addetto esclusivamente ad essa senza che s'interessi del servizio della Messa, al quale l'altro Chierico è destinato, così che uno serva esclusivamente la Messa, e l'altro tenga la Bugia, in caso che tener non la possa il Ceremoniere, conforme pare che si rilevi da una risposta data su tal proposito da Benedetto XIV., e conforme un Ceremoniere di Palazzo assicurò nel 1839. rispondendo ad un Canonico, che avevalo su ciò consultato?

4. Se nei giorni in cui la Rubrica vuole che nella Messa Conventuale dopo Nona si possa, o si debba lasciare l'Antifona finale della Madonna *pro tempore*, e cantare immediatamente l'Introito, ovvero si debba prima dire il *Pater noster secreto*, l'Antifona corrente, e dopo l'Orazione di essa ch'è il compimento della Divina Salmodia, e quindi si debba incominciare a cantare la Messa?

Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, audita relatione a me subscripto Secretario facta, rescribendum censuit.

Ad 1. « Mitrae usum in casu cohibendum ad tramites Constitutionis sa: me: Pii Papae VII. *Decet Romanos Pontifices.* »

Ad 2. « Posse per se deferre manu sine ullo Ministro. »

Ad 3. « Posse a solo Clerico Superpelliceo induto. »

Ad 4. « Nihil dicendum, sed immediate post Verum: *Benedicamus Domino: Missam inchoandam.* »

Atque ita rescripsit. Die 27. Februarii 1847.
5086. PISTORIEN.

In Cathedrali Pistoriensi Ecclesia alia extat Ecclesia subterranea in Apside, ad quam accessus patet ex ipsa Cathedrali. Quum vero in hac subterranea Ecclesia, quae est prima Civitatis Paroecia bis in anno solemniter Expositio Sanctissimi Sacramenti in forma Quadraginta Horarum locum habeat Sacerdos Aloysius Agostini Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut formiter declarare dignaretur.

1. An perdurante memorata Expositione Sanctissimi Sacramenti in praedicta Ecclesia subterranea, ad Cathedrali associare possint Cadavera Defunctorum, pro ipsis Exequiae institui cum Missa *de Requie*, ac tandem in semiduplicibus institui Anniversaria cum eadem Missa *de Requie*?

2. An Missis Officii occurrentis, quae in Cathedrali celebrantur, addi possit commemoratio Sanctissimi Sacramenti, etsi Capitulum in Choro ob nimiam distantiam ab Expositione Sanctissimi Sacramenti sedeat capite cooperto?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, audita relatione a me Secretario facta, omnibus maturo examine perensis, rescribendum censuit: « In casu utrumque fieri posse, attamen servatis Rubricis. » Die 27. Februarii 1847.

5087. PISTORIEN.

Quum pridie Nonas Ianuarii Anniversarium occurrat dedicationis Parochialis Ecclesiae Deo in honorem Sancti Andreae Apostoli Pistoriensi in Civitate dicata, Sacerdos Aloysius Petrocchi Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit ut declarare dignaretur num ratione solemnitatis, qua istud dedicationis Festum instituitur, in utriusque Vesperis, Laudibus, et Missa omitti possit commemoratio diei octavae Sanctorum Innocentium Martyrum?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes hodierna die coadunata, me subscripto Secretario referente, respondendum censuit: « Iuxta Rubricas et alia Decreta faciendam esse expressam Commemorationem. »

Atque ita rescribere rata est, ac declarare.

Die 27. Februarii 1847.

5088.

COLLEN.

Quum usque ab anno 1671. duodecimo Kalendas Iulii sa: me: Clemens Papa X. Capitulo Ca-

thedralis Ecclesiae Collensis indulserit, ut singulis intra annum Feriis sextis non impeditis persolveretur extra Quadragesimam, Adventum, Feriasque privilegiatas Officium votivum Sanctissimae Crucis in honorem unius ex Clavis, quibus humani generis Redemptor Iesus fuit Cruci affixus, qui in Cathedrali ipsa, uti fertur, asservatur; non eadem semper servata fuit uniformis praxis quoad huiusmodi votivi Officii designationem; interdum enim actum est de Sanctissima Cruce in omnibus Feriis sextis, quibus nullum occurrebat Officium novem Lectionum, interdum etiam translatis cessit duplicibus, et semiduplicibus, quamquam Sacra Rituum Congregatio decimoquinto Kalendas Iulii 1684. declaravit huiusmodi translatis duplicibus, et semiduplicibus praeferendum Officium istud votivum. Verum quum dubitetur adhuc a posteriora generalia Decreta, ac praesertim illud latum decimo tertio Kalendas Aprilis anni 1706. abrogavit particulares concessionem, et declarationes; hinc pro parte ipsius Cathedralis Ecclesiae Capituli iteratis precibus Sacrorum Rituum Congregationi supplicatum est, ut super duobus sequentibus Dubiis mentem suam aperire dignaretur, nimirum:

1. Utrum haec posteriora Decreta abrogarint, atque deleverint omnes particulares concessionem aliquibus Dioecibus, vel Ecclesiis antea factas? Et quatenus affirmative.

2. An Officium votivum Sanctissimae Crucis in praedicta Cathedrali Ecclesia Collensi locum habere debeat extra Adventum, Quadragesimam, Ferias, Vigilias, Octavasque privilegiatas in omnibus Feriis sextis tantum non impeditis Festo novem Lectionum occurrente, non vero translato, ut antea moris erat, vel in utroque casu, ut in praesenti tempore agitur?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, maturo, diligentique examine omnibus de more perpensis, auditaque ab infrascripto Secretario fideli relatione, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative. »
Ad 2. « Locum habere non posse, quando reponendum est Officium translato iuxta Generalia Decreta. »

Atque ita rescribere rata est, ac declarare.
Die 27. Februarii 1847.

5089. VIGLEVANEN.
Sacerdos Marcellinus Nebbia Episcopalis Curiae Viglevanen. Cancellarius quum rogatus fuerit a quodam illius Dioecesis, ut super sequentibus Dubiis Sacrorum Rituum Congregationis sententiam

exquireret, Dubia ipsa proposuit pro opportuna declaratione, nimirum:

1. An in forma absolutionis ante verba: *Ego te absolvo a peccatis tuis*: dicendum sit, vel omitendum verbum: *Deinde*:

2. Quum in Rituali Romano in eadem absolutionis forma legatur: « In confessionibus autem frequentioribus et brevioribus omitti potest: *Miseretur*: et satis erit dicere: *Dominus Noster Iesus Christus*: usque ad illud: *Passio Domini*: » quaeritur an sit intelligendum exclusive, vel inclusive?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subscripta die coadunata in Ordinario Coetu audita relatione a me subscripto Secretario facta, ac memor usque ab anno 1837. sub die 11. Martii in una Veronen. ad Dubium propositum hisce sub terminis: « Utrum in forma absolutionis verbum: *Deinde*: in nonnullis editionibus rubro caractere impressum, omittendum sit? » post auditam etiam Sacrae Universalis Inquisitionis Congregationem sancitum fuisse: *Nihil innovandum*, rescribendum censuit.

Ad 1. « Detur Decretum in Veronen. diei 11. Martii 1837. »

Ad 2. « Intelligendum exclusive. »
Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 28. Februarii 1847.
5090. REGNI SARDINIAE.

Sacerdotes Cappellani Regiae Sardiniae Marinae grave admodum quum experiantur in itineribus ut plurimum ferialibus diebus abstinere ab incremento Missae Sacrificio celebrando, nam in Festis Missam celebrare assolent in Sacellis positus in latere Navis supernatantis, ubi comitatus etiam dormit, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. Pontificem Maximum proprio, et consodalium nomine rogavit Sacerdos Aloisius Mellini, ut Apostolicum elargire dignaretur indultum, cuius vigore ipsis deinceps liceat dum in itinere maritimo versantur Missam singulis diebus celebrare in proprio cubiculo, ubi de nocte dormire adiguntur. Sanctitas Sua referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne annuit iuxta preces, secluso tamen omni periculo, et dummodo debitae decetiae fuerit consultam. Contrariis etc. Die 5. Martii 1847.

5092. SANCTI SEVERINI.
Quum Reverendissimus hodiernus Episcopus Administrator Ecclesiae Sancti Severini probe comperiat iuxta alias Decreta a Sacra Rituum Congregatione sibi non licere in solemnibus Vesperis, ac Missis in Pontificalibus sedere in Cathedra sub Baldachino, neque ibidem assistere

Missis, quae per alios celebrantur cum cantu, sed in primo casu uti debere Faldistorio, et in secundo sedere tantum in digniori Chori Stallo; ne perinde imminuatur splendor Sacrarum Caeremoniarum, Sanctissimum Dominum Nostrium Pium IX. Pontificem Maximum suppliciter adivit, enixeque rogavit, ut de Apostolica benignitate indulgere dignaretur, ut ipse tam in Pontificalibus quam in assistentia Missis solemnibus, aliisque Ecclesiasticis functionibus praestanda sedere valeat in Cathedra sub Baldachino; Sanctissimus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, attentis peculiaribus circumstantiis, ac praesertim quod novissimus Episcopus renunciationem Sedis emisit, de speciali gratia in exemplum non afferenda annuit iuxta Episcopi Administratoris preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 5. Martii 1847.

5092. CALAGURITAN.

Beatissime Pater.

Placidus Bruno de Gandraundo Sacerdos Saecularis Oppidi vulgo Manquèa in Dioecesi Calaguritan. ad Vestrae Beatitudinis pedes provolutus humillime ex gratia postulat facultatem ad faciendam cum sola aqua purificationem Calicis, et abluionem digitorum in Sacrificio Missae propter repugnantiam ad vinum ob difficultatem digerendi illud, ob quas causas non ulitur vino regulariter extra Missae Sacrificium. Et Deus etc.

« Sanctissimus D. Noster Pius IX. P. M., referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia annuit; dummodo preces veritati nitantur. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

5093. ORDINIS

CARMELITARUM DISCALCEATORUM.

Beatissimo Padre.

Il P. Domenico di San Giuseppe Commissario Generale de' Padri Carmelitani Scalzi dimorante nel Convento di Brussey in Francia prostrato ai piedi di Vostra Santità umilmente espone, che in detto Convento alcuni Sacerdoti secolari sogliono fare gli Esercizi Spirituali in tutto uniformandosi all' istituto dell' Ordine, non che alla recita in Coro del Divino Ufficio. Affinchè i sopradetti Sacerdoti così facendo non abbiano da recitare due Officii, supplica Vostra Santità affinchè si degni dispensarli dal proprio Ufficio, recitando quello dell' Ordine. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne annuit iuxta preces. » Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 7. Maii 1847.

5094. ROSSANEN.

Beatissimo Padre.

L' Arcivescovo di Rossano Pietro Cilento prostrato al Trono di Vostra Beatitudine devotamente espone, che in diversi paesi della sua Diocesi per i detenuti vi sono le prigioni, quali sono prive di Cappelle, e suppellettili sacre, per cui i medesimi non possono adempiere gli atti di religione. Vi è disposizione Sovrana però per la costruzione di dette Cappelle interne, ma per circostanze ancora non si è mandata ad effetto. Affinchè gl' infelici rinchiusi non rimangano privi della Messa ne' giorni festivi, l' Oratore prega vivamente Vostra Beatitudine volersi degnare accordargli le necessarie facoltà di poter fare erigerè nella circostanza degli Altari portatili nelle dette prigioni. Che ec.

« Sanctissimus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, benigne annuit pro gratia, dummodo Archiepiscopus Orator provideat vel per se, vel per suum Vicarium Generalem, vel alteram personam in Ecclesiastica dignitate constitutam decentiae loci, in quo provisorie erigendum est Altare portatile. » Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30. Iulii 1847.

5095. SOCIETATIS IESU.

Beatissimo Padre.

Giovanni Battista Rostaing Sacerdote della Compagnia di Gesù supplica umilmente la Santità Vostra a volergli benignamente concedere la facoltà di anticipare la recita di Vespero, e Compieta dopo le ore dieci del mattino, e quella del Mattutino e Laudi del dì seguente dopo il mezzo giorno anche con un compagno. Che ec.

« Sanctissimus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne in omnibus annuit iuxta preces; sed in actu sacramentorum Missionum tantum. » Contrariis etc.

Die 13. Augusti 1847.

5096. SOCIETATIS IESU.

Beatissimo Padre.

Giovanni Battista Rostaing Sacerdote della Compagnia di Gesù supplica umilmente la Santità Vostra a volergli benignamente concedere la facoltà di poter celebrare il Santo Sacrificio della Messa due ore prima dell' aurora, e due dopo il mezzo dì. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne in omnibus annuit iuxta preces, sed in actu sacramentorum Missionum tantum. »

Die 13. Augusti 1847.

5097. **ARETIN.**

Il Sacerdote Giuseppe Teoni della Diocesi di Arezzo umilmente espone, che con venerato Rescritto del 18. Dicembre 1846. gli fu accordata facoltà di celebrare la Santa Messa: *dummodo tamen Orator privatim celebret, et cum assistentia alterius Sacerdotis*, e ciò per essere l'Oratore mancante della sola mano sinistra, mostruosità che viene occultata per mezzo di una mano artificiale, che chi nol sa non la distingue dalla destra illesa, e con questa sola si è reso atto ad adempiere con sicurezza, ed esattezza a tutte le ceremonie col preparare prima di andare all'Altare l'Ostia, perchè si presti a potersi dividere. Il che testimoniano tanto il Vicario Foraneo, che gli altri Parochi, e Sacerdoti, che hanno assistito l'Oratore in questo tempo come da Testimoniale di Monsig. Vescovo Diocesano, il quale certifica che il Teoni celebrando in pubblico il Divin Sacrificio non può cagionare la menoma ammirazione degli Astanti. La difficoltà di potersi fare assistere dal proprio Parroco, ch'è l'unico Sacerdote del suo paese, e la necessità di procurarsi l'elemosina della Messa, onde vivere; in vista della menoma ammirazione, che dà agli astanti, supplica l'Oratore la Santità Vostra a concedergli la facoltà di poter celebrare in pubblico, e senza l'assistenza. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pontifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, attentis potissimum Reverendissimi Episcopi Litteris commendatitiis, de speciali gratia benigne annuit iuxta preces; dummodo tamen prius Episcopus ipse experimentum coram se instituat, quo certior fiat locum revera non esse indecentiae, et admirationi: caveatque ac striete praecipiat ut nullimode Sacramentales species cum manu fictitia pertractentur. » Contrariis quibuscumque disponentibus minime obstantibus.

5098. **URBIS ET ORBIS.**

Inclutus Patriarcha Ioseph, quem Omnipotens Pater singularibus gratiis auxit, ac charismatibus coelestibus abunde cumulavit, ut unigeniti Filii sui putativus Pater esset, ac verus Sponsus Reginae Mundi et Dominae Angelorum, tam sublimis electionis partes omnes, uniusque adeo perfecte explevit, ut boni, fidelisque Servi encomium meruerit, et praemia. Etenim memor semper praecellentis dignitatis suae, ac sanctitatis nobilium officiorum, queis a Divina Sapientia praeiciebatur, ipsius Dei consiliis et voluntati alacritate propemodum inenarrabili in omnibus indesinenter paruit, placensque Deo factus est

dilectus, donec gloria et honore coronatus in Coelis, novum susciperet officium, nimirum ut copiosis meritis, et orationis suffragio miserrimae subveniret hominum conditioni, atque validissima intercessione, quae possibilitas humana obtinere nequit, Mundo impetraret. Hinc passim misericors veneratur ad Deum Mediator, efficacique Patronus, eiusque Patrocinii Festum cum Officio ac Missa longe lateque instituitur Dominica tertia, quae a Paschalibus gaudiis occurrit. Verum quod unum adhuc exoptandum supererat, nimirum ut Officium Patrocinii Sancti Ioseph de praeepto ad universalem extenderetur Ecclesiam, id Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Constantinus Patrizi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. humillimis precibus proprio, et aliorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, ac quamplurium etiam exterorum Fidelium nomine porrectis, enixe imploravit. Quas quidem preces apprime conformes singulari pietati suae erga Sanctum Iosephum Apostolica Benignitate excipiens Sanctissimus idem Dominus, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne in omnibus annuit praeecepitque ut deinceps ab utroque Clero Urbis et Orbis sub ritu duplici secundae Classis persolvatur Officium proprium cum Missa Patrocinii Sancti Ioseph Dominica tertia post Pascha, qua impedita alio Officio potioris ritus, vel maioris dignitatis, indulset, ut Officium Patrocinii Sancti Ioseph transferatur ad primam diem liberam iuxta Rubricas. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10. Septemb. 1847.

5099. **ATREBATEN.**

Paucis ab hinc annis mos invaluit in Gallis telas sericas vitreas texendi, quibus Vestes Ecclesiasticae Sacrificio Missae aliisque Divinis Officiis inservientes conficiuntur. Earum textura ex gossypio, aut simili materia solida componitur, cui superimposita sunt filamenta serica, et vitrea, quae aurea certe dici valeret, si ex vitro lux auro simillima produci posset: vitrum enim in filamenta subtilissima redactum inseritur filis sericis eodem ferme pacto, quo filamenta aurea, vel argentea inseruntur telis aureis, vel argenteis nuncupatis, vel etiam ad modum operis phrygii disponuntur super telam eadem filamenta. Quum autem haec facili negotio in minutissimas partes frangi possint, et delabi in Calicem cum probabili periculo valetudinis illius Sacerdotis, qui has partes cum Iesu Christi Sanguine deglutiat, Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Car-

dinalis Hugo Robertus De la Tour d'Auvergne Lauraguais Episcopus Atrebatensis Sacrorum Rituum Congregationi humillime sequens proposuit Dubium enodandum, nimirum - An licitum sit ad celebrandam Missam ornamentis uti, quorum textura vitrea est mixta auro, vel argento? - Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, audita relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Constantino Patrizi Urbis Vicario facta, riteque consideratis iis, quae ab exquisito Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris praelo cuso exponuntur rescribendum censuit: « In Voto Magistris Caeremoniarum seu Negative ad propositum Dubium, propterea quod praedictis ornamentis uti non licet. »

Die 11. Septembris 1847.

5100. RAVENNATEN.

Simulae R. D. Sanctes Valli Metropolitanae Ecclesiae Ravennatensis Archipresbyter illius Paroeciae curam animarum exercere assumpsit, quaestiones circa praecedentiam sustinuit, et privilegia nonnulla super ceteros Parochos illius Civitatis sibi assumebat, dum aliqua in Ecclesia conveniebant ad Funera, aliasque Functiones sacras pro instituto adimplendas, Sacrorumque Rituum Congregationem super re praemonuit, exhibito etiam alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris Voto. In controversiis vero quum necesse sit, ut utraque Pars sua asserat iura, atque una, dum inter Ecclesiae Ministros malo fato excitantur, necessarium ducunt Reverendissimum Antistitem audire; ideoque prima propositio sine propositione haesit in eodem statu, locumque haec omnia habuere Archipresbytero praemortuo, qui successorem Parochum R. D. Ioachim Bezzi reliquit suarum controversiarum assertorem, praesertim quum ex Indulto sa. me. Gregorii Papae XVI. inter Canonicos eiusdem Metropolitanae Ecclesiae adlectus est. Impetrata propterea Informatione Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi Ravennatensis, qui in scriptis Parochos super iisdem controversiis audivit, pro lato Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris; quae in Ordinario Coetu ad Quirinales Aedes coacta tertio Kalendas Martii anno vertente, audita relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Iosepho Mezzofanti Ponente, quum probe animadverteret non satis convenire sententias ab utroque Caeremoniarum Magistro expositas, satius duxit rescribere: « Dilata, et scribat alter Caeremoniarum Magister communicato utroque Voto. » Dubia au-

tem super exortis controversiis inter Canonicum Parochum Metropolitanam, caeterosque Civitatis Parochos concordata haec sunt, nimirum:

1. An Canonicus Parochus Ecclesiae Metropolitanae Ravennatensis, quum conventui Parochorum interest, ius habeat sedendi in distincto subsellio, seu potius sedere debeat in alio loco iuxta ordinem antianitatis?

2. Quibus vestibus ipse uti debeat in casu?

Super hisce itaque Dubiis tertia iam vice exquisito Magistris Caeremoniarum Voto, Sacra Congregatio ad relationem eiusdem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Iosephi Mezzofanti in Ordinariis Comitibus ad easdem Quirinales Aedes subscripta die coadunata, omnibus rite examinatis riteque perpensis, quum certo nosceret a Saeculis Conventum hunc Parochorum iure existere, suasque Constitutiones a sa. me. Iulio Papa II. debito modo fuisse firmatas, neque ad praedictum Conventum associari quisquis Parochus actu existit, sed necessarium esse, ut per preces admissionem assequatur, discussis, libratisque omnibus ex utraque Parte allegatis exhibitis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative quoad primam partem: affirmative quoad secundam. »

Ad 2. « Servandas esse Constitutiones. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 11. Septembris 1847.

5101. ALBEN.

Quum Reverendissimus Alben. Episcopus in sua Dioecesi repererit consuetudinem ut in Missa Praesantificatorum Feria sexta in Parasceve inter ceteras Orationes decantetur peculiaris Oratio pro Episcopo, et alia particularis Oratio pro Rege substituatur illi pro Imperatore in Missali apposita, quarum exemplar proposuit pro opportuna approbatione, ac Apostolica venia, de qua nullum reperitur vestigium nec penes alias Pedemontanas Dioeceses, in quibus eandem consuetudinem vigere arbitratur. Memorati Episcopi preces quum propositae fuerint in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinale habitis die 27. Februarii hoc ipso vertente anno rescriptum fuit « Dilata, et interim scribatur Apostolico Nuncio ad Mentem. » Mentem itaque Sacrae Congregationis exequens Reverendissimus Tarsen. Archiepiscopus Apostolicus Nuncius in Pedemonte, curam omnem impendere solenne habuit, ut investigaret num revera in Dioecesibus Pedemontanis huiusmodi consuetudo vigeat, ac ingenue Sacram Congregationem certiorum reddidit in nulla prorsus Pedemontana Dioecesi assertam consue-

tudinem locum habere, quae si in aliquibus ruralibus Ecclesiis Parochialibus invaluit, nulla quidem neque Apostolica, neque Episcopalis intercessit concessio. Iterum quocirca per me infrascriptum Secretarium super omnibus instituta relatione in novis Ordinariis Comitiss ad Quirinale hodierna die habitis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praesentis, rescribendum censuerunt: « Nihil innovetur in Oratione pro Rege; quoad vero Orationem pro Episcopo negative. »

Atque ita rescripserunt, ac servandum omnino mandarunt. Die 11. Septemb. 1847.

5102. ANGELOPOLITAN.

Quum Sacerdos Florentius Ruiz Magistri Caeremoniarum in Cathedrali Angelopolitana. Ecclesia munere fungens, Sacrorum Rituum Congregat. sequentia Dubia enodanda proposuerit, nimirum:

1. Per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis datum die 27. Maii de anno 1826. prohibitum fuit deferre sub Baldachino Reliquias et Imagines Sanctorum, quia usus Baldachini debetur tantum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento: quaeritur an in enunciata prohibitione comprehendatur etiam Episcopus dum Paroecias visitat, et Monasteria?

2. In Cathedrali Angelopolitana Ecclesia interdum in Dominicis solemniter Matutinum persolvitur, et ad occasum solis, et ultra perducitur, ac recitata Antiphona finali temporis, Canonici et reliqui de Choro ex antiqua consuetudine remanent genuflexi recitantes Orationes noctis, scilicet *Angelus Domini*, quaeritur an sic manere debeant, vel potius stando eandem Orationem recitare?

3. An assumenda omnino sit Stola ad private dicendum Responsum pro defunctis?

4. An sit omnino necessarium assumere Stolum dum in Dominicis Aspersio Aquae benedictae fit sine Pluviali?

5. Dum a Celebrante legitur Oratio *Communio* dicta, Canonici, ac reliqui de Choro ex antiqua consuetudine stant: quaeritur, an stare debeant, vel potius sedere?

6. An retinenda, vel potius eliminanda sit consuetudo pulsandi tantum Organum ad respondendum dum in Missa cantatur *Ite Missa est*?

7. An in Processionibus, quae intra Ecclesiam cum Sanctissimo Sacramento fieri assolent, liceat erigere Altare portatile, quamvis super Sepulchris sistat, ut in eo reponi tantisper valeat Sanctissimum Sacramentum dum aliqua Stropha, vel Oratio canitur?

8. An Sacerdos caecutiens, vel visus tenuitate laborans, habensque facultatem celebrandi Missam Votivam Beatae Mariae Virginis teneatur in Festis ipsius Deiparae celebrare Missam de Festo occurrente, vel potius Votivam sine *Gloria*, exceptis Sabbatis, et sine *Credo*?

9. An Episcopus assistens Missae solenni, dum Subdiaconus ei porrigit Ampullam aquae, debeat omnino recitare Orationem *Deus, qui humanae substantiae*, vel satis sit ut efformet signum crucis super oblatam Ampullam?

10. A Rituali Mexicano praescribitur quod Parochus Sacrum Viaticum infirmo collaturus, prius quam illud conferat, de fide aegroti sciscitetur per quamdam Fidei professionem, quae ibi sicut in Toletano, continetur: quaestio est, an sumpta semel Eucharistia per modum Viatici, si aegrotus diutino letali morbo laborans rursus et iterum poscat Sanctissimo Sacramento refici, teneatur Parochus singulis vicibus praedictam Fidei professionem expetere, vel possit illam omittere, conferendo tantum per verba *Accipe, frater, Viaticum*?

11. An in expositione Sanctissimi Sacramenti extra Missam Diaconus solus possit vicem gerere Sacerdotis in exponendo, et recondendo, cumque Sanctissimo Sacramento benedicere Populo antequam Ostensorium in Sacratio reponat?

12. An Diaconus cum Pluviali possit cadavera comitari, ac de licentia Parochi benedicere Sepulturam?

13. An in Ecclesiis minoribus, ubi extra Octavam celebratur Festum Sanctissimi Corporis Christi, Missa esse debeat de Festo occurrente cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti, vel Missa de infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi cum unica Oratione *Gloria, Credo*, et Praefatione de Nativitate?

14. An Sacerdotes uti possint omnibus privilegiis etiam si nunc usque non usitatis, prout habentur in Bulla *Ad hoc nos Deus Sancti Pii Quinti diei 17. Decembris 1570* inserta ad caput Missalis Romani, ita ut ex. gr. possint Calicem cum Vino, et Aqua praeparare in Altare ante initium Missae?

15. An Festum Sancti Patroni, quod ex dispositione sa. me. Gregorii Papae XVI. transferri debet ad Dominicam proxime sequentem, si haec Dominica praepedita sit, amandari possit ad aliam insequentem Dominicam, vel die propria celebrandum?

16. An Decreta Sacrorum Rituum Congregationis dum eduntur derogent eulemque contra-

riae invecetae consuetudini etiam immemorabili, et in casu affirmativo obligent etiam quoad conscientiam?

17. Quum Sacrista Presbyter Superpelliceo, et Stola indutus adstet Canonico solemniter celebranti, dum in Ostensorio reponitur Hostia pro renovatione et expositione Sanctissimi Sacramenti, poterit ne Diaconus hoc in casu manere ad sinistram Celebrantis, eo quod idem Sacrista eo tempore eius vices gerat, aut necesse est ut veniat ad cornu Epistolae nil ibi facturus?

18. An in diebus semiduplicibus possint eum cantu celebrari duae Missae votivae de eodem Sancto?

Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub-signata die coadunata in Ordinario Coetu, post diligens cuiuscumque Dubii examen, ad relationem mei subscripti Secretarii respondendum censuit:

Ad 1. « Intelligendum de Reliquiis: quoad Episcopum servetur Caeremoniale. »

Ad 2. « Iuxta concessionem pro lucrandis Indulgentiis. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Affirmative. »

Ad 5. « In casu esse sedendum. »

Ad 6. Servari posse. »

Ad 7. « Cavendum ne Altare portatile Sepulchro immineat. »

Ad 8. « Non teneri ad Missam Festi. »

Ad 9. « Dicendam esse orationem. »

Ad 10. « Standum esse peculiari dispositioni. »

Ad 11. « In exponendo tantum, et recon-dendo Sanctissimo Sacramento. »

Ad 12. « Negative. »

Ad 13. « De Festo occurrente, nisi habeatur Indultum. »

Ad 14. « Negative, sed quoad illa servandam consuetudinem. »

Ad 15. « Transferendum cum Missa tantum ad alteram Dominicam non impeditam. »

Ad 16. « Affirmative, sed recurrendum in particulari. »

Ad 17. « Esse officium Diaconi, et non Sacristae. »

Ad 18. « Negative iuxta alias Decreta. »

Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 11. Septembris 1847.

5103. BLESEN.

Quum Reverendissimus Blesen. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi exposuerit quod in sua Blesensi Dioecesi, sicut in quibusdam aliis Galliarum Dioecesibus consuetudo invaluit ubi de-

sunt Diaconi, et Subdiaconi pro Caeremoniis Missarum Solemnium duos Laicos sive iuvenes sive uxoratos induendi Vestibus Sacris, nimirum Amictu, Alba, Cingulo, Tunica, vel Dalmatica, numquam tamen Stola, et Manipulo per Missam maiorem, quorum alter Diaconi munere fungi, alter Subdiaconi ministerium adimplere censetur, quin tamen aliquam functionem ad hos Sacros Ordines pertinentem obeant; nam Celebranti tantum assistunt, ut inde maior sit Missae maioris solemnitas; ac proinde idem Episcopus Sacram ipsam Congregationem requisierit, an invecetam hanc consuetudinem conservare, vel potius de medio tollere debeat? Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale sub-signata die coadunati in Ordinariis Comitibus, post auditam a me Secretario fidelem relationem, rescribendum censuerunt: « Consuetudo tamquam abusum omnino eliminanda, et in casu Missa cantetur per solum Presbyterum. »

Atque ita servandum mandarunt.

Die 11. Septembris 1847.

5104. EUGUBIN.

In Oppido vulgo Fratta intra fines Dioecesis Eugubinae duae erectae sunt Sodalitates, altera a bona Morte dicta, altera in ipsa Parochiali Ecclesia instituta Sanctorum Crispini, et Crispiniani martyrum nuncupata, ac utraque mense Novembris Octiduum in levamen Animarum, quae piacularibus addictae flammis in Purgatorio cremanur, instituire assolet. Verum ne in una eademque Functione peragenda convenirent, antiquitus erat in more positum, ut Sodalitas bonae Mortis proprium memoratum Octiduum institueret a die prima ad diem Octavam Novembris, et die nona Mensis ipsius inciperet illud Sodalitatis Sanctorum Martyrum Crispini, et Crispiniani utpote recentioris erectionis. Ast quum novissimis temporibus Sodalitas Sanctorum Crispini, et Crispiniani inceperit iisdem diebus, quae a Sodalitate bonae Mortis Octiduum ducitur, proprias pro defunctis preces instituire; attamen summo mane, Reverendissimus Episcopus reuult immutationem huiusmodi confirmare, ac permittere; proindeque praescripsit ut iuxta pristinum morem Sodalitas Sanctorum Crispini, et Crispiniani quinto Idus Novembris proprio Octiduo initium daret, ac per Parochum enunciatee Ecclesiae Functiones exercerentur, vel saltem per alios Sacerdotes ab ipso Parochio deligendos. Utrumque praeceptum a Reverendissimo Eugubino Episcopo iniunctum aegre adeo tulerunt Director et Priores Sodalita-

tis Sanctorum Crispini, et Crispiniani, ut Sacrae huius Rituum Congregationis sententiam pariter, et auctoritatem implorarint. Eorum vero preces pro opportuna Informatione cum Voto transmissae fuerunt eidem Reverendissimo Episcopo, qui iteratis Litteris ingenue fatetur se iustissimis de causis: inhibuisse simultaneam quoad dies utriusque Octidui celebrationem, ac insimul exposuit quod etsi interdum reapse Functiones Sodalitatis expleverint Aeditui, id tamen factum est ex Parochi annuentia, ac venia; nam quum in Parochiali Ecclesia instituta sit Sodalitas Sanctorum Crispini, et Crispiniani, nequum videtur ut Parochus per se, vel per delectos a se Sacerdotes etiam Sodalitatis Functiones expleat. Super quibus omnibus per me subscriptum Secretarium fidei instituta relatione in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres eidem Congregationi praepositi, omnibus maturo, diligentique examine perpensis rescribendum censuerunt: « Servetur Decretum Episcopi, et praecedens Sodalitatis consuetudo, quoad celebrationem Octidui: quoad vero Functiones, iuxta alias decreta hae peragantur vel a Capellano, vel ab aliis Sacerdotibus a Confratribus Sodalitatis electis.

Atque ita rescripserunt, ac servandum omnino mandarunt. Die 11. Septemb. 1847.

5105. ORD. MINORUM

SANCTI FRANCISCI DE OBSERVANTIA.

Quum non una sit Auctorum sententia, nec eadem Ecclesiae praxis quoad incensationem Sanctissimi Sacramenti dum Populo eum ipso imperitur benedictio, R. P. Fr. Paschalis a Platea Branculi Sacerdos Ordinis Minorum de Observantia in Ferrariensi Coenobio Caeremoniarum Magister Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Num utraque Auctorum sententia, videlicet eorum qui affirmant, et eorum, qui denegant talem thurificationem adhibendam, tuto teneri possit?

2. Num, quatenus respondeatur in sensu eorum, qui affirmant, incensatio isthaec fieri possit per simplicem Clericum, vel per Laicum veste talari, et superpelliceo indutum, vel absque memoratis indumentis?

3. Quatenus respondeatur in casu denegantium, an usus, sive consuetudo incensandi, ubi viget, sit a medio tollendus?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus post auditam a me Secretario fidelem relationem,

quin quidquam directe propositis Dubiis responderet, rescribendum censuit: « Servetur Rituale Romanum. » Die 11. Septemb. 1847.

5106. PAMPILONEN.

Quum Reverendissimus Pampilonen. Episcopus in praesentiarum etiam Apostolicus Administrator Archidioecesis Burgensis, compererit inter Directores sacrarum Functionum in Hispania diversas vigere opiniones circa continuationem Octavarum, quae alienubi locum habent, dum supervenit Solemnitas Sanctissimi Corporis Christi, ac aliis pro viribus sustinentibus cessandum omnino ab aliis Octavis superveniente Festo cum Octava Sanctissimi Corporis Christi, contradicant qui protuentur sententiam intra eandem Octavam Sanctissimi Corporis Christi locum habere debere inchoatas alias Octavas, pastoralis sui muneris esse duxit Sacrorum Rituum Congregationem rogare ut super proposita controversia definitivam sententiam suam producere dignaretur ad exoptatam uniformitatem assequendam, eo vel magis quia utraque pars suam communiat sententiam Decretis alias datis a Sacra ipsa Rituum Congregatione, non attendentes Decreta ipsa iustissimis de causis data fuisse prout necessitas, vel particulares circumstantiae exigere videbantur. Religiosissimi memorati Pampilonensis Antistitis pium studium quammaxime commendantes Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, post auditam ab infrascripto Secretario fidelem relationem eorum omnium, quae ab eodem Episcopo enunciabantur, ac diligens de more examen singularum rationum, quae Sacram Congregationem alias adduxere ad edendas diversas in casu responsiones in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunati rescribendum censuerunt: « Serventur Rubricae, et Decreta, seu abruptas esse Octavas solum quando Festum Sanctissimi Corporis Christi privilegio gaudet ad instar Epiphaniae.»

Atque ita rescripsere, ac servandum mandarunt. Die 11. Septembris 1847.

5107. PATAVIN.

Reverendissimus Patavin. Episcopus quum ab aliquibus Dioecesis suae Sacerdotibus de sententia requisitus fuerit quoad aliquas consuetudines in sibi commissa Dioecesi vigentes, noluit mentem suam aperire antequam huius Sacrae Rituum Congregationis declarationem exciperet super sequentibus a se propositis Dubiis, nimirum:

1. Quaeritur an Confessarii in Ecclesia Cathedrali in actu Confessionum assumere debeant Stolum, qua non utuntur?

2. An in funerum associatione Mansionarii Curati, vel alii pro iis, Stolum deferre debeant, quam non gestant?

3. Quum a sa. me. Benedicto Papa XIII. olim Episcopo Patavino istius Cathedralis Canonici electi fuerit in honorem Participantium, quaeritur an iisdem liceat perseverare in extraordinario privilegio ante Missae celebrationem sumendi ex mensa Altaris Paramenta Sacra, quae induantur?

4. An Cadavera Canonicorum, qui domicilium habebant in aliis Paroeciis extra Cathedrallem, ad ipsam Cathedrallem transferenda sint?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus post auditam a subscripto Secretario fideli relationem, propositis Dubiis diligenti de more examine perpensis rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative iuxta alias decreta. »

Ad 2. « Affirmative ad formam Ritualis, sed minus tantum, qui vices Parochi gerat. »

Ad 3. « Afferatur Breve Benedicti Papae XIII. »

Ad 4. « Eidem Episcopo, qui doceat de consuetudine hucusque servata. »

Atque ita rescribere rata est, et respondere.

Die 11. Septembris 1847.

5108. SENEN.

Dum tertio Kalendas Martii hoc ipso vertente anno in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus expendebantur preces Sacerdotis Aloisii Ballati Decani, ac primae Dignitatis Capituli Metropolitan. Senensis Ecclesiae, quae exquirebat, num ipse qui ex Apostolicis Litteris erectionis Decanatus sa: me: Iulii Papae II. datis Kalendis Novembris 1510. peculiarem Vestem gestat, nimirum Cappam, seu Capputum more Praelatorum, solus dum Processionibus interest incedere debeat post Capitulum ac alias Dignitates, placuit Eminentissimis, et Reverendissimis Patribus Sacris tuendis Ritibus praepositis nil in re definire quin prius exquireretur Reverendissimi Senen. Archiepiscopi dilucida Informatio cum Voto praesertim super consuetudine praecedentium Dignitatum. Mentem itaque Sacrae Congregationis, qua praestat diligentia, ac religione exequens Senen. Archiepiscopus pastoralis sui munus esse duxit ingenue enunciare memoratum Decretum suae Metropolitanae ad Dubii tantum solutionem preces suas proposuisse ac deinceps Sacram Congregationem certiore reddere consuetudinem semper ibi viguisse ut Decanus sequenti ordine incedat in quibuscumque Supplicationibus. Si binae Dignitates (quae praeter Decanum numero quinque in Metropolitana ipsa

existunt) vel duo ex antiquioribus Canonicis ob Dignitatum absentiam, postremae sunt, medius inter eas procedit Decanus, si una Dignitas, vel unus antiquior Canonicus supersit, hic sinistram, Decanus vero dexteram tenet. His expositis Votum etiam suum prodere quum ipse Reverendissimus Archiepiscopus adigeretur, minus congruum ac decens evasurus opinatur, quod solus in Processionibus Decanus incedat contra immemorabilem consuetudinem, quae haud perperam introducta censi debet. Insuper adnotare operae pretium ducit, quod aliquoties Archiepiscopus Processionibus interest post Canonicos Sacris Paramentis indutos, vel si breviores intra Ecclesiam Processiones fiant, post ipsos Chorales Vestes gestantes, ac in utrisque solus semper incedit. Iam vero si in huiusmodi Processionibus postremae lineae trium Dignitatum solus, et absque comite Decanus succedat, et post hunc solus Archiepiscopus, absque dubio admirationi non exiguae locus pateret, neque amplius haberetur praecellentia illa, quae ex iure Episcopis tribuenda est. Tam dilucidam, ac numeris omnibus absolutam rerum expositionem, cum enunciatis Decani precibus iterato fideliter referens in novo Ordinario Coetu Sacrorum Rituum ad Quirinales Aedes subsignata die coadunato Secretarius subscriptus, Eminentissimi, et Revmi Patres Sacris Ritibus praepositi in voto fuere. « Negative, attenta praesertim consuetudine iuxta Informationem et Votum Archiepiscopi. »

Atque ita rescribere, ac servandum mandarunt. Die 11. Septemb. 1847.

5109. VALENTIN.

Revme D. uti Frater.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. preces Amplitudinis Tuae ad hanc Sacram Rituum Congregationem de more remisit, ut de iure super expositis decerneretur. Expositum vero fuit in Gallia Episcopus nonnullis Sacerdotibus optime meritis indulgere facultatem gestandi eadem insignia, quibus Canonici Cathedralium decorantur, eosque Canonicos Honorarios decernere. Hi autem Sacerdotes etsi Praebendam non consequantur, nec Actis Capitularibus interveniant, ius tamen habent personaliter Choro interessendi quoties illis arriserit, et sedendi post Canonicos Titulares. Post haec Amplitudo Tua expostulabat utrum nec ne sola voluntas Episcopi satis esset ad interdicenda praeclaudata Insignia, quando gravis ratio adesset iudicio ipsius relinquenda an potius quaestio ad Forum esset trahenda? Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata Ordinariis in Comitibus, audita super expositis plena relatione

a Secretario facta, maturo ac diligenti examine adhibito, satius duxit rescribere: « Scribatur particulariter Episcopo iuxta Mentem, » quam quaestionem de iure dirimere. Quamvis enim, et haec fuit Sacrae Congregationis Mens, nulli dubium sit, atque in ipso iure fundatum Episcopos ex se indignos posse ab honoribus, quos contulerint, repellere; quum tamen expoliatio huiusmodi quasi mortem civilem importet, et quamdam infamiae notam Sacerdoti inurat cum non minori certe Populi scandalo, propterea Amplitudo Tua curet ad haec non devenire, nisi quando Sacerdotis indigna conversatio exigat, ut contra illam de more procedere necesse sit ad maiora scandala praevenienda. Hanc Sacrae Congregationis Mentem dum Amplitudini Tuae communico, diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Romae 11. Septembris 1847.

Revmo D. uti Fr. Episcopo Valentinen.

5110. URBIS.

Patriarchalis Basilicae Lateranensis.

Tertio Nonas Februarii hoc ipso vertente anno quum Sanctissimus Dom. Noster Pius Papa IX. indulserit, ut ab utroque Clero Italiae, et Insularum adiacentium sub ritu duplicis minoris Idibus Novembris cum Officio et Missa institueretur Festum Sancti Stanislai Kostka Confessoris, translato ad primam insequentem diem liberam, iuxta Rubricas, quocumque alio Officio aequalis, vel inferioris ritus, pro Clero Patriarchalis Basilicae Lateranensis, ac pro Clero Urbis removendum foret Officium cum Missa Sancti Nicolai I. Papae Confessoris, quod in Calendario Lateranensi locum habere non posset nisi decimo septimo kalendas Ianuarii, qua quidem die incipiunt Antiphonae maiores, ac proinde eo tempore post reformationem Breviarii Romani, nullum assignari assolet tamquam in sede fixa Officium ritus duplicis, vel semiduplicis. Caeremoniarum itaque Magister memoratae Patriarchalis Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, ut super re certa, indubiaeque methodus constituantur, nimirum:

1. Utrum in Calendario Lateranensi, ac etiam in Calendario Cleri Saecularis Urbis removendum sit Idibus Novembris Officium Sancti Nicolai I. Papae Confessoris, ut collocari valeat Officium Sancti Stanislai Kostka Confessoris?

2. An alterutri ex enunciatis Officiis tamquam sedes fixa ab Ordinario Lateranensi assignari debeat dies XVII. Decembris? vel utrum Officium Sancti Stanislai in Calendario Lateranensi anticipari possit Idibus Septembris, quae

dies vacua reperitur? vel potius omitti omnino debeat in eodem Calendario Officium Sancti Stanislai Kostka Confessoris?

Super quibus omnibus quum fidelem instituerit relationem Secretarius infrascriptus in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis Sacra eadem Congregatio quin propositis Dubiis directe satisfaceret, rescribendum potius censuit: « Pro Clero Patriarchalium ex gratia Officium Sancti Stanislai Kostka Confessoris ponatur in prima die non impedita post Idus Novembris. »

5111. VERONEN.

Sacerdos Ioannes Baptista Biadego Cancellarius Ecclesiae Veronensis Reverendissimi etiam sui Veronensis Episcopi nomine Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia elucidanda proposuit, ut ex germana eorundem solutione Sacrae Functiones ac Caeremoniae uniformiter iuxta Rubricas procedant. Dubia autem haec sunt:

1. Quum in multis Breviariis, et Ritualibus in Litanis Sanctorum desiderentur preces pro arcendo flagello terraemotus, peste, fame, et bello; quaeritur utrum recitari debeant, et quo loco apponendae?

2. Quum in Sacra Ordinatione Episcopus imponat Ordinando ad Subdiaconatum Amictum in capite, quaeritur utrum illud in capite tenere debeat usque ad finem Orationis, vel super scapulas dimittere, et quando?

3. Quaeritur an preces cum tribus Orationibus praescriptae a Rituali Romano post Processionem pro gratiarum actione, recitari etiam debeant quando cantatur *Te Deum* sine Processione pro beneficio obtento, vel conclusione Exercitiorum, vel post Processionem Sanctissimi Corporis Christi, vel sufficiat unica Oratio *Deus, cuius misericordiae*, omissis precibus, et duabus Orationibus? Et quatenus affirmative, utrum sufficiat Oratio *Deus, qui nobis sub Sacramento*, si fiat occasione repositionis Sanctissimi Sacramenti?

4. Utrum in Vesperis Paschae Antiphona *Haec dies* cantari debeat ab Hebdomadario, vel ab eo tantum intonari, Choro, vel Cantoribus prosequentibus, stantibus hinc inde Assistentibus, et Ceroferariis cum Cereis, ut ad Capitulum?

5. Num Celebrans, ubi non est obligatio Chori, in Vesperis festivis, vel votivis possit Stolum induere, quum sit veluti praecminentiae signum in Choro, maxime in Ecclesiis ruralibus?

6. Utrum in secunda, et tertia Missa cantata

in die Nativitatis Domini Subdiaconus debeat sustinere Patenam, quum ipsa prius superposita fuerit Calici nondum purificato, et reservato in Tabernaculo post primam Missam, vel potius eam relinquere super Corporale, et agere ut in Missa pro Defunctis?

7. Utrum in Missa Solemni tam de Festo, quam de *Requie* dum Sequentia cantatur in Choro, eadem submissa voce recitari debeat a solo Celebrante, vel alternatim a Celebrante cum Sacris Ministris?

8. Quoties in Rogationibus Processio in aliquam ingreditur Ecclesiam, quin ibi Missa celebretur, canitur Antiphona de Sancto Titulari: quaeritur cuius coloris debeat esse pallium Altaris, et Conopaeum Sanctissimi Sacramenti, de Festo scilicet, de Rogationibus, vel de Sancto, cuius Antiphona decantatur cum Oratione?

9. Utrum conveniens sit, quod Caeremoniarium vel Thuriferarius incenset Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum quum Populo benedictio impertitur, uti fit in elevatione Sanctissimi Sacramenti in Missa solemni?

10. Ex consuetudine, vel ex Statuto quaedam Societates Laicales quotannis celebrant Anniversarium pro defunctis Societatis albo accensitis cum Missa cantata, et Officio: possunt ne celebrare eum cantu Missam de *Requie* cum unica Oratione *Deus veniae largitor*?

11. Si Missa de *Requie* celebretur in Paramentis violaceis, potest ne ministrari Sanctissima Eucharistia per modum Sacramenti, idest cum Particulis praeseconsecratis?

12. Num in Missa de *Requie* quamvis non osculatur Evangelium, recitari debeant verba *Per Evangelica dicta*?

Quae quidem Dubia a Secretario proposita diligenter de more expendens Sacra eadem Congregatio Rituum ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, et ponendas esse post verbum *A fulgure, et tempestate.* »

Ad 2. « Dimittendum super scapulas post impositionem. »

Ad 3. « Extra casum Processionis sufficere Versus *Benedicamus Patrem... Benedictus es... Domine exaudi*, cum unica Oratione *Deus, cuius misericordiae.* »

Ad 4. « Esse ab Hebdomadario intonandam. »

Ad 5. « Negative iuxta alias decreta. »

Ad 6. « Sustinendam esse de more Patenam. »

Ad 7. « A solo Celebrante. »

Ad 8. « Iuxta Ecclesiae Officium. »

Ad 9. « Non praescribi. »

Ad 10. « Posse, si habeatur Indultum. »

Ad 11. « Serventur Decreta. »

Ad 12. « Negative. »

Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 11. Septembris 1847.

5112. ARIMINEN.

Revme Dom. uti Frater.

Amplitudinis Tuae consilium exequens Sacerdos Marianus Cerri Parochus Ecclesiae Sanctae Mariae in Corte istius Ariminen. Civitatis, Sacram hanc Rituum Congregationem supplicavit, enixeque rogavit, ut declarare dignaretur: Num servanda sit immemorabilis consuetudo in eadem Ecclesia olim Ordinis Praedicatorum, summo mane cuiuslibet diei recitandi Sacratissimum Rosarium Beatae Mariae Virginis, et post ipsum dimittendi Populum fidelem cum benedictione Sanctissimi Sacramenti in Sacra Pyxide acclusi, ac in Festis cum Ostensorio, quod in summitate non habeat Crucem a Rubricis requisitam, quin neutro in casu Sacramentum ipsum tam in Pyxide reclusum, quam in Ostensorio apparens, thurificetur? Quae singula dum fideliter de more referebat in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale hodie habitis subscriptus Secretarius, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, quamvis praenoscerent haec singula ab Ordinaria Facultate Amplitudinis Tuae pendere, attamen satius duxerunt respondere: « Scribatur Episcopo ad Mentem. » Mens itaque Sacrae Congregationis est, ut Amplitudo Tua quoties nil inconveniens deprehendat quoad horam praesertim hyemali tempore, permittat continuationem huiusmodi piorum Exercitiorum in Deiparae honorem; nam omissio incensationis conformior est Ecclesiae praxi in benedictione cum Sacra Pyxide, requiritur tamen omnino quum impertitur benedictio cum Ostensorio, ac proinde illam hoc in casu exigit; ac pariter exigit ut in summitate Ostensorii Crux visibilis apponatur, quod requirunt Ecclesiasticae Leges, non obstante consuetudine Ordinis Praedicatorum, cui peculiaris est ritus in explendis Sacris Caeremoniis. Quae singula dum nomine Sacrae Congregationis Amplitudini Tuae communico, diu felix, et incolumis vivat. Romae 11. Septembris 1847.

Revmo D. uti Fratri Episcopo Ariminen.

5113. PAPIEN.

Quum Sacerdos Angelus Rolla Magister Caeremoniarum Cathedralis Papien. Sacrorum Rituum

Congregationis sententiam exquisierit super sequentibus Dubiis, nimirum:

1. Occurrente septimo Kalendas Maii Dominica tertia post Pascha, in qua assignatum reperitur Officium Patrocinii Sancti Ioseph Sponsi Beatae Mariae Virginis, quaeritur an fieri debeat de Sancto Ioseph, vel potius locum dandum occurrenti Officio Sancti Marci Evangelistae?

2. An Officia semiduplicia translata reponi queant inter Octavas non privilegiatas, puta Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Laurentii Martyris, Assumptionis, aliarumque, diebus quibus fit de infra Octavam, vel omnino transferenda extra huiusmodi Octavas?

Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die Ordinariis in Comitibus coadunata post auditam a me subscripto Secretario fidelem relationem, ac institutum maturum examen propositorum Dubiorum, respondendum censuit.

Ad 1. « Servandum in casu Decretum diei 15. Februarii 1781. et locum dandum Officio Sancti Marci. »

Ad 2. « Semiduplicia in casu transferenda esse post Octavas. »

Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 11. Septembris 1847.

5114. PLURIUM DIOECESUUM.

Quum diversae ut plurimum circumferantur opiniones quoad translationem Officiorum mobilium, quae intra annum occurrunt, ac proinde plura undique proponantur Dubia super re, opportunum visum est haec ipsa Dubia quoad fieri potest in unum colligere, ut super iisdem vel confirmentur responsa alias particulariter in similibus data, vel novae edantur Decisiones, quae huiusmodi sint ut anxietatibus viam praecludant, ac certam indubiamque methodum deinceps servandam constituent. Dubia autem haec sunt:

1. An Officia Mysteriorum, et Instrumentorum Dominicae Passionis, ubi concessa sunt ritu duplicis maioris pro quibusdam determinatis Feriis, in iisdem semper locum habere debeant, etiam si in iis aliud Officium aequalis ritus duplicis maioris occurrat?

2. An haec ipsa praecedentia iisdem omnino competat quoties in concessionis Decreto apponitur clausula, quod non transferantur, nisi occurrente alio Officio potioris ritus?

3. An memorata Officia transferri possint de iure, etiam si in concessionis Decreto non appareat transferendi facultas?

4. An concessa etiam hac transferendi facultate, Officia Dominicae Passionis reponi unquam

possint ultra Quadragesimam, dum nulla reperitur ad Quadragesimae exitum dies libera?

5. An occurrente Feria sexta post Octavam Sanctissimi Corporis Christi quocumque Officio ritus duplicis maioris, fieri debeat de hoc Officio, vel potius de Sacratissimo Corde Iesu, ubi est concessum ritu duplicis maioris, ratione dignitatis?

6. An quoties fieri debeat de duplici maiori occurrente, Officium Sacratissimi Cordis Iesu transferri possit ad primam insequentem diem liberam, ac eidem praecedentia competat ratione dignitatis super alia Officia ritus dup. mai. translata?

7. An occurrente Officio Sacratissimi Cordis Iesu sub ritu duplicis maioris pridie Kalendas Iulii, fieri de ipso debeat, vel potius de Commemoratione Sancti Pauli Apostoli, quae quamvis gaudeat tantum ritu duplicis, attamen habetur tamquam continuatio praecedentis Solemnitatis Sanctorum Apostolorum?

8. An in casu affirmativo ad primam partem, Commemoratio Sancti Pauli reponi debeat intra Octavam Sanctorum Apostolorum, quamvis reponendum sit aliud praecedens Officium translatum, quod gaudeat ritu duplicis maioris?

9. An Officium Commemorationis Sancti Pauli gaudeat praecedentia supra alia Officia translata ritu duplicis minoris dum reponitur vel infra Octavam Sanctorum Apostolorum, vel etiam extra ipsam, adeo ut ratione dignitatis reponi debeat ante aliud quodcumque translatum ritu duplicis minoris?

10. An in casu translationis Officii Commemorationis Sancti Pauli sequenda sit peculiaris Rubrica in Vesperis apposita in Breviario pro iis locis ubi est Titularis Ecclesiae?

11. An Officia Maternitatis et Puritatis Beatae Mariae Virginis assignata ut plurimum Dominicis secundae, et tertiae Octobris, occurrente alio Officio potioris ritus, vel maioris dignitatis transferri possint ad primas insequentes dies liberas, quamvis haec facultas non appareat in concessionis Decreto hac tantum de causa, quia ampliationem cultus important Beatissimae Virginis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subscripta die coadunata in Ordinariis Comitibus, post auditam a Secretario fidelem relationem, accuratumque examen cuiuslibet ex propositis Dubiis, rescribere rata est.

Ad 1. « Standum peculiaribus Indultis, et si satis non sit, in casibus particularibus recursus habeatur ad Sacram Congregationem. »

Ad 2. « Ut ad proximum. »

Ad 3. « Negative iuxta alias decreta. »

- Ad 4. « Negative sine speciali Indulto. »
 - Ad 5. « Negative ad secundum. »
 - Ad 6. « Affirmative. »
 - Ad 7. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »
 - Ad 8. « Negative. »
 - Ad 9. « Affirmative quoad utrumque. »
 - Ad 10. « Affirmative. »
 - Ad 11. « Iuxta alias decreta negative in casu. »
- Atque ita rescripsit, servarique ubique mandavit. Die 11. Septembris 1847.

5115.

BRUGEN.

In Decreto Concilii secundi Provincialis Meliniensis a Sede Apostolica tit. 13. cap. 6. habetur: « Si Festum Sancti Marci transferendum sit post Pascha, fit de eo cum Litaniis et abstinentia a carnibus Feria quarta post Dominicam in Albis. Quod si in dictam Feriam quartam incidat Festum vel Sanctorum Apostolorum Philippi et Iacobi, vel Sanctissimae Crucis, transferatur in Feriam quintam immediate sequentem. » Hisce positis Reverendissimus Brugen. Episcopus humillime declarari efflagitat.

1. Si alicubi in praefata Feria quinta occurrat Festum Patroni, an Officium Sancti Marci cum Processione, et Abstinentia a carnibus transferri ulterius possit, nimirum ad sequentem Feriam sextam, quamvis in illa occurrat aliud Officium inferioris ritus vel dignitatis?

2. In Rubrica Breviarii Romani die XXX. Iunii legitur: « Si Commemoratio Sancti Pauli venerit in die octava Corporis Christi, extra propriam Ecclesiam transferatur in primam diem infra Octavam Dominica, vel Festo non impeditam. » Queritur 1. An haec Rubrica ita intelligenda sit, quod Commemoratio Sancti Pauli in primam diem infra Octavam Dominica, vel Festo non impeditam sit transferenda, quamvis supersint Festa etiam altioris ritus, quae prius forent transferenda; et quatenus negative: queritur 2. An in translatione Commemoratio Sancti Pauli praeferrere debeat saltem aliis duplicibus minoribus, quae prius transferri debeant?

3. An idem servari debeat si Commemoratio Sancti Pauli transferenda sit ob Festum Sacratissimi Cordis Iesu, quod cum illa coincidat, vel ob quaecumque aliam causam, quum praefata Rubrica non agat nisi de casu, ubi haec Commemoratio coincidit cum Octava Corporis Christi?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, post accuratum cuiusque Dubii examen respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, sed quoad Processionem, et Abstinentiam. »

Ad 2. « Negative quoad primum, affirmative quoad secundum. »

Ad 3. « Affirmative. »

Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 11. Septembris 1847.

5116.

LUGDUNEN.

Sacerdos Petrus Favier Alumnus Societatis Mariae in Civitate Lugdunensi Sacrorum Rituum Congregat. sequentia Dubia proponit, eorumdem solutionem demisse efflagitans pro tranquillitate conscientiarum inter suae Societatis Alumnos, qui omnes Romanum Ritum sequuntur.

1. Quum Officium Sancti Raymundi de Penafort Confessoris in proprio Calendario fixe assignatum sit diei XXVIII. Ianuarii, quid agendum, ob occurrencem Septuagesimae, Festum SSi Nominis Iesu reponendum est ea ipsa die?

2. In occurrence Officii ritus duplicis maioris cum die octava alicuius Sancti, quomodo ordinandae sunt Vesperae?

3. Quum Sacra Rituum Congregatio sub die 16. Aprilis de anno 1834. sapientissime decreverit, quod Sacerdos celebrans in Ecclesia ubi color albus adhibetur, celebrare nequeat Missam de Sancto Martyre, cuius persolvit Officium, quaeritur quomodo se gerere debeant Sacerdotes Societatis Mariae, qui extra propriam celebrant Ecclesiam, ac praesertim Sacrum immolant in Ecclesia vulgo a Fowriux, in qua pene semper color albus occurrit, dum ipsi de Sancto Martyre recitant? Poterit ne hoc in casu quilibet Societatis Sacerdos celebrare Missam Votivam, ut se conformet colori albo in Ecclesia ipsa adhibito?

4. Occurrente pridie Kalendas Iulii Officio ritus duplicis maioris, an peculiaris Rubrica in Breviario apposita *Transferatur in primam diem infra Octavam Dominica, vel Festo non impeditam* respiciat commemorationem Sancti Pauli, quae ritu tantum gaudet duplicis minoris, vel potius intelligenda sit de duplici maiori translato?

5. Regulares solemniter adprobati, nimirum qui Ordinem efformant, tenentur ad Officia Sanctorum Patronorum Locorum, non vero Titularium Ecclesiarum, sub ritu dupl. 1. cl. absque Octava; dummodo iuxta Decreta sa: me: Urbani Papae VIII. die 23. Martii 1630., eorum electio confirmata sit a S. Sede: quum autem in Gallia haec canonica Lex non servetur, quaeritur an Sacerdotes Societatis Mariae teneantur ad Officia Sanctorum Patronorum, quos Episcopalis tantum Auctoritas proponit, quum ipsi proprie dictum Ordinem constituent?

Quae quidem Dubia quum subscriptus Secretarius fideliter de more retulerit in Ordinariis Sacra Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinales Aedes hodierna die coadunatis, Sacra eadem Congregatio post accuratum omnium examen, rescribendum censuit:

Ad 1. « Transferendum esse ulterius Officium Sancti Raymundi. »

Ad 2. « Totum de duplici maiori cum commemoratione diei octavae. »

Ad 3. « In casu tantum, quo ritus Ecclesiae id permittat. »

Ad 4. « De occurrente tantum esse intelligendam. »

Ad 5. « Servanda esse Decreta. »

Atque ita rescribere rata est et declarare.

Die 11. Septembris 1847.

5117. NEAPOLITAN.

Dum Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Xystus Riario-Sforza Archiepiscopus Neapolitanus inter sibi commissum Clerum non unam deprehendit sententiam in designatione Officii Divini quando Dominica tertia post Pascha, cui sub ritu duplicis secundae Classis affixum est Officium Patrocinii Sancti Iosephi Sponsi Beatae Mariae Virginis, incidit, sicuti anno vertente, septimo Kalendas Maii, Sancti Marci Evangelistae natali die sub ritu pariter duplicis secundae Classis recurrente, ac alii innixi Decretis Sacrorum Rituum Congregationis quinto Idus Iulii 1743. in Senen. et septimo Kalendas Februarii 1793. in Santandariensi praecedentiam concedant Officio Patrocinii Sancti Ioseph; ac alii e contra iuxta sancita de anno 1781. decimoquarto Kalendas Martii asserant persolvendum de Sancto Marco Evangelista; pastoralis sui muneris esse duxit Sacrae eidem Rituum Congregationi sequentia duo Dubia proponere, ut cuicumque ulteriori opinionum varietati via penitus praecludatur, nimirum:

1. Cuinam ex praefatis Decretis in simili occurrentia sit inhaerendum, seu quodnam ex enunciatis Festis simul occurrentibus sit praefendum?

2. An in casu quod standum sit Decreto de anno 1781. edito, un novissimum Decretum anni 1793. saltem de sola occurrentia intelligendum sit?

Super quibus Dubiis ab Secretario subscripto fideliter de more relatis in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Quirinales Aedes hodierna die habitis, diligenti instituto examine Sacra ipsa Congregatio rescribere rata est.

Ad 1. « Standum esse Decreto diei 16. Februarii 1781. »

Ad 2. « Intelligendum de occurrentia, et concurrentia simul. »

Atque ita rescripsit, et declaravit.

Die 11. Septembris 1847.

5118. TAURINEN.

Hodiernus Praepositus Congregationis Oratorii in Civitate Taurinen. quum deprehenderit in Ecclesia suae Congregationis immemorabiles nonnullas consuetudines, quae Ecclesiasticis sanctionibus non apprime concordant, illas Sacrae Rituum Congregationi exponere censuit, ac insimul rogare ut illas permittere saltem dignaretur; nam de medio tollere difficile admodum arbitratur. Quae quidem consuetudines tribus sequentibus Dubiis exponuntur, nimirum:

1. An tollerari possit usus, ut tempore Sacri Adventus, et Quadragesimae in Dominicis ad Missas solemnes et Vesperas pulsentur Organa?

2. An pariter tolerandus sit usus quod in Missis cum cantu praetermittatur cantus Introitus, Offertorii, Communionis, et quando post Epistolam occurrit, etiam Sequentiae? Item quod in Missis defunctorum praetermittatur cantus saltem integrae Sequentiae *Dies irae*, et Offertorii, ac post easdem Missas defunctorum, quae tamen ex nulla obligatione decantantur, an praetermitti possit cantus saltem alicuius partis absolutionis?

3. Utrum itidem ferendus sit usus, ut post Vesperas Ferae quintae in Coena Domini denudatio Altarium fiat per simplicem Sacerdotem Superpelliceo, et Stola indutum cum duobus Clericis Superpelliceo pariter indutis, non vero a Celebrante cum Ministris, uti in Missali indicitur?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale designata die coadunata in Ordinario Coetu, referente me subscripto Secretario, post accuratum tum precum, tum Decretorum examen, rescripsit:

Ad 1. « Quoad Organi sonitum strictim servandam esse Caeremonialis dispositionem, non obstante consuetudine. »

Ad 2. « Vel non celebrandas Missas Defunctorum, vel canenda esse omnia, quae precationem suffragii respiciant. »

Ad 3. « Servari posse consuetudinem: dummodo Sacerdos Altaria denudet Feria quinta in Coena Domini. »

Die 11. Septembris 1847.

5119. PETROCOREN.

Ante re assumptionem Liturgiae Romanae, quae iam ex integro in Dioecesi Petrocorensi locum habet, erat in usu peculiaris quaedam benedictio pro omnibus rebus adhibita, quae in Rituali Romano ceteris non accensetur. Quum autem bene-

dietio haec maxime desideretur ab omnibus, et perdifficile prorsus esset illam eliminare, Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit Reverendissimus Petrocorensis Episcopus, quatenus Apostolica Auctoritate iuxta sancitas leges roboretur, ut etiam in posterum illa uti liceat ad Fidelium votis satisfaciendum. Formula autem benedictionis haec est:

Ÿ. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
 R. *Qui fecit Coelum, et Terram.*
 Ÿ. *Dominus vobiscum.*
 R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, cuius verbo sanctificantur omnia, benedictionem tuam effunde super Creaturam istam (vel Creaturas istas), et praesta, ut quisquis ea, (vel eis) secundum legem, et voluntatem tuam cum gratiarum actione usus fuerit, per invocationem Sanctissimi Nominis tui, corporis sanitatem, et animae tutelam, te auctore, percipiat. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde illam (vel illas) Sacerdos aspergit Aqua benedicta.

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata post auditam relationem a Secretario factam rescribendum censuit: *Pro gratia, et ad Eminentissimum Praefectum cum Promotore Fidei.* Revisa propterea ab Eminentissimo, et Reverendissimo Dom. Card. Aloisio Lambruschini Episcopo Portuen. Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, una cum R. P. D. Andrea Maria Frattini Sanctae Fidei Promotore, supradicta Benedictionis communis formula, illam Sacra Congregatio adprobavit, atque a Clero Civitatis et Dioecesis Petrocorensis adhiberi posse permisit. Die 11. Sept. 1847.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX. per me subscriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, Rescriptumque Sacrae Congregationis confirmavit. Die 20. Septembris 1847.

5120. ANCONITAN.

Beatissimo Padre.

Il Sacerdote Prospero Pichi Canonico della Cattedrale di Ancona avendo stabilito di fare un viaggio di mare, e non volendo in questo tempo restar privo della spirituale consolazione di celebrare l'incruento Sacrificio della Santa Messa, supplica umilmente la Santità Vostra per la facoltà di poter celebrare nel Bastimento. Che ec.

« Sanctissimus Dominus Noster Pius IX. Pon-

tifex Maximus, referente me subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne annuit iuxta petita, dummodo Orator omnem adhibeat diligentiam, ac curam impendat, ne Sacrosancta Mysteria in aliquo detrimentum patiantur. » Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 30. Septembris 1847.

5121. ADIACEN.

Ut in sacris Caeremoniis Ecclesiasticisque Functionibus omnia ordinate fiant, rectaque methodus servetur, Reverendissimus Adiacen. Episcopus pastoralis sui muneris esse duxit Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione sequentia exponere Dubia, nimirum:

1. Absente a Choro in aliqua ex sacris Functionibus prima Capituli Dignitate, thurificatio debet nec ne incipere a parte, in qua Dignitas ipsa sedere solet, vel potius praefereendus semper sit Canonicus dignior inter Choro praesentes, nullo habito respectu ad locum, in quo ipse sedet?

2. In Caeremoniali Episcoporum articulo de Missa Pontificali legitur, quod Canonici sedere debeant ad verba: *Et incarnatus est.* Quaeritur an huiusmodi praescriptio comprehendat omnes Canonicos etiam simplici habitu Choralis indutos, aut eos tantum, qui sacris Paramentis induti sunt?

3. Denegatur ab aliquibus Ecclesiasticis obligatio Crucem aspiciendi dum a Rubrica Sacerdoti celebranti iniungitur in Missa oculorum elevatio. Quid dicendum de huiusmodi opinione?

4. Ab immemorabili in quadam Cathedrali in Choro unica cantatur Missa tum in Feriis, tum in Festis, et haec post Nonam semper locum habet. Huiusmodi consuetudo potest nec ne tollerari?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me Secretario, omnibus maturo examine perpensis, rescripsit.

Ad 1. « Thurificationem esse semper incipientiam a parte, in qua sedet Hebdomadarius. »

Ad 2. « Ab omnibus, qui sunt in Choro sedendum, praeter quam in diebus Nativitatis Domini, et Annunciationis Beatae Mariae Virginis, in quibus ab omnibus est genuflectendum. »

Ad 3. « Iuxta Rubricas in elevatione oculorum Crucem esse aspiciendam. »

Ad 4. « Servandas esse Rubricas quoad numerum Missarum Conventualium iuxta diversitatem dierum, et quoad horas illas celebrandi; nimirum de Festo post Tertiam, de Vigilia post Sextam, de Feria post Nonam.

Atque ita rescripsit, declaravitque.

Die 22. 1848.

5122. ARIMINEN.

Quolibet intra annum Sabbato Capitulum Cathedralis Ariminen. Ecclesiae ex antiqua consuetudine, in Statutis etiam contemplata, assolet Missam Votivam Beatae Mariae Virginis decantare. Ast quum diversa sit Capituli opinio circa hanc ipsam Missam, quotie pervigilium Assumptionis Deiparae incidit in Sabbato, sequens Dubium pro opportuna solutione superiore anno 1847. datum fuit Sacrorum Rituum Congregationi, nimirum: An in pervigilio Festi Assumptionis Beatae Mariae Virginis incidente in Sabbato, praeter Missam de ipsa Vigilia, decantari etiam debeat Missa Votiva Deiparae, quae ex invecta consuetudine decantatur: seu an Missa Vigiliae votivam Missam excludat? Huiusmodi vero Dubium per Secretarium propositum quum fuerit in Ordinariis Comitibus eodem superiore anno tertio Idus Septembris habitis, placuit Eminentissimis Patribus Sacris Ritibus praepositis, Informationem exquirere Reverendissimi Ariminen. Episcopi, ut certior redderetur Sacra Congregatio num vel ex Apostolico Indulto, vel ex pio Legato Capitulum Cathedralis Ariminen. adigeretur ad Missam saepe dictam Votivam Beatae Mariae Virginis. Iterum itaque ab eodem Secretario infrascripto proposito Dubio in novis Ordinariis Comitibus ad Quirinale habitis hodierna die, una cum dilucida, numerisque omnibus absoluta Informatione Reverendissimi Episcopi Ariminen., Sacra eadem Congregatio respondendum censuit: « In casu posse cantari sola Missa de Vigilia, quum nullum adsit peculiare onus Missae votivae. Die 22. Iulii 1848.

5123. BELLICEN.

Altare maius Sacelli iuris Iulii e Baronibus de Ierphanion in Castro vulgo de Epirre intra fines Dioecesis Bellicen. ex concessione sa: me: Gregorii Papae XVI. quotidiano gaudet Privilegio. Quum autem supponeret ipse Baro quod ad lucranda Indulgentiam Altaris privilegiati omnino requiratur, ut quilibet Sacerdos in eo celebrans in sacris Paramentis adhibere debeat colorem nigrum, uti exigunt Decreta Sacrorum Rituum Congregationis, id grave admodum experiri fatetur; ac proinde SSmum Dominum Nostrum Pium IX. Pontificem Maximum enixis precibus rogavit, ut Apostolicum elargire dignaretur Indultum, cuius vigore cuicumque Sacerdoti in memorato Altari celebranti liceat uti Vestibus sacris coloris Officio diei respondentis, et Plenariam quotidie Indulgentiam lucrari. Huiusmodi preces quum Secretarius infrascriptus retulerit in Ordinariis Comitibus eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis

ad Quirinale hodierna die habitis, Sacra ipsa Congregatio respondendum censuit: « Enunciata Decreta intelligenda esse de Missa Defunctorum, seu de *Requie*, quae omnino in casu dicenda est, quando a Rubrica permittitur; nam iuxta Constitutiones Summorum Pontificum Romanorum Alexandri VII., Clementis IX., et Innocentii IX. Indulgentia Altaris privilegiati in Duplicibus lucratur per celebrationem Missae Officio diei respondentis, et cum colore Paramentorum conveniente cum applicatione Sacrificii. »

Atque ita rescripsit, declaravitque.

Die 22. Iulii 1848.

5124. COLLEN.

Quum Reverendissimus Collen. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi exposuerit, quod in sua Cathedrali Officio Sanctorum Martyrum Faustini, et Iovitae recitetur sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, insimul addidit quod Officium Cathedrae Sancti Petri Antiochenae incidens ipsa die octava, assignatum fuit tamquam in sedem propriam die 25. Februarii. Interdum vero superveniente Quadragesima, ac cessante Octava, quum dies 22. Februarii libera remaneat, non una est Cleri Collensis opinio circa assignationem huius Officii Cathedrae Antiochenae; siquidem asserentibus aliis, quod de Cathedra Antiochensi fieri debeat cum universali Ecclesia die 22., alii verius et rectius opinentur nec tunc removendum a designata die 25. Februarii. Ad tollendam quocirca quamcumque dubitationem, et ambiguitatem idem Reverendissimus Collen. Antistes ipsius Sacrae Congregationis oraculum requisivit. Quae ad Quirinale in hodiernis Ordinariis Comitibus coadunata, ad relationem Secretarii, post diligens expositae controversiae examen rescribendum censuit: « In casu exposito dies 25. Februarii habenda est tamquam fixa Officio Cathedrae Sancti Petri Antiochenae, non obstante citata occurrentia. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 22. Iulii 1848.

5125. DUBIORUM.

Quum Sacrorum Rituum Congregatio de sententia requisita fuerit super sequentibus Dubiis a Secretario subscripto propositis, nimirum:

1. An Religiosi utriusque sexus proprium Kalendarium non habentes, uti debeant Kalendario Dioecetano?
2. An oneri satisfaciant Divini Officii persolvendi, si alio quam Dioecetano Kalendario utantur?
3. An sit servanda consuetudo penes nonnullos Regularium Ordines invecta, addendi Symbo-

lum Nicaenum Missae insignium Patronorum Ordinis, qui non sint Institutores, Titulares, vel Patroni, etiam si de ipsis recitetur ritu duplicis secundae Classis?

Eminentissimi et Reverendissimi Patres in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Quirinale coadunati, post acceptum Votum alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative, additis Officiis peculiariter concessis Regularibus in illa Dioecesi comorantibus. »

Ad 2. « Provisum in praecedenti. »

Ad 3. « Consuetudinem esse abrogandam, et solum addendum Symbolum, si sint vel Titulares, vel Patroni. »

Atque ita servandum mandarunt.

Die 22. Iulii 1848.

5126. FLORENTIN.

SEU ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA.

Quum hodiernus Guardianus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, Coenobii omnium Sanctorum in Civitate Florentina, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarit, ut declarare dignaretur sequentia Dubia, nimirum:

1. An adsit Generale Decretum permittens unicam Missam solemnem *de Requie* in qualibet Ecclesia, Octiduo Defunctorum perdurante?

2. An liceat in Dominicis Sacri Adventus, et Quadragesimae pulsare Organa in Missis solemnibus, praeter Dominicas a Rubrica exceptas? et quatenus hic usus in aliqua Ecclesia vigeat, an sit eliminandus?

3. Quum ex Rubricis Sabbato *Silientes* velentur Sacrae Imagines Altarium, quaeritur an liceat eas detegere Feria sexta in Parasceve, et non ad Hymnum Angelicum in Sabbato Sancto, uti Rubricae ipsae praescribunt?

4. An toleranda si usus ut in Sabbato Sancto Praeconium decantetur ab alio Diacono diverso ab illo, qui Missae inservit, adeo ut duo sint Diaconi, alter Missae, alter vero Praeconii?

5. An pariter permitti possit ut Clericus Regularis interdum nec Tonsura initiatus, Subdiaconi officio fungatur in Missa solemnibus; dum alter vel Sacerdos, vel in maioribus constitutus Ordinibus adest, qui ut Subdiaconus inservire potest eidem Missae solemnibus?

Sacra eadem Congregatio in hodiernis Ordinariis Comitibus ad Quirinale coadunata, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Non adesse Generale Decretum. »

Ad 2. « Abusum esse eliminandum. »

Ad 3. « Velatas manere debere usque ad Hymnum Angelicum Sabbati Sancti iuxta alias Decreta. »

Ad 4. « Usus esse contrarium Decretis. »

Ad 5. « In casu necessitatis, dummodo non sit alter; sed debere esse Clericum. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 22. Iulii 1848.

5127. GANDAVEN.

Quum Reverendissimus Gandaven. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarit ut declarare dignaretur utrum Episcopus in Ordinatione Regularium in sua Dioecesi degentium dicere debeat: *Promittis Ordinario tuo obedientiam etc.*, vel potius: *Promittis mihi etc.* Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in hodiernis Ordinariis Comitibus ad Quirinale coadunati, me infrascripto Secretario referente, respondendum censuerunt.

« Servetur clara dispositio Pontificalis Romani. »

Die 22. Iulii 1848.

5128. LAUSANEN. ET GENEVEN.

Rvme Domine uti Frater.

Quum Amplitudo Tua mandatis Sacrorum Rituum Congregationis obsequens in novis Litteris datis Friburgii die 21. Februarii hoc ipso vertente anno clarius exposuerit factum Ordinationis Tituli Presbyteri tuae Dioecesis secutae a duobus, et ultra annis, in qua quidem Ordinatione per inadvertentiam praetermissa fuit, ac postea suppleta una ex praescriptis manuum impositio, ac insimul addiderit Dubia, quae antea etiam dederat pro opportuna solutione, super omnibus fidelem relationem suam in novis hodiernis Ordinariis Comitibus ad Quirinale habitis iteravit Secretarius subscriptus, ut Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi vel Dubia ipsa declarare possent, vel decernere quid in facto ipso ab Amplitudine Tua agendum. Et Eminentissimi iidem Patres maturo examine singula perpendentes, quae religiosissime ab Amplitudine Tua exposita fuerunt, quin Dubiis propositis aliquid directe responderent, communi in voto fuere, ut per praesentes Litteras Amplitudini Tuae communicaretur *Ordinatum iuxta exposita non esse inquietandum*. Quam quidem mentem Sacrae Congregationis Amplitudini Tuae communico, ut ab ulteriori quacumque anxietate circa factum ipsum cesset, et diu felix, ac incolumis vivat.

Romae 22. Iulii 1848.

Revmo Domino uti Fratri
Episcopo Lausanen. et Geneven.

5129.

DUBII.

Dum superiori anno 1847. tertio Kalendas Martii Sacrorum Rituum Congregatio in una Vicariatus Ruremundensis in Hollandia ad Dubium IV. declaravit Parochum posse vel per se, vel per alium in Dominicis applicare pro populo Sacrosanctum Missae Sacrificium etiam privatim celebrando, quin teneatur applicare Missam solemnem, cui celebrationem interdum committit alii sibi beneviso Sacerdoti, super hac ipsa declaratione novum in praesentiarum proponitur Dubium, quod fundatur in declarationibus, et Decretis alias a Sacris Congregationibus Urbis latis, et a quibus omnino exigitur ut Parochus in Dominicis, Festisque pro Populo applicet. Iterum itaque Sacra Congregatio Rituum de sententia requisita, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunata, post auditam a Secretario fidelem relationem, ac maturum omnium examen, rescribendum censuit: « Responsum datam die 27. Februarii 1847. intelligendam esse quoad Missam solemnem, de qua quaerebatur; nam proprius ad casum, non obstantibus alias decretis, et in facto declaratis, rescribere rata est posse quemlibet Parochum, accedente iusta, et legitima causa, adimplementum Missae pro Populo applicandae, alii Sacerdoti committere, seu per alium Sacerdotem hanc Missam celebrare facere.

Atque ita rescripsit. Die 22. Iulii 1848.

5130.

MONTIS POLITIANI.

Dum Reverendissimus Episcopus Montis Politiani ingenue exposuit in sua Dioecesi consuetudinem vigere exponendi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro hoc vel illo defuncto quotannis, vel quibusdam diebus loco Officiorum *de Requie*, insimul declaravit difficile admodum esse hanc ipsam consuetudinem impedire, siquidem quatenus venia denegatur, Fideles neque expositionem Sanctissimi Sacramenti faciunt, neque Officia *de Requie*. Verum quum expositio ista Decretis non sit consentanea, huius Sanctae Apostolicae Sedis oraculum requisivit Reverendissimus idem Episcopus; cuius humillimae preces quum a Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifice Maximo transmissae fuerint ad Sacram Rituum Congregationem, haec in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die coadunata, audita Secretario infrascripto fidei relatione, respondendum censuit: « Pro gratia speciali, non obstantibus Decretis, Episcopus pro suo arbitrio, et prudentia iuxta particulares casus, et circumstantias indulgeat. »

Die 22. Iulii 1848.

5131.

MONTIS REGALIS.

Quum Sacerdos Xaverius Giaconia Canonicus Collegiatae Ecclesiae Sanctissimi Crucifixi in Civitate Montis Regalis Sacrorum Rituum Congregationis rogarit sententiam super sequentibus Dubiis, nimirum:

1. Qualis sit color adhibendus in celebratione Festi Sanctissimi Redemptoris Iesu, quod memorata Ecclesia instituit ritu duplicis 2. Classis.

2. Festum Sanctissimi Corporis Iesu quum a memoratae Ecclesiae Capitulo celebretur cum Octava privilegiata, uti asseritur, ad instar Epiphaniae, quaeritur num die octava occurrente interdum in Solemnitate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Officium debeat esse de iisdem Sanctis Apostolis cum commemoratione diei octavae Sanctissimi Corporis Christi; vel potius de ipsa die octava translato Officio Sanctorum Apostolorum?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierno in Ordinario Coetu coadunata, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Colorem album adhibendum. »

Ad 2. « Iuxta Rubricas affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Atque ita rescripsit. Die 22. Iulii 1848.

1532. ORDINIS CARMELITARUM

EXCALCEATORUM.

Quum R. P. Fr. Antoninus ab Assumptione Beatae Mariae Virginis, ex Ordine Carmelitarum Excalceatorum Sacrorum Rituum Congregationem iteratis precibus rogarit, ut super sequentibus Dubiis sententiam suam elicere dignaretur, nimirum:

1. An post Decretum diei 31. Iulii 1821. possint amplius Sacerdotes uti Indulto iam impetrato celebrandi Sacrosanctum Missae Sacrificium in Sabbato Sancto? Et quatenus affirmative.

2. An Sacerdotes ipsi Indultarii ea die celebrare possint ante quam ab Ecclesia Matrice cum festivo sonitu Nolarum, gloria Resurrectionis annuncietur?

3. An idem servari possit iis in Ecclesiis, in quibus ex Apostolico Indulto una, alterave Missa celebratur?

4. An huiusmodi Missis privatim praemittenda sit lectio Prophetiarum, et Litaniarum; an vero incipiendae sint ab Introitu?

5. An Ecclesia Parochialis omnino adigatur ad Functiones Sabbati Sancti iuxta parvum Caeremoniale sa: me: Benedicti XIII. si sufficienti Clero destituantur; et an huiusmodi in casu Missa ordinanda sit ut in praecedentibus Dubiis tertio, et quarto?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunata, habitus prius Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, auditaque fideli relatione a Secretario, rescribendum censuit.

Ad 1. « Servetur Decretum diei 31. Iulii 1821. per se clarum. »

Ad 2. « Quum Indultum respiciat Ecclesias, affirmative post solemnem. »

Ad 3. « Iam providem in secundo. »

Ad 4. « Iuxta idem Decretum more solito, sed sine Introitu post Psalmum: *Iudica me Deus*, et Confessionem. »

Ad 5. « Affirmative, et servetur in omnibus solutum, iuxta parvum Caeremoniale Benedicti Papae XIII. »

Atque ita rescripsit, et declaravit.

Die 22. Iulii 1848.

5133. PITILIANEN. ET SOANEN.

Sacerdos Petrus Bonasera Canonicus Supranumerarius Cathedralis Pitilianen. itemque Ecclesiae Sanctae Mariae in Civitate ipsa Parochus, quum Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna declaratione exhibuerit, nimirum:

1. An in funeribus, facta ab haeredibus electione, dum Orator uti Parochus advocat ad funus Cathedralis Capitulum, possit praecedentiam habere incedendo cum Stola ante Feretrum, locumque in stallis supra Capitulum assumere, cuius ipse est Canonicus supranumerarius?

2. An Parochus Canonicus supranumerarius Cathedralis, in propria Ecclesia, praesente ipsius Cathedralis Capitulo, ius habeat Missam canendi?

3. Parochus constitutus Canonicus Supranumerarius cum plenitudine iuris Canonialis, expressa voce: *Audito Capitulo*, utrum vocem habeat in Capitularibus Comitibus?

Sacra eadem Congregatio post acceptam Reverendissimi Pitilianen. et Soanen. Informationem cum Voto, auditamque a me subscripto Secretario fidelem relationem, in hodierno Ordinario Coetu ad Quirinale coadunata, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative in associatione Cadaverum: in Officio pariter affirmative, si Hebdomadarii munus exerceat. »

Ad 2. « Affirmative, praesente Corpore, et in diebus tertio, septimo, et trigesimo: in Anniversariis, aliisque Functionibus negative; sed spectare ad Hebdomadarium. »

Ad 3. « Vocem habere tantum quando agitur de Disciplina, vel novo honore, aut onere suscipiendis. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 22. Iulii 1848.

5134. SANCTIMONIALIUM

ORDINIS SANTAE CLARAE.

Quum in Sacrorum Rituum Congregatione serio examine expendebantur Praeces, quibus Sanctimonialiales Ordinis Sanctae Clarae Monasterii Civitatis Havanae in Insula vulgo dicta de Cuba efflagitabant Indultum, ut deinceps nomen Sanctae Matris Clarae addere valerent ad *Confiteor*, in Officii Commemorationibus, ceterisque in Orationibus, in quibus Sancti Francisci nomen apponitur, innotuit Eminentissimis et Reverendissimis Patribus Sacris tuendis Ritibus praepositis usque ab anno 1825. sa: me: Leonem Papam XII. propria manu pro Sanctimonialibus Asceterii Sanctorum Cosmae, et Damiani Martyrum in Urbe signasse gratiam confirmationis consuetudinis ibi invecatae, et eidem Summo Pontifici expositae, addendi nempe in Suffragiis, quoties locum habent in Divino Officio, Commemorationem Sanctae Clarae, illiusque nomen exprimendi in privata non minus, quam publica confessionis *Confiteor* recitatione tantum. In Ordinariis quocirca Comitibus ad Quirinale coadunatis sub signata die iidem Eminentissimi, et Reverendissimi Patres, audita a Secretario fideli relatione super omnibus, de speciali gratia annuendum censuerunt iuxta memoratum Indultum a sa: me: Leone Papa XII. Sanctimonialibus Ordinis Sanctae Clarae ad Sanctos Cosmam, et Damianum Urbis concessum. Die 22. Iulii 1848.

5135.

SENEN.

Usque ab anno 1843. nomine Reverendissimi Archiepiscopi Senen. Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione sequentia proposita sunt Dubia, nimirum:

1. Dum eadem die occurrunt duo Officia Beatae Mariae Virginis eiusdem ritus, alterum alicui diei fixe assignatum, alterum mobile, utpote alicui Dominicae affixum, quod ex utrisque praevalere debet? item quando insimul concurrunt duo ex enunciatis Festis, quomodo Vesperae ordinandae sunt?

2. Quoties in Calendario Senensi dies octava Dolorum Beatae Mariae Virginis incidit die 24. Septembris, in qua occurrit sub ritu duplicis maioris Festum Beatae Mariae Virginis de Mercede, vel die 22. eiusdem mensis, in qua Civitate Senensi Festum Patrocini Deiparae sub pari ritu duplicis maioris agitur, quaeritur num recitari debeat de Octava vel de alterutro ex enunciatis Deiparae Festis?

3. Dum Festum Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis sub duplici secundae Classis occur-

rit die 21. Septembris, cui affixum est Officium Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae sub ritu pariter secundae Classis, de quonam Festo persolvendum erit ea ipsa die?

4. An ferendus sit usus in Archidioecesi Senensi existens omittendi in Choro partes illas tum Divini Officii, tum Missae, quas Organi sonitus supplet?

5. An Officia etiam duplicia, quae incidunt in Dominicis, Ferisque privilegiatis, quaeque ad anni terminum locum habere nequeunt, quia dies liberi pro eorum recitatione non suppetunt, reponi possint in diebus ritus semiduplicis, adeo ut de Semiduplicibus redactis ad modum Simplicis fiat commemoratio in utriusque Vesperis, Laudibus et Missa, cum IX Lectione historica? Et quatenus negative.

6. An id saltem permitti possit pro iis Ecclesiis, quarum dedicationis Anniversarium incidens in Dominica, Officium duplex etiam secundae Classis excludit in Anniversario ipso, et in die octava, ne Parochi aut Rectores ob inevitabiles Kalendarii Dioecesani immutationes, praegraventur onere variationes ipsas non semper Rubricis conformes compilandi?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodiernis in Ordinariis Comitibus coadunata post habitum Votum alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, ac acceptam a me Secretario fidelem relationem, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Praeferendum Officium diei mensis: et in concurrentia, faciendum esse totum de Officio occurrenti, sine ulla prorsus commemoratione de sequenti. »

Ad 2. « In casu de Officio occurrenti, et nihil amplius de Octava. »

Ad 3. « Iuxta alias decreta de Sancto Matthaeo Apostolo et Evangelista. »

Ad 4. « Submissa voce dicenda quae omittuntur ob sonitum Organi: quando non pulsatur, integre esse cantanda. »

Ad 5. « Negative, iuxta alias decreta; et de Officiis, quae supersunt, faciendam esse commemorationem in die propria, etiam si sint ritus duplicis. »

Ad 6. « Negative, sed ad Kalendarii Directorem spectare particulares has additiones pro singulis Ecclesiis. »

Atque ita rescripsit, declaravit, servandumque mandavit. Die 22. Iulii 1848.

5136. SYRACUSANA.

Dum Rm̄us Syracusan. Archiepiscopus perspexit usum inter Clerum sibi commissum vigentem, videlicet accedendi ad solemnem Supplicationem

Corporis Christi cum sacris Vestibus, nimirum Casula, Stola, et Manipulo, illico deprehendit id omnino adversari Ecclesiasticis sanctionibus, ac Caeremoniali Episcoporum. Verum ad evitandas controversias maluit Sacram hanc Congregationem Rituum humillimis adire precibus, enixeque rogare, ut declarare dignaretur num in pervetusta, ac pene immemorabili exposita consuetudine Clerum ipsum relinquere possit, vel potius eundem adigere debeat ad assumendam Casulam tantum absque Stola, et Manipulo? Et Sacra ipsa Congregatio ad Quirinale in hodierno Ordinario Coetu coadunata, post auditam a me Secretario fidelem relationem, et diligens super expositis institutum examen, rescribendum censuit: « Quoad usum Stolae in casu relinqui posse arbitrio ex consuetudine: Albam permittendam Beneficiatis, non Canonicis, qui uti debent Rochetto et Casula: Manipulum vero omnino inhibendum iuxta Rubricas. »

Atque ita rescripsit. Die 22. Iulii 1848.

5137. TORNACEN.

Quum Sacerdos Ioannes Ioseph Loiseau in Seminario Tornacensi Sacrorum Canonum Professor comperiat nonnullas adhuc praebere difficultates Indultum reductionis Festorum usque ab anno 1802. ab Eminentissimo Domino Cardinale Caerara promulgatum, Sacrorum Rituum Congregationis sententiam requisivit super Dubiis, quae examinanda, diluendaque proposuit, ne huiusmodi in re ambiguitas ulla supersit. Nam quum vi eiusdem Indulti aliqua Festa in Dominicis sequentes fuerint translata, videlicet Festa Epiphaniae Domini, Sanctissimi Corporis Christi, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Sanctorum Patronorum cuiuslibet Dioecesis, et Paroeciae, Dubium circa hanc translationem subortum tulit praeaudatus Eminentissimus responso ad Vicarium Generalem Archidioecesis Mechliniensis die 21. Iunii 1804. directo, iisque verbis concepto: « Sola solemnitas praefatorum Festorum differetur ad Dominicam sequentem, in qua quidem Officium a Clero tam publice quam privatim, ac Missa celebrabitur iuxta Rubricas occurrentes, seu iuxta consuetum ordinem. Canetur tamen una Missa sollemnis de Festis illis translatis more votivo cum unica Oratione, minime omissa in Cathedralibus, aliisque Ecclesiis, in quibus Officium publice agatur, et adsit sufficiens numerus Ecclesiasticorum, altera Missa Conventuali de Dominica, vel Festo occurrente. » Ex quo Decreto plura emerunt Dubia, nimirum:

1. His verbis: *more votivo cum unica Oratione*, innixa omnia Belgii Kalendaria Ecclesiastica prae-

scripserunt Missam solemnem in Dominica proxime sequenti cantandam esse votivam de Festo in qualibet Parochiali Ecclesia, et absque ulla commemoratione, et ita huc usque servatum est. Iam vero anno proxime elapso quidam tum hac ratione moti, quod Missa votiva ab Eminentissimo Legato praescripta non discrepet ab ea, de qua fit mentio in Rubricis Generalibus Missalis Part. 3. tit. 9. n. 14. tum Decretis innixi a Sac. Rit. Congr. iam pridem emanatis, ac specialiter Decreto Generali diei 8. Febr. 1774. necnon et auctoritati doctissimi Gardellini eiusdem Sac. Congr. Assessoris, docuerunt in hac Missa solemnem, si alia, nempe de Festo occurrente, in Ecclesia Parochiali non cantetur, faciendam esse commemorationem Dominicæ, vel Festi occurrentis. Queritur ergo utrum consuetudini standum sit; vel potius utrum Missæ solemnem, ubi alia non canitur de Dominica, vel Festo occurrente, addenda sit Dominicæ, vel Festi occurrentis commemoratio?

2. Alterum Dubium oritur ex his verbis: « Minime omnia in Cathedralibus, aliisque Ecclesiis, in quibus Officium publice agatur, et adsit sufficiens numerus Ecclesiasticorum alia Missa Conventuali. » Queritur utrum illa verba intelligenda sint dumtaxat de Cathedralibus et Collegiatis, in quibus talis Missa proprie Conventualis celebratur; an vero ad omnes Parochiales Ecclesias, in quibus adsit sufficiens numerus Ecclesiasticorum extendenda sit? Et quatenus affirmative.

3. Utrum sufficiens numerus Sacerdotum censetur, si alicui ex his Ecclesiis ultra Parochum tres, vel quatuor alii Presbyteri, tamquam Vicarii, seu Coadiutores Parochi sint adscripti?

4. An praedicta Missa votiva solemnem celebranda sit non modo in Ecclesiis Parochialibus, sed et in Oratoriis publicis?

5. An itidem in Ecclesiis Regularium, et Monialium?

Et Sacra eadem Congregatio in hodiernis Ordinariis Comitibus ad Quirinalem coadunata, referente me subscripto Secretario, consideratis omnibus, et inhaerendo aliis Decretis in similibus datis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Addendas esse Commemorationes in easu. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem: negative ad secundam. »

Ad 3. « Provisum in praecedenti »

Ad 4. « Affirmative; dummodo de more in Festis cantetur, »

Ad 5. « Ab unaquaque Ecclesia suam servandam esse consuetudinem. »

Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 22. Iulii 1848.

5138.

TORNACEN.

Sacerdos Ioannes Baptistae Fulise ex Dioecesi Tornacen. summopere exoptans, ut uniformis sit praxis omnium Ecclesiarum in exequendis singulis Caeremoniis quae in Sacrosancto Missae Sacrificio locum obtinent, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut sententiam suam proferre dignaretur super sequenti Dubio ab ipso proposito iis in terminis. An pro abluendis vino et aqua pollicibus, et indicibus in secunda purificatione post Communionem debeat Sacerdos e medio Altaris versus Cornu Epistolae recedere? Sacra ipsa Congregatio ad Quirinalem subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, audita a Secretario relatione, rescribendum censuit: « Serventur Rubricae pro diversitate Missae. »

Die 22. Iulii 1848.

5139. CONGREGATIONIS
CLERICORUM REGULARIUM SANCTI PAULI
BARNABITARUM.

Quum in Ecclesia adiecta Collegio Novitiatus Clericorum Regularium Sancti Pauli Barnabitarum in Civitate Ianuen. in Nocte Nativitatis Domini nec Divina Officia, nec solemnem Missam locum habeant, id grave admodum experiens hodiernus Collegii ipsius Superior propriae, et Novitiorum pietati satisfactorum superiori anno 1847. in hac ipsa sacratissima Nocte post Matutini recitationem Missam cum cantu celebravit in Novitiatus ipsius Sacello, ratus id exequi posse vi Privilegiorum Regularibus concessorum. Verum quum diversae circumferantur super facto opiniones inter Alumnos Collegii ipsius, ac ex eis aliquis contendat id omnino non licere, quia vetitum est in solemnitate illa celebrare in privatis Sacellis, et quia Sacellum istud non inservit Religiosae Familiae, sed Novitiis tantum; ut indubia habeatur declaratio, quae futuris etiam temporibus, veluti norma servetur, Sacrorum Rituum Congregatio super facto ipso de sententia rogata, in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Quirinalem coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus maturo examine perpensis consideratisque rescribendum censuit: « Posse iuxta exposita. »

Atque ita rescribere rata est, et declarare.

Die 22. Iulii 1848.

5140.

LIBURNEN.

Quum Sacerdos Hieronymus Gavi Praepositus in Cathedrali Liburnensi Ecclesia, modo ad Dignitatem Episcopalem assumptus, ac renunciatus Epi-

scopus Milten. in Partibus administrationem obtineat Dioecesis Liburnen., pro ea, qua praestat religione, veretur ne quid sibi assumat ex privilegiis, et honorificentis Episcopalibus sibi, ceu Administratori, non debitis, nam Praepositi Dignitatem adhuc retinet; neque aliquid praemitat Episcopali characteri competens; ac proinde Sacrorum Rituum Congregationis sententiam super sequentibus Dubiis humillime requisivit, nimirum:

1. An Epistolam pastorem sive latino, sive vulgari sermone conceptam commisso sibi in administrationem gregi dirigere possit?

2. An uti possit Mozzetta, vel potius supra Rocchettum Mantelletam tantum gestare debeat?

3. An in Pontificalibus uti unice debeat Faldistorio?

4. An dum Choro assistit uti Praepositus, prima Capituli Dignitas retinere debeat primum Stallum?

5. An in Processionibus, ut suae Praebendae competentes fructus percipiat, necesse sit ut cum suo Capitulo incedat omnino occupans digniorem locum?

6. An in iisdem Processionibus possit interdum incedere post Sacerdotem deferentem Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quin tamen de propria Praebendae fructibus participet?

7. An umquam Missae solemniter assistere possit Pluviali, vel Cappa indutus, absque tamen circulo Canonicorum, vel potius requiratur, ut cum Mantelleta assistat ad lucrandos suae Praebendae fructus? Item an in Pontificalibus celebrans possit habere Diaconos Assistentes?

8. An Episcopo Administratori liceat perficere benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, ac Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto, quin Missam deinde celebret?

9. An habeat usum Galeri cum chordulis et floccis viridis coloris, ac huiusmodi colore possint ornari equi currus?

10. An Caudatarii opera uti possit saltem dum in sacris Functionibus peragendis solutam habere debet longiorem talaris vestis fimbriam?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, omnibus maturo examine perpensis, ac referente me subscripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 3. « Affirmative. »

Ad 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Affirmative. »

Ad 6. « Affirmative. »

Ad 7. « Quoad primam partem negative: quoad secundam affirmative: quoad tertiam negative. »

Ad 8. « Negative; nam id unice competit Episcopis Ordinariis; et quum Orator Praebendam retineat, necesse est ut praxi communi se conformet: nimirum, ut enunciatae benedictiones perficiantur a Celebrante. »

Ad 9. « Negative ad primam partem, et quoad secundam recurrit ad Sacram Caeremonialis Congregationem. »

Ad 10. « Affirmative in casu. »

Atque ita rescribendum rata est, ac ex alias etiam Decretis declarare. Die 23. Septembr. 1848.

5141. VAPINCEN.

Quum Sacerdos Borel Cathedralis Vapincen. Ecclesiae Canonicus, ac in praesentiarum Curiae illius Episcopalis Vicarius Generalis Rituum Congregationem humillimis precibus rogarit, ut declarare dignaretur sequentia duo Dubia, nimirum:

1. An quoties in Divino Officio locum habent Commemorationes Communes, seu suffragia Sanctorum, fieri debeat Commemoratio de Patrono loci? an de Titulari Ecclesiae? an de utroque?

2. An in Ecclesiis ubi Beatissima Virgo Maria est Titularis, sufficiat Commemoratio ipsius communis, vel potius fieri etiam debeat de peculiari Titulo, sub quo Ecclesia Deo dicata fuit in honorem ipsius Deiparae? vel saltem hoc in casu, an addenda sit commemoratio Sancti Patroni loci?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub signata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei subscripti Secretarii utrique Dubio satisfaciendum censuit per generale responsum:

Serventur Rubricae, et Decreta. Quum enim in Breviarii Romani Rubricis Titulo XXXV. habeatur quod facienda sit commemoratio de Titulari, vel Patrono Ecclesiae, liquido apparet nil faciendum de Patrono Loci, nisi in casu quod insimul sit Ecclesiae Titularis; quod pluries Sacra ipsa Congregatio definivit, ac praesertim de anno 1690. quarto Idus Iunii in una Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia ad Dubium III., postquam ad Dubium II. declaraverat, quod pro Beata Maria Virgine Titulari, quocumque demum speciali Titulo Ecclesia Deo in honorem Beatae Mariae Virginis dicata sit, sufficiat Commemoratio Communis ante Completorium post Vesperas Sabbati in eodem Breviario assignata. Quae quidem Commemoratio communis Deiparae sufficit etiam quando Ecclesia nullum alium Sanctum in

Contitularem habet, nam Patrono Loci neque hoc in casu instituenda est commemoratio.

Atque ita decernere rata est, et declarare.

Die 23. Septembris 1848.

5142. MEDIOLANEN.

Beatissimo Padre.

Il Sacerdote Ambrogio Custodi Canonico Confessore, e Maestro di Casa nella Collegiata del borgo di Busto-Arsizio di questa Archidiocesi di anni 58. veniva nello scorso anno colpito di un attacco apopleptico, che gli lasciava offesi di paralisi il braccio, e la mano destra. Restandogli però integre le facoltà mentali, libera la pronunziatione, e sufficiente sanità, egli si abilitava con l'esercizio della mano sinistra (colla quale arriva a scrivere chiaramente) a compiere le ceremonie prescritte dalle Rubriche alla celebrazione della S. Messa per modo che il Paroco Proposto locale dopo di aver assistito ad un' apposito esperimento, attestavami che i riti, e le ceremonie erano praticate con precisione, regolarità, convenienza, e decoro, e quindi che si potea accordare al medesimo Canonico la grazia di celebrare la Messa. La sola cerimonia, che non eseguiasi da esso a rigore di Rubrica, era la frazione dell'Ostia prima del *Pater noster*, poichè in vece di rompere le specie sacramentali sull'estremità della coppa del Calice, la frazione era fatta sulla Patena, dopo di che la particella dell'Ostia veniva posta regolarmente nella tazza del Calice a sensi della Rubrica del Rito Ambrosiano. Dalle quali informazioni potendo io desumere, che la paralisi del braccio, e della mano destra fosse a tal punto da permettere qualche movimento, e conoscendo dal complesso delle circostanze riferite che l'irregolarità *ex defectu* non fosse che dubbia, credetti concedere a quel Sacerdote piissimo di riassumere colle debite cautele la celebrazione della Santa Messa, come di fatto egli fece per circa tre mesi.

Ma come io venni, dietro più esplicite informazioni a riconoscere il di lui fisico impedimento maggiore della mia prima supposizione, essere cioè il braccio, e la mano destra veramente inoperosi, come lo sono anche presentemente, lo indussi a desistere dalla celebrazione della Messa, finchè si fosse ottenuta la Pontificia dispensa dalla irregolarità certa.

Ritenuto ch'è rimoto il pericolo di scandalo, stante che quelli, che assistettero alla Messa celebrata dal Canonico Custodi col detto impedimento lungi dallo scandalizzarsi, rimasero edificati, come mi si attesta, nell'osservare le ceremonie esattamente eseguite, e nel vedere la divozione del

Celebrante, senza che mai sia accaduto alcun' inconveniente benchè minimo tanto in riguardo alle specie Sacramentali, quanto rapporto alla dignità, e decoro dovuto ad azione così augusta e santa, e atteso altresì, che il suddetto Sacerdote merita i più benigni riguardi per la sua esemplare pietà, e virtù, onde gode di molta stima in quel popoloso Borgo, nella mia qualifica di Arcivescovo di Milano, oso vivamente raccomandarlo alla Santità Vostra, perchè benignamente si degni graziarlo dall'esposta irregolarità *ex defectu*, onde possa aver la consolazione di poter riassumere la celebrazione della Santa Messa. Che della grazia etc.

Sanctissimus, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, attentis expositis, ac Testimonialibus Litteris Reverendissimi Archiepiscopi Mediolanen. habitaque in scriptis sententia alterius ex Consultoribus Theologis, de speciali gratia eidem Antistiti facultates omnes necessarias, et opportunas tribuit, ut Oratorem dispensare valeat super expressa irregolaritate *ex defectu*, adeo ut cum assistentia alterius Sacerdotis cotta induti, iterum Sacrosanctum Missae Sacrificium licite, ac libere celebrare queat, attamen in Ecclesiis loci tantum, ubi cognito infortunio scandalum removetur, dummodo post formale experimentum coram Caeremoniarium Episcopalem, vel alium Sacerdotem in Ecclesiasticis Caeremoniis apprime versatum ab ipso Sacerdote iterandum nil aliud impediatur quominus Missam celebret. Contrariis quibuscumque disponentibus minime obstantibus. Die 27. Septembris 1848.

5143. URBIS ET ORBIS.

Redempti sumus in Domini Nostri Iesu Christi Sanguine, qui emundat nos ab omni iniquitate, et ideo beati qui in hoc lavant Stolas suas. Quod si Aegypti domus agni sanguine conspersae ab ira Dei fuerunt salvae, multo magis hanc iram effugient, imo et miserationibus et gratis erunt repleti qui peculiari devotione, et obsequio Servatoris Nostri Sanguine venerantur et colunt.

Haec aliaque huiusmodi animo reputans Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. ut fidelium corda, hisce praesertim miserrimis temporibus, quibus inimicus homo in Dominico agro superseminare zizaniam, et multos insidiis, fraudibus, erroribus decipere atque irretire conatur, amore erga hoc Redemptionis nostrae pretium magis magisque excitentur, et inflammentur, mandavit, ut non solum in Urbe, sed et in Orbe universo omnes de Clero tum saeculari, tum regulari qui horas Canonicas recitare tenentur Missam et Officium de pretiosissimo Sanguine Domini

Nostri Iesu Christi iam a Sacrorum Rituum Congregatione approbatum, et pluribus Dioecesibus concessum *Dominica prima Iulii* singulis annis in posterum sub ritu *duplicis secundae classis* peragere valeant.

Quod si in aliqua Dioecesi vel Ordine regulari, vel Ecclesiae quacumque Officium aequalis vel altioris ritus praedicta Dominica occurrat, statuit ut Officium et Missa de pretiosissimo Sanguine fiat tamquam in sede propria in proxima die a festo primae vel secundae Classis non impedita, transferendo iuxta Rubricas Officium, quod nequit recitari in propria die.

Declaravit insuper ut Officium recitandum *prima Dominica Iulii* numquam omittatur, itemque ut firma, et suo robore permaneant peculiaris Indulta, et privilegia iam concessa, recitandi nempe Officium hoc vel in Quadragesima, vel alio anni tempore.

Sanctitas Sua ea profecto spe nititur fore ut per merita huius Pretiosissimi Sanguinis Fideles magis in dies fide vivificati, spe corroborati, et charitate incensi vitam ducant ab omni iniquitate alienam, et praemia assequantur aeterna. Datum Caetae hac die 10. Augusti 1849.

5144. URBIS ET ORBIS.

Quum Sanctissimus Dom. Noster Pius Papa IX. ab exordio sui Pontificatus praesentissimum ac validissimum Beatae Mariae Virginis patrocinium fuerit expertus dum aetate nostra Petri navis undequaque et raro exemplo saevis tempestatum fluctibus iactaretur, et Ipse acerbitate temporum ab Urbe discedere coactus ad multos menses ingemere debuit super immensa errorum peste longelateque impune grassante, et insanientium hominum congerie in Ecclesiastici Status Loca confluentium, ut et humana et divina iura pessum ipsi darent; ac animo reputans sexto Nonas Iulii superiore Anno, quo die ab Ecclesia peculiare recolitur Festum Visitationis eiusdem Deiparae fuisse excussum occupantium iugum ab Urbe, et aliquot post dies civilem Apostolicae Sedis Principatum fuisse restitutum opibus, consilio, et armis inclytarum Nationum, et Principum, ac cito Rmo Cardinali Aloisio Lumbruschini Episcopo Portuensi, Sanctae Rufinae, et Centumcellarum Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, Decesores suos S. Pium V. et sa. me. Pium VII. aemulatus Mentem suam esse significavit, ut ad grati animi reddendum perenne testimonium gloriosissimae Virgini, quae insperato sibi, et Fideli Populo Christiano in adiutorium venit, hoc ipsum Visitationis Festum ducatur in posterum per Uni-

versum Orbem ritu duplici secundae Classis. Atque hoc Decretum in Acta Sacrorum Rituum Congregationis reponi, ac publici iuris fieri mandavit, pridie Kalendas Iunii 1850.

5145. ADRIEN.

In Sacrorum Rituum Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunato a subscripto Secretario relatae quum fuerint preces Rectoris, et Professorum Seminarii Civitatis Rodigii in Dioecesi Adriensi, quibus exponebant non unam inter ipsos vigere opinionem circa privatam horarum Canonicarum recitationem, siquidem ipsi ad Cathedrallem Adriensem non pertinentes adnexam habent Ecclesiam Sacramentalem, quae Parochialibus iuribus vere gaudet quoad Seminarii ipsius Magistros, et Alumnos, ac proinde opportunam solutionem efflagitabant super sequentibus quaestionibus, nimirum:

1. An Seminarii Alumni Sacris Ordinibus initiati adigantur in divinis Laudibus persolvendis ad Kalendarium adiectae Seminario Ecclesiae sequendum?

2. An idem Kalendarium sequi teneantur Magistri in Seminario ipso degentes, seu commorantes quamvis plerumque alii in Ecclesiis Sacrosanctum Missae sacrificium celebrent, sacris functionibus assistant, Sacramentales Fidelium Confessiones excipiant; vel potius Magistri ipsi teneantur sequi Kalendarium earumdem Ecclesiarum, quae ut supra inserviunt, ex ea potissimum ratione, ut Missa cum Officio concordet. Sacra Congregatio singulis mature perpensis, respondit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Atque ita rescribere rata est, ac proposita Dubia declarare. Die 7. Septemb. 1850.

5146. ASTURICEN.

Quum Parochus oppidi vulgo Castrillo de las Piedras intra fines Dioecesis Asturicen. Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit ut declarare dignaretur sequentia Dubia, nimirum:

1. Quaeritur quae sint Lectiones secundi, et tertii Nocturni in die octava Sanctae Mariae Magdalena in iis locis, ubi eadem Sancta veneratur ceu Patrona vel Titularis.

2. An in Parochiali aliqua Ecclesia, in qua Festum Sanctissimi Corporis Christi instituitur alterutra ex insequentibus Dominicis ex Ordinarii venia, Missae celebrari possint propriae Sanctissimi Sacramenti, vel saltem unica Missa solemniss, ex eo potissimum, quia Dalmaticae, et Tuniceae non habentur alterius coloris responden-

tis Officio, quod persolvitur. Et quatenus id fieri non liceat Parochus Orator pro sua Ecclesia Apostolicum ad id Indultum instanter exquirat.

3. An Sacerdos, qui a Fidelibus eleemosynam accipit ad celebrandam Missam in honorem alicuius Sancti vel de aliquo Mysterio, dum ritus non permittit celebrationem Missae votivae possit saltem Missae occurrenti commemorationem addere Sancti ipsius, vel Mysterii?

4. Quum Parochus Orator praeter suam Parochialem Ecclesiam, aliud Beneficium Curatum obtinuerit cum alia adnexa Ecclesia Parochiali, an in Festis adigatur utramque Missam, quam celebrat applicare pro populo, vel teneatur ad applicationem pro sibi commissis ovibus unius tantum de duabus Sacrificiis, veluti Dioecesanus Ordinarius, cui dubium proposuit, ei rescripsit.

5. Quando Officium solemne, seu Anniversarium pro Animabus omnium defunctorum Confratrum alicuius Congregationis fit in festo duplici maiori, poterit ne cantari Missa *de Requie*, praesertim ubi iam adest antiqua praxis, et consuetudo?

6. In duplicibus, in quibus non permittuntur Missae privatae *de Requie*, licitum ne erit canere Nocturnum pro Defunctis, et postea Missam de die celebrare?

Et Saera eadem Congregatio hodierna die ad Vaticanum in Ordinariis Comitibus coadunata audita relatione a me subscripto Secretario facta respondendum censuit.

Ad 1. « Lectiones in casu sumantur ex Octavario Romano in Festo huius Sanctae. »

Ad 2. « Pro gratia unius Missae Solemnis de Sanctissimo Sacramento in introscripta Ecclesia tantum. »

Ad 3. « Non licere. »

Ad 4. « Utramque Missam applicare tenetur pro populo utriusque sibi commissae Paroeciae. »

Ad 5. « In duplicibus non licere Missam *de Requie*, nec cum cantu celebrare absque apostolico Indulto huius Sanctae Sedis. »

Ad 6. « In casu posse. »

Atque ita rescripsit, propositaque Dubia rata est declarare. Die 7. Septemb. 1850.

5147. CAVEN.

Quum hodiernus Primicerius Ecclesiae Cathedralis Caven. pro opportuna solutione sequens proposuerit Dubium Sacrorum Rituum Congregationi, nimirum: An celebrante vel assistente Episcopo Vesperis et Missae solemnibus post incensationem ipsius, et Canonicorum assistentium, aliorum in Dignitate constitutorum, si forte adsint,

incensatio prosequenda sit a parte Throni, vel incipienda a Dignitatibus, veluti innuere videtur Episcoporum Caeremoniale, iisque deficientibus, a Canonicis antiquioribus? Haec ad Vaticanum subsignata die coadunata ad relationem infra-scripti Secretarii rescribendum censuit « Servetur ordo in Caeremoniali Episcoporum in incensatione praescriptus. »

Atque ita rescripsit et declaravit.

Die 7. Septembris 1850.

5148. MASSILIEN.

Quum in Sacrorum Rituum Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis subscriptus Secretarius inter cetera proposuerit sequentia Dubia, quae pro opportuna declaratione exhibuerunt Sanctimonialia Ordinis Sanctae Clarae in Civitate Massiliensi, nimirum:

1. Licet non extet requisita consuetudo, an de licentia Superioris Feria IV. Cinerum possint Sanctimonialia in Choro sic Officium dividere, ut hora quinta post meridiem die praecedentis recitent Psalmos Graduales, post collationem, seu serotinam comestionem Matutinum cum Laudibus Officii parvi Beatae Mariae Virginis, et media nocte Officium Feriale?

2. An in Vigilia Nativitatis, Epiphaniae, et Ascensionis, quibus ieiunant, utpote adstrictae perpetuo ieiunio, in sola comestione, quam faciunt ante meridiem debeant dicere Versiculos et Psalmos proprios harum Solemnitatum, et an adigantur resumere preces ordinarias in sola comestione, quam faciunt in die octava Epiphaniae, in Sabbato in Albis, et in Vigilia Sanctissimae Trinitatis?

3. An dum ministratur Sacramentum Extremae Unctionis possint dicere tantum primum ex septem Psalmis Poenitentialibus, dum Sacerdos Unctiones peragit?

4. An quando Cadaver alicuius defunctae delatum est ad Chorum, et Officium Defunctorum ad aliam horam differtur post Responsorium *Subvenite* addi possint *Kyrie eleison, Pater Noster*, et Oratio *Absolve* cum aspersione?

5. An ad Confiteor post nomen Sancti Francisci possint addere nomen etiam Sanctae Clarae per verba *Beatae Matri Clarae*.

6. An in Litanis Sanctorum, quae in Rogationibus praescribuntur, vel ex devotione recitantur, non tamen in Sabbato Sancto, et Vigilia Pentecosten, Sancte Pater Franciscus, Sancta Mater Clara, Sancte Lazare, nomen Patroni loci?

7. An non obstante Decreto diei 17. Augusti 1833. prohibente ne in votiva aliqua Functione

recitentur Litaniae Sabbati Sancti, possint retinere usum illas quotidie recitandi post Officium nocturnum cum tribus tantum Orationibus, *Deus cui proprium, Deus a quo sancta, et Omnipotens, qui vinorum etc.*

8. An possint addere Litanis Lauretanis aliud Deiparae Encomium *Regina sine labe Originali Concepta.*

9. An in conclusione Capituli culparum possit ex consuetudine Abbatissa benedicere Sorores dicens: *Sit nomen etc., et Dominus nos benedical, et ab omni malo defendat etc.,* ut in fine Primae; et an possit de sero illas aqua benedicere, seu aspergere, repetens verba *Benedictio Dei Omnipotentis Patris etc., descendat super Vos, et maneat semper.*

Emi et Revmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Quoad Psalmos Graduales posse, sed Officium parvum Beatae Mariae Virginis uniendum Officio feriali iuxta Rubricas. »

Ad 2. « Servetur invecta consuetudo. »

Ad 3. « Posse urgente praesertim necessitate. »

Ad 4. « Posse. »

Ad 5. « Affirmative in omnibus. »

Ad 6. « Non licere. »

Ad 7. « Affirmative. »

Ad 8. « Absque Apostolico Indulto non licere. »

Ad 9. « Affirmative, seu servetur consuetudo. »

Atque ita rescripsere. Die 7. Septemb. 1850.

5149. TIBURTINA.

Etsi non una vice tantum ab hac Sacra Rituum Congregatione sancitum fuit Parochialem Missam pro populo celebrandam esse absque ulla exteriori pompa, ac proinde Archipresbyteris, et Parochis ius nullum competere exigendi, ut Candelae in Altari accensae sint numero plures quam duae; repetitae huiusmodi sanctioni parere recusant duo Canonici Vicarii perpetui Cathedralis Tiburtinae a Sancto Laurentio Martyre nuncupatae, qui in praesentiarum actu in Cathedrali illa Basilica in cura animarum Capitulum repraesentant, quique mordicus exigunt ut quatuor accendantur candelae, dum ipsi memoratam Missam Parochialem pro populo celebrant. Quorum consilium, et factum Sacrae Rituum Congregationi humillimis datis precibus exponentes reliqui Canonici enixe rogarunt, ut declarare dignaretur, num tolerari possit quod, contra Decretorum praescriptum, in suo proposito Vicarii perpetui perseverent, ac proinde quatuor accensas Candelas in casu adhibere valeant.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus audita ab infrascripto Secretario fideli relatione, ac omnibus in facto concurrentibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt: « Non licere iuxta Decreta, abusumque omnino eliminandum. »

Atque ita rescripsit, servarique praecepit.

Die 7. Septembris 1850.

5150. SACRARUM MISSIONUM
IN OCEANIA.

Etsi Sacra Congregatio de Propaganda Fide non intermisit institerit, ut in remotissimis etiam Missionibus pro Sacrosancto Missae Sacrificio adhibeantur Candelae ex industria apud labore confectae, et interdum ex Apostolica venia indulserit, ut Missionarii possent uti Oleo in Missae celebratione loco Cerae, et deficiente etiam oleo celebrarent absque luminibus; attamen praeterire nequivit fervidas preces Operatorum Evangelicorum in dissitis, et adhuc nascentibus Sacris Missionibus in Oceania, quorum nomine exponebatur sibi pene impossibile esse pro Sacrosancto Missae Sacrificio vel Ceram vel Oleum comparare, ut iam impetratum Indultum pro Oleo loco Cerae adhibendo executioni demandare valeant. Et quum Operariis ipsis non parum displiceat absque luminaribus Sacrosanctum celebrare Sacrificium, ac iisdem difficile minus appareat ex piscatione, quae ibi instituitur a Societatibus Balneariis consequi Candelarum illarum qualitatem, quae pluribus in regionibus sunt in usu, quaeque efformantur ex oleo, seu adipe Caeti, praevia necessaria purificatione, et communiter *Sperma-coeti* appellantur; harum usum in Sacra Actione sibi permitti instanter efflagitant, eo vel magis quia ex eorumdem depositione huiusmodi Candelae ob nitorem, puritatem, et lucem lingua illa nominantur *Bougies à l'étoile.* Et quoniam eidem Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, antequam quidquam in re decerneret, placuit huius Sacrorum Rituum Congregationis votum, et sententiam exquirere, Emi, et Revmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, audita a me subscripto Secretario fideli relatione, cribratisque maturo examine circumstantiis singulis in facti expositione concurrentibus, rescribere censuerunt: « Affirmative, seu permitti posse, dummodo preces veritate nitantur. » Die 7. Septemb. 1850.

5151. MECHLINIEN.

Redactor Kalendarii Liturgici, seu Ordinis Divini Officii ad usum Cleri Ecclesiae Metropolitanae, et Archidioecesis Mechlinien. Emis et

Rev^mis Patribus Sacris Ritibus praepositis sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Iuxta Rubricas Breviarii, et Sacrorum Rituum Congregationis Decreta Festum Purificationis Beatae Mariae Virginis, si inciderit in aliquam ex Dominicis privilegiatis, transferendum est in Feriam secundam tamquam in sedem propriam, translato quocumque Festo etiam aequalis non vero altioris ritus in eam incidente. Quaeritur utrum in illis locis, vel Ecclesiis, ubi die 3. Februarii occurrit Festum duplex primae Classis, Festum Purificationis transferendum sit in diem 4. Februarii tamquam in sedem propriam, vel ulterius transferendum in primam diem non impositam?

2. Si prima dies post Festum omnium Sanctorum fuerit Dominica, Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum fit sequenti Feria secunda iuxta Rubricas Breviarii, et Missalis Romani, illa autem die in Archidioecesi Mechlinien. fit de Sancto Huberto ritu duplici, cuius Festum magno populi concursu celebratur; et non posset absque inconveniente in aliam diem transferri: Quaeritur utrum tunc liceat cantare, ubi agitur hoc Festum magna solemnitate, unam Missam de Sancto Huberto, et alteram *de Requie*, ut praescribit Rubrica pro Cathedralibus, et Collegiatis; et quatenus negative, supplicatur Sacrorum Rituum Congregationi pro hac concessione.

3. Ordo divini Officii pro Clero Romano typis R. C. A. editus Anno 1847 pridie Festi Sanctissimi Cordis Iesu tunc translatus in diem 16. Iunii propter occurrentiam Festi Sancti Barnabae Apostoli, habet hanc Rubricam, ad Completorium, et per totam sequentem diem Hymni concluduntur cum versiculo *Iesu tibi sit gloria, qui natus es etc.* Quum autem in Officio proprio Sanctissimi Cordis Iesu, cuius Invitatorium *Christum pro nobis Passum etc.* non fiat mentio de illa Rubrica; quaeritur quomodo in dicto Festo Hymni sint concludendi?

4. Habetur Decretum in Parmen. diei 16. Septembris 1801. iuxta quod IX. Lectio de Festo simplici occurrente in Dominica infra Octavam Corporis Christi omittenda est iis in locis, in quibus dicta Octava respuit omnia festa, praeter primae Classis. Quaeritur utrum etiam in aliis locis, ubi Octava Sanctissimi Corporis Christi tali privilegio non gaudet, omitti debeat IX Lectio de simplici, quando fit Officium de Dominica infra Octavam ritu semiduplici?

Sacra vero Congregatio ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem

mei subscripti Secretarii, omnibus diligenter attentis, matureque consideratis rescribendum censuit:

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Mendum irrepsisse, et conclusiones Hymnorum non esse in casu variandas. »

Ad 4. « Servandam esse peculiarem Breviarii Rubricam, Lectionem nonam Sancti ritus simplicis excludentem intra Octavam Corporis Christi. »

Atque ita rescripsit, et servari mandavit.

Die 7. Septembris 1850.

5152. ADRIEN.

Quum Sacerdos Symphorianus Iorma ex Civitate Rodhigi Dioecesis Adrien. Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarit, ut insequentium Dubiorum declarationem elicere dignaretur, nimirum:

1. An in Feriis Quadragesimae, quatuor Temporum et Vigiliarum praeter preces feriales in Choro dicendas flexis genibus, etiam Commemorationes Sanctorum, seu suffragia dicendae etiam sint flexis genibus?

2. An in Missa quando dicitur Oratio *A Cunctis* pro tertia Oratione ad libitum, vel quia imperata, possit poni Oratio *Ecclesiae Tuae*, quod circa finem in verbis cum prima pene concordat?

3. An Officium Dedicationis, vel Titularis alicuius Ecclesiae Parochialis recitandum etiam sit in Ecclesiis vel Oratoriis subiectis?

4. An utentes vulgo Zanfarda, vel Pellibus in brachiis, debeant illas deponere, dum Pluviale tantum assumunt.

5. An Sacra Paramenta coloris aurei inseruire possint pro coloribus albo, viridi, rubro?

6. An Oratio *Deus qui nobis sub Sacramento mirabili concludi debeat per verba Qui vivis et regnas in saecula, seu Qui vivis et regnas per omnia saecula saeculorum?*

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus adunata, audita relatione a subscripto Secretario facta, respondendum censuit post rite omnium institutum examen:

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Iuxta alias decreta, a Clero Ecclesiae tantum. »

Ad 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Atque ita rescribere censuit, et declarare.

Die 29. Martii 1851.

5153. ALBEN.

Precibus Rm̄i Episcopi Alben. exquirentis veniam, ut in Festis minus solemnibus et ipse possit impertire benedictionem Sanctissimi Sacramenti sola Cappa indutus, sicut ab immemorabili suae Cathedralis Canonicos agereasserit, rescriptum fuit: « Negative. »

Die 29. Martii 1851.

5154. AUXIMANA.

Quum Festum Sanctorum Martyrum Sisinii, et Sociorum, quod in Dioecesi Auximana ducitur sub ritu duplicis secundae Classis quinto Idus Maii, interdum, veluti et hoc ipso vertente anno, incidat ea Dominica, qua Patrocinium Sancti Ioseph Sponsi Beatae Mariae Virginis pariter duplicis secundae Classis recolitur, Sacerdos Caetanus Archidiaconus Martorelli Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit, ut declarare dignaretur quodnam ex enunciatis Festis transferri in Calendario Auximano debeat.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die in Ordinario Coetu coadunata, referente subscripto Secretario, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta transferatur in casu Officium Patrocinii Sancti Iosephi iuxta Rubricas. »

Die 29. Martii 1811.

5155. IANUEN.

Interdum, veluti hoc ipso vertente Anno, Anniversarium Dedicationis insignis Collegiatae Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Remedio in Civitate Ianuensi occurrit die XXIX. Iunii, nimirum in solemnitate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. Quum vero incertum sit quodnam ex duobus Officiis ritus duplicis primae Classis cum Octava transferri debeat, ex parte memoratae Ecclesiae Capituli Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione sequentia exhibita fuerunt dubia, nimirum:

1. Quodnam ex duobus Officiis recitandum est die XXIX. Iunii?

2. Ad quam diem transferendum aliud?

3. An Commemoratio Sancti Pauli Apostoli remanere debeat die XXX. Iunii?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinaris Comitibus, postquam ad relationem Secretarii subscripti rite expendit eadem Dubia, rescripsit:

Ad 1. « De Sanctis Apostolis. »

Ad 2. « Ad primam diem liberam iuxta Rubricas. »

Ad 3. « Affirmative. »

Atque ita rescribere censuit, et servari mandavit. Die 29. Martii 1851.

5156. LAUDEN.

Duplicem consuetudinem in sua Cathedrali iamdiu invectam Sacrorum Rituum Congregationi ingenue exponens Rm̄us Lauden. Episcopus enixe rogavit ut suum pandere dignaretur oraculum, ac sententiam prodere, ne Capitulum Ecclesiae ipsius Cathedralis, non uno tantum nomine commendatum, anceps diutius haereat quoad observantiam earumdem consuetudinum, quas hisce verbis exponit.

1. In Laudensi Cathedrali, quando ab Episcopo, quem comitatur Canonicorum Collegium, ritu Pontificali celebrantur Processiones Rogationum, dum visitantur, ut mos est, praecipuae Civitatis Ecclesiae, et in unaquaque earum dicuntur Orationes in honorem Sanctorum, a quibus Ecclesia titulum sumit, in illis dicendis hic modus servatur: in prima Ecclesia Oratio dicitur ab Episcopo, in aliis vero dicuntur dictae Orationes per turnum a Canonicis. Quum autem in Concilio Provinciali sexto a Sancto Carolo Borromeo edito, titulo *quae ad divina Officia pertinent* huiusmodi reperitur Decretum: « Episcopus Divinorum Officiorum, quibus praesens in Ecclesia adest, initium statis precibus versibusque faciat, Orationes stas ipse dicat, binis accensis luminibus in eius conspectum allatis. » Quaeritur an exposita consuetudo, non obstante illo Decreto, possit servari?

2. Canonici Cathedralis Lauden. Ecclesiae quando Capitulariter Processionibus intersunt, non incedunt sub una Cruce cum eiusdem Cathedralis Presbyteris et Clericis, sed defertur ante ipsorum Collegium specialis, et propria Crux. Cui quidem consuetudini quum obstat Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 28. Novembris 1609. praeciens: « Presbyteri et Clerici Cathedralis omnes faciunt unum corpus cum Canonicis, et sub una Cruce debent incedere. » Quaeritur an sit toleranda huiusmodi consuetudo?

Quae singula de more exponens subscriptus Secretarius in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, instituto super praemissis diligenti examine, Sacra ipsa Congregatio respondendum censuit: « Eliminandas consuetudines ceu abusus. »

Et ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 29. Martii 1851.

5157. MEDIOLANEN.

Ut in nova editione Breviarii Romani, quae nunc Mediolani publicatur, omnia ordinata, et

iuxta Apostolicas Sanctiones disposita procedant, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia proposita fuere Dubia pro opportuna solutione, nimirum :

1. An in Officio Sancti Raymundi Nonnati Confessoris sub ritu duplici minori persolvendo die XXXI Augusti Lectiones primi Nocturni esse omnino debeant de Scriptura, quamvis vetera exemplaria habeant illas de Communi, quarum initium *Beatus vir* ?

2. An idem servandum in Festo Sancti Stanislai Kostka Confessoris sub ritu duplici minori, etsi ut plurimum apponantur illae de Communi *Iustus si morte* ?

3. In Officio Sanctissimi Nominis Mariae habetur Rubrica praecipiens, quod si transferatur IX. Lectio sumi debeat ex Officio Beatae Mariae Virginis in Sabbato Mensis Septembris. Est ne huiusmodi regula sequenda dum idem Festum transferri debeat intra Mensem Octobris ?

4. Extat nec ne generale Decretum, cuius vigore Festum Sancti Andreae Avellini Confessoris elevatum sit ad ritum duplicis minoris pro Ecclesia universali ?

5. An die XII. Iulii ab Oratione sit omnino expungendum verbum Gualberti, etsi Auctor Cavalieri contendat quod non sit cognomen, sed nomen Sancti Ioannis Gualberti ?

6. Ne interpolatio Scripturae habeatur, quaeritur an in Festo Maternitatis Beatae Mariae Virginis in Capitulo ad Vesperas et Laudes apponi possint in hac nova Breviarii Editione deficientia verba *et in Israel haereditare* ?

7. An in VI. Lectione Sancti Petri Urseoli post verbum *aetatis* apponi valeat aliud verbum *anno*, adeo ut legi valeat, *anno sexagesimo nono*. Item an verbum *anno* addi queat in VI Lectione Sancti Antonini Episcopi Confessoris ?

8. In Officio Sacratissimae Synodis Domini Nostri Iesu Christi ad Primam addi ne debeat *per Crucem, vel per Mortem tuam redemisti mundum* ?

9. An dum Dominica 1. Iulii occurrit Festum Visitationis Beatae Mariae Virginis per novissimum Generale Decretum elevatum ad ritum duplicem secundae Classis, ea ipsa Dominica de Visitatione Deiparae recitari omnino debeat, translato ad Feriam secundam immediate sequentem Officio Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi de anno 1849. quarto Idus Augusti sub pari ritu duplici secundae Classis ad universam Ecclesiam indulto ?

Quae quidem Dubia maturo de more exa-

mine expendens Sacra ipsa Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus post auditam a Secretario fidelem relationem, respondendum censuit :

Ad 1. « Legendas de Scriptura. »

Ad 2. « De Scriptura. »

Ad 3. « Dicendum de Mense ad quem transferatur Officium. »

Ad 4. « Non extare Generale Decretum. »

Ad 5. « Affirmative iuxta Decretum in Mechlinien. die 7. Decemb. 1844. ad IX. »

Ad 6. « Nihil addendum, sed legendum uti iacet. »

Ad 7. « Nihil addendum. »

Ad 8. « Ut ad proximum. »

Ad 9. « Affirmative in omnibus iuxta memorata novissima Decreta. »

Atque ita rescripsit, declaravit, servarique mandavit Die 29. Martii 1851.

5158. MONOPOLITAN.

Canonicus Coereoniarum Magister Cathedralis Monopolitanae Sacrorum Rituum Congregationis declarationem super sequenti proposito Dubio quam humillime requisierit, nimirum.

Episcopus Monopolitanus ab immemorabili Vesperas Assumptionis Beatae Mariae Virginis solemniter celebraturus in Sacello Episcopalis Palatii Pontificalibus vestibus induitur, et inde ad Cathedralem Canonicis comitantibus, et ante illum cum Planetis supra Rochetum gradientibus, ipse processionaliter sub Baldachino incedit, cuius hastas quatuor iuniores Canonici cum Cappa deferunt. Quaeritur ergo utrum haec rite fiant, vel potius quoad hastas Baldachini standum sit duobus eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Decretis in Arianen. latis diebus 20. Augusti 1639, et 2. Iulii 1640 ?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente subscripto Secretario, rescripsit: « Servandam esse Pontificalis Romani Rubricam. Atque ita rescribere rata est, et servari mandavit.

Die 29. Martii 1851.

5159. ORDINIS MINORUM
CONVENTUALIUM.

R. P. Fr. Petrus Fantini Sacerdos Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit, et insequentis Dubii solutionem instanter exquisivit, nimirum:

An Ecclesia, cui concessa est facultas reponendi in semiduplicibus translata intra Annum Officia duplicia locum non habentia, reponere

etiam valeat aliquod ex translatis praedictis die XXX. Decembris, quando non incidit in Dominica, et simul ad eam diem transferendum sit Officium Dominicae infra Octavam Nativitatis Domini? Et in casu affirmativo, qua die facere debeat commemorationem dictae Dominicae, an ipsa die XXX, vel praecedenti die XXIX. utpote prima, quae non excludat commemorationem praecedentis impeditae Dominicae?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei subscripti Secretarii, respondendum censuit: « Transferri solum posse, quando esset agendum de VI die infra Octavam, non vero de Dominica infra Octavam. »

Atque ita rescripsit. Die 29. Martii 1851.

5160. CONGREGATIONIS

ORATORII SANCTI PHILIPPI NERII.

Hodiernus Superior Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii in Civitate Bugellen. Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut duo sequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum:

1. An Sacerdos possit vel debeat osculari stolum, dum eam assumit ad deponendum e throno SSimum Eucharistiae Sacramentum pro benedictione impertienda, illudque reponendum in Ciborio post benedictionem ipsam?

2. An in Missa expositionis SSimi Sacramenti pro Oratione Quadraginta Horarum, velo cooperiendum sit Ostensorium cum SSimo Sacramento postquam Sacerdos celebrans sumpsit Sanguinem, ut sic coopertum seu velatum permaneat super Mensa Altaris ad finem usque Missae?

Quae in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum adunata, rescribendum censuit post auditam a me Secretario relationem.

Ad 1. « Servandam consuetudinem. »

Ad 2. « Negative, seu super Mensa remanere debet nullo apposito Velo. »

Atque ita rescripsit Die 29. Martii 1851.

5161. VOLATERRANA.

Ex Apostolicis Indultis sa: me: Pii Papae VII. datis de Anno 1807. pridie Idus Augusti, et decimoquarto Kalendas Decembris in Dioecesi etiam Volaterrana, sicut et in reliqua Hetruria Officium Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis sub ritu duplici secundae Classis cum Octava recitatur Dominica tertia Septembris. Ast eum in translatione huiusmodi Festi non una sit sententia in Dioecibus Hetruriae, hinc Kalendarii Volaterrani Director Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut declarare dignaretur sequentia propo-

sita Dubia, ut deinceps certa regula in huiusmodi translatione habeatur, nimirum:

1. In occurso Festi Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis cum Festo SSimi Nominis eiusdem, de quo est persolvendum?

2. An in casu quod debeat transferri Festum Septem Dolorum, sit etiam concessa Octava transferenda?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis hodiernis Comitibus coadunata, post auditam a subscripto Secretario fidelem relationem, utriusque Dubio satisfecit rescribens:

« Officium Septem Dolorum transferendum in sola occurrentia aequalis vel superioris ritus semper ad diem Dominicam et cum Octava iuxta Decreta. » Atque ita rescripsit, declaravit, servarique mandavit. Die 29. Martii 1851.

5162. BITURICEN.

Quum Sacra Congregatio Indulgentiarum ac Sacrarum Reliquiarum pridie Kalendas Februarii hoc ipso vertente Anno ad Sacram Rituum Congregationem remiserit preces Reverendissimi Bituricen. Archiepiscopi, quibus solutionem efflagitabat nonnullorum Dubiorum super consecratione Altarium portatilium cum apposito Voto Reverendissimi Domini Petri Advocati Minetti Sacrae eiusdem Rituum Congregationis Assessoris, Dubia ipsa proposita fuere in Ordinariis Comitibus subscripta die ad Quirinale habitis per Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Iosephum Ugolini Relatorem designatum eo modo quo hic adnotantur, nimirum:

1. Utrum Altaria portatilia consecrationem suam amittant quando fractum est sigillum, quod Reliquiis in Sepulchro inclusis apponitur: an tantum quando, ut loquuntur Theologi, fractum est sepulchrum?

2. Utrum Altare portatile, cuius sigillum non existit, mitti debeat ad Urbem Episcopalem, et rursus consecrari: an sufficiat tantum novas addere Reliquias veteribus Reliquiis in Sepulchro inclusis, et authenticitate carentibus, et sigillum Episcopi apponere?

3. Quid sentiendum de consecratione Altarium portatilium Dioecesis Bituricen.? Nam de facto constat, quod a perturbatione Anni 1790. nulla existebant sigillorum vestigia in Altaribus portatilibus: rursus impositae sunt Reliquiae ab Archidiaconibus, quum vacuum erat Sepulchrum, aut Reliquiis in Sepulchro manentibus, et authenticitate carentibus, additae sunt Reliquiae authenticae, et appositum fuit Episcopale sigillum.

Quae quidem Dubia sedulo de more expen-

centes Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, ac maturum examen instituentes super rationum momentis rerumque adiunctis a R. D. Assessore in suo Voto enumeratis, iisdem respondendum censuerunt:

Ad 1. « Quoad primam partem negative, nisi fractum sit Sepulchrum, vel eius operculum, aut etiam solummodo si hoc amotum fuerit; quoad secundam partem provisum in prima.»

Ad 2. « Quoad primam partem provisum in primo: quoad secundam numquam licere certas Sanctorum Reliquias dubiis immiscere; ac semel execrata Ara, vel fixa vel mobilis, ex communi iure nova indiget consecratione.»

Ad 3. « Mobiles Arae in casu execratas esse, et ad Mentem. Mens est, ut amoveantur prorsus Reliquiae dubiae, et consulendum Sanctissimo, ut Archiepiscopus Bituricen. vel per se vel per alios etiam simplices Presbyteros hoc tantum in casu Apostolicae Sedis nomine delegandos certas Reliquias in iisdem Aris reponat, iis solummodo Caeremoniis servatis, quae in Pontificali Romano praescribuntur, dum in Sepulchro reconduntur Reliquiae, et superponitur lapis, scilicet ut signetur Sancto Chrismate Confessio sive Sepulchrum, ac dicatur interim Oratio *Consecratur et sanctificetur*, postea reconditis Reliquiis cum tribus granis thuris, et superposito opereulo, ac firmato, dicatur altera Oratio *Deus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum*, et nihil aliud.

Atque ita rescripsere. Die 23. Sept. 1848.

Facta autem de praemissis Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo per me subscriptum Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua ad Mentem Sacrae Congregationis peti- tum Indultum pro hoc casu tantum valiturum de Apostolica Benignitate concessit: dummodo adamussim singula serventur, quae in superioribus Responsionibus praescribuntur. Die 5. Decembris 1851.

5163. ROMANA

SEDIUM CHORALIUM.

Ab Anno 1847. exorta quum fuerit Controversia inter Capitulum Patriarchalis Basilicae Sanctae Mariae Maioris, et Capitulum Collegiatae Basilicae Sancti Marci de Urbe super iure sedendi in Choro ipsius Collegiatae Sancti Marci in die eiusdem Sancti Evangelistae occasione Litaniarum Maiorum, eaque deducta ad Sacram Rituum Congregationem, huic in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum coadunatae die 29. Martii superioris anni 1851. disceptandum propositum fuit sequens inter partes formiter concordatum Dubium; ni-

mirum: « An, et cui debeantur Sedes Chorales a Cornu Epistolae in Ecclesia Sancti Marci die XXV. Aprilis in Litiis Maioribus? » Quamvis autem tunc ab utraque parte multa adducta sint, ut ius suum tuerentur; placuit tamen Eminentissimis, et Reverendissimis Patribus Sacris tuendis Ritibus praepositis iudicium differre, atque alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris Votum ex Officio requirere. In novo quidem Ordinario Coetu hodierna die ad Vaticanum pariter habito, iterum proposita quaestio ab Eminentissimo, et Rmo D. Cardinali Lambruschini Episcopo Portuen., Sanctae Rufinae, et Centumcellarum, eidem Sacrae Congregationi Praefecto huius causae Relatore una cum Voto ex Officio Magistri Caeremoniarum, Sacra eadem Congregatio rescribendum censuit in terminis quibus fuerat Dubium concordatum, nimirum: « Durante Missa, ad Capitulum Sancti Marci; deinde ad Capitulum Sanctae Mariae Maioris.»

Die 10. Ianuarii 1852.

Quum autem Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo per me subscriptum Sacrorum Rituum Congregationis Pro-Secretarium fidelis facta fuerit super expositis relatio, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis confirmans mandavit, ut Capitulum Sancti Marci excipiat Praesulem celebraturum, Missae celebrationi assistat in suis Sedibus, Celebrantem ipsum comitetur ad Sacarium, eumque ad Altare reverentem associet usque ad Sacarii ostium. Dum autem universus Clerus processionaliter discessit, tunc Capitulum ipsum Sancti Marci suam perficiat processionem; et assistentiae Missae uti supra, et Processioni Sanctitas Sua voluit ut assignata sit praesentibus distributio quotidiana respondens Matutino cum Laudibus et Hora minori Prima, quae ex Apostolico Indulto locum non habet eodem die intuitu Processionis Solemnis. Contrariis non obstantibus quibuscumque, ac praesertim peculiaribus concessionibus super re iam datis. Die 15. Ianuarii 1852.

5164. BRUNDUSINA.

Quum Reverendissimus Brundusin. Archiepiscopus pro Informatione, et Voto requisitus super expositis ab Archidiacono Prima Dignitate Metropolitanae Ecclesiae Brundusinae responderit singula veritate inniti, ac proinde Votum suum adiecerit; ut iuxta communem praxim, et Decreta alias ab hac Sacra Congregatione lata etiam in sua Brundusina Ecclesia Metropolitana constituantur, ut in Festo Sancti Stephani Protomartyris, et in Feria secunda tam post Pascha, quam post

Pentecosten solemnibus Missa celebretur a secunda Capituli Dignitate, non vero a Prima Dignitate, uti huc usque factum est, siquidem primae Dignitati competit ius vices supplendi Episcopi absentis in omnibus Functionibus, quae ad Episcopum ipsum spectant, preces ipsae per me subscriptum Pro-Secretarium relatae quum fuerint in Sacrorum Rituum Ordinariis Comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi scripsere: « Servanda esse decreta, et consuetudinem, quae communis est. »

Die 10. Ianuarii 1852.

5165. GENOMANEN.

Quas Sanctus Pius V. edidit Bullas, quae Breviarium, ac Missale Romanum respiciunt, illas cum omni laude, reverentia, et gaudio exceptit Concilium Provinciae Turonensis, ac proinde Cenomanensis Episcopalis Ecclesia, quae Provinciae ipsius limitibus concluditur, quae etsi speciali tunc ritu a duobus saeculis uteretur, attamen ritus iste adeo erat Romanus, ut vix pro vigesima parte Proprium mere Cenomanense intermisceretur. In eodem siquidem ritu sibimetipsi constans, nec ullo modo Sancto Pio V. contraria studiosius perstitit Cenomanensis Ecclesia spatio centum quinquaginta Annorum, nimirum usque ad Annum 1748, aut 1749. in quo, auctore tunc temporis Episcopo, et consentiente Capitulo, sed prorsus Apostolica S. Sede inconsulta novum conditum fuit Breviarium, novumque Missale. Alia tunc facta fuit Psalmorum distributio, alia ratio Lectionum tum de Sacra Scriptura, tum de Sanctis, aliae Antiphonae, alia Responsoria, alii Hymni, aliae Rubricae, et Caeremoniae. Insuper de Calendario quamplurimi expuncti sunt Sancti, ut novi in eorum sufficerentur locis. Quum itaque nova pene omnia in illis Breviario, ac Missali appareant, de veteri ritu Romano Cenomanensi vix in praesentiarum vigesima pars extat. Si itaque locorum Ordinarii prohibentur etiam in Breviariis, quae iuxta mentem Sancti Pii V. tolerata tantum fuere, uti antiquum Cenomanense, aliquid propria auctoritate addere, aut aliquid demere sub interminatis poenis in Decretis Sacrorum Rituum Congregationis dierum 8. Aprilis, et 28. Octobris 1628. de non satisfaciendo muneri Divini Officii recitandi; inde clare concluditur quantum a praefinitis legibus aberrat Breviarium, ac Missale Cenomanense editum medio saeculo decimo octavo, in quo tam graves immutationes factae sunt, ut a Romano aequae ac ab antiquo Cenomanensi in omnibus fere recedat.

Quae singula inter ceteros Reverendissimus alter ex Canonicis Cathedralis Cenomanen. Ecclesiae sedulo commemorans, Sacram hanc Rituum Congregationem humillimis precibus adire constituit, eique sequentia Dubia proponere pro opportuna solutione, nimiram:

1. Utrum licita fuerit Annis 1748, et 1749. innovatio Breviarii, ac Missalis Cenomanensis a ritu Romano prorsus diversis, amotis prius veteribus ad formam Romanam, correctis Breviario, et Missali, sola Episcopi, et Capituli Ecclesiae Cenomanensis auctoritate, et inconsulta Sede Apostolica, facta aut probata?

2. Quatenus negative: Utrum saltem huiusmodi Liturgiae praescriptionis, seu consuetudinis saecularis facta sit legitima, ita ut hodie quilibet Sacerdos Cenomanensis possit eam tuto conscientia servare?

3. Quatenus iterum negative; an quilibet Sacerdos Cenomanensis etiam Canonicus, aut Parochus statim teneatur in conscientia tum et Horas Canonicas persolvere, Missamque celebrare iuxta Rituum Romanum, quando scilicet privatim recitat, et celebrat; tum et insuper omnibus quibus potest modis Reverendissimo Episcopo supplicare, quatenus et id ipsum pro Divino Officio publico opportunis mediis, et temporibus promovere dignetur.

4. Etiamsi Ecclesia Cenomanensis sibi de Breviario iterum atque iterum, ut libuerit, providere queat, an istiusmodi facultas extendenda sit ad Pontificale, Caeremoniale Episcoporum, Martyrologium, et Rituale Romanum, ita videlicet, ut praeceptivas praedictorum Librorum regulas, tolerante nempe aut permittente, aut etiam aliter quippe statuente Reverendissimo Episcopo, Canonici aliive Sacerdotes possint illaesa conscientia infringere aut omittere, sicque Reverendissimi Episcopi voluntas his in casibus sit pro ipsis sufficiens dispensatio?

5. Utrum possint et ipsi Canonici, qui ex antiquo more Mozzetta, et Rochetto insigniti sunt, uti Rochetto in administratione, seu confectione Sacramentorum, et Sacramentalium, quum Reverendissimus Episcopus usum Rochetti generaliter, et pro maiori Seminario recenter praeceperit, aut saltem probaverit, et pro omnibus insuper suae Dioecesis Presbyteris, etiam in Sacramentorum administratione se toleratum esse voto, et scripto declararit, quidquid in contrarium faciant Caeremoniale Episcoporum, Rituale Romanum, Missale, et Pontificale, et licet nulla in Dioecesi Cenomanensi antiqua, aut usquedum

generalis pro ea Sacrae Liturgiae derogatione extiterit consuetudo?

Quas quidem preces cum insertis dubiis in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitii ad Vaticanum hodierna die habitis referens infrascriptus Pro-Secretarius, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuere.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Consulat coniunctim utramque Constitutionem Sancti Pii V. videlicet illam quae incipit *Quod a nobis*. VII. Idus Iulii 1568, et aliam quae incipit *Ex proximo*. XII. Kalendas Octobris 1571.

Ad 4. « Negative et amplius. »

Ad 5. « Rochettum non esse vestem sacram adhibendam in administratione Sacramentorum, ac proinde tum ad ea administranda, tum ad suscipiendam primam Tonsuram, et Minores Ordines necessario superpelliceo utendum. »

Atque ita declaravit. Die 10. Ianuarii 1852. 5166. MONTIS POLITIANI.

Reverendissimus hodiernus Episcopus Montis Politiani inter cetera postulata Sacrae Concilii Congregationi exhibita sequentes etiam quaestiones proposuit, quas quum Sacra Rituum Congregatio dirimere deberet in Ordinariis Comitii ad Vaticanum hodierna die habitis retulit Pro-Secretarius, nimirum:

1. In quibusdam Anniversariis, die ex. gr. IV. Novembris, et quum non sint Anniversaria, nec celebrari potest Missa *de Requie* (eo quod non adsit obligatio applicandi Missam Conventualem in diebus ferialibus) canitur Nocturnum, deinde Absolutio circa Tumulum peragitur, et postea Missam Conventualem canunt de Festo, quod occurrit, applicando illam pro Defunctis cum Tumulo ante Aram, et ceris accensis?

2. Feria tertia et quarta Maioris Hebdomadae canitur Passio a duobus, sed vocem Christi dat ab Altare Sacerdos celebrans.

3. Quum pulsatur Organum in Missa cantata Offertorium, et Postcommunio submissa voce ab uno recitatur in Choro, vel nihil dicitur diebus praesertim ferialibus.

4. Diurnae pariter tam pro Defunctis, quam occasione Festorum, et etiam integro unius horae spatio nocturnae, adest consuetudo Campanas pulsandi, quod non videtur Sacris Ritibus congruum.

Et Sacra eadem Congregatio propositas quaes-

tionibus maturo examine expendens ita respondendum censuit:

Ad 1. « Posse, dummodo removeatur tumulus tempore Missae, ac finita circa illum absolute. »

Ad 2. « Permitti posse defectu Ministrorum. »

Ad 3. « Dici posse submissa voce, sed non omitti. »

Ad 4. « Ipse Episcopus provideat iure ordinario. »

Atque ita rescripsit Die 10. Ianuarii 1852.

5167. NULLIUS ALTAMURAE.

Capitulum maioris Ecclesiae Nullius Altamurae quatuor constat Dignitatibus, viginti quatuor Canonicis, et viginti quatuor pariter Cappellanis, seu simpliciter participantibus. Cappellani ipsi, seu participantes nec ex Bulla sa. me. Innocentii Papae VIII, nec ex alio quocumque Indulto in Ecclesia illa aliquo gaudent privilegio, sed quum multa sibi tribuant, et capta occasione sibi assumant in Ecclesiasticis functionibus, hinc Dignitates, et Canonici, et in primis Praesul Abbas Ordinarius Sacrorum Rituum Congregationem rogarunt enixe ut declarare dignaretur, nimirum:

1. Ipsi Cappellani seu simpliciter Participantes in Processionibus veluti si essent Canonici possint supra Rochettum assumere Planetam, et Tunicellam?

2. An genuflectere debeant tum Cruci, tum Praelato Ordinario sicut ceteri Presbyteri?

3. An aliis praerogativis Canonicalibus uti possint, quoties extaret antiqua consuetudo, seu potius abusus?

Et Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in ordinario coetu ad Vaticanum hodierna die coadunato post diligens examen omnium rescribendum censuerunt:

Ad 1. « Affirmative si Rochetto usum habeant, et nullus alius Clerus dignior ad Processionem accedat. »

Ad 2. « Debere genuflectere, si Canonici titulo destituantur, sed Cruci tantum. »

Ad 3. « Negative in omnibus. »

Die 10. Ianuarii 1852.

5168. SORANA.

Iuxta communem praxim dum ad Collegiatam Ecclesiam Sanctae Restitutae Civitatis Soranae accedit Reverendissimus Episcopus, sive ut Sacris Solemnibus assistat, eum associant Capituli Cathedralis Canonici, sed vel Praepositus, vel Senior Collegiatae ipsius Canonicus Episcopo ingredientium Aspersorium porrigit cum aqua benedicta. Verum quum in praesentiarum Capitulum Cathedralis

ius istud, Aspersorium in casu Episcopo porrigendi, sibi vindicare contendat; Praepositus ipse veluti prima Dignitas Ecclesiae Collegiatae, et Canonici omnes Sanctae Restitutae Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarunt, ut declarare dignaretur; num iuxta etiam novissimas Ordinarium Sanctiones, vel Praepositus, vel dignior Canonici Collegiatae ipsius Ecclesiae perseverare debeat in iure porrigendi Aspersorium Episcopo ad Collegiatam ipsam accedentem, aut potius ius istud competat Cathedralis Ecclesiae Capitulo Episcopum comitanti?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, audita relatione ab infrascripto Pro-Secretario facta iuxta pluries decreta, rescribendum censuit, et definiendum: « Spectare ad Dignitatem, seu Seniores Capituli Collegiatae. »

Die 10. Ianuarii 1852.

5169. SORANA.

Quidam Canonici Cathedralis Soranae Sacrorum Rituum Congregationi exposuit in Civitate Sorana non tam facile occurrere, ut Cathedralis Capitulum associet capitulariter Reverendissimum Episcopum ad quaecumque Ecclesiam accedentem, nam ut plurimum Capitulum ipsum excipit Episcopum dum Ecclesiam ipsam ingreditur. Quum itaque ipse Canonici contendat quod ea occasione ius Aspersorium porrigendi Episcopo ingredienti competat digniori ex Canonici, minime vero Ecclesiae Rectori, Sacram ipsam Congregationem rogavit, ut decernere dignaretur, quid in casu exequendum, ne iura Cathedralis Capituli vel in minimo laedantur.

Et Sacra ipsa Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu ad relationem subscripti Pro-Secretarii perpendens in similibus per innumera Decreta ius porrigendi Aspersorium Episcopo ingredienti cum Cathedralis Capitulo, vel in aliena Ecclesia excepto a Capitulo ipso capitulariter congregato, tributum fuisse Rectori Ecclesiae ipsius, ac proinde denegatum Canonico digniori; hinc idem servandum declaravit in Ecclesiis quibusvis Soranae Dioecesis.

Atque ita rescripsit, et servari mandavit.

Die 10. Ianuarii 1852.

5170. TRANEN.

Ex asserta diuturna consuetudine pene immemorabili in Ecclesiis Sancti Sepulchri, et Sancti Iacobi, vulgo di Barletta, intra fines Archidioecesis Tranen. illud est in more positum, ut dum in Solemnioribus Missas Solemnes, et Vesperas

celebrent earum Rectores, praeter Ministros inservientes, eis assistunt alii sex Presbyteri Pluvialibus induti. Quum autem a consuetudine ista, quae nullo Apostolico Indulto innitur, difficile admodum sit desistere absque Fidelium admiratione, et scandalo, Rectores ipsi Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarunt, ut eam confirmare dignaretur, adeo ut licite deinceps in ea perseverare valeant.

Et eadem Sacra Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem infrascripti Pro-Secretarii, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit: « Permitti posse quoad Vesperas Solemnes tantum. » Die 10. Ianuarii 1852.

5171. BRIXIEN.

Dum in Civitate Brixien. existeret adhuc Collegiata Ecclesia Sancti Nazarii ex Synodali Dioecesis Statuto cautum fuit, ut in Sacris Processionibus universus Clerus sub unica Cathedralis Cruce, attamen iuxta diversitatem Ordinis, quo singuli erant insigniti, nimirum primi incederent in Minoribus constituti, deinde Subdiaconi, tertio Diaconi, ac ultimo tandem loco Sacerdotes, servato in singulis Clericorum gradibus, et Ecclesiarum ordine, qui consuetudine iam erat receptus. Sancitum pariter erat, ut Clerus Collegiatae Sancti Nazarii simul incederet sub propria elevata Cruce immediate ante Clerum Cathedralis. Verum quum civiles ob ordinationes, et vicissitudines Collegiata etiam Sancti Nazarii cessarit tunc temporis, nimirum de Anno 1810. Brixien. Episcopus constituit, ut Clerus uniuscuiusque Ecclesiae semper sub unica Cathedralis Cruce per Paroecias distributus, ut singuli Parochi proprio Clero praesentibus, procederet in memoratis Supplicationibus, servato servari solito Ecclesiarum ordine, iuxta quem Clerus Sancti Nazarii ultimus, et immediate ante Clerum Cathedralis incedit. Parochus tamen Sancti Nazarii quamvis in propria Ecclesia aliquoties per Annum Divina Officia ritu Pontificali expleat; et in Sacris Processionibus totius Cleri Urbani supra reliquos Parochos praecedentia gaudeat; quum vigente Collegiata Processionibus, aliisque Functionibus non iam personaliter, sed per substitutum interesse soleret, id etiam praestat, sublata Collegiata. Et quum in praesentiarum Reverendissimus hodiernus Episcopus Brixienensis restituerit in Processionibus peragendis antiquum ordinem per Synodale Decretum firmatum, et sic iterum Parochi post universum Clerum Urbis bini incedent, salvo iure praecedentiae Parocho Sancti Nazarii; ipse qui ex con-

suetudine personaliter non accedit, affirmat quod ius praecedentiae in reliquos Parochos competat Curato Beneficiato Ecclesiae Sancti Nazarii, quem mittere solet uti substitutum. De quo quidem iure praesumpto quum merito conquerantur ceteri Parochi, religiosissimus idem Episcopus, ne ordinaria auctoritate sua quidquam in re decerneret, Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit, atque ingenue singula exponens humillime rogavit ut super sequentibus Dubiis sententiam suam aperire dignaretur, nimirum:

1. An Parocho Sancti Nazarii consuetudo suffragari valeat ne personaliter ad Processiones accedat, ad easque compelli possit.

2. An in Processionibus, in quibus Parochi urbani bini post Clerum Urbis incedunt, Substituto Parochi Sancti Nazarii, vel alterius Parochi competat ius praecedendi, quod ipsi competeret Parocho, si personaliter accederet?

3. An ob civiles vicissitudines, et ordinationes cessata Collegiata Sancti Nazarii, eiusdem Clero in Processionibus ius adhuc competat?

4. An cessata, ut supra, Collegiata Parochus Divina Officia in Pontificalibus celebrare possit, et quatenus affirmative.

5. Utrum praefatus Parochus ad parendum Episcopi mandatis cogi, et si opus sit etiam puniri ab Episcopo possit per prohibitionem celebrandi in Pontificalibus ad tempus determinatum?

Et Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunati post auditam a me subscripto Pro-Secretario fidelem relationem rescribendum censuerunt:

Ad 1. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Afferendum privilegium, ut examini subiiciatur. »

Ad 5. « Affirmative in omnibus. »

Atque ita rescribendum, definiendum, servandumque mandarunt. Die 25. Septemb. 1852.

5172. IANUEN.

In insigni Collegiata Ecclesia Sanctae Mariae de Remedio Civitatis Ianuen. a sua prima institutione extat consuetudo reverentiam praemitendi Praefecto Chori ad initium Psalmodiae, idest ad ingressum, ad initium Primae de mane, et ad quascumque Horas quum interponitur aliqua Missa, et post Missam Ferae in Quadragesima. De sero autem in principio Chori, post Completorium, annunciando *Pater noster* pro

Matutino, et antequam inchoetur *Domine labia mea aperies*. Quum vero in praesentiarum Mansionarii, et Cappellani renuent sequi in parte tantum hanc consuetudinem omittendo reverentiam ante Horas, post Missam, ad Vesperas itidem, et ad *Domine labia mea* etc., Abbas hodiernus enunciatæ Ecclesiae, illiusque Canonici Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus adivere efflagitantes, an servari debeat antiqua consuetudo, et etiam dum tempore Quadragesimae de sero Completorium dat initium sacrae Psalmodiae? Quae in ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, re attente considerata, ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii respondendum censuit: « Laudabilem consuetudinem in omnibus esse servandam. » Die 25. Septembris 1852.

5173. MATHELICEN.

Quum in praesentiarum ex Apostolica Sanctione Parochialis Abbatialis Ecclesia Sancti Antonii Abbatis in Civitate Mathelicen. concessa fuerit Congregationi Silvestrinorum, et proinde Parochus renunciatur alter ex Alumnis Congregationis ipsius, Capitulum Cathedralis illius Sacrorum Rituum Congregationem rogavit enixe ut declarare dignaretur, num Parochus ipse etiamsi sit Monachus teneatur accedere ad publicas, et generales Processiones, quae a Capitulo Cathedralis ipsius fieri assolent? seu an adhuc Parochus Ecclesiae Parochialis Sancti Antonii sit cogendus accedere ad publicas, et generales Processiones, quae fiunt a Capitulo, quod de Anno 1754. Idibus Februarii a Sacra Rituum Congregatione decretum fuit, dum Saecularis Sacerdos memoratae Ecclesiae praerat? Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinario Comitii ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii re maturo, diligentique animo perpensa rescribendum censuerunt. « Affirmative in omnibus. » Die 25. Septembris 1852.

5174. MONOPOLITAN.

Etsi in Civitate Monopolitana quatuor extant receptitiae Ecclesiae, et earum singulis proprius Parochus praesit, attamen Clerus cuiusque Ecclesiae receptitiae publicis in Supplicationibus sub unica Cruce Ecclesiae Cathedralis incedebat immediate post Seminarium Alumnos, et ante Clerum Cathedralis, quae praeter Canonicos, Mansionarios numerarios, seu Cappellanos distinctis propriis insignibus decoratos, habet etiam Sacerdotes sic dictos extranumerarios, qui tum in Choro, tum in Processionibus unica Cotta induti sunt, sed ad servitium Cathedralis praestandum adiguntur, et ex Bulla Episcopali adnotantur in Tabella servitii

Choralis, de nonnullis distributionibus participant, punctatura Choro non praesentes muletantur, et ipsi huiusmodi in Supplicationibus primi incedunt de Choro Cathedralis, seu immediate post Clerum Ecclesiarum, quae receptitiae nuncupantur, quae semper in Processionibus retinent locum cuique debitum. Verum quum in praesentiarum Clerus cuiusque Ecclesiae receptitiae ampliori dignitate cohonestatur, siquidem quoad honores Collegium declaratae sunt, huc usque servatam consuetudinem invertere praesumit, et in Processionibus Sacerdotes extranumerarios Cathedrali ut supra addictos, a reliquo Cathedralis ipsius Clero separare admittitur, ut eorum locum occupet, adeo ut ipsi extranumerarii immediate post Seminarium incedant. Contra hanc indebitam instantiam conqueritur Cathedralis Capitulum, cuius nomine Sacrorum Rituum Congregationi enixe datae sunt preces, ut quid in casu servandum definire dignaretur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii, rescribendum censuit: « Iuxta alias decreta servandum esse in omnibus ordinem Cleri publicis in Supplicationibus huc usque laudabiliter servatum. » Atque ita servandum mandavit.

Die 25. Septembris 1852.

1575. ORDINIS MINIMORUM

SANCTI FRANCISCI DE PAULA.

Dum R. P. Vicario Provinciali Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula innotuit ab hac Sacra Rituum Congregatione usque ab anno 1831. pridie Idus Novembris in una Marsorum ad Dubium quinquagesimum definitum fuisse, quod Beneficarii teneantur semper ad Officium propriae Ecclesiae, et quod simplices Sacerdotes conformare se possint Officio loci ubi morantur, subito ab ipsa Sacra Congregatione exquirendum duxit, num Decretum istud afficiat etiam sui Ordinis Alumnos, sequentia duo dubia proponens pro debita solutione, nimirum:

1. An Regulares subditi uti valeant huius Decreti privilegio recitando Officium, et celebrando Missam Conventus, vel Dioecesis in quibus morantur, licet ad breve tempus? vel an teneantur ad Officium illius Conventus a quo percipiunt victum, et vestitum, ita ut reputentur veluti beneficiati?

2. An Generales, et Provinciales, qui in quocumque Ordinis, et Provinciae Conventu Superiores reputantur, recitare possint Officium, Missamque celebrare Conventus, vel Ecclesiae, in quibus ad breve tempus degunt?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii respondendum censuit utrique Dubio proposito respondendo: « Semper sequendum esse ordinem Officii iuxta Coenobium, in quo moram faciunt etsi ad tempus, quia ubique Choro interesse tenentur. » Et ita rescripsit. Die 25. Sept. 1852.

5176. PATRIARCHALIS BASILICAE LATERANENSIS.

Dum in Patriarchali Basilica Lateranensi nonnullae sacrae explentur functiones opinionum varietas circa Rubricarum observantiam exoritur attentis tum incomparabili Dignitate Ecclesiae, tum immemorabili consuetudine. Ut autem sententiarum huiusmodi varietas eliminetur, et omnia certa, indubiaeque methodo regulariter procedant, primus in memorata Patriarchali Basilica Caeremoniarum Magister sui muneris esse duxit Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna declaratione proponere, nimirum:

1. An, exceptis Officiis de Feria, Commemoratio Sanctissimi Salvatoris in Laudibus, et Vesperis requirentibus commemorationes Communes, vel Suffragia Sanctorum, praemittenda sit commemorationi de Cruce?

2. An in primis, et secundis Vesperis de Octava Dedicationis Basilicae, servandus adhuc sit immemorabilis usus addendi tantum commemorationem Sancti ritus duplicis vel praecedentis, vel subsequentis?

3. An Sacrum solemniter faciente altero ex Beneficiatis cum assistentia Diaconi, et Subdiaconi de eodem gremio, Ministri ipsi dum Benedictioem a Celebrante accipiunt teneantur genuflectere, stantibus, et non genuflectentibus ceteris in Choro permanentibus?

4. An usus Bireti permitti possit Ministris indutis Pluviali?

5. An die VI. Iulii occurrente Dominica prima in qua iuxta Decretum Generale diei 10. Augusti 1849. sub ritu duplicis secundae Classis recitandum est de Pretiosissimo Sanguine Domini Nostri Iesu Christi licet adhuc iuxta immemorabilem consuetudinem Missam Conventualem legere extra Chorum, quia in Choro habetur Cappella Cardinalitia, quae celebrat de Octava?

6. An infra Octavam SSmi Corporis Christi expositio Sanctissimi Sacramenti fieri debeat in Altari, in quo asservatur Sanctissimum Sacramentum, vel alibi fieri possit?

7. An in Processionibus, in quibus circumfertur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum,

ac praesertim in illa Papali Sanctissimi Corporis Christi, liceat Canonicis in Episcopali Dignitate constitutis, ac Praelatiis indutis indumentis incedere cum Bireto?

Quae quidem Dubia proposita quum fuerint in Ordinario Coetu ad Vaticanum habito quarto Idus Ianuarii hoc ipso vertente Anno, placuit Em̄is, et Rm̄is Patribus Sacris tuendis Ritibus praepositis Informationem cum Voto exquirere Em̄i, et Rm̄i Card. Archipresbyteri Lateranensis, qui super singulis mentem suam adeo dilucide aperuit, ut proposita iterum instantia in novis Ordinariis Comitibus pariter ad Vaticanum habitis per me subscriptum Pro-Secretarium, Sacra eadem Congr. rescribendum censuerit in omnibus iuxta Votum Em̄i et Rm̄i Card. Archipresbyteri, seu

- Ad 1. « Negative iuxta Rubricas. »
 Ad 2. « Negative, et serventur Rubricae. »
 Ad 3. « Affirmative, seu teneri ad genuflectendum. »
 Ad 4. « Permittitur usus Bireti, non vero Pileoli. »

Ad 5. « Affirmative, seu servandam consuetudinem. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem iuxta laudabilem consuetudinem. »

Ad 7. « Negative in omnibus. »

Atque ita Sacra Congregatio rescribendum, et declarandum censuit. Die 25. Sept. 1852.

5177. SANCTI MINIATI.

Ut in sacris Caeremoniis Ecclesiasticisque functionibus omnia ordinate, et iuxta praefinitam methodum procedant, Sacerdos Sylvius Risi Canonicus, et in Seminario Episcopali Sacrorum Rituum Praeceptor, humillime Sacrorum Rituum Congregationem rogavit, ut super sequentibus Dubiis sententiam suam elicere dignaretur: nimirum:

1. In Cathedralibus Ecclesiis, in quibus Chorus extat post Altare quando canitur Missa non ideo Pontificalis, vel coram Episcopo, Canonici, qui propter Cantorum defectum cum reliquis cantant, et ideo inter se alternatim bini, et bini submissa voce dicunt Symbolum Apostolorum, sed omnia quaecumque genuflexione immediate sedent: « Quaeritur, an eis sedere liceat etiam ad illa verba: *Et incarnatus est*, ut legitur in Caeremoniali Episcoporum? »

2. An in precibus pro eligendo novo Episcopo in Ecclesia Cathedrali recitandis dicto Hymno: *Veni Creator Spiritus* in ψ . *Emitte Spiritum tuum, et creabuntur*, dicendum sit *creabitur loco creabuntur*?

3. An in Choro Ecclesiae Cathedralis post thurificationem Cappellanorum, qui extant in una

parte, thurificandi sint etiam Clerici eiusdem partis et postea Cappellani reliqui stantes in parte opposita, et tandem reliqui Clerici eiusdem oppositae partis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me subscripto Pro-Secretario, respondendum censuit post maturum omnium examen.

Ad 1. « Genuflectere debere dum Celebrans recitans Symbolum genuflectit, et canendo adstare legili. »

Ad 2. « Nihil omnino variandum, vel immutandum. »

Ad 3. « Ante Clericos thurificandos singulos Cappellanos. »

Et ita rescripsit. Die 25. Sept. 1852.

5178. SANCTIMONIALIUM
 SACRI CORDIS IESU.

Quanam de causa factum sit prorsus ignoratur, sed reapse in Parietibus Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis ad Montem Pincium in Urbe quatuordecim Cruces depictae apparent, peractam consecrationem Ecclesiae ipsius repraesentantes. Verum quum id contra Rubricarum, et Pontificalis praescriptum actum fuerit, Sanctimoniales Sacratissimi Cordis Iesu adiectum asceterium incolentes, ne inconueniens istud diutius perseveret Sacrorum Rituum Congregationem rogarunt enixe, ut definire dignaretur quid in casu sit agendum. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub signata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii respondendum censuit: « Duas Cruces ex lateralibus esse tollendas, salvis remanentibus positis in Presbyterio, et prope portam principalem. »

Atque ita servandum praecepit.

Die 25. Septembris 1852.

5179. SORANA.

Quum Rm̄us Episcopus Soran. Aquinaten., et Pontis Curvi Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogavit, ut declarare dignaretur, num Canonicus Officium faciens in expositione Sanctissimi Sacramenti diebus infra Octavam Corporis Christi, et in repositione post Completorium in Choro, item in expositione in Novendialibus, et similibus, uti possit Amictu, Stola, et Pluviali supra Rochetum, vel potius uti debeat Amictu, Alba, Stola, et Pluviali? Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata ad relationem mei infrascripti Pro-Secretarii respondendum censuit: « Assumendum esse Pluviale vel super Rochetto, et Cotta, vel cum Rochetto, et Alba. » Die 25. Sept. 1852.

5180. VENETIARUM.

Quum in ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis hodierna die ad Vaticanum coadunatae infrascriptus Pro-Secretarius retulerit inter cetera sequentia dubia proposita a primo Caeremoniarum Magistro Patriarchalis Basilicae Venetiarum, nimirum.

1. Quum Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 21. num. 4. mandet ut Epistola, et Evangelium Benedictionis Palmarum decantentur ab iis Ministris, qui in Missa ministraturi sunt, quaeritur utrum haec observanda sint, quamvis Benedictio Palmarum fiat ab Episcopo, et Missa celebretur ab alio cum Ministris non Canonicis, vel potius duo Canonici in Missa non ministraturi debeant Epistolam, et Evangelium supradictum decantare?

2. Utrum Caeremoniarum Cathedralis ratione proprii Officii cogi possit, ut distribuat Feria V. in Coena Domini Sacra Olea subditis Ecclesiis?

3. Utrum in Festo Sancti Marci in Ecclesia huiusmodi Evangelistae dicata, Episcopus, finita Processione Litaniarum maiorum debeat tantum recitare Ps. *Quam dilecta*, antequam Pluviale violaceum deponat, et rubra indumenta accipiat pro Missa Pontificali, vel etiam Hora tertia solemniter post Processionem, et ante Missam Pontificandam decantanda sit?

4. Utrum etiam quando unus in Episcopali Sacello ordinatur, palam interdicere debeat Episcopus per unum ex suis, sicuti habetur in Pontificali Romano: «Ne quis accedat irregularis.»

5. Utrum quando Ordines conferuntur sine cantu, Subdiaconus ex noviter ordinatis postquam Epistolam legerit, debeat osculari manum Episcopi stantis ad Altare, nec non Diaconus similiter ex novis Ordinatis antequam Evangelium legat, debeat, dicto *Munda cor meum*, benedictionem petere, et manum Episcopi stantis ad Altare deosculari, ut fit in Missis cantatis a simplici Sacerdote, et an Episcopus post Evangelium huius Missae lectae debeat deosculari librum, quo ipse usus est, vel quo usus est Diaconus in Evangelii lectione?

6. Quibus verbis in Episcoporum consecratione uti debeat Consecrator, dum communicat consecratum de Corpore, et Sanguine Domini?

7. Utrum Stola latior, qua utitur Diaconus, dum tempore Adventus, et Quadragesimae deponit planetam plicatam, debeat habere intextas tres Cruces, sicuti habentur in Stola communi?

8. Utrum in Oratione Sancti Ioannis Episcopi Alexandrini ob insignem erga pauperes misericor-

diam cognomento Eleemosynarii, hoc Eleemosynarii adiunctum recitari debeat, sicuti fit de Christostomo, deque Chrisologo?

9. Utrum in die Octava Solemnitatis Corporis Christi ubi celebratur cum privilegio ad instar Epiphaniae faciendum sit occurrens Officium Dedicationis, vel Tituli propriae Ecclesiae?

10. Utrum Lectiones primi Nocturni in Festis Sancti Raymundi Nonnati, et Sancti Stanislai Kostka sint de Scriptura, vel de Communi?

11. Venetiis pluribus ab hinc annis multae Ecclesiae Parochiales, vel Collegatae, atque Regularium destructae sunt, vel in usus profanos conversae, ex iis autem quae cultui divino servatae fuerunt triginta tantum nova territorii divisione constitutae sunt Parochiales, reliquae vero vel regularibus Ordinibus progressu temporis restitutae, vel Parocho intra iurisdictionis novos fines extant, traditae sunt administrandae per Vicarium, vel Rectorem, qui absque ulla canonica institutione, sed Patriarchali solum mandato Missam ibi quotidie celebrat, et Poenitentiae, atque Sanctissimae Eucharistiae continuo servatae Sacramenta cum dependentia a Parocho ibidem Fidelibus administrat; et Festis praecipue diebus solemnum Missarum, et Vesperarum functiones peragit. Pro singulis eis Ecclesiis Vicariis vicariis exarata fuit usque nunc quotannis appendix propria ad Kalendarium Dioecesanum, in qua praeter Officia Titularis, et Dedicationis, cetera quoque Officia adnotantur, quae ratione Corporis, vel insignis Reliquiae, vel alio ex peculiaribus privilegiis a Sancta Sede obtentis celebranda sunt iuxta Rubricas, additis etiam singulis pro Ecclesiis cuiuslibet Paroeciae sub ritu duplicis secundae Classis Officiis Titularium Ecclesiarum, quae nunc dirutae, vel in usus profanos conversae sunt, extabant vero intra fines ipsius Paroeciae. Ratio autem huius additionis haec est: felix recordationis Cardinalis Iacobus Monico Patriarcha Venetiarum in petitione pro novo totius Dioecesis Kalendario, quod a Sacra Rituum Congregatione concessum fuit de anno 1830. die 3. Aprilis, postulaverat, ut Officium de Sanctis olim Titularibus praedictarum non amplius existentium Ecclesiarum celebraretur sub ritu duplicis secundae Classis in omnibus Ecclesiis Paroeciae intra cuius fines extabant antiquae illae Ecclesiae ad memoriam earundem servandam, et ad fovendam Cleri, populique devotionem erga antiquum Paroeciae Patronum. Quamvis vero in huius Sacrae Congregationis Decreto die 3. Aprilis 1830. superius relato sermo sit tantummodo de Kalendario communi

totius Dioecesis, tunc temporis Caeremoniarum Magister implicite concessum duxit, quod a Patriarcha postulatam fuerat circa Officia de antiquis Ecclesiarum non amplius existentium Titularibus, ideoque Patriarchali Decreto iniuncta fuit eorum Officiorum additio in Appendicibus, de quibus superius relatam est. Quum vero ex varia interpretatione Decretorum huius Sacrae Rituum Congregationis, et praesertim quorundam ex recentioribus, nonnulla orta sint circa usum harum Appendicum, ad tollendam omnem anxietatem quaeritur. 1. An Sacerdotes ordinati titulo Patrimonii a Benefactoribus fundati cum onere propriae Paroeciae inserviendi, possint vel debeant sequi relatam Appendicem propriae Parochialis Ecclesiae in Divini Officii recitatione, sicuti usque nunc plerique fecerunt? Quaeritur 2. An Vicarius vel Rector memoratarum Ecclesiarum Vicarialium, vel Rectoralium possint vel debeant sequi relatam Appendicem Ecclesiae cuius est Vicarius, vel Rector, sicuti usque nunc omnes fecerunt. Quaeritur 3. An quum Venetiarum Ecclesiis olim addietis fuerint stricto servitio tamquam Collegiatis aliqui Sacerdotes ordinati privilegio Sixti Papae V. ad titulum servitutis Ecclesiae, qui in praesentiarum quoque percipiunt, quae de subrogatis beneficiis, et Capitulari Mensa supersunt bona, hi quoque possint vel debeant recitare, sicuti usque nunc recitarunt, Officium iuxta memoratas Appendices illius Ecclesiae, cuius titulo servitutis ordinati sunt, cuique et in praesens deserviunt. Quaeritur 4. utrum omnes celebrantes in huiusmodi Ecclesiis Parochialibus Vicarialibus, vel Rectoralibus in Missae celebratione, nisi obstant alia vulgata Decreta huius Sacrorum Rituum Congregationis, et praesertim diei 7. Sept. 1816. in Tuden., sequi debeant illud Kalendarium, quod e Dioecesano, et Appendicem exurgit.

Et Sacra eadem Congregatio propositis Dubiis, inscripta etiam commendatione Rm̄i Episcopi communiter, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Iuxta alias Decreta spectare ad Archidiaconum. »

Ad 3. « In casu esse decantandam Horam Tertiae. »

Ad 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Negative, et ab Episcopo osculandum suum Missale. »

Ad 6. « Servandum esse Pontificale. »

Ad 7. « Negative. »

Ad 8. « Negative. »

Ad 9. « Affirmative, uti duplex prima Classis. »

Ad 10. « De Scriptura occurrente legendas esse. »

Ad 11. « Nil aliud fuisse concessum praeter expressa in Decreto reformationis novi Kalendarii peracta die 3. Mense Aprili Anno 1830, quae strictim ab omnibus sunt servanda; ceteris propterea quaestionibus inde ex supposito excitatis negative. »

Atque ita rescribere censuit, et declarare.

Die 25. Septembris 1852.

5181. ORDINIS PRAEDICATORUM.

Quum Rm̄us Pater Magister Provincialis Ordinis Praedicatorum in Provincia Neapolitana Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut declarare dignaretur, num iis annis, quibus Confraternitas Sacratissimi Rosarii erecta in Claustro Sancti Dominici maioris in Civitate Neapolitana, quacumque demum ex causa non interest Supplicationi Sacratissimi Rosarii, quae ibi locum habet, in hac Beatissimae Virginis Mariae solemnitate, ac proinde Ordinis Supplicatio uti ex inducta praxi fieri debeat ab Ordinis Alumnis, vel potius a memoratae Confraternitatis Confratribus in enunciatum Coenobio existentibus.

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subscripta die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei subscripti Pro-Secretari omnibus mature expensis, ac praesertim Ordinis Praedicatorum peculiaribus Privilegiis ab hac Sancta Sede Apostolica etiam quoad hanc solemnem Supplicationem concessis, rescribendum censuit: « Publicam Supplicationem, de qua in precibus, duccendam a Patribus Ordinis Praedicatorum. »

Atque ita definiendum censuit, servandumque mandavit. Die 25. Septembris 1852.

5182. MONTIS ALTI.

Quum Anniversarium Dedicacionis Ecclesiae Collegiatae Parochialis oppidi vulgo *Rotelle* in Dioecesi Montis Alti affixum fuerit Dominicae immediate post Festum Sancti Lucae Evangelistae respondens Officium excludit saepe saepius Officium cum Missa Puritatis Beatae Mariae Virginis, ac semper aliud Deiparae de Pace, quae Clerus *Rotelle* praeterire adeo grave experitur. Verum quum Clero ipsi innotuerit alias Sacram hanc Rituum Congregationem edixisse, ut Officia propria in aliqua Ecclesia perpetuo impedita transferri possint ad alias sedes, hinc Sacrae eidem Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. An Festo Beatae Mariae Virginis de Pace

perpetuo impedita in Dominica IV. Octobris ob occursum Festi Anniversarii, vel diei Octavae Dedicacionis Ecclesiae possit Ordinarius assignare aliam diem non impeditam?

2. An, quatenus affirmative ad primum, possit assignari Dominicae vel quartae Septembris, vel tertiae Novembris?

3. Et quatenus Dominicae quarta Septembris, et tertia Novembris sint impeditae, illa a translato Officio Septem Dolorum, ista ab Officio Patrocinii Deiparae, quid agendum de Festo Beatae Mariae Virginis de Pace?

4. An quod statuitur de Festo Deiparae de Pace applicari pariter possit Festo Puritatis Deiparae, quamvis hoc stricte dici nequeat perpetuo impeditum ab Anniversario memoratae Dedicacionis?

Et Sacra eadem Congregatio ad j. Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinario Coetu ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii post diligens omnium examen rescribendum censuit:

Ad 1. « Negative, haec enim Officia assignata sunt certis diebus, quae tamen non sunt dies propriae, de quibus Decretum alias editum. »

Ad 2. « Provisum in primo, et in casu supplicandum pro translatione ad primam diem liberam. »

Ad 3. « Iuxta Decreta omittendum, nisi facta fuerit facultas transferendi iuxta Rubricas. »

Ad 4. « Affirmative, seu provisum in superioribus. »

Atque ita rescripsit. Die 25. Septemb. 1852.

5183. ORDINIS MINORUM

S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA.

Ut in Divinis persolvendis Laudibus ceterisque in Ecclesiasticis functionibus instituendis omnia ex ordine procedant iuxta praefinita a Rubricis et Decretis regulas, Director Kalendarii Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Provincia Bononiensi Sacrorum Rituum Congregationem humillimis datis precibus rogavit, ut super sequentibus Dubiis sententiam suam elicere dignetur.

Dubium I. Quum Sacra Rituum Congregatio sub die 16. Septembris 1843. in una Ordinis Reformatorem, annuente sa: me: Gregorio Papa XVI., mandaverit, a Fratibus trium Ordinum, quoad Festum Dedicacionis Ecclesiae, obtemperandum esse novissimis eiusdem Sacrae Congregationis Decretis, non obstante eorum peculiari Rubrica contrarium disponente, quae ideo reformanda praecipitur, quumque varia sint huiusmodi Decreta, quaeritur quibus Festis tam in occurrentia quam in concurrentia ac translatione Anniversarium Dedicacionis Ecclesiae praecedat?

Ad 1. « Serventur Decreta in una Brixien. diei

20. Septemb. 1806. ad Dubium 10. et in una Pa-normitana diei 12. April. 1823. ad Dubia 6. et 7. »

Dubium II. Quum pleraque sint emissa Decreta a S. R. C. quae praescriptis a peculiari nostra Rubrica omnino contraria sunt, ut certa in sequentibus casibus servetur regula:

Quaeritur 1. An Festa Domini et Deiparae etiam secundaria Festis Sanctorum primariis etiam minus dignis praeferenda?

Quaeritur 2. An festis secundariis Sanctorum Angelorum, Sancti Ioannis Baptistae, Sancti Ioseph, Sanctorum Apostolorum et Evangelistarum quocumque demum ritu instituantur competat praecedentia?

Quaeritur 3. An dum concurrunt duo Officia de uno eodemque Sancto Vesperae debeant esse de sequenti sine commemoratione praecedentis, vel potius de occurrenti absque ulla prorsus sequentis commemoratione?

Quaeritur 4. An Decretum in una Hispalen. diei 22. Augusti 1818. ad Dubium 7. sit reapse oppositum peculiari Rubricae Ordinis sub N. 114. praecipienti in assignatione novorum Officiorum observandas omnino esse occurrentiae leges, ita ut in paritate ritus primum locum obtineat Officium propriae Ecclesiae, secundum Religionis, tertium Dioecesis?

Quaeritur 5. An si aliqua Ecclesia duplicem habeat Titularem, de utroque recitari debeat sub ritu Sanctis Titularibus competenti?

Quaeritur 6. An Decretum in una Ordinis Capuccinorum diei 31. Augusti 1839. ad Dubium 2. opponatur praescripto a Rubrica Ordinis N. 152. mandante ut Religiosus, quoties extra Coenobia Ordinis diversatur, recitet Officium iuxta Kalendarium sui Conventus?

Quaeritur 7. An in Festo Sacri Cordis Iesu Hymni concludi debeant ut in Festis Beatae Mariae Virginis, quum in Missa *Egredimini* dicitur Praefatio Nativitatis?

Quaeritur 8. An in translatione Officiorum Sanctorum Martyrum extra vel intra tempus Paschale ad dignoscendum utrum sumi debeat de Communi primo loco vel secundo, regula omnino desumenda sit ex Evangelio vel Oratione si sit de Communi uti S. R. C. decrevit die 11. Sept. 1841. in Namurcen.

Ad 2. « Quoad Quaestionem 1. Negative iuxta Decreta in una Piscien. diei 3. Augusti 1831. ad 12. Mechlinien. diei 22. Maii 1841. ad 1. et in Senen. 22. Iulii 1848. ad 3. »

Quoad 2. Quaestionem Affirmative; si saltem sint ritus duplicis maioris, iuxta Decreta in Pa-normitan. diei 12. Aprilis 1823. ad 6. et 7.

Quoad Quaestionem 3. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, ut in Barchinonen. diei 11. Aprilis 1840. ad 7. in Senen. diei 22. Iulii 1848. ad 1.

Quoad Quaestionem 4. Negative.

Quoad Quaestionem 5. Affirmative.

Quoad Quaestionem 6. Negative, nam Decretum illud non respicit Alumnos Ordinis Observantium.

Quoad Quaestionem 7. Dilata, et res clarius proponatur, vel Dubium reformetur.

Quoad Quaestionem 8. Affirmative.

Dubium III. Cum aliquoties contingat alteri novo Officio Nostratibus concessio assignari ab hac Sacra Rituum Congregatione vel a Rmo Patre Ordinis Generali diem in Calendario Ordinis liberam, et quidem sub hac ratione quia libera est, nam ut hic supponitur dies ipsius natalitia non est; quaeritur an casu quo praefatum novum Officium inveniat in aliquibus Conventibus assignatam diem occupatam ab altero Officio inferioris ritus iam ibi fixe translato iuxta Rubricas, debeat illud ipsum novum Officium huic praeferrī utpote maioris ritus, licet nullum ius ad talem diem habeat praeter assignationem ut supra a Superioribus factam?

Ad 3. « Affirmative, ut in Mechlinien. diei 7. Decembris 1844. ad Dubium IV. »

Dubium IV. Quaeritur an regula quam tradit Decretum Mechlinien. die 7. Decembris 1844. in Dubio IV. pro assignandis diebus duobus Officiis Ecclesiae universalis, habeat locum etiam si unum sit Ecclesiae universalis, alterum particularis?

Ad 4. « Affirmative. »

Dubium V. Quum Festa Sanctorum Apostolorum habeant ex Rubrica praecedentiam, quaeritur an in secundis Vesperis diei Festi Sancti Stephani Protomartyris Vesperae debeant esse de Nativitate a Capitulo Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae non vero a Capitulo Sancti Stephani, cum in Sancto Stephano nulla resideat insignis dignitas. Item quaeritur 2. an in secundis Vesperis commemorationis Sancti Pauli Apostoli, quae annumeratur inter Festa primaria, ex nostra peculiari Rubrica fieri debeat sola commemoratio diei Octavae Sancti Ioannis Baptistae, quae ex Decreto in una Panormitana diei 12. Aprilis 1823. nulla gaudet praeferebantia? Et quatenus affirmative, 3. quaeritur ulterius an tunc Vesperae debeant esse integrae de Commemoratione Sancti Pauli, an potius de Sanctis Petro et Paulo simul, uti fit intra Octavam?

Ad 5. « Quoad quaestionem 1. Servandam

omnino in casu particularem Rubricam Breviarii; quoad quaestionem 2. standum peculiari Breviarii Rubricae; quoad quaestionem 3. Provisum in secunda quaestione. »

Dubium VI. Quum in eodem Decreto Panormitan. diei 12. Aprilis 1823. ad Dubium V. declararetur diem octavam Ss. Apostolorum non habere in concurrentia praeferebantiam, quaeritur an etiam secundae Vesperae diei octavae Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae sint dimidiandae cum primis Vesperis diei Octavae Ss. Innocentium?

Ad 6. « Negative, et servandam peculiarem Breviarii Rubricam. »

Dubium VII. An Festa Sanctissimi Nominis Iesu, Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, de Mercede, et de Sacratissimo Rosario sint ne Festa primaria vel secundaria?

Ad 7. « Dilata, et Dubium reformetur. »

Dubium VIII. An in pervigilio Immaculae Conceptionis Beatae Mariae Virginis celebrare liceat post Nonam sine cantu Missam Vigiliae eiusdem pro Nostratibus approbatam?

Ad 8. « Affirmative, sed conveniret melius cum cantu. »

Dubium IX. Quum pro Missa huius Vigiliae Conceptionis Orationes sint desumendae ex Missa in pervigilio Assumptionis Deiparae, licet ne Orationem sic dictam Secretam immutare, seu praescriptae substituere aliam, cuius initium *Tua Domine propitiatione*, ex Missa Votiva, quae aptior existimatur?

Ad Dubium 9. « Negative, sed utendum Indulto. »

Dubium X. Quando in Officio novem Lectionum in Laudibus tantum Antiphona vel Versus variari debent pro commemoratione alicuius Sancti Simplicis, possunt ne in Laudibus ipsis adhiberi Antiphonae et Versus ex primis Vesperis, quamvis P. Cavalieri asserat in Festo simplici non esse adhibendam eandem Antiphonam cum versu tam in Vesperis quam in Laudibus?

Ad 10. « Servandas Rubricas Tit. IX. n. 8. »

Dubium XI. Tetamus dicit illos Hymnos habere ultimum versum proprium, qui in fine non expriment gloriam Trinitatis, aut praeter gloriam Trinitatis aliquid aliud expriment, uti Hymnus Matutini plurimorum Martyrum, et Hymnus Vesperarum S. Crucis, est ne attendenda haec opinio?

Ad 11. « In casu servandas peculiare Rubricas Breviarii. »

Dubium XII. Si in Feria III. vel IV. Rogationum incidat Festum duplex primae Classis ex gr. Titularis propriae Ecclesiae vel Patroni Loci

potest ne celebrari post Processionem Missa Rogationum, et in aliis Missis addi Commemoratio earumdem?

Ad 12. « Affirmative quoad Missam Rogationum cum cantu, quoad commemorationem in Missis lectis negative iuxta Rubricas.

Dubium XIII. In diebus iuxta Rubricas Missalis Tit. VI. cani non potest Missa de Sancto, cuius Officium transferendum est, potest ne saltem addi eius Collecta vel Commemoratio Missae Solemni diei, exceptis Feria V. in Coena Domini, Sabbato Sancto et in diebus Paschae et Pentecostes? Et quatenus affirmative, est ne dicenda sub unica conclusione cum Oratione Missae?

Ad 13. « Negative in omnibus. »
 Dubium XIV. Licet ne in Oratoriis privatis celebrare Missas de Beatis, de quibus a Celebrante recitatur Officium?

Ad 14. « Detur Decretum in una Marsorum diei 12. Novembris 1831. ubi praescribitur Celebrantem in Oratorio privato debere ita se gerere ut Missa cum Officio concordet.

Dubium XV. Collecta pro re gravi imperata potest ne dici in Duplicibus primae Classis, et in Missis, quae unicam Orationem admittunt? Et quatenus affirmative ad utrumque, est ne dicenda sub unica conclusione?

Ad 15. « Negative in omnibus, et detur Decretum in una Namurcen. diei 23. Maii 1835. ad Dubium I. »

Dubium XVI. In Ecclesiis non Parochialibus, in quibus unus vel alter Sacerdos quotidie celebrat, potest ne Missa Sancti Titularis huiusmodi Ecclesiarum celebrari sub ritu duplicis primae Classis et Octava, et cum *Credo*, vel potius an istae Ecclesiae equiparandae sint Cappellis publicis, in quibus iuxta Decretum in una Marsorum diei 12. Novembris 1831. ad Dubium XXXIV. Festum Titularis celebrari sub ritu duplicis primae Classis cum *Credo* et Octava non debet?

Ad 16. « Affirmative quoad primam si sint in honorem alicuius Sancti consecratae, eisque aliquis Clerus addictus, quoad secundam affirmative in casu superius expresso. »

Dubium XVII. Ad Benedictionem cum Reliquia, vel insigni Imagine alicuius Sancti est ne tam a Clero etiam parato quam a populo genuflectendum?

Ad 17. « Consuetudinem servari posse. »

Dubium XVIII. Diebus solemnioribus licet ne Missae Conventuali sine cantu, et in prima Missa novi Presbyteri intermiscere Organa et adhibere faalia ad elevationem Sanctissimi Sacramenti?

Ad 18. « Ut ad proximum. »

Dubium XIX. In Ecclesiis in quibus Sanctus Titularis in Oratione *A Cunctis* iam nominatus est vel nominari non debet, nempe si sit Sanctissima Trinitas, Spiritus Sanctus etc. potest ne ad litteram N. nominari Sanctus Pater Franciscus, de quo fit Commemoratio in suffragiis Sanctorum, ut nobis concedunt peculiare nostrae Rubricae?

Ad 19. « Negative, et detur Decretum in una Marsorum die 12. Nov. 1831. ad 31. Dubium. »

Dubium XX. « In Festo Anniversario dedicationis propriae Ecclesiae potest ne celebrari Missa *de Requie* cum cantu, praesente Cadavere?

Ad 20. « Posse iuxta Decretum in Compostellan. diei 9. Aprilis 1808. ad Dubium 1. »

Dubium XXI. In duplici maiori vel minori possunt ne pro uno eodemque Defuncto in Diocesis Ecclesiis celebrari Missae cantatae *de Requie* in die obitus, tertia, septima, et trigesima, ac anniversaria, uti fit apud Regulares in cunctis conventibus ad nuntium mortis alicuius religiosi: quam gratiam Auctores communiter, teste Cavalieri, ad quascumque Ecclesias et personas extendunt?

Ad 21. « Absque Indulto non licere. »

Dubium XXII. An quoties Missa *de Requie* quotidiana decantatur cum Diacono et Subdiacono una tantum Oratio in ea dicenda sit (excepta prima die Mensis et Feria secunda), vel requiratur etiam concursus et pompa exterior, uti opinatur Cavalieri explicans illud *solemniter* Rubricae Missalis Tit. V. n. 3.

Ad 22. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Dubium XXIII. Quomodo alias declaratum fuerit in Missa Defunctorum quotidiana celebranda ritu semiduplici semper dicendas illas tres Orationes: *Deus qui inter Apostolicos; Deus veniae largitor, et Fidelium Deus*: excepta secunda, quae interdum variari potest, quaeritur an idem servari debeat in Officio Defunctorum ritu pariter semiduplici persolvendo?

Ad 23. « Servandas peculiare huius Officii Rubricas. »

Dubium XXIV. Possunt ne in Missa post summationem haberi breves sermones, dum vel ad Sacram Synaxim prima vice adolescentes admittuntur, vel alia quaecumque ex causa, qui quidem sermones *Fervorini* nuncupantur.

Ad 24. « Affirmative. »

Dubium XXV. In Decreto Urbis lato die 19. Augusti 1851. ad Dubium III. vetitum fuit in Missa quae cantatur sine Ministris incensare Altare et Chorum, uti fit quando Missa decantatur cum Ministris; quaeritur an idem prohibitum sit

in Vesperis decantatis cum solo Hebdomadario parato et uno Clerico? Et quod, si alicubi adsit contraria consuetudo?

Ad 25. « Negative. »

Dubium XXVI. Quum generales nostrae Constitutiones pro electione Ministri Generalis faciendae praescribant, ut a Resurrectione Domini ad diem usque electionis qualibet Feria quinta solemniter Festo non impedita cantetur in singulis conventibus Missa de Spiritu Sancto, quaeritur quodnam Festum hisce in circumstantiis haberi debet pro Solemni, ita ut ipso occurrente non liceat praefatam Missam decantare?

Ad 26. « Quodcumque non admittens Missam votivam pro re gravi. »

Dubium XXVII. Si aliqua de causa contingat celebrari Missam votivam carentem Praefatione propria in Dominica in qua fiat Officium de Sancto habente in Missa propriam Praefationem, quaenam Praefatio in dicta Missa votiva dicenda est? De Trinitate ne, quum utpote affixa diei sit conformior Rubricis, vel propria de Sancto cuius fit Officium, licet sit tantum affixa Festo?

Ad 27. « In casu Praefationem communem dicendam. »

Dubium XXVIII. Quando contingit celebrari Missam Solemnem in Altari laterali, est ne tunc Chorus existens post Altare maius incensandus?

Ad 28. « Affirmative, quia Chorus interveniendo Sacerdoti respondet, et ideo etiam ad osculum pacis est admittendus. »

Dubium XXIX. Quum ex aliis Decretis non liceat in Festis Ss. Petri et Pauli, et Sanctorum Patronorum Locorum quamvis in Rubrica Missalis de Translatione non comprehensis decantare Missam de Sancto, cuius Officium transferendum est, quaeritur an haec regula extendenda sit ad Festa Assumptionis Beatae Mariae Virginis, omnium Sanctorum, Titularis, S. Ioannis Baptistae et Dedicationis propriae Ecclesiae?

Ad 29. « Affirmative. »

Dubium XXX. Antiphona finalis Beatae Mariae Virginis est ne recitanda stando, etiam in Sabbatis Quadragesimae in Vesperis, quamvis Vesperae ante meridiem persolvantur?

Ad 30. « Affirmative. »

Dubium XXXI. In receptione Praelati ad Ecclesiam hisce locis solet Superior Ecclesiae ad Ianuam Ecclesiae ipsius eum excipere, et eidem porrigere Aspersorium indutus superpelliceo cum Stola. Quaeritur an supradicto in casu usus Stolae tolerari possit?

Ad 31. « Negative. »

Et Sacra eadem Congregatio, requisita prius propositis super Dubiis R. P. Procuratoris Generalis sententia, in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata ad relationem mei subscripti Secretarii respondendum censuit ut singulis sub Dubiis notatum est.

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. Die 16. Aprilis 1853.

5184. FUNDANA.

Vigent adhuc in Civitate Fundana et novissimis hisce temporibus excitatae sunt veteres illae controversiae inter Capitula iam Cathedralis illius Ecclesiae Sancti Petri et Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae de Platea, quorum germen nunquam integre extinctum fuit, quamvis Episcopalis, et huius Sanctae Sedis Auctoritas controversiis ipsis conciliandis occurrere non destiteret. Contententibus enim Canonicis Collegiatae illius se non teneri ad obsequium ullum praestandum Ecclesiae Sancti Petri eiusque Capitulo, imo potius existimantes sibi ius omne competere ad ea ipsa adoptanda Canonicalia insignia quae Dignitates et Canonici Ecclesiae Sancti Petri ex Apostolica concessione usque ab anno 1808. condecorantur, eorum voluntati obstitit Capitulum Sancti Petri, ac proinde Sacrorum Rituum Congregatio de sententia requisita constituit ut debito examini subicerentur duo sequentia Dubia, utraque parte informante formiter concordata, nimirum:

1. An favore Capituli Sanctae Mariae Civitatis Fundanae constet de iure deferendi Insignia quibus utuntur nunc Canonici Sancti Petri eiusdem Civitatis in casu etc.

2. An Capitulum Ecclesiae Sancti Petri Fundanae Civitatis manutenendum, et quatenus opus sit reintegrandum in iure praestationis obsequiorum et Sacrarum Functionum exercendarum ex parte Capituli Collegiatae Sanctae Mariae de Platea eiusdem Civitatis ad formam concordiae anni 1603. et Resolutionis Sacrae Congregationis Concilii anni 1680. in casu.

Quorum quidem Dubiorum examen utraque parte ius suum voce et scriptis protuente dum Superiori anno 1852. septimo Kalendas Octobris Em̄us et R̄mus D. Card. Lambruschini Praefectus et Ponens proponeret in Sacrorum Rituum Congregationis Ordinarii Comitii ad Vaticanum habitis, placuit Em̄is et R̄mis Patribus Sacris tuendis Ritibus praepositis horum solutionem differre, ac proinde rescriptum prodiit: *Dilata ad proximam*. Novis interim per utriusque Capituli Defensores distributis Allegationibus in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunato iterum proposita

causa per Eñm et Rñm Dominum Card. Gabrielem Ferretti loco et vice Eñi et Rñi Domini Card. Lambruschini Praefecti et Relatoris, singulisque rationum momentis et iuribus diligenti accuratoque examinae perpensis, Sacra ipsa Congregatio sententiam suam protulit, atque rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Affirmative tantum quoad Processiones et ritus in Decreto anni 1821. enunciatis, et ad D. Pro-Secretarium cum Sanctissimo. »

Die 7. Maii 1853.

Super expositis itaque facta postmodum per Pro-Secretarium subscriptum Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo fideli relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Congregationis in omnibus Apostolica auctoritate sua confirmavit servarique praecepit. Die 12. eiusdem Mensis et Anni.

5185. CONGREGATIONIS
SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

Quum inter Alumnos Congregationis Sanctissimi Redemptoris non una sit sententia circa Commemorationes S. Alphonsi Mariae de Ligorio Episcopi Confessoris Fundatoris et Sanctissimi Redemptoris propriae Congregationis Titularis apponendas inter Commemorationes Communes seu Suffragia Sanctorum, quando illa in Divino Officio locum habent: itemque opinionum varietas appareat quoad Litanias maiores Divino Officio addendas in Festo Sancti Marci Evangelistae et Rogationum, Vicarius Generalis Congregationis Transalpinæ Sanctissimi Redemptoris, sequentia duo Dubia elucidanda proposuit Sacrorum Rituum Congregationi, nimirum:

1. Quando Sacerdotes Congregationis Sanctissimi Redemptoris apponere debent in Officio Commemorationes, seu Suffragia Sanctorum, tenentur ne inter illa apponere tantum Commemorationem Sancti Alphonsi Mariae Institutore Congregationis, vel illam etiam adicere Sanctissimi Redemptoris Congregationis Titularis?

2. An Litaniae Sanctorum in Festo Sancti Marci et in Feriis Rogationum recitari debeant cum repetitione ab obligatis ad Officium Divinum, qui eas simul recitant vel in Choro vel extra Chorum?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in hodiernis Comitibus audita fideli relatione a me subscripto Secretario facta rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « In casu absque repetitione recitandas. »

Atque ita rescripsit, declaravit, servarique mandavit. Die 7. Maii 1853.

5186. GROSSETAN.

Anniversarium Dedicacionis Ecclesiae Grossetan. Idibus Maii assignatum hoc Anno incidit Dominica privilegiata Pentecostes, ac proinde eius Officium in Calendario illo Dioecesano translatum fuit sexto Kalendas Iunii nimirum die secunda infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, quod quidem Festum in tota Senensi Provincia gaudet Octava adeo privilegiata ut intra ipsam locum habeant tantum duplicia primae vel secundae Classis occurrentia non minus quam translata. Quum vero Rñus Grossetan. Episcopus anceps adhuc haereat super huiusmodi translatione cum per accidens tantum hoc anno dies 27. Maii remaneat vacua, dum illo in Calendario pridie Kalendas Iunii nullo occupatur Officio fixo novem Lectionum, Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit enixeque rogavit ut hoc idem Dubium, cum aliis duobus dubiis sequentibus declarare dignaretur, nimirum:

1. Quando intra Octavam Sanctissimi Corporis Christi reponendum est aliquod Officium translatum duplex primae Classis vel secundae, potest ne hoc Officium apponi die quae per accidens est libera, quia Officium occurrens ea in Octava privilegiata est transferendum post ipsam; vel de hoc ipso Officio duplici primae vel secundae Classis agendum est die ipso perpetuo libera sequenti, et intra eandem Octavam privilegiatam non occurrente?

2. Triplex signum Crucis quod ab Episcopo Confirmante fit super Confirmatum dum profert verba *In nomine Patris*, fieri ne debet pollice super frontem Confirmati, aut manu simpliciter sine frontis contactu super personam Confirmati?

3. Utrum formula illa, quae in Pontificali Romano adhibenda edicitur dum Ordinatis Sanctissimam Eucharistiam administrat Episcopus Ordinans, adhiberi possit ab Episcopo quotiescumque Fidelibus Sanctissimam Eucharistiam administrat, seu an extra Communionem Ordinatorum adhibere debeat communem formulam, prout facit in Rituali Romano?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei subscripti Pro-Secretarii rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, seu in casu recte assignatum fuisse Officium sexto Kalendas Iunii. »

Ad 2. « Iuxta Pontificale dum frontem Chri-

smate inungit dicere debet *Signo te signo Crucis* signum super frontem ipsam pollice producens; quo facto manu extensa versus Confirmatum incipit: *In nomine Patris etc.* ter signum Crucis efformans more solito.»

Ad 3. « Formulam in Pontificali praescriptam dum ad Sacram Synaxim Episcopus Ordinos admittit extra casum illum non esse adhibendam: seu quoad primam Negative, quoad secundam Affirmative.»

Atque ita rescripsit, declaravit, servarique mandavit. Die 7. Maii 1853.

5187. VICARIATUS APOSTOLICI
KEN-SI.

Rñe Domine uti Frater.

Quum R. P. Fr. Aloisius a Sancto Iusto Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Ecclesia ista Ken-si Caeremoniarius Sacrorum Rituum Congregationi exposuit quae sequuntur, nimirum.

Quoniam a Sancta Sede dispensatum fuit cum Vicario Apostolico huius Provinciae, ut Feria V. in Coena Domini peragere possit consecrationem Sacrorum Oleorum cum minori numero Presbyterorum, quam qui requiritur ut in Caeremoniali Episcoporum ob horum deficientiam, quumque in dispensatione habeantur haec verba: *Adhibeat quo plures habere potest Presbyteros.* Quaeritur utrum illa clausula sic intelligi debeat, ut duo Presbyteri, quorum eo die unus agit Diaconum Evangelii, alter Subdiaconum Epistolae in Missa Pontificali, debeant quum ventum fuerit ad Sacram Caeremoniam supradictae consecrationis deponere Dalmaticam et Tunicellam, et Casulam assumere, ut maior appareat Presbyterorum numerus eiusmodi consecrationi assistentium, dictaque sacra Olea salutantium, peractaque Caeremonia, Dalmaticam et Tunicellam reassumere ad Missam perficiendam? Notandum aliunde quod fere numquam habeatur aliquis ex Ordine Diaconali vel Subdiaconali, qui e Secretario afferat, illucque referat Sacra Olea, unde si non sit necesse supradictos deponere et reassumere dicta Paramenta, tunc ipsi afferunt, et referunt Olea, totaque Caeremonia convenientius peragitur. Quoad cetera nil deest ad Pontificalem Missam, ceteraque illa die peragi solita, solemniter perficienda. Super quibus omnibus, et singulis facta per me subscriptum Sacrorum Rituum Congregationis Pro-Secretarium fideli relatione, *prudenti sane consilio* constituit nil directe memorato Patri respondendum, et satius esse Amplitudini Tuae communicare propositam ab eodem praxim nullo modo adoptandam, ac proinde

omnino convenientius, ut Diaconus et Subdiaconus, qui Pontificali Missae assistunt, quique in casu sunt Presbyteri, postquam ad suam Sedem Episcopum comitati sunt, retentis sacris vestibus, quibus induti sunt, processionaliter ad Sacarium accedant, ex eoque deferant Olea: inde quoad fieri potest, Episcopo praestent singula Officia quae a Pontificali requiruntur, et praestanda essent ab Archidiacono et Presbytero assistente, expletaque Sacra Caeremonia ad Sacristiam Sacra Olea reducant, processionaliter ad latera Episcopi revertantur, ut ei in suo quisque officio deserviat. Posita enim Apostolica dispensatione quoad numerum Presbyterorum assistentium, nulla prorsus apparet causa ad propositam praxim adoptandam. Quae singula Amplitudini Tuae communico, ut Sanctissimi oraculum, uti exponitur, executioni demandetur, et interim ipsa Amplitudo Tua diu felix et incolumis vivat. Amplitudinis Tuae.

Romae 2. Iunii 1853.

Rño Dño uti Frater.

Episcopo Tienen. Vic. Apost. Ken-si.

5188. COCHINCHINAE.

Rñe Domine uti Frater.

Amplitudinis Tuae nomine quum Sacrorum Rituum Congregationi tria sequentia Dubia proposita fuerint, nimirum:

1. Utrum absolutio pro Defunctis finita Missa fieri possit tantummodo quando dicta fuit Missa *de Requie*, vel utrum fieri etiam possit in paramentis tamen nigris quando dicitur Missa de Festo Duplici; cuius fructus Defunctis applicatur?

2. Plures Theologi, inter quos Sanctus Alphonsus Maria de Ligorio, sentiunt veniale esse omittere vocem *Amen* in fine formae Baptismi, quae tamen vox non reperitur in Rituali Romano: quaeritur ergo utrum adhibenda sit vel omittenda?

3. In Consecratione Episcopi cum facta fuit facultas ut assistant duo Presbyteri loco duorum Episcoporum, utrum isti Presbyteri Assistentes debeant ambabus manibus caput consecrandi post Episcopum consecratum tangere, et recipere Consecratum ad oseculum pacis?

Super huiusmodi dubiis requisitum fuit Sanctissimi Domini Nostri Pii IX. Pontificis Maximi Oraculum. Et quum Sanctitati Suae rescribere placuerit, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Pro-Secretario, ut iisdem occurratur iuxta alias Decreta, hinc responsiones quae subiiciuntur Amplitudo Tua iuxta Sanctissimi Mentem accipiat, et data opportunitate executioni mandet, videlicet.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Strictim in casu servetur Rituale Romanum. »

Ad 3. « Servetur eodem modo Rubrica Pontificalis Romani. »

Quae singula dum Amplitudini Tuae communico, ipsa diu felix et incolumis vivat.

Romae 9. Iunii 1853.

5189. EICHSTADEN.

Dum hoc ipso vertente anno quarto Kalendas Maii Rm̄us Eichstaden. Episcopus Apostolico augebatur Indulto subdelegandi sibi commissos Sacerdotes in aliqua Ecclesia Dignitate constitutos ad benedictionem Nolarum, quae pro usu Ecclesiarum satis amplae suae Dioeceseos recenter fundebantur, attamen sub expressa clausula ut Sacerdotes ipsi omnino adhererent formam in Pontificali Romano praescriptam, super hoc ipso Indulto plura adhuc requirenda censuit ut dandae ab hac Sancta Sede Apostolica Declarationes cuicumque ulteriori anxietati viam integre praecludant. Quocirca eiusdem Rm̄i Episcopi nomine Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX. sequentia exposuit R. D. illius Dioecesis Vicarius Generalis.

1. An liceat Sacerdoti ab Episcopo subdelegato ad benedictionem Nolarum, quum debeat formam servare in Pontificali Romano praescriptam, unctiones adhibere?

2. In casu negativae responsionis quaeritur an ritus ad istam Benedictionem in Pontificali Romano praescriptus mutilato modo adhiberi debeat, adeo ut Orationes illae quae ad unctiones pertinent, omnino omittantur?

3. In casu responsionis affirmativae denuo quaeritur, an ritus Nolarum benedicendarum fortasse sic instituendus sit a Sacerdotibus subdelegatis ut conformis ritui in Pontificali Romano esse videatur iuxta quem 1. *Psalmi* 50, 53, 56, 66, 69, 83, 129., primo recitandi, tunc ceteris *Psalmis* et Orationibus omissis. 2. Oratio *Omnipotens dominator Christe, quo secundum carnis assumptionem dormiente in nave* etc. 3. Nola vel Campana cum Aqua ab Episcopo benedicta aspergenda, et imposito in thuribolo thymiamate incensanda sit?

4. In casu responsionis negativae quoad hanc formulam benedicendi, iterum quaeritur quomodo formula seu ritus ab Episcopo ordinandus sit, ut tunc servetur forma in Pontificali Romano praescripta?

5. An liceat Sacerdoti ad hoc deputato benedictionem solemniter etiam cum Diacono sacris vestibus induto, qui in fine Evangelium solitum

canat, agere, quia actus sollemnis tantum privilegium Episcoporum esse videtur?

6. In casu negativae responsionis quaeritur an tunc Sacerdos ipse Evangelium istud canere vel prorsus omittere debeat?

Et quum Sanctitas Sua ad relationem mei subscripti S. R. C. Pro-Secretarii mandavit ut propositis quaestionibus responderetur iuxta alias decreta: hinc.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Provisum et nil omittendum. »

Ad 4. « Ex praemissis non indigere. »

Ad 5. « Affirmative, quoniam in Indulto id comprehenditur in verbis, servata forma Pontificalis Romani. »

Ad 6. « Provisum in praecedenti. »

Die 23. Iunii 1853.

5190. LIMBURGEN.

Quum Rm̄us Limburgen. Episcopus SSm̄um Dominum Nostrum Pium IX. P. M. humillimis precibus adiens, sequentium Dubiorum declarationem rogarit, nimirum:

1. Quum ex Sacrorum Rituum Congregationis Decreto diei 1. Septembris 1838. in Eichstaden. benedictio Nuptiarum, quod frequentissimum etiam in hac Limburgensi Dioecesi est, a Missa abstrahi licite possit, et Sponsi ad benedictionem in Missae celebratione recipiendam adigi non debeant: quaeritur utrum si eandem benedictionem a Missa abstrahi, et tardioribus diei horis cum ritu celebrandi Matrimonii coniunctam impertiri, de mane tamen petentibus Sponsis Missam celebrari contingat, votiva pro Sponso et Sponsa cum iisdem privilegiis, ac alias sumi valeat; an vero et in ipsis etiam votivas admittentibus diebus, Missa currens, aut alia, exclusa Missa pro Sponso et Sponsa, cui forte abstracta benedictione locus amplius non sit, dici debeat?

2. Quum Agenda Limburgensis anno 1838. sub Praedecessore meo edita benedicendi Matrimonii ritum duplicem exhibeat, quem in Pagella adnexa videre licet, quaeritur utrum quoties benedictionem ut supra a Missa abstrahere contingat, hunc Agenda ritum retinere liceat, an vero ritum Missae pro Sponso et Sponsa insertum, etiam extra Missam omnino adhibere oporteat?

3. Denique in hac Dioecesi, sicuti in pluribus Germaniae, tempore Feriarum non solum Nuptiarum solemnitates, sed ipsae etiam nuptiae ex consuetudine prohibentur, nisi adsit dispensatio Episcopi. Hanc dispensationem ab Episcopo auctoritate ordinaria concedi posse, dummodo adsint

causae sufficientes, certe in dubium vocari nequit quum de sola consuetudine particulari agatur. Quaeritur autem an Episcopus in casibus particularibus, et ob rationabiles et graves causas etiam in hoc dispensare possit, ut secluso quidem semper alio quocumque apparatu ac strepitu nuptiarum benedictio tamen solemniter more debito adhibeatur? Quum enim in re Auctorum et etiam gravissimorum non una sit sententia: affirmantibus siquidem quibusdam, alii id omnino denegant; ad dubietatem omnem eliminandam Apostolicae huius Sanctae Sedis declaratio exquiritur.

Sanctitas Sua super requisitis a Rmo Episcopo Oratore, audita a me subscripto S. R. C. Pro-Secretario relatione fideli, mandavit ut Dubiis ipsis iuxta Mentem Suam, et alias decreta responsa darentur, nimirum:

Ad 1. « Iuxta Decretum Urbis et Orbis latum die 20. Decembris 1783. Missa in Nuptiis semper debet esse votiva pro Sponso et Sponsa ut in Missali, praeterquam in Festis de praecepto et Duplicibus primae et secundae Classis, in quibus Missae occurrenti addenda est commemoratio pro Sponso et Sponsa. In ea vero assignata Benedictio iuxta Rubricas non est impertienda nisi in Missa.»

Ad 2. « Provisum in praecedenti, et quando impertienda est Benedictio omnino servetur Rubrica Missalis. Quoad specialem benedictionis formulam extra Missam, *Relatum.* »

Ad 3. « In casu nuptiae celebrentur sine solemnitate, ideoque privatim sine Missa et Benedictione temporibus prohibitis.»

Die 23. Iunii 1853.

5191. MECHLINIEN.

Ut in ordine Divini Officii recitandi Missaeque celebrandae in Archidioecesi Mechlinien. nil prorsus desideretur, quod apprime eum Rubricis et Decretis non concordet, Redactor illius Calendarii SSmum Dominum Nostrum Pium IX. P. M. humilime rogavit, ut sententiam suam super sequentibus Dubiis elicere dignaretur, nimirum:

Dubium I. Quum per Decretum Urbis et Orbis sub die 31. Maii anno 1850. Festum Visitationis Beatae Mariae Virginis elevatum sit ad ritum duplicis secundae Classis, quo pari sub ritu antecedenti anno 1849. die 10. Augusti concessum fuerat toti Orbi pro Dominica prima Iulii Festum Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi: quaeritur 1. Utrum Festum Visitationis Deiparae sit unum ex Festis primariis Beatae Mariae Virginis vel ex secundariis tantum, et consequenter quod horum Festorum sit alteri praefendum in casu occurrentiae qui locum habebit sequenti anno

1854.? Quaeritur secundo quomodo ordinandae sint Vesperae Pretiosissimi Sanguinis quando Festum Visitationis incidit vel in Sabbatum vel in Feriam secundam?

Dubium II. Orta est difficultas circa translationem Festi Beatae Mariae Virginis de Mercede illis in locis ubi Patronus Principalis est Sanctus Lambertus Episcopus et Martyr, cuius Festum celebratur die 17. Septembris, et cuius proinde dies octava semper incidit in diem 24. eiusdem mensis, qua occurrit praefatum Beatae Mariae Virginis Festum. Porro in illis locis dies fixa pro Festo Beatae Mariae de Mercede erat 15. Septembris antequam per Indultum diei 20. Iulii 1838. Officia quaedam propria essent concessa a Clero Archidioecesis Mechliniensis. Nunc vero pro tota illa Dioecesi in illam diem tamquam in sedem propriam perpetuo translatum est Festum S. Thomae a Villanova, et dies 27. Septembris pariter est impedita, utpote fixe assignatur Festo impressionis Stigmatum Sancti Francisci. Quaeritur itaque utrum in locis ubi die 24. Septem. Officium fieri debet de Octava S. Lamberti Patroni Principalis, Festum Beatae Mariae Virginis de Mercede sit celebrandum die 25. Septembris vel transferendum in primam diem, quae nullo Festo fixo sit impedita per Dioecesim; adeoque in diem 3. mensis Octobris. Et quum Sanctitas Sua, referente me subscripto S. R. C. Pro-Secretario, mandavit ut propositis Dubiis responderetur iuxta alias decreta, hinc.

Ad Dubium 1. « Quoad primam quaestionem provisum per Generale Decretum diei 10. Augusti 1849. in quo edicitur ut Officium Pretiosissimi Sanguinis transferatur occurrente Dominica prima Iulii alio Officio potioris vel aequalis ritus. Quoad 2. Quaestionem; iuxta Rubricas.»

Ad Dubium 2. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.»

Atque ita rescriptum fuit. Die 23. Iunii 1853.

5192. MONTISPESSULAN.

Quum Rmus Dominus Montispessulan. Episcopus SSmum Dominum Nostrum Pium IX. P. M. enixe rogarit ut super sequentibus Dubiis mentem suam aperire dignaretur, nimirum:

1. Pluribus in Ecclesiis huius Dioecesis mos invaluit, ut cum SSmo Eucharistiae Sacramento benedictio Populo impertiatur expleto Officio Vespertino in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et etiam per subsequentem Octavam: Potest nec ne haec consuetudo servari?

2. In aliquibus Ecclesiis praedictae Benedictiones ex piis fidelium foundationibus explentur vel in

suffragium defunctorum, vel ad meram devotionem Donatorum, statis temporibus. Licet ne fundationes huiusmodi acceptare, et si acceptatae fuerint, et decursu temporis adeo exereverint ut iisdem commode satisfieri nequeat, erit licitum necne illas imminuere, vel in alia pia opera commutare?

Sanctitas Sua, referente me subscripto S. R. G. Secretario, iuxta alias decreta rescribendum mandavit, singula superius exposita licere: sed quoad immutationem vel translationem onerum quae fuerint acceptata supplicandum pro opportuna facultate. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11. Augusti 1853.

5193. MELITEN.

Quum in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis hodierna die ad Quirinale habitis, Eñus et Rñus Dominus Card. Ios. Bofondi Ponens proposuerit causam Meliten. Associationis Cadaverum et Praecedentiae inter Archiconfraternitatem S. Ioseph erectam in Ecclesia Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Suburbii Civitatis Notabilis, et Confraternitatem SSñi Sacramenti erectam in Ecclesia Parochiali S. Pauli eiusdem Civitatis in Dioecesi Meliten. et Dubia coram R. D. subscripto Secretario formiter inter Partes concordata sequenti ordine, nimirum:

Dubium 1. An Archiconfraternitati S. Iosephi sit privilegium sepulchri, ubi in eius Ecclesia facta sit electio Sepulturae a decedentibus Sodalibus?

Dubium 2. An constet de iure Archiconfraternitatis S. Iosephi associandi Cadavera suorum Confratrum, etiam si deferantur ad aliam Ecclesiam?

Dubium 3. An ius sit eidem non vocatae interveniendi cum Confraternitate SSñi Sacramenti, cui adscriptus item fuerit defunctus, eique praecundi, ubi in Ecclesia S. Pauli, vel iure vel ex electione tumulandum sit Cadaver?

Dubium 4. An Confraternitas SSñi Sacramenti teneatur accedere cum Sodalitio Sancti Iosephi ad funera communium Confratrum, qui in hac Ecclesia sibi sepulturam elegerint, data huic in ordine praecedentia?

Utraque Parte scripto et voce iura sua proponente, Eñi et Rñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post maturum omnium examen rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Affirmative: dummodo sit vocata. »

Ad 3. « Quoad ius interveniendi provisum in secundo: quoad praecedentiam affirmative etiam in Ecclesia Sancti Pauli. »

Ad 4. « Quoad obligationem interveniendi, negative: quoad praecedentiam provisum in tertio. Die 17. Septembris 1853. »

Verum de sententia super secundo, tertio, et quarto Dubio, non contenta Archiconfraternitas S. Iosephi tempore habili novam expetiit Audientiam, sed impetratae novae audientiae beneficio haec ipsa die quum formiter renunciavit, iuxta definita a Sacra Congregatione praesens Decretum prodiit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9. Februarii 1854.

5194. ARETIN.

Quum Rñus Aretinus Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi ingenue exposuerit inter sibi commissum Clerum intra Annum nonnullas occurrere opinionum varietates ex eo quod una eademque die coincidunt duo Festa ritus duplicis secundae Classis, ad praeccludendam viam cuicumque ulteriori dissentioni humillimis datis precibus rogavit, ut Sacra eadem Congregatio mentem suam aperire dignaretur super sequentibus Dubiis, nimirum:

1. Quando Festum S. Matthaei Apostoli occurrit Dominica tertia Septembris, debet ne agi de S. Matthaeo, quia unicum Festum per Annum habet, vel potius an agi debeat de Septem Doloribus Beatae Mariae Virginis huic Dominicae assignatae, quamvis iteratum sit Festum de Septem Deiparae Doloribus, et Solemnitas non sit una de praecipuis Beatae Mariae Virginis?

2. Quatenus transferri debeat Officium Septem Dolorum, debet ne Officium istud reponi prima die libera iuxta Rubricas, vel an sit omnino transferendum ad primam ex insequentibus Dominicis non impeditam?

3. Et si Officium Septem Dolorum Deiparae in casu reponi debet in prima sequenti Dominica, debet ne retinere suam Octavam ex eo quod sequens ista Dominica habeatur veluti sedes propria?

4. Et quatenus saepedictum Festum Dolorum transferri debeat cum Octava, debet ne haec Octava cessare post Nonam insequentis Sabbati, ne impediatur Festum Sacratissimi Rosarii Beatae Mariae Virginis, quod speciali Fidelium pietate celebratur?

5. Occurrente Dominica III. Septembris die 17. Mensis ipsius dum in Dioecesi Aretina Impressio Sacrorum Stigmatum in Corpore S. Francisci commemoratur cum Officio sub ritu duplici secundae Classis: debet ne et in hoc casu Officium Septem Dolorum transferri, quamvis haec non sit unica intra Annum Solemnitas Sancti Patriarchae Assisiensis?

6. Si Festum Sacri Cordis Iesu occurrit die qua in Dioecesi Aretina agitur sub ritu duplici secundae Classis de Sanctis Martyribus Laurentino et Pergentino, qui ibi Christianam professionem sanguine obtestari non dubitarunt, utrum horum Officiorum transferendum est?

Et Sacr. eadem Congr. ad Quirinale sub signata die coadunata in Ordinariis Comitiis, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Servandum Generale Decretum. »

Ad 2. « Provisum in eodem Decreto. »

Ad 3. « Ut ad proximum. »

Ad 4. « Affirmative in casu. »

Ad 5. « Provisum in memorato Decreto. »

Ad 6. « Transferendum in casu Officium Sacratissimi Cordis Iesu uti secundarium. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 17. Septembris. 1853.

5195. CALATAYERONEN.

Quum Sacerdos quidam ex Civitate Calatayeronen. Sacrorum Rituum Congregationi supplicarit enixe ut mentem suam aperire dignaretur super sequentibus Dubiis, nimirum:

1. An Cappellani, Confessarii, alique Sacerdotes Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrantes in Ecclesiis Monialium Civitatis ac Dioecesis Calatayeronen. Ordinarii potestati subiectarum, rigore teneantur Missam conformare Officio quod Sanctimonialibus recitant sive quoad Sanctum et paramentorum colorem, sive quoad solum paramentorum colorem?

2. In casu affirmativo quum praedicti Cappellani, Confessarii, alique Sacerdotes in dictis Ecclesiis Monialium celebrantes, semper et ab immemorabili concordarint Missam cum Officio assignato in Calendario Dioecesano (exceptis diebus pro iisdem Sanctimonialibus solemnioribus) immemorabilis isthaec consuetudo est ne et deinceps retinenda, vel ab ea recedendum?

Sacra eadem Congregatio, audito prius pro Informatione et Voto Rmo Ordinario, ac referente me subscripto Secretario in Ordinario Coetu hodierna die ad Quirinale coadunata respondendum censuit:

Ad 1. « Quando color Paramentorum Ecclesiae non concordat cum Officio quod Celebrantes recitant, tunc isti celebrare debent Missam respondentem Officio Sanctimonialium; attamen cum Missali Romano: secus et possunt et debent Missam celebrare respondentem Officio proprio. »

Ad 2. « Ut ad proximum, si color Paramentorum concordet. »

Atque ita rescripsit. Die 17. Septemb. 1853.

5196.

VERONEN.

Ut in Divina Psalmodia explenda omnia ita disponantur in Calendario Veronen. ut nulla prorsus appareat dissonantia ab iis quae tum a Rubricis tum a Decretis disponuntur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposita fuere, nimirum:

1. Quum Clero Civitatis ac Dioecesis Veronen. a sa: me: Pio Papa VII. sub die 16. Novembris 1819. concessa fuerit facultas recitandi Officium de Solemnitate Corporis Christi singulis Octavae diebus, excepta tamen occurrentia Officii ritus duplicis primae aut secundae Classis, quaeritur an illud verbum *occurrentia* late sit intelligendum ita ut in exceptione comprehendantur Duplicita primae vel secundae Classis etiam translata, iuxta Declarationem S. R. C. diei 10. Septembris 1796. in una Panormitana?

2. Quum iuxta Decretum Sac. Rit. Congr. diei 12. Martii 1836. in una Dubiorum ad 2, de diebus Octavis semper recitari debeat Officium etiam intra Octavas privilegiatas, etsi in concessionibus non fuerit facta de iisdem diebus octavis specialis exceptio: quaeritur an in Dioecesi Veronensi Officium ritus duplicis primae vel secundae Classis gaudens Octava, quoties in die propria praeepitur alio Festo maioris ritus vel dignitatis, neque reponi possit in diebus praecedentibus Solemnitatem Corporis Christi: recitari valeat in prima die infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, vel saltem in die in qua alias ageretur de die Octava praedicti Festi?

3. Quum in Dominica iuxta Decretum S. R. C. diei 12. Martii 1618. in Conchen. confirmatum ab altero Decreto eiusdem Sacrae Congregationis diei 16. Februarii 1754. in una Urbis agi non possit de Festo duplici translato, quaeritur an per declarationem factam ab eadem Sacra Congregatione sub die 7. Decembris 1844. in una Venetiarum ad 2. derogatum fuerit declarationi factae in una Urbis de anno 1754., vel an praedictum Decretum in una Venetiarum intelligendum sit de Festis cum Octava in gratiam concurrentis populi alicui Dominicae diei affixis, ita ut huiusmodi in casu impedimenti amandari valeant ad subsequentem Dominicam, si tota hebdomada fuerit impedita, ne in populo ob dilationem Festi ultra Octavam devoti animi sensus minuantur?

4. Iuxta Decretum S. R. C. diei 2. Aug. 1691. in Romana Dubiorum ad 10., Feria VI. post Octavam Ascensionis fieri potest de Festo semiduplici translato, quod ad aliam diem esset amandandum, si in praedicta Feria occurreret dies

infra Octavam Titularis: quaeritur an in hoc casu agendum sit Officium de praedicta Feria, ut autumant nonnulli, vel de die infra Octavam Titularis, cui aliunde Symbolum iure competit?

5. Iuxta Decretum S. R. C. diei 23. Maii 1846. in Tuden. in Ecclesiis in quibus non solet quotidie Missa decantari, tam in Festo Sancti Marci, quam in Triduo Rogationum si fiat Processio, legenda est Missa Rogationum, in qua fieri debet commemoratio Festi occurrentis cum sola tertia Oratione, quae secundo loco praescribitur in Missa Rogationum. Quaeritur an in praedictis diebus semper legi debeat in Missa Praefatio Paschalis in Missis Rogationum etiam in casu occurrentiae alicuius Octavae Praefationem propriam habentis?

6. Iuxta Rescriptum S. R. C. 22. Janu. 1752. approbatum fuit Officium Proprium Sancti Laurentii Iustiniani pro Clero Civitatis, ac Dioecesis Venetiarum, quod deinceps concessum fuit aliis Dioecesibus. Quum itaque omnes Antiphonae praedicti Officii constent verbis ex respectivo Psalmo desumptis, et quinta Antiphona ad primas Vesperas hisce verbis constet: *Nomen Domini laudavit semper, ita confirmatae sunt super eum misericordiae eius*: desumpta ex infrascripto Psalmo - *Laudate Dominum omnes gentes*: - et alias in secundis Vesperis legantur haec verba - Omnia ut in primis quaeritur an ultimus psalmus in secundis Vesperis debeat esse ut in primis correspondens Antiphonae vel, - *Memento Domine David*: - iam a Rubricis generalibus pro Confessore Pontifice praescriptus?

Quae quidem Dubia quum per me subscriptum Sacrae eiusdem Congregationis Secretarium proposita fuerint in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis, Eñi et Rñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi super iisdem maturo diligentique examine instituto, rescribendum censuerunt.

- Ad 1. « Affirmative. »
- Ad 2. « Recitandum ex praecedenti die infra Octavam. »
- Ad 3. « Non fuisse unquam citatis Decretis derogatum. »
- Ad 4. « Agendum de die infra Octavam. »
- Ad 5. « Legendam Praefationem Octavae, si eiusdem commemoratio locum habeat in Missa. »
- Ad 6. « Dicendum Psalmum: *Memento Domine David*. »

Atque ita rescripserunt, propositaque Dubia declaraverunt. Die 17. Septembris 1853.

5197. URGELLEN.

Rector Seminarii Urgellensis, ac illius Dioecesis Kalendarii Ordinariorum Sacrorum Rituum Con-

gregationi humillimis datis precibus exposuit, quod cum in Breviario die Octava Epiphaniae Domini legatur sequens Rubrica: Quando autem Septuagesima venerit in secunda Dominica post Octavam Epiphaniae, tunc in primo Sabbato post Octavam non impedito Festo Novem Lectionum, alioquin prima die post Octavam, fiat Officium de Feria in qua ponantur Responsoria primi Nocturni Dominicae secundae post Epiphaniam, et tres lectiones legantur de Homilia eiusdem Dominicae cum eius Antiphona ad *Benedictus* et Oratione. Festum vero semiduplex in ea occurrens transferatur in primam diem similiter non impeditam: in praesentiarum ob elevationem ritus in Festo S. Hilarii Ep. Conf. Doct. nulla in Hispania superest dies ritus semiduplex in praedicta hebdomada post Octavam Epiphaniae. Quibus positis Orator Sacram ipsam Congregationem rogavit ut declarare dignaretur, utrum in hoc casu in primo Sabbato post Octavam Epiphaniae fieri debeat de Festo Duplici occurrente cum commemoratione Dominicae secundae post Epiphaniam, et cum IX. Lectione de Homilia, ceu Rubrica disponit, de tertia, quarta, quinta et sexta Dominica post Epiphaniam, quando ex eis aliqua poni nequit ante Septuagesimam vel reponi post Dominicam XXIII. post Pentecosten? Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinario Coetu ad relationem mei subscripti Secretarii respondendum censuit. « Affirmative. »

Die 17. Septembris 1853.

5198. REATINA.

Sodalitium a S. Francisco Stigmatibus insignito nuncupatum, quod in cryptis Basilicae Cathedralis Reatinae erectum reperitur, ab immemorabili, quando ad Defunctorum cadavera socianda vocatur, assolet a propria aedicula ad defuncti domum pergere, et in via manere, quin ut et communis fert praxis, et per Decreta pluries definitum est, ad Parochialem Ecclesiam conveniat, ex eaque ad funus associandum cum Parocho, ceterisque ad funus convocatis discedat, et ad defuncti domum pergat. In quam quidem consuetudinem etsi nunquam animadvertere destiterint Parochi Reatini, illam de medio tollere per se impares tandem hanc Sacram Rituum Congregationem adire constituerunt, et rem omnem ingenue exponentes enixe efflagitarunt, ut declarare dignaretur, utrum, non obstante contraria consuetudine etiam immemobili, praefatum Sodalitium, quum ad Defunctorum cadavera associanda cogatur, teneatur accedere ad Parochialem Ecclesiam Parochum excepturum, praesertim quum ab eodem Sodalitio feretrum

deferatur? Super expositis requisita quum fuerit Informatio cum Voto a Rñio Reatino Episcopo, auditis interesse habentibus, et deinceps per infrascriptum Secretarium facta fuerit distincta relatio in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad Vaticanum habito superiori anno 1853. decimoquinto Kalendas Octobris, rescriptum fuit. « Ponatur in folio exquisito Voto Magistri Coeremoniarum. »

Quum itaque in novo eiusdem Sacrae Congregationis Rituum Coetu ad Vaticanum pariter hodierna die coadunato Em̄us et Rñus D. Card. Ludovicus Altieri Relator designatus proposuerit Votum alterius ex Apostolicarum Coeremoniarum Magistris scriptis panditum, typisque cusum, Em̄i et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi post diligens omnium examen per affirmativum responsum ad Parochorum Collegii instantiam declarandum, definiendumque constituerunt: « Sodalitium Sacrorum Stigmatum Civitatis Reatinae, non obstante contraria etiam immemorabili consuetudine, teneri, quum ad Defunctorum cadavera socianda vocatur, ad Ecclesiam Parochialem accedere, nulloque modo permittendum, ut domum Defuncti directe petat, vel per vias expectet. »

Et ita rescribendum, servandumque omnino in casu mandarunt.

Die 8. Aprilis 1854.

5199. VENETIARUM.

Dum Superiori anno 1853. duodecimo Kalendas Martii Sacerdos Ioannes Baptista Ghega Cubicularius honorarius SSm̄i D. N. Pii Papae IX. et Patriarchalis Curiae Venetiarum ab Actis, per Apostolicas Litteras in forma Brevis tamquam Protonotarius ad instar Participantium cooptatus fuit in amplissimum Protonotariorum Apostolicorum Collegium, praeclara inter privilegia, quibus hoc nomine decoratur, illud honestissimum reputavit, quo sibi Pontificalia conceduntur Insignia. Veritus vero ne circa haec plus sibi, vel minus quam par est tribuat, Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit, enixeque rogavit, ut certam indubiamque praefinire dignaretur rationem, per quam errandi libertas auferatur. Et quoniam a sa: me: Xisto Papa V. Protonotariis Apostolicis in Presbyteratus ordine constitutis conceditur extra Curiam in Missis solemnibus uti Mitra, et quibusvis aliis Pontificalibus Insigniis, inter usum et exercitium ipse discrimen intercedere existimavit, ac proinde duo sequentia Dubia elucidanda proposuit, nimirum:

1. An, praevio semper Ordinarii assensu, Protonotariis Apostolicis nuncupatis ad instar Par-

ticipantium, ac Participantium privilegiis fruentibus, Pontificalium exercitium, vel tantummodo usus sit concessus?

2. Et quatenus affirmative tantum quoad usum, quae nam Coeremoniae ex his quae praescriptae sunt in libro Caeremoniali Episcoporum (qui respicit etiam Praelatos Episcopo inferiores) adhibendae sint in Missa solemniter celebrata ab ipsis Protonotariis extra Curiam cum Insigniis Pontificalibus, et quanam sint omittendae?

Quas quidem preces cum superioribus Dubiis quum Secretarius subscriptus retulerit in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad Vaticanum habito eodem superiori Anno decimoquinto Kalendas Octobris, Em̄i et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt: « Ponatur in folio, exquisito Voto Magistri Coeremoniarum. »

In novis itaque Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum ad Vaticanum pariter hodierna die coadunatis, quum Em̄us et Rñus D. Card. Ioseph Bofondi Relator designatus proposuerit Votum alterius ex Apostolicarum Coeremoniarum Magistris scripto panditum, praeloque cusum, Sacra eadem Congregatio, attentis expositis, singulisque rationibus concludenter adnotatis, rescribendum censuit: « Iuxta Votum Magistri Coeremoniarum, scilicet. »

Ad 1. « Affirmative ad utrumque iuxta modum, et modus est ut in Pontificalibus regulae omnino serventur, quibus Praelati Episcopo inferiores obstringuntur. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Atque ita rescripsit. Die 8. Aprilis 1854.

5200.

BOSANEN.

Quum in praesentiarum in Episcopali Palatio Bosanen. constitutae reperiantur scholae secundariae Civitatis ipsius, et ad Episcopale Sacellum convenient scholas ipsas ventitantes, Religionis operibus satisfactori, scholarum ipsarum Director Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut super propositis Dubiis mentem suam aperire dignaretur, ut sententiarum varietate eliminata, requisita securitas habeatur, nimirum:

1. An Sede Episcopali vacante in Episcopali Sacello quilibet Sacerdos Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare possit?

2. An id locum habeat etiam in casu praesenti, in quo Sacellum Episcopale Bosanen. assignatum est pro excipiendis ad Scholas accedentibus?

3. Et quatenus negative Orator Indultum efflagitat, ut ibi in Dominicis saltem, Festisque de

praecepto Sacrosanctum Missae Sacrificium celebratur, cui adstantes tam Magistri, quam discipuli satisfacere valeant praecepto adstandi Sacro.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, audita relatione a me subscripto Secretario facta respondendum censuit.

Ad 1. et 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Jam provisum in praecedentibus. »

Atque ita rescripsit. Die 8. Aprilis 1854.

5201. PINEROLIEN.

In Cathedrali Pinerolien. Ecclesia in praesentiarum tres tantum numerantur Mansionarii a Sancta Sede Palliolo, vulgo Mozzetta, condecorati: et unus ex eis in Coeremoniarum Magistrum et Sacristam assumitur, ac peculiari quadam remuneratione pro Coeremoniarum et Sacristae Officiis donatur. Quum vero inter ipsos non una sententia sit circa usum Pallioli seu Mozzettae dum Coeremoniarum et Sacristae munere fungitur, simulque dubitetur, num ipsi in memoratis Officiis operam suam impendenti ius sit ad Chorales distributiones, hinc, assentiente etiam in scriptis Rmo Episcopo, duo sequentia Dubia pro opportuna solutione exhibita sunt Sacrorum Rituum Congregationi, nimirum:

1. Utrum Mansionarius, qui Caeremoniarum Capitularis et Sacristae munere fungitur, in obeundis tum Coeremoniarum tum Sacristae muniis Palliolum, seu Mozzettam gestare possit?

2. An idem Mansionarius, dum praefatis Officiis incumbit aliunde remuneratis, ius nihilominus ad distributiones Mansionariis debitas habere queat?

Quae quidem Dubia quum inter cetera subscriptus Secretarius retulerit in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, Sacra eadem Congregatio rescribendum censuit.

Ad 1. « Choralis habitu (uti Mozzetta est) in Choro tantum uti posse, et in Processionibus in quibus ceu Mansionarius incedit. »

Ad 2. « Affirmative, si tamen choro intersit, et aliter non fuerit in institutione provisum vel in Constitutionibus. »

Atque ita rescribere rata est.

Die 8. Aprilis 1854.

5202. ROMANA.

Quaesitum quum fuerit a Sacra Rituum Congregatione, ut declarare dignaretur sequentia duo Dubia, ut in universi Catholici Orbis Ecclesiis unisona sit ipsius Sacrae Congregationis Decretorum et Responsionum observantia, Dubia ipsa in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Va-

ticanum hodierna die coadunatis, inter cetera per me subscriptum Secretarium relata fuerunt.

1. Quum in declaratione Sacrorum Rituum Congregationis lata die 23. Maii 1846. sancitum fuerit quod Decreta et Responsiones ab ipsa emanatae, dummodo scripto formiter editae fuerint, eandem auctoritatem habere, ac si immediate ab ipso Summo Pontifice promanarent, quaeritur an per verba « dummodo formiter scripto editae fuerint » sufficiat quod sint subscriptae a Saer. Rit. Congr. Praefecto et Secretario, ac eiusdem sigillo munitae, seu potius requiratur, ut sint vel Romae, vel ab Episcopis in suis Dioecesibus promulgatae?

2. Et quatenus affirmative ad 1. partem, negative ad 2. an tanquam formiter edita habenda sint Decreta, et Responsiones in Gardelliniana authentica Collectione insertae?

Et Sacra eadem Congregatio post diligens omnium examen, respondere rata est.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative, uti patet ex adiecta Declaratione. » Die 8. Aprilis 1854.

5203. AMERINA.

Dum Feria V. in Coena Domini Magistratus Civitatis Amerinae accedebat ad Sacram Synaxim formiter suscipiendam in solemnibus Missa in Cathedrali Amerina Ecclesia, Cathedralis ipsius Coeremoniarum Magister disposuit, ut post omnem Clerum ad Eucharisticam Mensam admitteretur, et ut in solemnibus Supplicatione Sanctissimi Corporis Christi Magistratus ipse procederet vel ante Crucem Cleri, vel post Baldachinum ceu fert praxis, et Ecclesiasticae leges exigere videntur. Quum autem idem Coeremoniarum Magister sumopere exoptet, ut ab hac Sacra Rituum Congregatione declararetur, ut quatenus se recte gesserit per opportunam declarationem idipsum adeo confirmetur, ut futuris quibusvis temporibus ab hac ipsa praxi recedere non liceat, humillimas ad id preces porrexit. Quas quidem preces in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanum infrascripta die coadunatis per me subscriptum Secretarium relatas postquam Sacra ipsa Congregatio maturo examine expendit, declarandum et rescribendum censuit. « Si Magistratus Feria V. in Coena Domini velit ad Sacram Synaxim accedere, admittatur post universum Clerum, pro quo Communio praescripta est: in Processione autem SSni Corporis Christi locum teneat post Baldachinum, cuius hastas intra Ecclesiam deferre debet. »

Atque ita rescripsit et servari mandavit.

Die 12. Augusti 1854.

5204. FESULAN.

Rñe Domine uti Fr.... Prudenti quidem consilio A.T. in exequenda Consecratione duarum Ecclesiarum Parochialium istius Fesulanæ Diocesis non acquiescens opinioni eorum, qui autumabant exequi posse consecrationem ipsam absque Dedicatione Altaris a Pontificali Romano, et a Decretis omnino requisita, una cum Ecclesiis Altaria etiam dedicavit. Quum vero Litteris datis hoc ipso verterente Anno decimoquinto Kalendas Augusti Sacrorum Rituum Congregationis sententiam Amplitudo Tua requirat, eique sequens Dubium expendendum proponat: An Ecclesia antea per simplicem Ritualis benedictionem ad Divini Cultus servitium apta reddita, cuius Altaria ad incruentum super iisdem litandum Sacrificium absque consecratione Lapide tantum sacro sunt communita, possit licite consecrari, quin eodem tempore Altare consecratur? Et quatenus affirmative: qui ritus hac in caeremonia servandus? Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu hodierna die coadunata ad Vaticanum, ad relationem mei infrascripti Secretarii, proposito Dubio negativam responsionem dandam censuit, ac in Ecclesiarum consecratione Altaris omnino Dedicationem iuxta Pontificalis Romani regulam, et ad Decretorum praescriptum requiri declaravit. Quod dum Amplitudini Tuae aperio, diu felix et incolumis vivat.

Die 12. Augusti 1854.

Rerño Domino uti Fratri
Episcopo Fesulan.

5205. SANCTI MINIATI.

Sacrorum Rituum Congregatio requisita a Capellanis Ecclesiae S. Miniati, an ex eis alter qui celebrare debet Missam cum cantu in ipsa Cathedrali, absque tamen Sacrorum Ministrorum assistentia, possit sedere in scamno diverso ab illo, in quo sedere solent Canonici cum assistentia Sacrorum Ministrorum, dum decantantur *Gloria*, *Credo* et *Sequentia*, quamvis huiusmodi sessio huc usque in memorata Cathedrali locum non obtinuerit; ad relationem mei subscripti Secretarii in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit: « Affirmative, dummodo se deat in scamno diversimode ornato, seu remissiori apparatu ab illo qui Canonicis exhibetur. » Atque ita servandum censuit. Die 12. Augusti 1854.

5206. VERONEN.

Quum in peculiari Rubrica praemissa Festo Sanctissimi Corporis Christi praescribatur ut infra Octavam illam de Sancto simplici occurrente non legatur IX. Lectio historica, Episcopalis Curiae

Veronen. Cancellarius, sequentia duo Dubia Sacrorum Rituum Congregationi enodanda proposuit.

1. An Dominica infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi adnumerari debeat diebus infra Octavam, ita ut excludat IX. Lectionem de Simplicii, vel e contra?

2. An id valeat etiam in Calendario Veronen. ubi ex Decreto sa: me: Pii Papae VII. diei 16. Novembris 1819. ab universo Clero Civitatis ac Diocesis Solemnitas Corporis Christi agitur cum Octava adeo privilegiata, ut intra ipsam locum tantum habeant duplicia 1. et 2. Classis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit: « Affirmative ad utrumque. » Die 12. Augusti 1854.

5207. VINTIMILIEN.

Dum Superiori Anno 1853. octavo Idus Septembris per Apostolicas Litteras in forma Brevis Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. pro Regionibus Pedemontanis contraxit numerum Festorum de praecepto servandorum, praecepit ut servaretur festiva sub utroque praecepto Solemnitas Patroni praecipui cuiuscumque Diocesis, vel Civitatis, vel Oppidi iuxta morem inibi servatum. Quum vero non una sit opinio Episcoporum in assignanda huiusmodi Festivitate, Reverendissimus Vintimilien. Episcopus sui muneris esse duxit ab hac S. Rituum Congregatione exquirere, quid in re non exigui certe momenti pro sibi commissa Diocesi constituere teneatur, ac proinde pro opportuna Declaratione sequentia Dubia proposuit, nimirum:

1. Utrum in vim Brevis diei 6. Septembr. 1853. super reductione Festorum servandus sit dies festus Patroni Diocesis iuxta morem, vel potius Patroni uniuscuiusque Civitatis vel Oppidi iuxta morem pariter inibi servatum?

2. An uterque dies Festus servandus sit?

3. An retinenda sit ut legitima consuetudo Civitatis vel Oppidi de servando die festo Patroni, licet destituatur titulo ab Apostolica Sede impetrato, et de cuius impetratione neque traditionalis extat memoria?

Quae quidem Dubia ab infrascripto Secretario inter cetera relata in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad Vaticanum hodierna die habito, Sacra ipsa Congregatio rescribendum censuit.

Ad 1. « Festum praecipui Patroni Diocesis servandum sub praecepto in locis, in quibus non habetur specialis Patronus a S. Sede confirmatus,

de quo in casu agendum est de praecepto loco Patroni Dioecesis ? »

Ad 2. « Sub data ad proximum distinctione de uno tantum agendo de praecepto, ex ipsis Apostolicarum Litterarum verbis. »

Ad 3. « Negative, et provisum in primo. »

Atque ita rescripsit, et servari mandavit.

Die 12. Augusti 1854.

5208.

BRIOCEN.

Quum R. D. Casimirus Renaut Canonicus ad honorem Cathedralis Briocensis, et in eadem Ecclesia Caeremoniarum Magister de mandato sui Reverendissimi Episcopi sedulam, accuratamque operam impendat in elaborando parvo Caeremoniale ad usum Ecclesiarum Ruralium, nomine ipsius Reverendissimi Episcopi, Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogavit, ut sequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum :

Dubium I. Utrum in Dominicis quum Celebrans in aspersione Aquae ante Missam Solemnem intonat Antiphonam - *Asperges me* - debeant Chorales, idest Clerici in Choro circumstantes, sese vertere ad Altare ?

Dubium II. Utrum Chorales quum in Missa Solemni bini et bini recitant *Credo*, debeant genuflectere in iis verbis - *Et incarnatus est* - quum ipse Celebrans et Ministri genuflectant ?

Dubium III. Utrum Caeremoniarius quum ipse stet, Celebrantem monendi gratia de inclinatione facienda, in his verbis - *Et incarnatus est* - genuflectere debeat ?

Dubium IV. Utrum Parochus pro deferendo Cadavere in Ecclesiam possit accipere Stolum et Pluviale nigri coloris ? Utrum in Exequiis Sacerdos qui Stolum, vel etiam Pluviale nigri coloris assumpserit pro deferendo Cadavere in Ecclesiam, possit Stolum vel Pluviale nigri coloris retinere ad canendum Nocturnum Officii mortuorum, aut Vesperas mortuorum, si in casu necessitatis Exequiae vespere fiant, quum immediate cantantur ?

Dubium V. Utrum in die III. VII. XXX. et Anniversaria, ceterisque aliis diebus, Sacerdos assumere possit Stolum et Pluviale ab initio Officii mortuorum quod cantatur ante Missam ? et quatenus negative ?

Dubium VI. Utrum teneatur assumere Stolum vel Pluviale pro recitandis precibus in fine Nocturni, quum ob rationabilem causam Laudes recitari non possunt.

Dubium VII. Utrum in Exequiis v. g. pauperum Cerei accensi in Altari pauciores esse possint numero quam sex, et in Missis quotidianis cantatis pro Defunctis quam quatuor ?

Dubium VIII. Utrum possit Sacerdos ad Vesperas Mortuorum accipere Stolum, et Pluviale ab initio Vesperarum ? Et quatenus negative ?

Dubium IX. Utrum teneatur accipere ad Canticum - *Magnificat* - vel saltem pro precibus recitandis ?

Dubium X. Utrum in Missis quotidianis sive cum cantu, sive lectis, teneatur Sacerdos recitare 1. loco Orationem pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus, ut fert Missale Romanum ? Potest ne primo loco recitare Orationem : *Inclina Domine*, pro Defuncto, vel Orationem : *Quaesumus Domine*, pro Defuncta, cuius ad intentionem elemosyna data est : secundo loco pro Defunctis Episcopis etc. tertio loco Fidelium ? et supposito quod negative ?

Dubium XI. Utrum secunda Oratio semper mutari possit, et eius loco dici Oratio pro defuncto aut defuncta ? Ratio dubitandi est, quia Decretum Aqnen. fert aliquando pro illa *Deus veniae largitor*, impune subrogabitur alia v. g. pro Patre et Matre ?

Dubium XII. Utrum in Missis quotidianis sive Solemnibus sive absque cantu Sequentia *Dies irae*, semper et dici a Celebrante et cantari in Choro debeat ? Ratio dubitandi est, quia fert Missale Sequentia *Dies irae* ad arbitrium Sacerdotis ? Et quatenus negative pro speciali gratia postulat Reverendissimus Episcopus Briocen. et Trecoren. dispensationem super Sequentia *Dies irae* cantanda ob angustiam temporis, et defectum Cantorum, praesertim in Ecclesiis ruralibus.

Dubium XIII. Utrum post Missam in die obitus alius Sacerdos a Celebrante diversus accedere possit ad absolutionem peragenda ? Et quatenus affirmative.

Dubium XIV. An possit indutus superpelliceo accipere Stolum cum Pluviale nigri coloris.

Dubium XV. In mortuorum Officiis, in Matutinis Tenebrarum, per integram Feriam VI. in Parasceve ac Sabbato Sancto usque ad Missam Solemnem exclusive, si quis superveniat vel egrediatur, Officio iam inchoato, tenetur ne alios de Choro circumstantes salutare ? Silent de hac re Caeremoniale Episcoporum, et Rubricae ?

Dubium XVI. In Ecclesia Cathedrali Briocensi, inque ceteris Ecclesiis per universam Dioecesim perantiquus invaluit usus, ut pueri non Clerici tum Missae inservientes tum in Choro cantantes, ad has sacras functiones adimplendas super vestem talarem coloris rubei induant albam quam praecingunt cingulo coloris etiam rubei : insuper utuntur pileolo rubri coloris : Utrum usus illi continuari possint ? Et quatenus negative, Reverendissimus Episcopus Briocen. et Trecoren. sup-

placiter ex postulat ut ex gratia speciali concedatur ob nimias difficultates huius perantiqui usus removendi, et propter impensas inde secuturas?

Dubium XVII. In Sacello maioris Seminarii stat Sacristia post Altare, et Ministri accedere possunt ad Altare tam ex parte Evangelii quam ex parte Epistolae. Quaeritur 1. ante Missam quam ex parte exire debeant ad Altare? Et qua parte post Missam redire debeant ad Sacristiam?

Dubium XVIII. Utrum Thecae deauratae Sanctorum Reliquiis addictae ad Altaris ornamentum inter Candelabra collocatae, et apertae singulis diebus, sine lumine sic permanere possint?

Dubium XIX. Utrum Canonici Feria V. in Coena Domini Pluvialibus induti, debeant insuper Stolum habere e collo pendentem ad sacram Communionem suscipiendam?

Dubium XX. Utrum in die Octava Festi Corporis Christi Canonici qui Sanctissimum] Eucharistiae Sacramentum delaturus est in Processione, quae fit ad illud in Tabernaculum reponendum, debeat aut possit super Rochetum assumere Amictum, Albam, Cingulum, Stolum et Pluviale albi coloris? ut fert doctissimus Gavantus.

Quae quidem Dubia per me subscriptum Secretarium relata, maturo de more examine expendens Sacrorum Rituum Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, rescriptum producit.

Ad 1. « Quoad Clericos in Choro degentes negative, seu non teneri; quoad reliquos Clericos in Presbyterio commorantes affirmative, si adsit consuetudo. »

Ad 2. et 3. « Affirmative iuxta Rubricam. »

Ad 4. et 5. « Posse. »

Ad 6. « Non teneri. »

Ad 7. « In Missis de Requie cum cantu saltem quatuor. »

Ad 8. et 9. « Posse, sed non teneri. »

Ad 10. « In Missis quotidianis standum Missali, et iuxta Decreta aliquando loco secundae Orationis ibi adnotatae substitui posse Orationem pro Patre et Matre. »

Ad 11. « Unicam Orationem dicendam in Missa de Requie cum cantu pro anima illius, quam designat eleemosynam exhibens. »

Ad 12. « Sequentiam *Dies irae* semper dicendam in Missis de Requie, quae cum unica tantum Oratione decantantur, verum aliquas strophas illius Cantores praetermittere posse. »

Ad 13. « Negative, et ex Decretis hoc iure gaudere tantum Episcopos. »

Ad 14. « Provisum in praecedenti. »

Ad 15. « Servandas peculiare locorum consuetudines. »

Ad 16. « Iterum proponatur. »

Ad 17. « A Sacristia e sinistra egrediendum, a dextera ad illam accedendum. »

Ad 18. « Ante sacra Lipsana exposita saltem duo lumina ex Decretis collucere debere. »

Ad 19. « Negative. »

Ad 20. « Affirmative, seu teneri ad assumendum Amictum, Albam, Cingulum, Stolum, et Pluviale albi coloris, comitantibus Ministris. »

Atque ita Sacra Congregatio rescribere rata est, propositaque Dubia declarare.

Die 12. Augusti 1854.

5209. FAVENTINA.

Benedictus XIV. fel. rec. anno 1741. Bulla, quae incipit, *Illius incomprehensibili bonitate*, Ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli Civitatis Tiberiaci Faventinae Dioeceseos in insignem Collegiatam, quae Parochialis ut antea extiterat, erexit, ac in ea Archipresbyteratum instituit, qui prima esset Ecclesiae Dignitas, et tamquam Episcopi in eadem haberetur, idemque amplissimis, ac prope singularibus gauderet privilegiis. Inter quae specialem mereretur mentionem indumentum praelatitium nigri coloris cum mantelletto et rochetto, Pontificalium usus praefinitis diebus, facultates pro quibusdam benedictionibus, ex quibus nonnullae etiam sacri olei unctionem requirunt. Pius vero VII. Anno 1800. in Bulla, quae incipit: *Operosa Crhistifidelium pietas*: alteram in eadem Collegiata Ecclesia dignitatem instituit, Praeposituram scilicet, novoque Praeposito honores omnes concessit, quibus tunc temporis Archipresbyter fruebatur, excepto Pontificalium usu. Quae Praepositura ob exortas hoc ineunte saeculo vicissitudines extincta, a Gregorio XVI. sa: me: Anno 1837. iisdem privilegiis, quibus olim fuerat instituta, reintegrata est. Nuper vero controversiis exortis circa privilegia, et honorificentias tum Archipresbyteri, tum Praepositi Collegiatae Ecclesiae, eiusdem Canonici per supplicem libellum Sacrae Rituum Congregationi oblatum sequentia dubia declarari petierunt.

Dubium I. Se l' Arciprete, e il Preposto nelle Messe solenni (eccettuati li Pontificali pel primo) tanto da vivo, che da morto nei Vesperi, e qualunque altra funzione meramente Parrocchiale (questo in quanto al primo) possano usare Canone, Bugia, Anello gemmato, e cuscini al Sedile, come si pratica, e forse han sempre praticato per lo passato?

Dubium II. Se li medesimi (Arciprete, e Pre-

posto) nelle Messe private possano usare de' suddetti distintivi (Canone, e Bugia) farsi portare il Calice all'Altare, farsi assistere da un ministro, che infonda il vino nel Calice, scopra questo, e discopra, volti le pagine ecc. oppure se debbano uniformarsi ai Decreti di Alessandro VII.?

Dubium III. Se i suddetti, quando assistono alle sacre funzioni in Presbiterio possano sedere sopra Sedili distinti, e con cuscini di panno violaceo tanto ai sedili suddetti, che all'inginocchiatoio distinto parimenti, come si costuma da essi; o pure debban sedere sopra il banco comune cogli altri Canonici nei primi posti, però come fanno nel Coro interno senza alcuna distinzione, e rimossi i cuscini indicati a seconda del Decreto 24. Maggio 1664.

Dubium IV. Se all'Arciprete, e Preposto si debbano tre tiri d'Incensiere, oppure due soltanto, come prescrive il Ceremoniale, e rispose la Sacra Congregazione dei Riti il 22. Agosto 1664. il 19. Dicembre Anno suddetto, ed il 21. Marzo 1699.?

Dubium V. Se quando assistono alla Messa, debba dal Suddiacono impartirsi la pace separatamente prima all'Arciprete, poi al Preposto, indi al primo Canonico che lo segue, come si fa, oppure se, data al Preposto, la debba questi dare al Preposto, e questi al Canonico che ha vicino a norma del Ceremoniale dei Vescovi?

Dubium VI. Se possano l'Arciprete, ed il Preposto fare uso della Veste talare caudata con fascia a gran fiocchi, di fiocchi al Cappello, e portare anello gemmato a loro arbitrio, oppure se debbano rigorosamente stare ai Decreti 17. Giugno 1673, e 2. Dicembre 1673.?

Dubium VII. Se godano (le dignità) del titolo di Monsignori, oppure solo quello d'Illustrissimi, e Reverendissimi, oppure soltanto l'altro di Molto Illustri, e Molto Reverendi.

Dubium VIII. Se quando assistono a predicar coi Canonici debbano sedere senza alcuna distinzione sul banco comune, nei primi posti però a seconda del Decreto 21. Aprile 1736. ed a seconda che si costuma nella Cattedrale, e nella Metropolitana, oppure usare una Carrega brachiata coperta di seta violacea sopra suppedaneo, ed inginocchiatoio distinto, come fa, o pare abbia fatto sempre l'Arciprete, e si pretende anche ora dal Preposto?

Dubium IX. Se quando sono in Coro (eccettuate le Solennità) la venia per cominciare il Mattutino, e le altre ore Canoniche, non che la Benedizione ai Notturni, debbansi sempre dare dall'Arciprete, ed in sua assenza dal Preposto; oppure se nulla ostante la lor presenza, e la vi-

gente consuetudine a favore dell'Arciprete, e nulla ostante le pretese del Preposto debbansi dare dal Canonico Ebdomadario, giusta il Decreto 5. Agosto 1833. ad tertium?

Dubium X. Se avendo per Bolla l'Arciprete facoltà di fare funzioni in qualche giorno dell'anno a sua volontà, abbia questa facoltà anche il Preposto, oppure se questo debba stare strettamente alla Tabella delle sue Funzioni compilate su quelle del Preposto della Cattedrale, come si stabili dal Capitolo nell'atto di prestare il suo consenso per la ripristinazione della Prepositura?

Dubium XI. Se l'Arciprete possa continuare a consecrare come fa i Calici, e le Patene ecc. e benedire le Campane usando degl'Olii Santi, e del Sacro Crisma, anche vestito pontificalmente, sebbene fuori de' giorni assegnati ai suoi Pontificali, oppure se debba stare strettamente alla sua Bolla, ed al Decreto citato di Alessandro VII. Se possa benedire i suddetti usando gli Olii Santi, come sopra, anche per altre Parrocchie, nulla ostante le restrizioni espresse nella Bolla, e nel caso che non possa usare gli Olii Santi, qual benedizione possa dare ai Calici, Patene, Campane ecc.

Dubium XII. Se quando il Capitolo accede processionalmente a qualche Chiesa debbano l'Arciprete, ed il Preposto ricevere dal Custode di detta Chiesa l'acqua benedetta a forma di asperzione come gli altri Canonici, oppure se debbano continuare l'uso introdotto di prender l'aspersorio in mano, e con esso segnarsi?

Dubium XIII. Se allo stemma gentilizio possano ambedue apporre il Cappello Prelatizio, e nel caso affermativo di qual colore debba essere?

Dubium XIV. Se avendo il Preposto obbligo del Coro in tutti i giorni di Festa, debba ciò intendersi solo delle Feste di precetto, oppure se anche delle sopprese, in cui però i Signori Parrochi hanno l'obbligo della Messa *Pro populo*, e nella Collegiata si officia come nell'altre di vero precetto.

Dubium XV. Se avendo il Preposto l'obbligo del Coro solo nei giorni di Festa come sopra, e tutti i dì dell'Avvento, e della Quaresima, debba oltre tutto il resto dell'Anno, in cui per ripristinazione è dispensato, godere anche di una quantità di vacanze, proporzionata ai tre mesi, che godono i Canonici quotidianamente obbligati, oppure se sia tenuto a non permettersi vacanza alcuna, senza legittima causa, come infermità ecc.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, Rm̄i Episcopi Faventini informatione praehabita, ratio-

nibus ab utraque contententium parte adductis mature perpensis, ac voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris prius exquisito, qui sententiam suam scripto aperuit, in Ordinariis huius diei Comitibus ad Vaticanum habitis, referente Eñõ, et Rñõ Domino Cardinali Iosepho Bofondi respondendum censuit. « In omnibus iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, scilicet. »

Ad 1. « Quoad Canonem, et Palmatoriam negative in omnibus: quoad pulvinaria servari posse inductam consuetudinem: quoad annulum, vero prout infra ad Dubium VI. »

Ad 2. « Negative in omnibus, idest Decreta Sacrorum Rituum Congregationis Anno 1659. ab Alexandro VII. confirmata adamussim servanda. »

Ad 3. « Indulgeri posse ne Archipresbyter exturbetur a sede paulo eminentiori scamno Canonicorum, qua semper usus est in Presbyterio; dummodo ipsa Sedes aliquantulum ampliatur, ut capax sit Praeposito post Archipresbyterum in simul recipiendo, eademque nullo prorsus interposito intervallo uniatum cum communi Canonicorum Scamno. Indulgeri item posse, ut retineantur ab utraque Dignitate pulvinaria in Sede, et super scamno genuflexorio, non tamen sub genibus, seu ad pedes. »

Ad 4. « Vi privilegii a Benedicto XIV. indulti, thurificandas esse triplici ductu. »

Ad 5. « Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem, excepto annulo, quo unus Archipresbyter uti potest tantum, quum in Pontificalibus celebrat: negative ad secundam. »

Ad 7. « Attendi posse loci consuetudinem. »

Ad 8. « Affirmative ad primam partem indulto tantum pulvinari corio, vel laneo in Sede; negative ad secundam. »

Ad 9. « Ad primam Dignitatem praesentem in Choro spectare dare signum incipiendi, et inchoandi divinum Officium; reliqua vero omnia spectare ad Hebdomadarium, qui incipit, vel celebrat Officium. »

Ad 10. « Ad Episcopum Faventinum, qui salvis Archipresbyteri, et Canonicorum iuribus, dies definiat quibus Praepositus vel possit, vel debeat solemniter celebrare. »

Ad 11. « Facultatem consecrandi Calices, et Patenas, item benedicendi Nolas expresse indultam Archipresbytero fuisse in ipsa Bulla Institutionis, eademque propterea Archipresbyterum uti posse iuxta formam a Pontificali Romano praescriptam etiam extra dies celebrationi Missae Pontificalis adsignatos, non tamen ultra limites ho-

diernis Parochialis Ecclesiae Sancti Michaelis, et Sancti Petri in Sylvis. »

Ad 12. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 13. « Nigri coloris pileum cum lemniscis, stemmatibus imponi posse. »

Ad 14. et 15. « Non spectare. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit.

Die 21. Iunii 1855.

5210. PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE.

Exposuit Sacrorum Rituum Congregationi Hieronymus Fantaguzzi Patriarchalis Basilicae Vaticanae Canonicus Decanus, eoque nomine Sacris Caeremoniis Praefectus paucis ab hinc Annis in eadem Basilica contingere, ut tempore Quadragesimae, si quod occurrit Festum ritus semiduplicis, nonnulli Sacerdotes fas sibi esse patant Missam privatam more votivo celebrare de Feria addita commemoratione Festi semiduplicis. Dubitans autem id Generalibus Missalis Romani Rubricis adversari, sequens proposuit pro opportuna solutione Dubium. « An occurrente Festo ritus semiduplicis cum Feria etiam maiore, vel Vigilia liceat Missam privatam more votivo celebrare de Feria, vel Vigilia cum commemoratione Festi, de quo ritu semiduplici Officium persolvitur? »

Sacra eadem Congregatio Sacrorum Rituum ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, respondendum censuit.

« Non licere. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 21. Iunii 1855.

5211. VICARIATUS APOSTOLICI CONSTANTINOPOLITANI.

Quum Magister Caeremoniarum Vicariatus Apostolici Constantinopolitani ab hac Sacra Rituum Congregatione postulaverit, ut sententiam suam elicere dignaretur super insequentibus Dubiis, nimirum:

1. Utrum loco Missae Solemnis cum cantu, ad evitandam diuturniorem moram, celebrari possit Missa lecta eidem inservientibus Diacono, et Subdiacono Dalmatica, et Tunica indutis?

2. Utrum Episcopus in impertienda populo benedictione cum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento decantare possit. *Ÿ. Sit nomen Domini benedictum?*

3. Utrum praxis in praecedenti Dubio enunciata retineri possit saltem ex eo, quia Episcopus mox defunctus a viginti, et ultra Annis in elargienda Eucharistica benedictione Versum ipsum decantare consuevit?

4. Utrum liceat Episcopo dare Benedictionem cum Sanctissimo Sacramento Eucharistiae absque Velo humerali, eius loco assumptis chirothecis? et an chirothecas retinere possit, si ad Velum humerale assumendum teneatur?

5. Utrum Sacerdos a Vicario Apostolico morti proximo electus ad regimen provisorium Vicariatus, et deinceps a Sacra Congregatione de Propaganda Fide renunciatus Superior interim Vicariatus ipsius, in tantum, et ratione huiusmodi delegationis, ius habeat exigendi in celebratione Missae Solemnis honorem Presbyteri assistentis, et Palmatoriae?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, post accuratum omnium examen, ad relationem mei subscripti Secretarii propositis Dubiis: « Negative in omnibus: » respondendum censuit.

Die 21. Iulii 1855.

5212. ORDINIS CARMELITARUM
EXCALCEATORUM.

Quum Prior Coenobii Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Sanctae Mariae de Victoria in Urbe Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione proposuerit sequentia dubia, nimirum:

1. Utrum quum ex Testamento legatur Anniversarium, vel Anniversarium Solemne, per hoc unum praecise nomen Anniversarii, vel Anniversarii Solemnis, intelligendum sit onus Missae Solemnis dumtaxat, an Officium etiam Defunctorum cum tribus Nocturnis cum Laudibus, quando per Testamentum id expresse non iubetur?

2. Utrum quando a Testatore simpliciter legatur Officium, intelligendum sit totum Officium Defunctorum, id est Vesperas, et tria Nocturna cum Laudibus, an potius unum dumtaxat Nocturnum conveniens diei, in quem incidit Anniversarium una pariter cum Laudibus?

Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum habitis, audita infrascripti Secretarii relatione respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Atque ita rescripsit. Die 21. Iulii 1855.

5213. OLOMUCEN.

Quum Rm̄us Olomucen. Archiepiscopus Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia proposuerit pro opportuna declaratione, nimirum:

1. An Festa Sacratissimi Rosarii, Maternitatis, et Puritatis Deiparae Dominicis prima, secunda et quarta Octobris in Calendario Olomucen. assi-

gnata, impeditis iis Dominicis, transferri debeant in Dominicam aliam sequentem non impeditam usque ad Adventum, et demum si non supersit talis Dominica, in diem sequentem similiter non impeditam, sicut declaravit S. R. C. pro Festo Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis?

2. An haec ipsa Festa simpliciter transferri possint iuxta regulas translationis?

3. An eadem Festa eo anno penitus omitti debeant?

Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus huius diei ad Vaticanum coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii respondendum censuit post diligens examen horum Dubiorum.

Ad 1. « Negative in omnibus. »

Ad 2. « Affirmative quoad Festum Sacratissimi Rosarii tantum. »

Ad 3. « Affirmative quoad alia duo Festa Maternitatis, et Puritatis Deiparae. »

Atque ita rescribere rata est, ac proposita Dubia declarare. Die 21. Iulii 1855.

5214. CAPUANA.

Quum Parochus sancti Angeli Audoaldis in Civitate Capuana Sacr. Rit. Congr. sequentia Dubia exposuerit pro opportuna solutione, nimirum:

Dubium I. An diruta, et solo aequata Ecclesia Parochiali, et translato Beneficio Curato ad aliam Ecclesiam non Curatam in districtu Parochiali existentem, ubi administrantur Sacramenta Parochianis, Plebanus Titularis Beneficii Curati cum Populo, teneatur adhuc ad celebrandum sub ritu duplici primae Classis cum Octava Festum Sancti Titularis Ecclesiae dirutae, et destructae tamquam in Ecclesiam propriam? Et quatenus negative.

Dubium II. Quo nam sub ritu dictum Festum Titularis celebrare tenetur?

Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunata ad relationem mei subscripti Secretarii post accuratum omnium examen respondendum censuit.

Ad 1. « Negative iuxta rescriptum in una Forolivien. die 29. Martii 1852. »

Ad 2. « Eodem ritu, quo hoc Festum gaudet in Calendario Dioecesano. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 21. Iulii 1855.

5215. SUESSIONEN.

Quum Rm̄us Suessionen. Episcopus sequentia Dubia pro opportuna solutione proposuerit, nimirum:

1. Iuxta Decretum el. me. Cardinalis Caprara si solemnitas *translata* Festi Patroni, et Anniversarium Dicationis omnium Ecclesiarum conse-

cratarum occurrant eodem die, faciendum est de Solemnitate Dedicacionis. Hinc quaeritur. 1. An ita faciendum sit si in istam Dominicam Dedicacionis incidat non Solemnitas translata, sed Festum Patroni? 2. An in isto casu cantari possit Missa Votiva Solemnis Patroni iuxta Rubricas Missalis Romani de translatione Festorum? Hic enim Articulus Missalis enumerans dies privilegiatos, qui excludunt Missam Votivam Festi, quod transferri debet, non recenset inter eos Anniversarium Dedicacionis Ecclesiae. 3. Supposito quod ita fieri non possit, an ita dicendum sit de Ecclesiis non consecratis? 4. Supposito etiam quod in omnibus respondendum sit negative, demisse obsecratur, ut ad gloriam Patronorum, nec non ad gaudium populi, qui summa veneratione hos Sanctos colit, in casibus supra enunciatis cantari possit Missa Votiva Solemnis Patroni, translata ad Dominicam sequentem Solemnitate Dedicacionis?

2. In Calendario Suessionen. proprio aliquot Sancti quarumdam Parochiarum Dioecesis Patroni transferuntur; sic ver. gr. Festum Sancti Fiderii, quod semper celebratum fuit die 30. Augusti, nunc transfertur ad diem 3. Septembris. Quaeritur, an haec translatio intelligenda sit tantum pro Parochiis, quarum Sanctus translatus non est Patronus, ita ut Parochiae, quarum Sancti translati sunt Patroni, possint, et debeant celebrare hos Patronos iisdem diebus, ac celebrabantur ante translationem?

3. Iuxta Decretum in una Marsorum diei 12. Novembris 1831. ad Dubium 34. Festum Titularis Cappellarum publicarum, quae existunt in aedibus Episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus, celebrari non debet ritu duplici primae Classis cum Octava. Et iuxta Decretum in una Vicariatus Ruremundensis in Hollandia diei 27. Februarii 1847. ad Dubium 3. Professores, et Seminaristae in maioribus constituti Ordinibus, tenentur ad Octavam Ecclesiae Seminarii, quae quamvis non sit Parochialis, tamen patet omnibus Fidelibus. Quaeritur quid intelligendum sit per Ecclesiam, et Cappellam publicam?

4. Pro Festo Patrocinii Beatae Mariae Virginis assignata fuit Dominica quarta Octobris: quaeritur, an occurrente Festo altioris ritus, adsit Decretum Generale, quo Festum Patrocinii transferendum sit in primam diem non impeditam? et sic pro omnibus Festis concessis eodem modo impeditis?

5. Quae Oratio dici debeat pro commemoratione Virginis non Martyris, occurrente Festo Virginis non Martyris, vel Viduae?

Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu huius diei ad Vaticanum coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. «Quoad quaestionem primam affirmative: quoad quaestionem secundam affirmative; non exclusam tamen alia Missa Solemni de Festo Dedicacionis, si sermo sit de Ecclesia ubi est obligatio cantandi Missam quotidie iuxta Decretum in una Bergomen. diei 17. Augusti 1709; quoad quaestiones 3. et 4. Provisum in secunda.»

Ad 2. «Affirmative in omnibus.»

Ad 3. «Ecclesia intelligitur, quae eo potissimum fine aedificatur, ut publico fidelis populi usui deserviat. Cappella publica vero, quae licet ingressum habeat in publica via, attamen non tam fidelis populi libero usui destinata videtur, quam alicuius Familiae, vel Collegii commoditati.»

Ad 4. «Iuxta Decreta, Officia affixa certis hebdomadae diebus, iis aliquando impeditis, eo anno omittenda sunt, ac proinde in casu si Officium Patrocinii Deiparae in Dioecesi Suessionen. fieri impediatur Dominica quarta Octobris, ex gratia transferri conceditur ad primam diem liberam.»

Ad 5. «Dicendam Orationem: *Indulgentiam* omisso titulo *Martyris*.»

Atque ita rescripsit. Die 22. Iulii 1855.

5216. COEBUAN.

SEU SANCTISSIMI NOMINIS IESU.

Quum Rm̄s Episcopus Coebuan., seu Sanctissimi Nominis Iesu S. R. C. supplicia vota porrexerit, ut sententiam suam elicere dignaretur super sequenti Dubio, quod pro opportuna solutione proposuit; nimirum: «Utrum tempore Visitationis Episcopus actu visitans Ecclesiam Parochi Regularis, huius ritum in Missae celebratione sequi debeat, vel potius Parochus Regularis ritum Episcopi?»

Eadem Sacra Rituum Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata, referente me subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit: «Detur Decretum in Alben. diei 7. Decembris 1844.»

Atque ita rescripsit. Die 21. Iulii 1855.

5217. VERONEN.

Exposuit Sacrorum Rituum Congregationi Cancellarius Episcopalis Curiae Veronensis morem vigere Veronae defunctorum cadavera de sero ad Ecclesiam deducendi, eaque postmodum absque ulla pompa, sed uno tantum Sacerdote associante noctu deferendi ad Caemeterium extra moenia Civitatis; atque insimul assentiente Rm̄o Veronen. Episcopo, ab eadem Congregatione postulavit, ut sequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum:

1. An Canticum *Benedictus* recitari debeat de sero cum Antiphona in *Paradisum*, ac reliquis exequiarum precibus?

2. An potius Canticum *Benedictus* sit omitendum de sero, et recitandum die insequenti, quo explentur exequiae, veluti corpore praesente post absolutum Officium Defunctorum, Missamque Solemnem celebratam?

3. An ulla extet singularis dispositio pro praesenti casu, quo civiles leges exigunt ut extra moenia in uno eodemque Caemeterio, cuiusque Paroeciae defuncti sepulturae mandentur?

Quae quidem Dubia a me subscripto Secretario relata quum fuerint in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitii ad Vaticanum hodierna die habitis, Sacra eadem Congregatio, omnibus accurato examine perpensis, respondendum censuit.

Ad 1. et 2. « In casu servandum ordinem in Rituali praescriptum. »

Ad 3. « Dentur Decreta in Florentina diei 25. Aprilis 1781., et in Tuden. diei 7. Septembris 1816. ad Dubium XLIII. »

Atque ita rescripsit. Die 21. Iulii 1855.

5218. RHEDONEN.

Quum Sacrae Rituum Congregationi Anno 1848. sequens Dubium pro opportuna declaratione proposuerit Rñus Adiacen. Episcopus: « In Caeremoniali Episcoporum articulo de Missa Pontificali legitur, quod Canonici sedere debeant ad verba: *Et Incarnatus est*: Quae sit huiusmodi praescriptio comprehendat omnes Canonicos etiam simplici habitu Choralis indutos, aut eos tantum, qui Sacris Paramentis induti sunt? » Et Sacra eadem Congregatio rescripsit eodem Anno die 22. Iulii; « Ab omnibus, qui sunt in Choro sedendum praeterquam in diebus Nativitatis Domini, et Annunciationis Beatae Mariae Virginis, in quibus ab omnibus est genuflectendum? » Rñus Rhedonen. Episcopus super hoc ipso Dubio duplicem postulationem proposuit, ac declarari ab eadem Sacra Congregatione postulavit.

1. An huiusmodi responsio sit authentica?

2. Utrum in casu ab omnibus qui sunt in Choro sedendum, etiam si non sint Canonici, sed simplices Sacerdotes Superpelliceo, et Cotta induti.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitii ad relationem mei subscripti Secretarii, post diligens omnium examen, respondit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Ab iis qui non sunt Canonici, Negative, nisi adsit contraria consuetudo. »

Atque ita rescripsit, propositisque Dubiis respondere censuit. Die 21. Iulii 1855.

5219. VERONEN.

Cancellarius Episcopalis Curiae Veronensis, annuente Rño Veronen. Episcopo Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia declaranda proposuit, nimirum:

1. Utrum in secundo Triduo maioris hebdomadae in funere ducendo cerei sint accendendi?

2. Quum Rituale Romanum titulo de Exequiis prohibeat Missam propriam celebrare praesente corpore, si obstet magna diei celebritas: quaeritur an magna diei celebritas comprehendat etiam dies non festivos magna extrinseca Solemnitate exultos? et quatenus affirmative, quaeritur qui nam sit dies magnae celebritatis?

3. Utrum corpore Sacerdotis insepulto, ob aliquam rationabilem causam non praesente, Subdiaconus in exequiis se sistere debeat inter fere-trum, et Altare, vel saltem possit?

Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata ad relationem mei subscripti Secretarii, post diligens omnium examen respondendum censuit.

Ad 1. « Detur Decretum in Placentina diei 11. Augusti 1736. »

Ad 2. « Dentur Decreta diei 2. Sept. 1741. in Aquensi ad IV.; diei 29. Ianuarii 1752. in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum ad XII. et XIII.; ac diei 9. Aprilis 1808. in Compostellana ad primum. »

Ad 3. « Negative. »

Atque ita rescripsit. Die 21. Iulii 1855.

5220. VERONEN.

Quum Rñus Veronen. Episcopus peculiari inscripta commendatione Sacrorum Rituum Congregationi supplicarit enixe, ut declarare dignaretur sequentia Dubia a Curiae Episcopalis Cancellario proposita, nimirum:

1. Utrum Anniversaria pro Defunctis ad instantiam vivorum, si cadant in diem impeditam, transferri possint?

2. Et quatenus negative, Utrum dies anniversaria computari possit a die depositionis, si dies anniversaria ab obitu sit impedita?

3. Utrum Anniversarium computari debeat a die ipsa obitus, vel a sequenti, si mors sequatur post occasum solis, vel ante mediam noctem?

Et Sacra Rituum Congregatio in Ordinariis Comitii ad Vaticanum subsignata die coadunata ad relationem mei subscripti Secretarii, post accuratum omnium examen, respondendum censuit.

Ad 1. « Transferri debere ad diem non impeditam Festo duplici. »

Ad 2. « Negative iuxta Decretum in Curien. diei 16. Iunii 1700. »

Ad 3. « Posse computari a die ipsa obitus, vel a sequenti, iuxta diversam Ecclesiarum consuetudinem. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 21. Iulii 1855.

5221. BRIOCEN.

Annunte Rm̄o Episcopo Briocen., et Trecaren. Magister Caeremoniarum Cathedralis Ecclesiae Briocensis, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna solutione proposuit: nimirum:

1. In Parochiis Ruralibus quum defunctus decessit in domo, longiori distantia, ut saepe fit, una et aliquando altera leuca, separata ab Ecclesia, in qua Exequiae peragendaes sunt, cadaver curriculo ad portam principalem huius Ecclesiae adducitur, ibique Parochus recitare solet preces, quae iuxta Rituale Romanum sunt recitandae in domo defuncti, si proximior sit, antequam cadaver ad Ecclesiam deferatur. Igitur quaeritur 1. Utrum hoc in casu Parochus induere possit Albam loco superpellicei, ut mos est, si immediate post Officium Mortuorum, quod ipse Parochus facit, Missam sit celebraturus? 2. Et super Albam, aut superpelliceum, si Alba non utitur, Stolam nigri coloris una cum Pluviali eiusdem coloris? Ratio dubitandi est, quia fert Rituale Romanum. « Stola nigra, vel etiam Pluviale eiusdem coloris. »

2. Utrum Sacerdos alius a Parocho, qui in Ecclesiam cadaver introduxit, Vicarius v. g. celebrare pro Officio mortuorum queat, et utrum teneatur ille Vicarius induere Stolam, et Pluviale, aut Stolam, vel Pluviale nigri coloris ab initio Officii mortuorum, vel tantum ad preces recitandas in fine Nocturni, quum Laudes non dicuntur, et utrum has preces recitare possit absque Stola, et Pluviali?

3. An tertio Sacerdoti, a supradictis Sacerdotibus diverso, celebrare liceat Missam, ut in die obitus post Laudes, sive post Nocturnum, quum Laudes non dicuntur?

4. Utrum quartus Sacerdos post Missam ab alio Sacerdote celebratam induere possit Stolam, et Pluviale ad faciendam absolutionem ad feretrum, si corpus deducendum sit ad tumulum, ita ut quot sunt veluti partes diversae in uno, et eodem funere peragendo, tot praeesse valeant uni, et eidem funeri Sacerdotes, quorum v. g. alius

introduxit corpus in Ecclesiam, alius cantat Nocturnum, alius Missam celebrat, aliusque facit absolutionem ad feretrum? Ratio dubitandi est, quia fert Rituale: « Finita Missa, Sacerdos deposita Casula, seu Planeta, et Manipulo, accipit Pluviale nigri coloris etc. et Episcoporum Caeremoniale lib. 4. c. 37. n. 2. Celebrans finita Missa deposita Planeta, et Manipulo, accipit Pluviale nigrum. »

5. In Officio mortuorum quum Laudes recitari non possunt, et unicum tantum cantatur Nocturnum, Psalmus *De profundis* debet ne recitari ad preces, quae sunt recitandae in fine Nocturni?

6. Festum Corporis Christi est Festum patronale Cappellae maioris Seminarii Briocensis omnibus patentis fidelibus, in qua Missa Solemnis celebratur, et Vesperae solemniter cantantur in omnibus Dominicis, et diebus festivis, seu festivitatis; aliunde Festum Sancti Brioci est Festum Titularis, nec non Patroni Urbis, et Dioecesis Briocensis. Igitur quaeritur 1. Utrum Professores, nec non Seminaristae, in maioribus constituti Ordinibus, teneantur ad commemorationem Festi Corporis Christi inter Suffragia ad Vesperas, et Laudes in diebus semiduplicibus; et infra quaeritur. 2. Utrum iidem teneantur inter eadem suffragia ad commemorationem Sancti Brioci Patroni, et Titularis Urbis, et Dioecesis Briocensis?

7. Quum Rm̄us Episcopus pontificaliter celebrat, tenentur ne omnes Canonici huic assistentes, et alii Canonici sive parati, sive non, genuflectere quum solemnem dat benedictionem in fine Missae, et Vesperarum.

8. Saepius fit in Dioecesi Briocensi, ut in fine Missae, et Vesperarum benedictio cum Augustissimo Sacramento Eucharistiae populo impertiatur a Celebrante; quaeritur an ab Episcopo assistente, vel potius a Celebrante thus in thuribulum imponi debeat ad thurificandum Sanctissimum Sacramentum? Ratio dubitandi est, quia in hoc casu thus benedici non debet, sed simpliciter poni in thuribulum.

9. Iuxta Caeremoniale Episcoporum lib. 1. c. 12. n. 11. Candelabra in Altari ponenda non sunt omnino inter se aequalia. In tota Dioecesi Briocensi sunt omnino inter se aequalia. Quaeritur utrum hoc praescriptum Caeremonialis Episcoporum ea de re sit rigorose tenendum? Et si affirmative, petitur, ut iis Candelabris inter se aequalibus in omnibus Ecclesiis, seu Cappellis uti liceat, donec admodum renovanda sint?

10. Quaeritur an in administrando Viatico Sacro aegrotanti Sacerdoti aliquis sit ritus spe-

cialis diversus a ritu praescripto a Rituali Romano « de Communionem infirmorum » ut inuenire videtur Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 38. n. 3. et 5. dicens: « Prostrateur *Episcopus aegrotans* catholicam fidem, ex formula ab Apostolica Sede praescripta. » Et quatenus affirmative, utrum seruari possit sequens ritus, qui legitur in quodam Rituali. 1. Paratis omnibus, ut in Rituali Romano de Communionem infirmorum, Sacerdos infirmus Sacram Eucharistiam sumpturus induatur superpelliceo, et Stola albi coloris in collo pendente. 2. Deinde Sacerdos ministrans domum ingrediens dicat: *Pax huic domui etc.* ut in Rituali Romano de Communionem infirmorum usque ad Antiphonam: *Asperges me* inclusive etiam repetitam, et reversus ad Sanctissimum Sacramentum genuflectat, et stans dicit. *ψ. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. ψ. Saluum fac seruum tuum. R. Deus meus sperantem in te. ψ. Mitte ei auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere eum. ψ. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ψ. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. ψ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus infirmitatis humanae singulare praesidium auxilii tui super infirmum nostrum ostende virtutem, ut ope misericordiae tuae auditus Ecclesiae tuae sanctae incolumis repraesentari mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.*

3. Finita oratione genuflectit Sacerdos ministrans, et accedit ad infirmum, a quo professionem fidei exigit dicens: *Frater carissime*, (si sit superior) *Reverende Pater*, oportet in testimonium fidelissimi animi tui, ut Catholicam fidem quam semper tenuisti, nunc Sacram Eucharistiam sumpturus, profitearis. Dic igitur *Credo in Deum etc.* idest Symbolum Apostolorum. Si infirmus Sacerdos prae infirmitate nequeat Symbolum recitare, alter eius nomine illud integre recitet.

4. Recitato Symbolo Sacerdos ministrans, si placet: adhortatur infirmum Sacerdotem. 5. Facta exhortatione, vel recitato Symbolo, si non fit exhortatio, ipse infirmus Sacerdos, vel alter eius nomine peccatorum confessionem faciat dicens *Confiteor*, quo dicto mox Sacerdos ministrans dicit. *Misereatur etc. Indulgentiam etc.* Tum accedit ad infirmum sacra pyxide discooperta, et incipit Hymnum *Te Deum*, quem Sacerdotes, et Clerici circumstantes recitabunt alternatim usque ad hunc versum inclusive: *Fiat misericordia etc.* Tunc Sacerdos ministrans sumit Sacram Eucha-

ristiam intra digitos, quam ostendit infirmo, qui silentibus aliis, dicit. *In te Domine etc.* Quo peracto Sacerdos ministrans dicit: *Ecce Agnus Dei etc.* ut in Rituali Romano de Communionem infirmorum.

11. Utrum novus Parochus, quum prima vice in suo Parochiali munere coram populo in Ecclesia Parochiali congregato Canonice constituitur, gallice: *le jour de son installation*, debeat profiteri Fidem Catholicam in formula ab Apostolica Sede praescripta. Et quatenus affirmative, utrum illa Professio eadem sit, ac forma iuramenti Synodalis, quae legitur in Pontificali Romano in ordine ad Synodum, et utrum recitanda sit in vernacula lingua?

12. Utrum Tabernaculum, in quo reconditur SSmum Sacramentum Conopaeo cooperiri debeat, ut fert Rituale, et quatenus affirmative: 2. Utrum Conopaeum istud confici possit ex panno, sive gossypio, sive lana, sive cannaba contexto. 3. Cuius nam coloris esse debeat? aliis opinantibus, ut Barulfaldus, Conopaeum debere esse coloris albi, utpote convenientis SSmo Sacramento, aliis autem, ut Gavantus, eiusdem coloris, cuius sunt pallium Altaris, et cetera paramenta pro temporis, festique ratione, praeter colorem nigrum, qui mutatur in colore violaceo in exequiis defunctorum.

13. Feretrum, quum in eo corpus includitur, et castrum doloris, absente corpore, panno nigro cooperiri debent: quaeritur utrum feretrum, si in eo reconditur corpus puellae inuuptae, panno ex lana alba contexto cooperire liceat in signum virginitalis, et etiam pro castro doloris in die tertia, septima, trigesima, et anniversaria ipsius puellae inuuptae?

Sacra eadem Congregatio Rituum ad Vaticanum in Ordinariis Comitibus hodierna die coadunata, referente subscripto Secretario, propositis Dubiis accurato examine perpensis, iisdem respondendum censuit.

Ad 1. « Quoad primam quaestionem Negative; quoad secundam quaestionem Affirmative. »

Ad 2. « Quum Stola sit signum Officii, non iurisdictionis, Stola ipsam assumendam ab illo, qui Exequias persolvit, sive Parochus sit, sive alius Sacerdos pro Parocho. »

Ad 3. « Affirmative. »

Ad 4. « Congruum esse, ut absolutio ad feretrum fiat ab ipso Sacerdote, qui Missam celebravit, non ab alio diverso. In reliquis provisum in antecedentibus. »

Ad 5. « Laudabilius esse si recitetur Psalmus *De profundis*. »

Ad 6. « Quoad primam quaestionem Affirma-

tive, si agatur de Ecclesia publica: quoad secundam quaestionem Affirmative. »

Ad 7. « Negative. »

Ad 8. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et Episcopum thurificare debere. »

Ad 9. « Adductam causam a praescriptione Caeremonialis observanda excusare. »

Ad 10. « Negative in omnibus. »

Ad 11. « Servandum Decretum Concilii Tridentini Sessione XXIV. cap. XII. *de Reformatione*: Professionem autem fidei edendam iuxta formulam a Pio IV. statutam, quam exhibet Pontificale Romanum in Ordine ad Synodum. »

Ad 12. « Quoad primam quaestionem affirmative: quoad secundam pariter affirmative; quoad tertiam, utramque sententiam posse in praxim deduci, maxime vero sententiam Gavanti, quae pro se habet usum Ecclesiarum Urbis. »

Ad 13. « Negative in utroque casu. »

Atque ita rescripsit. Die 21. Iulii 1855.

5222.

ASSISIEN.

Inter diversas Franciscalium familias Assisii constitutas iterum succrescentibus dissensionibus super iure praecedendi in publicis Supplicationibus: familia vero Minorum Conventualium Patriarchalis Basilicae Sancti Francisci servitio mancipata insuper contendente vigore privilegiorum sibi indultorum ab Apostolica Sede, ac praecipue a Benedicto XIV. duabus Constitutionibus *Fidelis Dominus*, et *Rituales Leges* datis die 25. Martii 1754. nullimode se teneri ad Supplicationes accedere, urgente licet publica causa ab Episcopo extra ordinem indictas, nec ad recitandas in praefata sua Basilica Collectas, et preces ab eodem Episcopo ex publica pariter causa generatim praescriptas, Reverendissimus Assisien. Episcopus rem omnem ingenue exposuit Sacrae Rituum Congregationi, ut opportunas provisiones tradere dignaretur. De expositis itaque ab Episcopo actum quum fuerit in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum ad Vaticanum habito pridie Idus Augusti 1854. rescriptum prodiit « Audiantur RR. PP. Procuratores Generales Ordinum, et postmodum ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum. » Ad mentem itaque sacrae Congregationis postquam Procuratores Generales Ordinum suas exhibuerunt deductiones in scriptis, et delectus Apostolicarum Caeremoniarum Magister, expensis allegationibus tum Episcopi, tum Procuratorum Generalium, suum Votum confecit, Votum ipsum interesse habentibus communicatum fuit. Qua communicatione fa-

cta, et novis, quae ab Episcopo et a Procuratoribus Generalibus prolatae sunt, observationibus una cum praecedentibus allegationibus, et voto Magistri Caeremoniarum, iudicio Sacrae Congregationis subiectis, Eñus et Revñus Dominus Cardinalis Ludovicus Altieri Relator sequentia Dubia discutienda proposuit in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitii ad Vaticanum subscripta die coadunatis, nimirum.

Dubium I. An in Processionibus tam Ordinariis quam Extraordinariis praecedere debeant Fratres Minores Observantes, seu potius Fratres Minores Conventuales in casu etc?

Dubium II. An in Processionibus, aliisque Functionibus, quoties Fratres Minores de Observantia non accedunt, praecedere debeant Minores Reformati, seu potius Conventuales in casu etc?

Dubium III. An in Processionibus quoties Cappuccini soli sub propria Cruce accedunt absque interventu Patrum Conventualium, praecedere debeant iidem Cappuccini, seu potius Fratres Tertii Ordinis Sancti Francisci in casu etc?

Dubium IV. An Regulares dictorum Ordinum teneantur intervenire Processionibus, quae publicae utilitatis causa ab Episcopo indicuntur in casu etc?

Dubium V. An Fratres Conventuales teneantur implere Episcopi mandatum quum ab ipso pro publica causa, vel utilitate preces indicuntur in casu etc?

Et Eñi ac Revñi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus et singulis mature consideratis, rescribendum censuerunt.

Ad Dubium 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad Dubium 2. « Dilata, et scribat alter Magister Caeremoniarum. »

Ad Dubium 3. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad Dubium 4. « Affirmative. »

Ad Dubium 5. « Affirmative. » Die 16. Februarii 1856.

Quibus omnibus per me subscriptum Secretarium relatis Illmo D. N. Pio Papae IX. Sanctitas sua Rescriptum Sacrae Congregationis ratum habuit ac servari mandavit. Die 21. eiusdem Mensis et Anni.

5223.

ALBEN.

Quum hodiernus Vicarius Capitularis Dioecesis Albensis, Sede illa Episcopali vacante, iisdem humillimis precibus quibus ab hac Sancta Sede imploravit approbationem Kalendarii perpetui ad usum Cleri illius Dioecesis, postulaverit

etiam ut sequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum.

Dubium I. Pluribus Sacrorum Rituum Congregationis Decretis statutum fuit de Duplici minore occurrente vel translato fieri posse in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum; sed quum per Decretum eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis diei 31. Maii 1817. declaratum fuerit talia Decreta locum dumtaxat obtinere si pro repositione Festi translati nullus supersit dies usque ad Anni finem: hinc quaeritur utrum de Festo duplice minori translato adhuc fieri possit nec ne dicta die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, si pro repositione talis Festi translati equidem adhuc locus supersit ante Anni finem, sed ne reponeretur tali die in causa foret, quia pro aliquo alio Officio ritus semiduplicis, vel etiam duplicis minoris diebus insequentibus translato nullus alius pro repositione dies superest vacuus ante Anni exitum?

Dubium II. Quoties in Officio de Dominica ritu semiduplici occurrit facienda commemoratio alicuius Festi in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa eo quod in fine Anni superesset: quaeritur num talis Commemoratio in Missa Dominicana suppleri possit pro una ex tribus Collectis praescriptis, puta pro secunda *A cunctis* (quae inde evadet tertia) quin opus sit addere tertiam ad libitum? An vero nihilominus addenda praeterea sit et tertia ad libitum?

Dubium III. In hac Dioecesi Albensi plura sunt Officia de Passione, vel de Mysteriis vel de Instrumentis Passionis Domini Nostri Iesu Christi, veluti Sacratissime Spinae Coronae, Orationis in Monte Oliveti, Commemorationis Passionis, Pretiosissimi Sanguinis, Sacratissimae Crucis, Insignis Miraculi Sanctissimi Sacramenti, Sacratissimi Cordis Iesu etc. Non raro autem huiusmodi Officia inter se concurrunt in Vesperis, et quoniam regula liturgica est, ut *numquam idem de eodem in eodem Officio fiat Officium et Commemoratio*, hinc quaeritur 1. Num quoties duo ex praedictis Officiis concurrunt in paritate ritus Vesperae integre debeant esse de praecedente, nihil de sequente, sed si sequens potioris ritus fuerit, Vesperae integrae debeant esse de sequenti, nil de praecedenti, non secus ac faciendum docuit Sac. Rituum Congreg. in concurrentia duorum Officiorum de Passione Domini, aut de eadem Beata Maria Virgine in Barchinonen. die 11. Aprilis 1840. ad VII. et Ordinis Minorum Reformatorem diei 16. Martii 1779. ad XII. Quaeritur secundo an in occursu, vel concursu prae-

dictorum Officiorum infra Octavam vel cum die octava alicuius ex iisdem Officiis, quod fiat cum Octava (ut in hac Ditione Pedemontana Officium Sacratissimae Sindonis sit ritu duplice primae Classis cum Octava) omitti debeat Commemoratio de die infra talem Octavam, vel diei infra huiusmodi Octavam? Quaeritur 3. An idipsum servandum sit, ut in praecedenti quaestione secunda etiam in concursu, aut occursu alicuius ex enunciatis Officiis cum aliis Festis Domini, aut infra Octavas eorumdem, puta Ascensionis, Transfigurationis Domini, Sanctissimi Corporis Christi? Quaeritur 4. An in concursu diei octavae alicuius ex enunciatis Officiis cum aliquo Officio alicuius Sancti ritu duplice minori, velut diei octavae Sacratissimae Sindonis cum Officio Sancti Antonini modo ritu duplice minore, Vesperae debeant fieri a Capitulo, vel potius integrae de die octava Sacratissimae Sindonis utpote dignioris, et cum sola commemoratione sancti Antonini?... Quaeritur 5. Nam in concursu diei Octavae Sanctissimi Corporis Christi cum primis Vesperis Sacratissimi Cordis Iesu ritu duplice primae Classis omitti debeat Commemoratio Sanctissimi Corporis Christi?

Sacra porro Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale hodierna die coadunata super iisdem Dubiis, requisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative quoad Duplicia minora tantum. »

Ad 2. « Collectam ad libitum in casu omitendam. »

Ad 3. « Quoad quaestionem 1. Affirmative: quoad quaestionem 2. Negative: quoad quaestionem 3. Affirmative: quoad quaestionem 4. Vesperas recitandas de die octava cum commemoratione tantum sequentis: quoad quaestionem 5. Affirmative. »

Atque ita rescripsit, ne servari mandavit.

Die 16. Februarii 1856.

5224. ORD. MIN. S. FRANCISCI
DE OBSERVANTIA.

Hodiernus Dispositor Calendarii Religiosorum Ordinis Minorum de Observantia in Peruviana Republica hanc Sacram Rituum Congregationem supplex adivit, ab eaque instantanter postulavit ut sequentia Dubia Liturgica ab ipso proposita declarare dignaretur, nimirum:

Dubium 1. Post Decretum diei 12. Apr. 1823. in una Panormitana, per quod Sacra Rituum

Congregatio concedit commemorationem fieri posse cum historica IX. Lectione de Duplicibus simpli-
ficatis in omnibus Festis, exceptis dumtaxat Tri-
duo maioris Hebdomadae, Pascha Resurrectionis
et Pentecostes cum duabus sequentibus Feriis:
an dari poterit nona Lectio in Dominicis Qua-
dragesimae et Adventus, licet Rubricae generales
id prohibeant? Et similiter in Corporis Christi
infra Octavam, non exclusis eius Festo, et die
octava, poterit apponi IX. Lectio, quam Rubri-
cae peculiares a sa: me: Pio Papa VI. approba-
tae sub Numero 177. omnino inhihent?

Dubium II. Post novissima Decreta Sacrorum
Rituum Congregationis, quae ad Officium Dedi-
cationis Ecclesiae referuntur, utrum in occurren-
tia eius in Festo S. Martyris, Confessoris, Vir-
ginis aut Viduae ritu et per omnia aequali, re-
citandum sit de Dedicacione cum praefertentia,
vel de Sancto?

Dubium III. Quum iuxta Rubricas peculiares
num. 83. in aequalibus praelationem habeat Of-
ficium nostri Ordinis, utrum occurrente Sancto
Petro de Alcantara in die Anniversaria dedica-
tionis Ecclesiae Cathedralis, recitari debeat de
laudato Sancto, ista translata, quum sint ambo
eiusdem ritus.

Dubium IV. Utrum authenticum sit Decretum
diei 29. Iunii 1773. ubi asseveratur Sacram Ri-
tuum Congregationem Seraphico Ordini conces-
sisse lectionem Praefationis propriae Sancti Fran-
cisci in Missa Dedicacionis Ecclesiae sanctae Ma-
riae Angelorum Portiunculae diei 2. Augusti, quo
privilegio utitur?

Dubium V. Nostris in Missalibus inveniuntur
tres Collectae *Et famulos tuos*, quarum prima
dici potest quotidie: secunda quando in Missa
dicitur Oratio *A cunctis*, et tertia quando di-
citur Oratio *Ecclesiae*, ex concessione Sacrorum
Rituum Congregationis diei 13. Iulii 1675., et
novissime huic Reipublicae facta die 24. Apri-
lis 1846. Quaeritur an sit authenticum Decretum
diei 13. Martii 1804. in quo legitur: nunquam
est varianda, sed uno eodemque modo semper
est dicenda, licet in Missa praecedat Oratio *A cun-
ctis*, vel Ecclesiae?

Dubium VI. Utrum sufficiat dari dictam Col-
lectam semel tantum, vel repeti debeat etiam in
Secreta, et in Post communionem, vel solum in
Post communionem, ut fert consuetudo?

Dubium VII. In titulo 36. Rubricarum ge-
neralium num. 2. et 5. praescribitur, omittendam
esse Antiphonam Beatae Mariae Virginis, quando
post aliquam Horam sequuntur Litaniae vel Missa:

an intelligitur de Missa tantum Conventuali, aut
alia qualibet lecta, quae non est Conventua-
lis, quum ista dicenda sit post Nonam, sed so-
lum cum praesentia Communitatis in Choro?

Dubium VIII. Utrum praedieta Antiphona Bea-
tae Mariae Virginis dicenda sit post Nonam in
Choro in Litanis maioribus Feriarum Rogationum
et Sancti Marci, quae ordinantur in Ecclesia post
discessum Communitatis a Choro dissito a Sacri-
stia, et post paululam moram in ea factam ad
ministrum se parandum, cum in praedicto num. 2.
Rubricae generalis dicatur: *In Choro autem sem-
per dicitur, quandocumque terminata aliqua Hora
discedendum est a Choro?*

Dubium IX. In istis Ecclesiis Peruvianis est
communis consuetudo pulsandi Campanulam a
Ministro in Missa non solum ad verba *Sanctus* etc.
et in elevatione Sanctissimi, sed etiam ad verba
Domine non sum dignus ante sumptionem, et
quoties administratur Communio Fidelibus ad
praedieta verba: Utrum tolleranda sit ista con-
suetudo, et sequenda in nostris Ecclesiis?

Dubium X. Utrum pulsanda sit Campanula
quando in Choro elevato et sito in extrema parte
Ecclesiae, ubi non videtur Celebrans, recitatur
Officium?

Dubium XI. Utrum Decretum prohibens ce-
lebrare Missam in Altari maiore dum recitatur
Officium in Choro, intelligendum est tantum de
Altari circa quod Chorus positus est, ut commu-
niter sunt Chori in Ecclesiis Romae, vel etiam
quum Chorus situs est in extrema parte Eccle-
siae, et in loco elevato et dissito ab Altari maiori,
ut sunt in Ecclesiis Hispaniae et Americae?

Haec porro Dubia super quibus Sacra Con-
gregatio voluit ut alter ex Apostolicarum Cae-
remoniarum Magistris suam in scriptis sententiam
proferret, quum Eminentissimus et Reverendissi-
D. Cardinalis Constantinus Patrizi Sacrorum Ri-
tuum Congregationis Praefectus retulerit in Or-
dinaris Sac. Rituum Comitii hodierna die ad
Vaticanum habitis, Eminentissimi et Reverendis-
simi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi,
omnibus accurate perpensis, rescribendum cen-
suerunt.

Ad 1. « Negative ad utramque partem. »

Ad 2. « Affirmative quoad primam partem:
negative quoad secundam, et dentur Decreta. »

Ad 3. Festum Dedicacionis Ecclesiae non pro-
priae utpote secundarium in paritate ritus esse
omnibus Festis etiam secundariis Christi Domini,
et primariis Beatae Mariae Virginis ac Sancto-
rum in occurrentia postponendum: in concut-

rentia vero non cedere nisi Festis primariis et secundariis Domini Nostri Iesu Christi.

Ad 4. « Non constare de Decreto Sacrorum Rituum Congregationis permittente universo Ordini Seraphico Praefationem de Sancto Francisco in Missa Dedicacionis Sanctae Mariae Angelorum. »

Ad 5. « Decretum editum die 13. Martii 1804. ita se habere: Pro allatis in dubio variationibus non constare de Decreto Sacrorum Rituum Congregationis. »

Ad 6. « Servandam consuetudinem. »

Ad 7. « Antiphonam Beatae Mariae Virginis omittendam esse tantum, si immediate subsequatur Missa Conventualis, vel alia Missa solemnitas pro vivis, quam pro defunctis ad cuius assistentiam teneantur Chorales. »

Ad 8. « Negative. »

Ad 9. « Tolerari posse. »

Ad 10. « Affirmative. »

Ad 11. « Servanda esse Decreta. »

Atque ita Sacra Congregatio rescripsit, et servari mandavit. Die 14. Maii 1856.

5225. BOIANEN.

Hodiernus Archipresbyter Oppidi, cui nomen vulgo *Montagnano* intra fines Dioecesis Boianens. huic Sanctae Sedi Apostolicae exposuit Fideles Oppidi ipsius a vetustis temporibus eum praecipuum ad Deum Patronum venerari consuevisse Sanctum Alexandrum Martyrem unum e septem Fratribus, de quibus in Martyrologio Romano sexto Idus Iulii: eamque ob causam Festum eiusdem Sancti, cuius Corpus ibidem religiosissime asservatur, a Clero loci celebratum hucusque fuisse cum Officio et Missa de Communi unius Martyris sub ritu duplici primae Classis cum Octava. Exposuit insuper hac non obstante veteri consuetudine nuper contigisse ut Redactor Kalendarii Dioecisani pro eodem Festo assignare censuerit Officium cum Missa de Communi plurimorum Martyrum, asserens iuxta Decreta huius Sacrae Congregationis non posse Festum unius ex septem Fratribus Martyribus a ceteris seiungi. Hanc itaque immutationem aegro animo ferentes Archipresbyter et Clerus Oppidi *Montagnano* pro vetustae consuetudinis confirmatione huic Sacrorum Rituum Congregationi supplicia vota dedere. Quorum preces quum ipse Reverendissimus Episcopus Boianen. pro informatione et voto requisitus, non modo veritati consonas testatus fuerit, sed etiam supplicaverit ut Oratorum votis Sacra eadem Congregatio benigne adhaereat; Eminentissimi et Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus prae-

positi ad Vaticanum hodierna die coadunati in Ordinario Coetu, rebus omnibus mature expensis, referente subscripto Secretario, respondendum censuerunt. « Veterem consuetudinem in casu esse retinendam iuxta Decretum in Carthagenen. seu Ordinis Minorum de Observantia diei 2. Maii 1801. ad Dubium IX. Die 29. Novemb. 1856.

5226. MONTIS ALBANI.

Postquam Vicarius Generalis Dioecesis Montis Albani exposuit huic Sanctae Sedi Apostolicae in Ecclesia Parochiali Sancti Iacobi Apostoli Civitatis Montis Albani canonice erectam reperiri Confraternitatem Sacratissimi Cordis Iesu et Mariae (quae tamen vulgo sub priori tantum titulo Sacratissimi Cordis Iesu cognoscitur) prorsus distinctam ab Archiconfraternitate Romana sub eodem titulo Sacratissimi Cordis Iesu: siquidem haec Confraternitas Montis Albani duplicem habet scopum, spirituales scilicet sodalium utilitatem, et in necessitatibus temporalibus ope menstruae retributionis assistentiam, ab hac Sacra Rituum Congregatione humillime postulavit ut declarare dignaretur utrum in Civitate Montis Albani, vel in eadem Parochiali Ecclesia, vel in alia Ecclesia institui possit alia Confraternitas Sacratissimi Cordis Iesu Romanae Archiconfraternitati vel Confraternitati Molinensi in Gallia aggreganda, ac prorsus distincta ac diversa a Confraternitate, de qua supra, in Parochiali Ecclesia Sancti Iacobi erecta?

Quae singula quum subscriptus Secretarius eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis retulerit in Ordinario Coetu hodierna die ad Vaticanum habito, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature perpensis rescribere rati sunt: « Quum iuxta exposita una Confraternitas ab altera differat non tantum nomine sed etiam scopo, simultaneae utriusque confraternitatis existentiae in eadem Civitate minime officere censenda est Constitutio sa: me: Clementis Papae VIII. quae incipit Quaecumque. » Atque ita Sacra Rituum Congregatio rescripsit.

Die 29. Novemb. 1856.

5227. SEPTEMPEDANA.

Ad eliminandam quamcumque dubitationem circa Lectiones secundi et tertii Nocturni in diebus infra Octavam et Octavae pro Sanctis Patronis, Titularibus, aliisque, quorum Festum agi debet iuxta Rubricas cum Octava, Reverendissimus D. Episcopus Septempedanus a Sacrorum Rituum Congregatione supplicibus votis postulavit, ut super duobus ab ipso propositis Dubiis sententiam

suam eadem Sacra Congregatio elicere dignaretur. Quaesivit ergo.

1. An quando fit Officium de infra Octavam vel de Octava Sanctorum Titularium vel Patronorum sive Dioecesis, sive alicuius Paroeciae, sive Ecclesiae particularis, aut Religionis, aut Congregationis in Matutino possint Lectiones pro secundo et tertio Nocturno desumi ex Octavario Romano?

2. Et quatenus negative: Quenam Lectiones pro secundo et tertio Nocturno in Calendario Dioecesano assignari debeant tam infra Octavam, quam in die Octava, quando agitur de Festo non habente in Breviario Romano Lectiones pro diebus Octavae illius Festi?

Haec itaque Dubia quum in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis ex officio retulerit subscriptus Secretarius, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi omnibus mature perpensis rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative: dummodo eiusmodi Lectiones non designantur in Breviario Romano. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Atque ita Sacra Congregatio rescripsit, propositaque ab Episcopo Septempedano Dubia declaravit. Die 29. Novembris 1856.

5228. SALUTIARUM.

Quum Reverendissimus Episcopus Salutiarum in relatione status Ecclesiae suae Anno mox elapso 1855. ad Sacram Congregationem Concilii transmissa sequentia Dubia proposuerit, ac supplicibus votis ab hac Sancta Sede Apostolica postulaverit ut Dubia ipsa definire dignaretur, nimirum:

1. Utrum possit Episcopus tollerare quod Canonici Cathedralis Missam Conventualem celebrent non post Tertiam sed post Nonam?

2. Utrum Episcopus tollerare possit quod Canonici Episcopum Pontificalia exercentem non ad Altare maius, sed in Sacristia vestiant?

3. Utrum Episcopus tollerare possit quod in Processione Sanctissimi Sacramenti, quae cum magno fieri solet populi concursu Dominica tertia cuiuslibet Mensis, Canonicus deferens Sacramentum haudquaquam Pluviali indutus accedat, sed simpliciter stola super Cappam, quamvis ad hoc interrogata Sacrorum Rituum Congregatio id fieri non posse rescripserit die 18. Decembris 1784?

4. Utrum Episcopus tollerare possit quod Benedictionem cum Sanctissimo Sacramento imperantur Canonici cum simplici stola super Cappam?

5. An Episcopus tollerare possit quod diebus Dominicis ante Missam Conventualem non ipse Celebrans, sed inter Canonicos primus Aquae lustralis efficiat aspersionem: idque pariter fiat Sabatho Sancto quoad aspersionem cum Aqua recenter benedicta?

6. An Episcopus tollerare possit quod Canonici Missam solemnem cum Diacono et Subdiacono aliquando cantent nulla adhibita incensatione, et saepe saepius id faciant in Missis *de Requie* cantatis cum assistentia Diaconi et Subdiaconi qui semper Canonici sunt?

Quum autem, Sanctissimo D. N. Pio Papa IX. iubente, istiusmodi Dubia a S. Congregatione Concilii ad hanc S. R. C. pro opportuna solutione fuerint transmissa, Eminentissimi et Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinariis huius diei Comitibus ad Vaticanum habitis, referente subscripto Secretario, respondendum duxerunt:

Ad 1. « Negative, et servandas esse Rubricas. »

Ad 2. « Negative, et servandas esse praescriptiones Caeremonialis Episcoporum. »

Ad 3. « Negative, et observetur Decretum diei 18. Decembris 1784. in una Salutiarum. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « Negative ad primam partem: quoad secundam servandam esse consuetudinem. »

Ad 6. « Negative. »

Atque ita Sacra Rituum Congregatio rescribere rata est, propositaque Dubia declarare.

Die 29. Novembris 1856.

5229. ASSISIEN.

Quum Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum habito decimoquarto Kalendas Martii vertentis Anni in Causa *Assisien. Declarationis Dubiorum* proposita ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Ludovico Altieri Ponente supersederit a iudicio suo ferendo super sequenti Dubio, quod in Positione illa numero secundo distinctum erat, nimirum: « An in Processionibus aliisque Functionibus, quoties Fratres Minores de Observantia non accedunt, praecedere debeant Minores Reformati, seu potius Conventuales in casu etc. » rescriptumque prodierit « Dilata, et scribat alter Magister Caeremoniarum; ad mentem Sacrae Congregationis delectus alter ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris Votum suum confecit, typisque mandavit. »

In novis itaque Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus hodierna die ad Vaticanum pariter coadunatis per eundem Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Altieri

Relatorem iterum proposita Causa: Sacra eadem Congregatio, omnibus accurate perpensis rescribere rata est. « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum: idest Reformatos, licet soli, et sub propria Cruce supplicationibus, aliisque publicis Functionibus accedant, eadem frui debere praecedentia, quae Observantibus competit. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 24. Maii 1856.

Super quibus facta postmodum per subscriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX. relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, mandavitque ut super Dubiis omnibus in hac Causa a Sacra Congregatione definitis tum decimoquarto Kalendas Martii vertentis Anni, tum nono Kalendas Iunii Anno eodem pro diversis S. Francisci Familiis Assisii commorantibus expediantur Litterae Apostolicae in forma Brevis. Die 29. iisdem Mense et Anno.

5230. CONGREGATIONIS.

CLERICORUM REGULARIUM SANCTI PAULI BARNABITARUM.

Rñus P. Procurator Generalis Congreg. Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum sequentes quaestiones S. R. C. enodandas proposuit.

Dubium I. Quaeritur quid agendum sit, si idem Officium, quod concessum fuit nostrae Congregationi, indultum quoque fuit Dioecesi, in qua moramur, sed pro alia die?

Dubium II. Quaeritur quid agendum sit, si pro eodem quidem die, sed sub alio ritu, idem Officium tum Congregationi nostrae, tum Dioecesi, in qua moramur, indultum fuit?

Dubium III. Quaeritur quid agendum sit, si quando Congregationi nostrae aliquod Officium de Communi, Dioecesi vero proprium concessum fuerit vel viceversa?

Dubium IV. Quum ex nostris Constitutionibus a Sancta Sede approbatis teneamus celebrare Octavas Sancti Patroni Loci in quo moramur, quaeritur an celebrare teneamur omnes Octavas, quae servantur in Locis ubi plures sunt Patroni?

Dubium V. Quum Collegio Sancti Caroli ad Catinarios de Urbe concessum fuerit ut Officium

Beatae Mariae Virginis sub titulo Auxilium Christianorum die XXIV. Maii celebretur sub ritu duplici secundae Classis: quaeritur quid agendum sit, si eodem die occurrat dies octava Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi?

Dubium VI. Quaeritur quid agendum sit quoad translationem in sequentem diem Festi semiduplicis occurrentis in Dominicis infra Octavas non privilegiatas, si una cum semiduplici adsit reponendum aliud Festum duplex pariter translatum? Nam Sacra Rituum Congregatio pluries decrevit praefendum esse Festum semiduplex: Rubrica vero Breviarii Titulo X. de Translatione Festorum postquam num. 5. statuerit Festum semiduplex occurrens ut supra transferendum esse in sequentem diem, nulla facta hypothese de coexistentia alterius Festi duplicis simul transferendi, sic prosequitur num. 7. Sed si plura Festa novem Lectionum transferenda sunt, prius transferatur duplex quam semiduplex.

Haec itaque Dubia, super quibus alter ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris suum Votum protulit, typisque commisit, quum Eminentissimus et Reverendissimus D. Card. Ludovicus Altieri Ponens proposuerit in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum hodierna die ad Vaticanum habito, Eñi et Revñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis, Dubiis ipsis rescribendum censuerunt:

Ad 1. « In casu Clericos Regulares Sancti Pauli conformare se debere quoad diem Calendario Dioecesano. »

Ad 2. et 3. « Clericos Regulares debere celebrare Festum ritu altiori, et officio proprio respective: dummodo in concessione Officii proprii facta Dioecesi, Regulares explicitè non excludantur. »

Ad 4. « Affirmative si liquido constet de legitima plurium Patronorum principalium Officii celebratione. »

Ad 5. Iuxta Rubricas faciendum esse Officium de duplici secundae Classis cum commemoratione diei octavae Ascensionis in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa.

Ad 6. « Dilata et scribat alter. »

Die 29. Novembris 1856.

Decreta in hoc volumine relata ita reperiuntur in Regestis Decretorum existentibus in Secretaria Congregationis Sacrorum Rituum.

In fidem etc.

Loco ✠ Sigilli

H. Capalli S. Rit. Congr. Secretarius.

FINIS VOL. QUARTI.

INDEX GENERALIS

Responsionum S. R. C., quae in quatuor huius Collectionis voluminibus continentur. Eaedem iuxta temporum ordinem sunt dispositae, numerisque distinctae. Facile est invenire, quod quaeritur, reperto numero in Indice indicato, et etiam dubio quoad eas Responsiones, seu Decreta, quae plura complectuntur resoluta Dubia.

IN SINGULIS VOLUMINIBUS CONTINENTUR DECRETA.

In I. Ab Anno 1588. ad 1677. a num. 1. ad 2849.

In II. Ab Anno 1678. ad 1779. a num. 2850. ad 4395.

In III. Ab Anno 1780. ad 1836. a num. 4396. ad 4810.

In IV. Ab Anno 1837. ad 1856. a num. 4811. ad 5230.

A

Abacus V. Praelati Episcopo inferiores.

Abbas Ecclesiae Collegiatae S. Erasmi Verularum incedere debet cum suo Capitulo in Processionibus, et aliis actibus absque praeiudicio iurium suorum 19.

Abbas benedictus cum bireto translatus ad Abbatiam habentem usum Mitrae non indiget alia benedictione 295.

Abbas nequit in suae iurisdictionis locis private sibi subditis benedicere, et tantum potest inter Divinorum solemniam 412.

Abbas non benedictus frui nequit privilegiis concessis Abbatibus benedictis sub praetextu, quod Monasterium ad alterum ex his olim pertinuerit, nec Episcopus potest privilegium ampliare 533.

Abbas in Processionibus nequit ante se deferri facere intortitum per conversum 1376. ad 2.

Abbas habens usum Pontificalium extra suam Ecclesiam nequit uti Baculo, et Mitra; vel utrumque, aut alterutrum ante se a Clericis deferri facere 1338, 2063, 2196.

Abbas, interveniente Capitulo Cathedralis in sua Ecclesia, recurrente die festo principali, potest erigere, et retinere Baldachinum, dummodo non intersit Episcopus 2468. nequit retinere cathedram fixam in propria Ecclesia, aut Pontificalia peragere in aliena 2562. etsi habeat

iurisdictionem quasi Episcopalem, nequit tamen benedicere Calices, Aras Altarium ec. 2650.; extra functiones Ecclesiasticas nequit uti Cruce pectorali sine speciali Indulto 2701. neque debet nominari in Canone 3042. ad 1.

Abbas Regularis potest sine licentia Episcopi Processiones facere cum suis Monachis, sed non extra proprios limites 246. ad 1. Pontificalia peragens in propria Ecclesia potest Populo benedicere, dummodo non adsit Episcopus.

Ibidem ad 2.; extra propriam Ecclesiam nequit uti Baculo, et Mitra. Ibidem ad 3. Si plures Abbates regulares simul conveniant in Processionibus, singuli incedere debent cum suo Clero, et sub Cruce propriae Ecclesiae, e. loco univique debito 469.

Abbates cedere debent Canonicis processionaliter, et capitulariter incedentibus 154. in propria Ecclesia exempta celebrantes, absente Episcopo, possunt suos Canonicos assumere 232. ad 2.; non sunt associandi a domo ad Chorum, ubi id non est in more positum, et Caeremoniale Episcoporum associationem iubens non comprehendit Abbates 478.; habentes facultatem benedicendi sacra suppellectilia nequeunt ea benedicere pro exteris Ecclesiis, non obstante contraria consuetudine 829.

Abbates regulares petere debent benedictionem ab Ordinario, non autem ab aliis Abbatibus proprii Ordinis 1070.

- Abbat*, vel regulares sint, vel saeculares, in exercendis Pontificalibus, conformare se debent Decreto generali de 27. Septembris 1659. relat. sub. num. 2003. Vide *Praelati Episcopo inferiores*.
- Abbat*es possunt prohiberi per Ordinarios, ne Pontificalia exercent, nisi doceant de legitimo, et valido privilegio 2297.
- Abbat*es Ordinario subiecti nequeunt licentiam dare alteri Abbati exempto, vel forensi, celebrandi pontificaliter in suis Ecclesiis, sine licentia Ordinarii 646.
- Abbat*i adstanti in Ecclesia Monialium suae iurisdictionis simul cum loci Episcopo quae sedes conveniat? 530.
- Abbat*i Mitrato vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridentinum non licet conferre Ordines minores, consecrare Calices, benedicere Campanas, et similia agere, in quibus Sacra unctio adhibetur 636. *ad* 3.
- Abbat*i Mitrato non licet habere prope sedem Episcopalem stallum ceteris eminentius 2403. 2545.
- Abbat*i non licet praetergredi fines constitutos a Decreto generali super usu Pontificalium, nisi habeat speciale privilegium a S. R. C. comprobandum 2431.
- Abbat*i quae non licent 2767.
- Abbat*es habentes usum Mitrae, et Baculi nequeunt uti ornamentis pontificalibus extra proprias Ecclesias sine speciali Sedis Apostolicae indulto, et locorum Ordinarii nequeunt hanc eis facultatem impertiri 934. 1395.
- Abbat*es extra Pontificalia, quae ter in anno possunt celebrare, nequeunt paramenta sumere de Altari, et benedictionem solemniter impertiri: nam in Missa privata a simplicibus Sacerdotibus distingui non debent 1972. *ad* 5.
- Abbat*es saeculares habentes usum Pontificalium non benedicuntur 2156.; si alter ex his absit, vel sit vita functus, functiones solemniores in Ecclesia Abbatiali competunt Canonico digniori 2316.
- Abbat*es convenientes cum Capitulo Cathedralis sedere debent in loco decenti, non autem supra, vel inter Canonicos 3088. *ad* 1.; nequeunt uti ministro ad imponendam, et deponendam Mitram. *Ibidem ad* 2.; nequeunt adhibere Mitras pretiosas, baculum, pulvinar. *Ibidem ad* 3.; neque licet, ut iisdem thuris honor deferatur ab aliquo Monacho, dum Canonici thurificantur a Diacono. *Ibidem ad* 4.
- Abbas*, seu Praelatus assistens in suo habitu ordinario Missis solemnibus Confraternitatum, nequit praetendere sedem cameralem cum suggestu ante se, vel violaceo, seu purpureo cooperto cum pulvinaribus, ac similibus 3128.
- Abbat*i Mitrato Praeposito alicuius Ecclesiae, quae in agendis Pontificalibus non licent 3138. *ad* 1. 3. 4. 5. 6. et 7.; quoad usum quatuor candelarum in celebratione privata tolerari posse S. C. respondit. *Ibidem ad* 2.
- Abbat*es num in Synodo uti debeant Mitris simplicibus? 3139. *ad* 2.
- Abbat*es nequeunt benedicere sacra paramenta, nisi pro Ecclesiis sibi subiectis 3192. *ad* 2.: debent se conformare Decretis generalibus 4065. Hinc, licet possint benedicere sacra suppellectilia, vasa etc. pro suis Ecclesiis; nequeunt tamen Campanas, et vasa sacro Chrismate linienda 4159. *ad* 1. et 2.
- Abbat*i, qui sit Dignitas alicuius Collegitae, solemniter celebranti, Canonici debent inservire in officio Diaconi; et Subdiaconi 3199. *ad* 1.
- Abbat*es nequeunt triplicem benedictionem impertiri populo, nisi exercentes Pontificalia 3313., et compellendi sunt ad observantiam Decretorum Alexandri VII. etiam sub censuris ab Episcopo 3475.
- Abbat*es in functionibus, quae fiunt in ambitu Monasterii in Dominica Palmarum, in Caemeteriis die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum etc., nequeunt uti Mitra 3566.
- Abbat*i regulari usum Pontificalium habenti licere respondit S. R. C. tres Missas pontificaliter canere, tresque Vesperas infra octiduum, et interea retinere in Ecclesia sedem cum baldachino 3598. *ad* 1. et 2.
- Abbas* regularis potest permittere alteri Abbati sui Ordinis, ut in sua Ecclesia peragat Pontificalia 3598. *ad* 3.; coram Ordinario potest indui Rochetto (si sit Canonicus regularis, qui habeat usum Rochetti) et Mozzetta; ac idipsum Abbatibus externis permittere *Ibidem ad* 4., potest tam ipse, quam alii Abbates sic induti processionaliter incedere extra Ecclesiam. *Ibidem ad* 5.; nequit extra Pontificalia triplicem benedictionem impertiri *Ibidem ad* 6.
- Abbas* pontificaliter assistens Matutino in diebus ei permissis, sedet ad benedictiones Lectio-num; et cantaturus Nonam debet petere benedictionem a digniori, adhibendo consuetam formulam 3726.
- Abbat*is regularis reprobatur excessus quoad solemnem Processionem SSmi Corporis Christi 3729.

Abbas habens usum Pontificalium ita servare debet generalia Decreta Alexandri VII., ut si quae his adversantur, amovenda sint, et reformanda 3781.

Abbat, et Canonici Collegiatarum Vigilien., qui mittere debent duodecim Presbyteros ad Cathedralam pro confectione Sacrorum Oleorum, non inveniētes, vel non mittentes tales Presbyteros, tenentur per se ipsos inservire 4194.

*Abbat*es Coelestinorum benedicti, celebrantes privatim, non debent distingui a simplicibus Sacerdotibus 2661. *ad 1.*, nisi doceant de privilegio 2725. nec dare possunt benedictionem concionatoribus sive sint in Pontificalibus, sive non. *Ibidem.*

*Abbat*es Canonicorum Regularium Lateranensium possunt deferre mozzettam, etiam praesente Episcopo 549. 592. Pontificaliter celebrantes uti possunt Cathedra cum duobus gradibus 592.; quid quoad praecedentiam in concursu cum aliquo Abbate alicuius Ordinis Monastici? 1402.; nequeunt extra propriam Ecclesiam assistere sub Baldachino in habitu Abbatiali 2597.

*Abbat*es Cassinenses quibusdam gaudent honorificentis in Pontificalibus peragendis praeter ea, quae conceduntur in Decreto generali, quaeque enumerantur, et explicantur in altero decreto *de 20. Iulii 1660. relat. sub n. 2056.* ut sequitur. Usus Pontificalium sine baldachino ultra tres dies permissos, praesertim in exequiis Nobilium virorum declaratur suffragari uni tantum Monasterio Cavensi, et non extendi ad alia. *Ibidem ad 5.* Abbatibus Cassinensibus conceditur associatio more Episcoporum, sed intra Monasterii septa. *Ibidem ad 6.*; conceduntur alii quatuor Ministri cotta induti praeter expressos in decreto. *Ibidem ad 7.* Usus Mitrae, et insignium Pontificalium conceditur in ordinationibus, et benedictionibus cum Sacro Oleo *Ibidem ad 17.*

Abbatibus Ordinis S. Benedicti non competit usus Rochetti 636. *ad 2.* Pontificaliter celebrantibus licet sumere paramenta de Altari, ac uti ministerio famulorum pro lotionem manuum, sed in propriis Ecclesiis tantum 890.; ab iisdem servari debent decreta Alexandri VII. super usu Pontificalium 2531. *Iidem* Abbat

es, quamvis benedictionem Abbatialem receperint, nequeunt Pontificalia exercere extra propriam Ecclesiam sine indulto Apostolico, et in hoc casu habita licentia ad Ordinario 5035. *ad 3.*

Abbatibus Olivetanis quae permissa sint dum ce-

lebrant ter in anno? 804. Quae Abbatibus Congregationis Camaldulensium? 966.

Abbas S. Vitalis Ravennae quoad Baldachinum 3970.

*Abbat*es Ordinis *S. Benedicti Status Ragusini* convenientes simul cum Episcopis Suffraganeis induti pontificalibus ornamentis ad funeralia Archiepiscopi, et Rectorum Reipublicae Ragusinae habent praecedentiam supra Canonicos 3972. 4005. *ad 1.* Assistentes primis Vesperis, Processioni, et Missae in festivitate S. Blasii sedere debent in Choro loco decenti ab Episcopo designando. *Ibid. ad 2.* Habere debent pulvinar, dum pontificalibus induti genuflectunt in actu receptionis, et repositionis Sacrarum Reliquiarum. *Ibidem ad 3.* Possunt secum ducere in Processionibus duos Clericos, vel Monachos cotta indutos pro servitio, et usu Mitrae, et Baculi. *Ibidem ad 4.*

Abbas Fuldensis vi communicationis privilegiorum habet facultatem benedicendi, et consecrandi in locis suae iurisdictionis 3663. *ad 1.*; sed nequit ad haec delegare suum Vicarium. *Ibidem ad 2.* Et quoad benedictiones, et consecrationes a dicto Vicario peractas, has reiterandas esse dixit S. R. C., quatenus fieri posset, sine scandalo praeterquam quoad Sacra Vasa adhibita. *Ibidem ad 3. et 4.*

Abbat, et Archidiacono Monasterii *Litticensis Ordinis Cisterciensis* in Dioecesi Goritiae plura conceduntur privilegia, praeter contenta in Decretis Alexandri VII. circa usum Pontificalium, concessum Praelatis Episcopo inferioribus 4352.

Abbas, et Monachi Monasterii Abdingoffensis Ordinis S. Benedicti nequeunt praecedere in Processionibus Capitulo Cathedralis, et Clero saeculari Paterbonen., et tenentur interesse Processionibus publicis tam ordinariis, quam extraordinariis 4354.

Abbat Regulari suppressa Congregatione, cui praecerat, et in statu saeculari cuidam Parochiae Praefecto, denegantur usus Pontificalium et Pontificalia insignia 4540.

Abbas seu Superior Collegiatae nihil potest statuere circa celebrationem novorum Officiorum 5039. *ad 1. et 2.*

*Abbat*es coercendi sunt ad observantiam decretorum circa usum Pontificalium. Et si aliquis Abbas indultum obtinuit celebrandi Pontificalia extra propriam Ecclesiam, id non fiat sine licentia Ordinarii 5058.

Abbati Collegiatae S. Spiritus in civitate Beneventana praescribitur quid servandum quoad usum Pontificalium 5065.

Abbatissae Coadiutrix in omnibus praefenda est Priorissae 208.; si Abbatissa sit praesens, cessat praeceminentia Coadiutricis 253.

Abbatissae nequeunt in Choro adhibere Baculum Episcopalem, qui neque aptandus est manibus defunctae, neque pingendus in Imaginibus S. Clarae. Contrarius usus est eliminandus 1780. 1809.

Abbreviator maioris praesidentiae Episcopus, quamvis posterior, extra tamen parcom, anterioribus praecedit 3217. Quid de aliis in Capella Pontificia, et Parco? 2052.

Absolutio in funeribus concludi debet cum Requiescat in pace, pro uno defuncto; cum Requiescant, si exequiae sint pro pluribus: In Missa vero semper dici debet in numero plurali 2858.; subiungi tamen debet Anima eius, et Animae omnium fidelium defunctorum requiescant in pace, expleta absoluteione ad formam Rubricae; sed in die commemorationis omnium defunctorum, expleta absoluteione circa castrum doloris, nihil est superaddendum 3073. ad 11. Hac die licet dicatur tota orationis conclusio in Officio, dicenda est abbreviata in absoluteione 3477. ad 4.

Absolutio circa castrum doloris nequit fieri expleta Missa de Sancto currenti, canente Choro Libera me Domine etc. 3791. 5188. ad 1.

Absolutio in funeribus faciendae est expleta Missa 4815. ad 11. q. 5. In ea quae fit sine tumultu super pannum ante gradus Altaris extensum servetur Caeremoniale Episcoporum. Ibidem ad 11. q. 4.

In Absoluteione ab Episcopo faciendae, quando non adsit cadaver, faldistorium pro Episcopo absolvente statuatur ad caput tumuli 4815. ad 13. q. 2.

Absoluteione super tumulum expleta recitari debet antiphona et psalmus De profundis etc. dum regreditur ad sacristiam 4694. ad 3., sed ea omittuntur in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum 4692.

Absolutio post Missam solemnem Defunctorum per Celebrantem et non per alium faciendae est nisi illam peragat Episcopus 5208. ad 13. et 14. 5221. ad 4.

Absolutionis quaedam formula adhibita a nonnul-

lis Capellanis Monialium in administranda eis Eucharistia, num licita? 4264.

Abusus intollerabilis est, quod quis, peracta consecratione, relicto calice super Altare, Processionem ducat cum Sacra Hostia per loca solita, qua peracta, rediens ad Altare, Missam perficiat 1027.

Abusus non ferendus est, quod Celebrans plurali indutus confessionem faciat cum Magistratu 1022.

Abusus reprobandus est in electione Patronorum praeferre Sanctos Ordinis inferioris B. M. V., et aliis Sanctis Ordinis superioris, ita ut alter ex illis eligatur in Patronum principalem; et B. M. V. in Patronam minus principalem. In hoc enim servandus est ordo Hierarchiae 1409.

Abusus celebrandi simul a septem Sacerdotibus Missam in septem Altaribus, uno tantum alta voce canonem proferente; damnatur 1451. ad 1.

Abusus adversus Caeremonialem Librum introducti, omnino sunt ab Episcopo corrigendi 1735.

Abusus, qui irreperant in quadam Ecclesia Collegiata Canonissarum, et Canonicorum in persolvendis Divinis Officiis reprobati, et vetiti 3097.

Abusus alii omnino tollendi, et servandae Rubricae, ac regulae Libri Caeremonialis 2101. 2104. 2205. 2276. 2507. 3178. 3552. 4578.

Accademiae removendae ab Ecclesiis 3323.

Acolythis non licet caput operire pileolo, dum assistunt cum candelabris tempore, quo cantatur Evangelium. Contraria consuetudo declaratur abusus 2625.

Acolythus Beneficiatus, vel Clericus beneficiatus Basilicae Vaticanae genuflectere debet ad placitum Archipresbyteri, vel Episcopi Pontificalia peragentis, dum ante eum librum sustinet 4311.

Acolythis, et Thuriferarius possunt sedere in gradibus Presbyterii, quando in Missa Celebrans, et Sacri Ministri sedent 4395. ad 18.

S. Emiliani Festum V. Festum.

S. Agnetis Officium V. Officium.

Alba adhibenda non est a celebrante non Episcopo, dum Officium facit in Matutinis, Laudibus, Vesperis 1910. ad 3.

In Albarum et aliarum vestium simbriis et mani-

eis sub velo trasparente nequit apponi sericum rubri coloris 4718. *ad 5.*

S. *Alexandri M. unius ex septem fratribus Officium V. Officium.*

Alleluia omitti debet in Officio votivo de SS^mo Sacramento in Responsoriis etc. 1462. *ad 5.* 4104.: non est addendum ad *ÿ. Panem de coelo etc.* 3477. *ad 5.* (quod est intelligendum extra Octavam SS^mi Corporis Christi). Decretum aliud contrarium videtur, cum S. Congregatio responderit addi posse *Alleluia*, exceptis Quadragesimae, Adventus, et Vigiliarum temporibus 3546. (forte in casu particulari peculiare concurrebant circumstantiae, vel invaluerat consuetudo difficulter tollenda.)

Alleluia in Sabbato Sancto cantandum ad formam Caeremonialis 2883. *ad 4.* 2892.

Alleluia omitti debet in Officiis, quae transferuntur ultra tempus Paschale, nisi Antiphonae etc. in doles secus exposcat 4044. *ad tit. de Antiph. Dub. 6.* Tempore Paschali non est addendum Officio parvo B. M. V. 4227. *ad 2.* Additur tamen in aliis Officiis votivis, quae vel ex lege foundationis, vel ex consuetudine alicubi recitantur ultra Officium de die. *Ibidem.* In suffragiis, si fiat commemoratio de Patrono, addi potest Antiphona *Alleluia*, quatenus Antiphona exprimat gaudium, victoriam, vel quid simile, secus non 4080. *ad 4.*

Almutias sine licentia Sedis Apostolicae assumere non licet 1385. *ad 2.*

Almutiae deferendae non sunt a Canoniceis Sacra operantibus vel super brachio, vel super Altari 2241. *ad 10.* Imponi tamen possunt super defunctis. *Ibidem.* Neque licet eas deferri a Canoniceis sacris indumentis indutis 2399. *ad 1.* 2404. Licet tamen in associandis funeribus,

si Canonici capitulariter incedant, non autem si intersint uti singuli 2485. Iisdem uti nequeunt habentes usum Cappae magnae 2740.

Altarium Tituli non sufficiunt ad concessionem Officii 769.

Altare ligneum cum Ara lapidea parieti colligatum permittitur 463. 2140.

Altare vacuum, num tolerandum? 2723.

Altare, in quo asservatur SS^mum Sacramentum debet in Vesperis thurificari, non in Missa; sed in eo esse debent luminaria, et Crux 1597. *ad 3.* 2345. *ad 1.* In quo expositum est Sacramentum Missas celebrari non licet 2508. 4811. neque cantari, praeterquam pro eo reponendo, nisi necessitas urgeat 2542. *ad 6.* Abolendus abusus celebrandi Missas privatas in Altari maiore, dum in Choro cantantur horae Canonicae 588. (casus supponit quod in principe Ecclesiae Sacello Divina persolvantur Officia: ideo addit Decretum, quod non celebrentur in aliis Altaribus, quae sunt e conspectu Chori. *Ibidem*). Si in Altari expositum sit SS^mum Eucharistiae Sacramentum, eo thurificato, nequeunt alia Altaria thurificari 4181. *ad 11.*

In *Altari* privilegiato nequit celebrari Missa de Requite diebus vetitis per Rubricas 1672. *ad 2.*; si perpetuo sit privilegiatum, et in eo quotidie celebrandae sint Missae de Requite, gaudet eodem privilegio per celebrationem Missarum de Festo currenti in duplicibus, ut provisum est per generale Decretum 2385. Quod intelligitur etiam de Altari privilegiato ad tempus, et pro quibusdam diebus, ut in altero generali Decreto 2480. 3029. *ad 3. et 4.* Huiusmodi Indultum comprehendit dies omnes, in quibus iuxta Rubricas Missas de Requite celebrari vetitum est 3158. 5123. In aliquo casu Sacra Congregatio privilegium extendit, si difficile erat adimplere onera in diebus non impeditis 3480. 3537. (1). Non lucrantur autem indul-

(1) Ad maiorem intelligentiam horum Decretorum, quae iuxta ordinem temporum supra relata sunt, subiicimus Constitutiones S. M. *Alexandri VII.*, S. M. *Clementis IX.*, et Ven. *Innoventii XI.* Illa *Alexandri VII.* est quae sequitur.

Credita nobis coelitus dispensationis Officium salubriter exequi, adiuvante Domino, iugiter satagentes, et quamplurima Dubia in diversis mundi partibus orta, et in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum, deducta occasione *Decreti eiusdem Congregationis die 5. Augusti 1662. editi*, ac nobis probati de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus tollere, atque dirimere cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, approbamus in primis aliud Decretum in *una Novariensis 22. Novembris 1664.*, quo declaratum fuit Anniversaria, et Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici maiori contingentis, non

gentiam Altaris privilegiati qui celebrant Missam de Festo simplici vel de Feria non privilegiata 4780. ad 4. Ut Altaris privilegiati

indultum obtineri possit requiritur ut sit fixum 4951.

Allare sub titulo septem gaudiorum B. M. V. cum

comprehendi in dicto decreto. Ulterius quoad Altaria perpetuo privilegiata, et in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandae sint Missae de Requiem ex obligatione, auctoritate, et tenore praedictis, declaramus, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, et suffragari cum eisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratae Missae de Requiem ad formam privilegiorum, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere etc. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris. Die 22. Ianuarii 1667., Pontificatus nostri anno duodecimo.

Altera Clementis IX. sequens est: Cum felic. recordat. Alexander Papa VII. Praedecessor Noster Dubia in diversis Mundi partibus, occasione Decreti *Congregat. tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum die 5. Augusti 1662.* emanati, et ab ipso *Alexandro* Praedecessore nostro approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, aliud eiusdem *Congregat. Decretum in una Novarien. die 22. Novembris 1664.* editum approbaverit, quo declaratum fuerat Anniversaria, et Missae defunctorum cum cantu ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die celebrandas, tametsi die obitus huiusmodi in Festo ritus duplicis maioris incideret, non comprehendi in dicto primo Decreto: ac ulterius quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, et in quibus proinde quotidie, etiam in Festis ritus duplicis celebrandae essent Missae defunctorum ex obligatione, declaravit, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri iniunctis obligationibus, et Indulgentias per huiusmodi privilegia Apostolica concessas animabus Fidelium in Purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, et alias, prout in eiusdem *Alexandri* Praedecessoris Literis desuper in simili forma *Brevis die 22. Ianuarii 1667.* expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, uberius continetur. Cumque (sicuti ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur: Utrum dictarum literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadae diebus, et ad quae Missae non ex obligatione, sed ex sola Fidelium devotione celebrantur, locum habeat: Hinc est quod nos dubitationes huiusmodi ex iniunctae nobis coelitus pastoralis sollicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de *Venerabilium Fratrum Nostrorum eiusdem S. R. E. Cardinalium praepositorum Sacris Ritibus*, qui rem mature perpenderit, consilio, declarationem a memorato *Alexandro* Praedecessore, sicut praemittitur, editam, ad Altaria, ut praefertur, non in perpetuum, sed ad Septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus; ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadae diebus, nunc et in futurum quaecumque privilegiata, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, extendimus, et proinde, ut Missae, quae ibidem de Festo currenti, in quo Missae defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione, celebrantur, ita ut animae Christifidelium, pro quibus celebratae fuerint, Indulgentias per privilegia huiusmodi concessas consequantur in omnibus, et per omnia, perinde ac si Missae defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratae fuissent, auctoritate, et tenore praedictis, concedimus, et indulgemus. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, non obstantibus etc. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris. Die 23. Septembris 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Ac tandem Constitutio Ven. Innocentii XI. est ut sequitur. Alias postquam felic. record. *Alexander PP. VII.* Praedecessor noster per quasdam suas in simili forma *Brevis die 22. Ianuarii 1667.* expeditas Literas, Dubia in diversis mundi partibus, occasione Decreti *Congregationis tunc exi-*

facultate imprimendi hymnum in Officio parvo
B. M. V. denegatur 1655.
Altare ex integro lapide, si amotae fuerint Re-
liquiae, iterum debet consecrari 3104.

Altare portatile, quod aliquando apud Aetholi-
cos extiterat, diligenter lustravit Episcopus,
qui capsulam aperuit, ut videret, num Reli-
quiae extarent, quo comperto, iterum eam

stentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum die 5. Augusti 1662. emanati, et ab ipso *Alexandro* Praedecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cetera quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, et in quibus proinde quotidie etiam in Festis ritus duplicis celebrandae fuissent Missae defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri iniunctis obligationibus, et indulgentias per eiusmodi privilegia Apostolica concessas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum: Recondendae memoriae *Clemens Papa IX.* pariter Praedecessor noster, aliam subinde ortam dubitationem: utrum scilicet dictarum *Alexandri* Praedecessoris literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadae diebus, et ad quae Missae, non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet similiter, tollere desiderans, declarationem a memorato *Alexandro* Praedecessore, sicut praemittitur, editam ad Altare, ut praefertur, non in perpetuum, sed ad Septennium, seu ad aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo vel aliquibus tantum hebdomadae diebus, tunc, et in futurum quando-cumque privilegiata, auctoritate Apostolica, extendit, et proinde ut Missae, quae ibidem de festo currenti, in quo Missae defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola Fide-
lium devotione celebrandae essent, suffragentur, ita ut Animae Christifidelium, pro quibus cele-
brarentur, Indulgentias per privilegia huiusmodi concessas consequerentur, in omnibus, et per omnia
perinde ac si Missae defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratae fuissent eadem
Auctoritate concessit, et indulsit, et alias prout in ipsius *Clementis* Praedecessoris Literis etiam in
forma Brevis die 23. Septembris 1669., desuper expeditis, quarum, et praefatarum *Alexandri*
Praedecessoris Literarum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis volumus,
uberius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa praemissa excitatum
fuerit Dubium, videlicet; an supradictae *Alexandri*, et *Clementis* Praedecessorum declarationes sibi
pariter locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pen-
tecostes, et Corporis Christi, aliisque diebus, quibus, licet a Festo duplici non impediuntur, adhuc
Missae defunctorum iuxta ritum, et morem Ecclesiae celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missae,
quas iisdem diebus celebrare licet, servata ceteroquin dictorum privilegiorum forma, ad praefata
Altaria celebrarentur; nosque dubium huiusmodi Congregationi VV. Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Con-
gregatio, re mature discussa, nuper per suum Decretum die 3. Aprilis proximi praeteriti praefatas
Alexandri, et *Clementis* Praedecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus
iuxta Rubricas Missae defunctorum celebrari non possunt, responderit; hinc est, quod nos commissae
nobis celitus dispensationis munere fidelium defunctorum animarum in Purgatorio existentium suf-
fragiis peramplius consulere cupientes, Decretum huiusmodi a memorata Cardinalium Congregatione
editum, ut praefertur, Apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique
inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate supra-
dictae Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas,
et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere. Datum
Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris. Die 4. Maii millesimo sexcentesimo octua-
gesimo octavo, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Decreta autem S. R. C. in praefatis Literis in forma Brevis laudata habentur suis apte locis,
scilicet num. 2177. 2178. 2304. 2488. 3158.

- clausit. Dubius, num ex hoc esset Altare execratum, Pontificem adiit, qui S. R. C. examen commisit, quae respondit: Quatenus Episcopus celebraverit in supradicto Altari, non indigere alia consecratione 3305.
- Altaria* polluta per violationem sepulchri Reliquiarum, ex urgenti causa S. R. C., SSmo adprobante, indulsit, ut reconciliari possent sola repositione Reliquiarum 3404.; quod Decretum eadem S. C. respondit dandum esse pro diverso casu, in quo, destructis Altaribus, intactae remanebant mensae cum Reliquiarum sepulchris. *Ibidem.*
- Altaria* dicata in honorem Sanctorum Prophetarum veteris Testamenti, si antiqua revera sint, tolerari possunt 3438.
- Altaris* portatilis usus concessus Missionariis Provinciae Lithuaniae 3524.
- In Altari*, sub quo defunctorum corpora sepulta sunt, non licet Missas celebrari 818. 4332. Vide etiam 326. 1460. 1828.
- Altare*, quod prope habet lapidem schalae, per quam descensus fit in sepulchrum, quod tamen distat ab Altari, non comprehenditur sub Decreto vetante celebrari Missas in Altari, sub quo reconduntur cadavera 3831.
- Altare* portatile erigi posse in Ecclesia pro Baptismate Infantium Baronis Domini loci S. R. C. permisit 3930. *ad* 7.
- Altaria* non sunt de novo consecranda, si Imagines, et Tituli amoti, et ad alium locum translati fuerint, non amota tamen mensa iam consecrata, quia Altaria non Sanctis, sed Deo in honorem Sanctorum consecrantur 4276.
- Altare* ligneum cum Ara lapidea permittitur, ut collocari possit in medio Ecclesiae, ad effectum exponendi quamdam sacram Imaginem; arbitrio tamen Ordinarii pro diebus, et occasionibus ab eo indicatis, dummodo, perpensis omnibus, absit periculum cuiuscumque scandali, aut irreverentiae 4388.
- Altaris* portatilis usus *V. Episcopi hospitantes etc. Privilegium.*
- Altare* fixum iterum consecrandum est, si amotus sit lapis, seu mensa a suo stipite 4562. 4752.
- In Altarium* portatillum consecratione quae actiones faciendae, et quae preces recitandae sint super singulis; quae vero semel tantum complexive super omnibus 4565. *ad* 1. 2. 3. 4. *et* 5. Vide *subiectas adnotationes.* Expleta consecratione sufficit Missam celebrare super uno ex praefatis Altaribus. *Ibidem.* *ad* 6.
- Altaria* quae occurrunt per viam, si ibi pausatio fiat in Processione SSmi Corporis Christi, decenter ornata sint, et a Caeremoniarum Magistro ab Episcopo deputato prius visitata 4574. Vide *subiectam adnotationem.*
- Altaria*, si lapis enormiter frangatur, iterum consecranda renovata mensa, si vero levis sit fractura in uno vel altero cornu, licet super iis celebrare 4577. Vide *subiectam adnotationem*, in qua S. C. responsio magis declaratur.
- Altare* execratum nova indiget consecratione, pro qua dispensatum non fuit pro Ecclesia S. Iustinae civitatis Patavinae 4636.; in casu vero necessitatis suppleri potest per modum provisionis ope Ararum portatillum quae superponantur. *Ibidem.*
- Altare* sive fixum sive portatile quod reliquias amisit indiget nova consecratione 4739. 4990. *ad* 1. 4997. 5037. *ad* 1.
- Altare* portatile seu lapis consecratus, dummodo sit integer, aptum est pro Missae celebratione quamvis desit sigillum sepulchri 4805. *ad* 2. *et* 3.
- Altarium* nova consecratio dispensatur pro Ecclesia Rhedonensi peculiaribus de causis 4828. 5053.
- In Altaris* portatilis consecratione quid servandum 4914.
- Altare* fixum pluribus lapidibus constans debet denuo consecrari appposito novo lapide integro 4966. *ad* 1.
- Altare* portatile cum Altari fixo simul consecratum, est valide sed illicite consecratum 4966. *ad* 4.
- Altaria* consecrata a simplicibus Sacerdotibus et sine reliquiis sunt denuo consecranda 4990. *ad* 2.
- Altare*, de quo dubitatur an fuerit apertum sepulchrum reliquiarum, debet denuo consecrari 5037. *ad* 2.
- Pro Altare* novo consecrato obtinendo recurrendum ad Episcopum 5037. *ad* 3.
- Altare* quod amisit reliquias est denuo consecrandum: neque valet appositio aliarum reliquiarum facta ab Episcopo vel eius auctoritate 5043.
- Altaria*, in quibus non adsunt reliquiae vel ablatae fuere, super ipsa poterit cum indulto celebrari, quousque Episcopus novas reliquias obtineat in eis includendas 5081.
- Altare* portatile erigatur diebus festis in publicis carceribus civitatis Rossanensis, quousque decens Oratorium fuerit extractum 5094.

- Altare* portatile non immineat sepulchro, licet in eo non sit celebrandum 5102. *ad 7.*
- Altare* portatile est denuo consecrandum, si fractum sit sepulchrum vel eius operculum, aut solummodo hoc amotum fuerit, non vero si fractum sit sigillum 5162. *ad 1.* In hoc Altare si sigillum non existit, non licet novas addere reliquias veteribus authenticitate carentibus; quod si amoveatur operculum nova indiget consecratione. *Ibidem ad 2.*
- Allaria* portatilia, quae in Dioecesi Bituricensi ob perturbaciones inventa sunt absque sigillis, et in quibus Archidiaconus vel novas reliquias inclusit ubi vacuum erat sepulchrum, vel alias addidit ubi authenticitate carebant, an iterum sint consecranda et quomodo 5162. *ad 3.*
- Amictus, Albae, Tobaleae Altarium, Pallae, et Corporalia* confici nequeunt ex tela composita ex lino, et gossipio 2267.
- Amictus, Albae, Tobaleae Altaris, Mappulae* ex gossipio confectae prohibentur: quod in posterum ex lino vel cannabe sint, decernitur: et si quae sunt ex gossipio adhiberi permittuntur usque ad consummationem 4563.
- S. *Anastasiae* commemoratio in secunda Missa Festi Nativitatis Domini, nedum Romae, sed ubique fieri debet 2859. *ad 1.*
- S. *Andreae Avellini Festum V. Festum.*
- S. *Angelae Mericiae Virginis Officium V. Officium.*
- Angeli, et Archangeli. V. Officium.*
- Anniversarium*, cui satisfieri nequit in diebus ferialibus, permittitur in duplici non de praeecepto 800.
- Anniversarium* Episcopi ultimo loco defuncti celebrari debet 1690.
- Anniversarium* pro Episcopo praedefuncto faciendum est illius qui decessit Cathedram tenens, licet alter ei successerit, qui ad aliam Ecclesiam sit translatus 4669. *ad 18.*; pro quo celebrando servanda est dispositio Caeremonialis 4672. *ad 14.* Vide *subiectam adnotationem.*
- Anniversaria* certis diebus persolvenda nequeunt conscientia transferri ad aliam diem; nec prodest aut consuetudo, aut Episcopi permissio 1851.
- Anniversaria* relicta ex dispositione Testatorum celebrari possunt etiam in diebus dup. rit. mai., nec comprehenduntur in Decreto generali relato sub num. 2177. 2178. 2304., et ex altero Decreto pariter generali 2385. Vide etiam 2657. 3113. 3290. *ad 1.* Quae intelligenda sunt de una Missa cantata tantum, nam Missae privatae, etsi a Testatoribus praescriptae, si occurrat Officium duplex, dicendae sunt de Festo cum applicatione Sacrificii 2919. cum declaratione, quod privilegium respicit tantum Anniversaria relicta ex dispositione Testatorum, nec extendi potest ad dies 3. 7. et 30. ab obitu, nec ad dies, in quibus vetitum est fieri de duplici, aut ad Octavam Corporis Christi 2995. *ad 1. 2., et 3.* Praeterea stricte accipiendum est de Anniversariis faciendis recurrente die obitus, nec extendi debet ad alia, quae non habent certam determinatam diem 2014. Anniversaria vero, quae huiusmodi privilegio gaudent, si fieri nequeant in diebus propriis, transferri possunt cum eodem privilegio 3110. *ad 1.*, prout etiam dum primum accipitur nuntium mortis alicuius. *Ibidem ad 2.* quo in casu statuitur Oratio dicenda. *Ibidem ad 3.* Quod si nuntium mortis perveniat Sabato post meridiem, tunc Missa cum privilegio cantari poterit Feria secunda sequenti 4299. *ad 13.* Quid quoad Ecclesias rurales, in quibus unicus habetur Sacerdos, nec celebrari potest Missa cum cantu? 3565. *ad 9. et 10.* Ubi mos est celebrandi Anniversaria mense undecimo a die obitus, potest cantari Missa de requie etiam in dupl. min. et mai. non festivis, ut in Anniversario, dummodo dies illa vel ex locorum consuetudine, vel ex Testamentorum dispositione stata, et fixa sit pro celebrandis hisce Anniversariis 4299. *ad 12.*
- Anniversaria* possunt anteferri 2345. *ad 6.* de absoluteione facienda in Anniversario. *Ibidem ad 7.*
- Anniversaria*, et Missae votivae celebrari debent horis a Rubrica praescriptis 2399. *ad 5.*
- Anniversarium*, etsi Regis sit, vel magni Principis, celebrari non licet iis diebus, in quibus vetitum est celebrare Missas votivas, aut de Requie 2847.
- Anniversarium* praescriptum pro stata die, si nequeat celebrari, quia occurrit cum altero Anniversario omnino celebrando, permittitur, ut transferri possit in sequentem diem 2977.
- Anniversariis*, seu piis Legatis de requie pro statis diebus, sed non obitus, si cadant in diebus festi duplicis, vel octavis, et feriis

privilegiatis satisfit per celebrationem Missae currentis 3228. *ad 1.* Verba Decretorum generalium quoad Anniversaria accipienda sunt ut sonant, nec extendenda ad alios casus non expressos 3329.

Anniversarium occurrens in festo secundae class. nequit celebrari 3477. *ad 7.* nec potest in Octavis privilegiatis. *Ibidem ad 9.* Si anticipetur, vel postponatur, dum de eo fit, dicenda est Missa prout in Anniversario. *Ibidem ad 16.* Anniversaria ultra Octavas privilegiatas num fieri possint in dupl. mai.? 3604. *ad 3.*

Anniversaria, quae alicubi celebrantur in Solemnitate Corporis Christi, et per Octavam, celebranda esse iussit S. R. C. ante hanc festivitatem, et diebus per Rubricas non impeditis 3659.

Anniversaria ex dispositione Testatorum fieri possunt in duplicibus min. et mai., non autem in duplicibus 1. aut 2. classis. Quoad Missas de requie in prima feria secunda Mensis, servanda Rubrica 3701. *ad 1.*, 3782. 3872.

Anniversaria celebrari posse conceditur, validis concurrentibus circumstantiis, in duplicibus, exceptis illis 1. et 2. class., appositis tamen clausulis, et conditionibus, etsi non sint in die obitus pro Ecclesia Cathedrali Corduben. 4021.

Anniversarium omnium confratrum defunctorum, quod fieri solet a quadam Confraternitate feria 2. infra Octavam omnium Sanctorum, permittitur in festo dup. min. tantum 4072. *ad 2.*

Anniversaria adimplenda non sunt inter Octavas privilegiatas 4119. *ad 4.*

Anniversaria ex Testatorum voluntate praesertim circa quatuor Tempora cum cantu celebranda, etiamsi dies non sit vere anniversaria obitus, nihilominus absolvi posse etiam in festo dup. mai. per annum non de praeepto S. R. C. respondit 4237. *ad 1.* Quod si celebranda sint, recurrente die obitus, et transferri contingat; quaevis dicatur Missa, sive ut in Anniversario, sive ut in quotidianis, verba Orationis: *cuius anniversarium depositionis diem commemoramus etc.* non sunt varianda. *Ibidem ad 2.* Die anniversaria obitus impedita nequit cantari pro anniversaria Missa de festo currenti, vel de feria privilegiata per applicationem. *Ibidem ad 3.* Poterit tamen transferri ad alteram ex diebus antecedentibus, vel subsequentibus, etiamsi occurrat Officium ritus dup. non de praeepto. *Ibidem ad 4.*

Anniversarium solemne pro omnibus Monialibus defunctis solitum Eugubii celebrari feria 2. post festum SS^{mae} Trinitatis, si occurrat cum festo duplici, negat S. R. C. celebrari in eo posse Missas de requie, et supplicandum SS^{no} respondit: Pro una Missa solemni tantum 4393. *ad 5.*

Anniversaria generalia, quae quater in anno fiunt a Fratribus trium Ordinum S. Francisci celebrari nequeunt in festis rit. dup. min., secus illud, quod generalissimum dicitur, in quo ex peculiari rubrica omittuntur psalmi: *Lauda anima mea Dominum etc.*, et *De profundis etc.* 4549. *ad 3.* Plura illustrantur in *subiecta adnotatione.*

In *Anniversario* alicuius Summi Pontificis supra castrum doloris apponi debet dumtaxat Triregnum. Perperam apponuntur casula, stola etc. rubei coloris 4536. *ad 3.*, in eodem dicenda prima Missa cum oratione *Deus qui inter Summos Sacerdotes etc.* *Ibidem.*

Anniversarium pro defunctis alicuius Communitatis nequit celebrari si occurrat Officium duplex 4669. *ad 55.* in eodem celebrando servandae sunt rubricae 4672. *ad 15.* 4964. *ad 4.*, si habeatur indultum celebrari possunt omnes Missae privatae de requie, et applicari pro defunctis eiusdem Communitatis, excepta Missa Conventuali de festo post tertiam 5050. *ad 16.*

Anniversaria a Testatore non praescripta absolvi possunt diebus duplicibus, si adsit indultum 4694. *ad 1.*

In *Anniversario* pro defunctis confratribus, si habeatur iudultum, cantatur Missa solemnis cum unica oratione: *Deus veniae largitor etc.* 5111. *ad 10.*

Anniversarium solemne ex testamento relictum, per hoc praecise nomen Anniversarii, nil aliud importat, nisi onus Missae solemnis defunctorum; quod si per testamentum legatur etiam Officium, hoc restringitur ad unum nocturnum conveniens diei cum laudibus 5212.

Anniversaria defunctorum ad instantiam vivorum, si cadant in diem impeditam, transferenda sunt ad diem non impeditam festo duplici 5220. *ad 1.*, quod erit sumendum a die obitus. *Ibidem ad 2.*, sed computari potest iuxta Ecclesiae consuetudinem a die ipsa obitus, vel a sequenti si mors secuta sit post occasum solis vel ante mediam noctem. *Ibidem ad 3.* De *Anniversariis* pro defunctis alia habes 4368. 4371. 4380.

Anniversarium Consecrationis Episcopi incidens

- in hebdomadam maiorem, vel in dies privilegiatas, non debet anticipari 3664. *ad 1. et 2.*
- Sed dum fieri nequit, omittendum est, potest tamen currenti addi collecta sub unica conclusione 3718. *ad 2.* Huiusmodi Anniversarium non est cum Missa celebrandum in tota Dioecesi 3743. De Episcopo translato celebranda est Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die, qua Pontifex eum tali Ecclesiae praefecit, et annuntiandum erit hoc festum cum termino *translationis* 4119. *ad 11.*
- In Anniversario* Consecrationis Episcopi, si occurrat cum Festo duplici, Missae privatae celebrandae sunt de huiusmodi Festo cum commemoratione consecrationis, et collecta *Deus omnium fidelium etc.* post alias commemorationes, si quae faciendae sunt. Post Nonam vero celebranda est Missa sollemnis de consecratione cum Gloria, Credo, et Praefatione Episcopi da communi 4421. *ad 3.*
- In Anniversario* Consecrationis Episcopi dicenda est oratio in Missa per totam Dioecesim, et in Cathedrali et Collegiatis cantanda est etiam Missa sollemnis post Nonam 4746. *ad 7.*
- Anniversarium* Consecrationis Episcopi celebrandum est die et mense quo accidit 4898. *ad 1.* Missa debet esse de anniversario Consecrationis. *Ibidem ad 2.* Si vero incidat in Dominicis 1. vel 2. classis addatur oratio pro Episcopo. *Ibidem ad 3.*
- In Anniversario* Consecrationis Episcopi dicitur *Credo* in Missa sollemni tantum de Eodem 4911. *ad 1.*, non sunt autem dicendae Missae privatae de electione vel consecratione Episcopi *Ibidem ad 2.*, commemoratio eiusdem Anniversarii faciendi in Dominicis et in duplicibus 2. class. sub unica conclusione, in reliquis omittenda. *Ibidem ad 3.*
- In Anniversario* Creationis et Coronationis Summi Pontificis Collecta pro eodem in Missa recitanda est de praecepto 4777. *ad 11.*, quae dici debet in omnibus Ecclesiis, sed in duplicibus 2. classis recitatur sub unica conclusione, et in duplicibus 1. classis omittitur 4928. *ad 8.*
- Annuli* delatio in Missa omnibus Sacerdotibus vetita, etiamsi sint Protonotarii titulares, Dignitates, et Canonici Cathedralis 780. 863. 2241. *ad 11.* 2514. *ad 2.*
- Annuli* delatio quoad Episcopum 2381. *ad 2.*
- Annuli* delatio in functionibus Ecclesiasticis vetita Sacerdotibus saeculares Doctoris gradu decoratis 5035. *ad 6.*

Annunciationis Festum V. S. Mariae etc.

- Antiphonae* praecintonandae ad formam Caeremonialis 278., et ad instar Ecclesiarum Urbis 2667., nisi alia adsit immemorabilis, et laudabilis consuetudo 304. Quid Episcopo Vesperas celebrante? 1504. Praecintonandae in Vesperis tam Episcopo, quam Canonicis, ab eo, qui die sequenti in Missa sollemni Epistolam erit cantaturus 288. 333. Praecintonandae primum Celebranti, mox Dignitatibus, et Canonicis ordine successivo 315. 3319. In Antiphonarum distributione servandus est ordo antianitatis, non habilitatis 1928.; dum intonantur, omnes surgere debent praeter Hebdomadarium 2248. *ad 1.*, alias responsum fuit surgere debere Canonicos, si ab ipsis intonentur Antiphonae, eodemque modo Beneficiatos, si ad eos canere spectet 2845.
- Antiphonas* canere de Sancto Titulari in propria Ecclesia occasione Processionis Rogationum, spectat ad Parochum, non ad Archipresbyterum pluviali indutum 2711.
- Antiphonae* feriales ad Laudes ante Nativitatem Domini omittuntur in Officio duplici, vel semiduplici: sed tam in primis, quam in secundis Vesperis dici omnino debent Antiphonae maiores feriae currentis 365., et huiusmodi Antiphonae non excludunt duplicia, et semiduplicia, etiam translata 1492. 3278. 3321. Ubi vero ex privilegio Antiphonae feriales maiores incipiunt die 16. Decembris, ab hac die excludunt Octavas 2812. *ad 3.*
- Antiphonarum* et Lectionum distributio a quo faciendae? 1286.
- Antiphona Alma Redemptoris etc.* dici nequit ultra diem 2. Februarii, etiamsi Festum Purificationis transferatur 2948. 3301. *ad 6.*
- Antiphona Salve Regina etc.*, vel alia de tempore dicenda ad Laudes omitti non debet, etiamsi statim subsequantur litaniae, quibus initium datur Orationi Mentali 3361.
- Antiphonae* quomodo distribuendae in Vesperis Pontificalibus 3551. *ad 18.*
- Antiphona B. M. V.* quae dicitur dum est discedendum a Choro expletis horis matutinis, dicenda non est, si statim subsequatur Missa 3710. *ad 8.* 5085. *ad 4.*, quae vel sit Conventualis, vel alia sollemnis tam pro vivis quam pro defunctis, ad cuius adsistentiam tenentur Chorales 5224. *ad 7.* Neque dicenda est diebus Rogationum, quando post Nonam succedit Processio Litaniarum, etsi pro hac discedendum

sit a Choro, et paululum expectandum. *Ibidem* ad 8.

Antiphona B. M. V. in fine Officii dicenda est stando si recitatur Matutinum post Vesperas Dominicae pro feria secunda ante solis occasum 4526. ad 6. 4549. ad 8., quod servatur etiam in primis Vesperis Sabbati si dicitur Officium Sabbati, et in Dominica si dicitur Officium Dominicae post occasum solis 4669. ad 45., ita etiam a Vesperis quae in Sabbatis Quadragesimae dicuntur ante meridiem 5183. ad 3., ceteris diebus genuflectendum est in Choro tantum, quod servetur etiam dum recitantur preces feriales. *Ibidem* ad 44.

Antiphonae praeintonandae sunt ab eodem tam Episcopo, quam Canonicis 3851 ad 3.

Antiphonae pro commemoratione diei infra octavam unde sumendae? 3827. ad 3.

Antiphonae in feria VI. et Sabbato post Octavam Ascensionis relate ad Breviarium Monasticum, quales esse debeant? 4044. ad tit. de *Antiph. dub.* 1. Quae in Officio S. Ioannis de Deo? *Ibid.* dub. 2. Quae in 2. Nocturno Officii S. Io. Baptistae ultimo loco? *Ibid.* dub. 3. Quae in Officio S. Raphaelis Archangeli, quod recitatur post Pascha? *Ibidem* dub. 4. Quae in tertio Nocturno Officii inventionis S. Stephani? *Ibid.* dub. 5. Quae dicendae sint cum *Alleluia* in festo SSrum Apostolorum Philippi, et Iacobi translato post tempus Paschale? *Ibidem* ad 6.

Antiphonae et Versus quomodo variandi, et unde desumendi sint, si plures fieri debeant commemorationes simplicium eiusdem classis 4044. ad tit. de *versibus* ad 3.

Antiphona in commemoratione de aliquo Patrono habet *Alleluia*, si exprimat gaudium, victoriam, aut quid simile; secus non 4080. ad 4.

Antiphona *Ecce Sacerdos Magnus*, dicenda in ingressu, et receptione Praelatorum, dici, vel omitti potest toties, quoties Praelati accedunt ad Cathedralem ad actus pontificales exereendos iuxta ac fert consuetudo 4140. ad 2.

Antiphona pro commemoratione in Laudibus de infra Octavam Confessoris, si Officium sit de Sancto pariter Confessore: num sumenda ex primis, vel secundis Vesperis? 4378. ad 11. 4395. ad 6.

Antiphonae *Maiores* intonari debent ad Hebdomadario in Officio feriali 4670. ad 3.

Antiphona *Haec dies* in octava Paschae intonanda est ab Hebdomadario 5111. ad 4.

S. Antonii Patavini V. Festum. Officium.

S. Antonini Ep. Conf. Officium V. Officium.

Apostoli et *Evangelistae* aequiparantur; ideo in eorum Festorum translatione dignitas attendenda non est, sed de eo fieri debet, quod est in ordine antierius 2380. 3096.

Aqua benedicta dum conficitur, non est necesse, ut sal simul exorcizetur, sed adhiberi potest sal iam exorcizatus, et in hunc usum reservatus 3853. ad 3.

Aqua benedicta in triduo Maioris Hebdomadae removeri potest ab Ecclesia iuxta consuetudinem 4669. ad 60.

Archidiaconus Ecclesiae Tirasonen. compelli potest ab Episcopo, ut sibi Pontificalia agenti assistat, et serviat in scabello, sive sella rasa 79.

Archidiacono Tarentino uti primae Dignitati S. R. C. respondit spectare distributionem Missarum solemnium 110. ad 1. et 2., num ipsi debeatur ius deferendi SS. Sacramentum in Processione Corporis Christi absente Episcopo? 130.

Archidiaconus, qui praeter Presbyterum assistentem, et binos Diaconos assistit Episcopo baculum sustinens, thurificandus est post eosdem, etsi sit dignior 345. 368.

Archidiaconus, qui assistere debet Episcopo, si recuset, compelli potest etiam per censuras 397. 1599. ad 6., dum assistit Episcopo solemniter celebranti, vel in Cathedrali, vel extra, intelligitur praesens in Choro 372. ad 1.

Archidiaconus recipiens pacem ab Archipresbytero solemniter celebrante, stare debet, facta prius, et post receptam pacem, genuflexione 1055.

Archidiaconus etsi in Ordine Diaconali constitutus, praecedit Presbyteris 1473.

Archidiaconus prima Dignitas, etsi Protonotariatus gaudeat titulo, debet tamen Divinis Officiis interesse in habitu choralis, si frui velit distributionibus 1572. ad 1. Neque ei licet assistere Episcopo in habitu Protonotarii. *Ibidem* ad 2. Neque in Edictis per eum fieri solitis suum nomen inscribere potest: *Dei, et Apostolicae Sedis gratia Archidiaconus* 1603. Nequit uti pulvinari serico, sed coraceo tantum 2514. ad 1.

Archidiaconus, qui obtinet aliam dignitatem extra Cathedrali, in functionibus, quae ad hanc pertinent dignitatem, uti potest Insignibus eiusdem propriis, non autem illis Archidiaconatus 2793.

Archidiaconum praecedere debere Archipresbytero quoad absolutionem *Libera me Domine* etc. in funeribus Episcopi, vel alicuius magni Principis; in aliis funeribus id ad Archipresbyterum spectare S. C. respondit 2491. 2566.

Archidiaconus assistens Episcopo in Ordinatione generali ministrare debet detecto capite; non cum bireto 2530. Debet ducere Ostiarios ad Ecclesiae ianuam, nec ei licet alteri hoc munus demandare 2805. ad 4.

Archidiacono prima Dignitas Cathedralis debet dare signum pro inchoando Officio, et intonare Orationem Dominicalem 3332. ad 1.; determinare horam celebrationis Officii. *Ibidem* ad 2.; deferre Pluviale in Processione solemni Corporis Christi. *Ibidem* ad 3.; peragere solemnes functiones absente Episcopo. *Ibidem* ad 4.; licentiam impertiri Canonicis exeundi a Choro. *Ibidem* ad 5. Haec decreta sunt in casu particulari: Ideo, reposita causa, S. C. respondit - Ad 1. servandum esse Caeremoniale lib. 2. cap. 6. - Ad 3. servetur ordinationes Episcopi. - Ad 2. servetur Caeremoniale lib. 2. cap. 33. - 3358. Mox ad alia dubia cohaerenter ad haec ab Archidiacono excitata super delatione pluvialis, quum in proposito casu unica tantum esset Dignitas, S. C. respondit: Archidiaconum non deferentem Sanctissimum Sacramentum, associandum esse a duobus Canonicis planeta indutis: Ipso vero deferente Sanctissimum Sacramentum duo antiquiores Canonicos assumere debere pluvialia 3386.

Archidiaconus prima Dignitas, absente, vel impedito Episcopo, debet peragere functiones solemnes ad normam *cap. Alma Mater*, sed ei debetur tantum assistentia Diaconi, et Subdiaconi 3373. ad 1. et 2.; absente Episcopo, eius est impertiri licentiam exeundi a Choro. *Ibidem* ad 3. In alia causae propositione S. C. extendit Decretum super 1. et 2. ad festa expressa in Caeremoniali Episcoporum 3384.; quod iterum confirmavit, rescindendo novas Archidiaconi petitiones 3403., declaravitque non licere Archidiacono pro suo arbitrio solemniter celebrare, praeterquam in diebus expressis in Caeremoniali 3429.

Archidiacono Cathedralis Caven., qui occupat primum stallum licere respondit S. R. C. uti habitu Protonotarii, suamque sedem occupare amissis distributionibus; secus tamen quoad Archipresbyterum, qui occupat secundum, et Thesaurarium, qui sedet in sexto 3675.

Archidiaconi Cathedralis Oyetensis habentes, vel non habentes praebendas temporales adnexas, tenentur exercere munus Diaconi, et Subdiaconi in turno cum Canonicis 4292. ad 2. Decretum contumaciale.

Archidiaconus Pontificalibus assistens nequit sumere, et exuere paramenta in solio, et loco proprii scamni, sed debet descendere ad immediatum gradum 4356.

Archidiacono Metropolitanae Hydruntinae, qui etiam est Cantor, competit conficere tabellam horariam pro Divino Officio, et aliis functionibus Ecclesiasticis 4358. ad 2. 3. 4. et 5. Ei non licet suspensionis poenam imponere iis, qui deficiunt servitio Ecclesiae, nisi de speciali mandato Episcopi. *Ibidem* ad 6. Non ei, sed Praefecto Chori competit corrigere defectus, qui committuntur in Choro, Episcopo vero multare in distributionibus. *Ibidem* ad 7. Ei licet suis sumptibus deputare vicecanonem, quem mavult, de gremio, vel non. *Ibidem* ad 8. Ei competunt, impedito Episcopo, functiones in Pontificali notatae. *Ibidem* ad 9. Dum fungitur officio Presbyteri assistentis, sedere debet in solio prope Episcopum. *Ibidem* ad 13. Quod munus exercens aliis praefertur in thurificatione. *Ibidem* ad 15. et 16. Ad eum spectat dare signum pro inchoando Officio, sed ad Hebdomadarium pertinet intonare *Pater noster* etc. *Deus in adiutorium* etc. *Ibidem* ad 18. Discedentes a Choro non ab eo petere debent veniam, sed a Praefecto Chori, vel Punctatore. *Ibidem* ad 19. Prout etiam facultatem non interessendi Concionibus in Quadragesima, et Adventu. *Ibidem* ad 20. Prima sedes Chori in Divinis Officiis non ei, sed Hebdomadario debetur. *Ibidem* ad 21. Invitato Capitulo a Magistratu ad canendam Missam, vel *Te Deum* etc., functio spectat ad Archidiaconum. *Ibidem* ad 22. Non ei debetur distincta sedes. *Ibidem* ad 23. Neque Paramenta pretiosiora illis, quibus utuntur Canonici. *Ibidem* ad 25.

Archidiacono Metropolitanae Ravennaten. non licet secum ducere ad latus proprium Cappellanum in publicis supplicationibus, praesente, aut absente Archiepiscopo, ac proinde ei denegatur manutentio 4454.

Archiepiscopus quoad honorificentias et iura ubi adest Nuntius Apostolicus 44.

Archiepiscopo Taurinen. quoad honorificentias praesente seu interessente Apostolico Nuntio 71.

- Archiepiscopus* vel *Episcopus* concionaturus singulis diebus tempore Quadragesimae, debet id facere rochetto, mozzetta, et stola indutus 174.
- Archiepiscopus* exigere debet primum suum ingressum iuxta regulas Libri Caeremonialis, et consuetudinem 470. Nequit in sua Ecclesia exercere Pontificalia, nisi Pallium receperit 705. Potest cum Cruce elevata ingredi Ecclesias Regularium 2757. Divina peragens, vel in Choro assistens nullum obsequium exigere debet a Praefecto cubiculi, cum id spectet ad Magistrum caeremoniarum 2029. ad 1. Potest ante se Crucem deferri facere per Monasteria, et loca exempta suae Provinciae 475. Degens in alterius Provincia nequit incedere cum rochetto detecto, et benedicere Populo 834.
- Archiepiscopus* et *Episcopi* Suffraganei simul convenientes omnes procedant, et genuflectant in linea, sed *Archiepiscopus* digniori loco in faldistorio; *Episcopi* hinc inde super pulvinaribus, vel omnes in eodem genuflexorio medium tenentes *Archiepiscopus* 1899.
- Archiepiscopi, et Episcopi* nequeunt adhibere pileolum coloris rubri 1440.
- Archiepiscopi locumtenens. V. Locumtenens.*
- Archiepiscopo titulari suffraganeo* *Archiepiscopi* debetur praecedentia supra *Episcopum* 1779.; eidem, aequae ac *Episcopo* de residentia, debentur praelatio, et obsequia a Dignitatibus *Episcopo* inferioribus 1857. 1859. 1908.
- Archiepiscopi Granaten.* immemorabilis consuetudo deferendi in Processionibus post se sellam, in qua sedeat, dum Processio consistit, servanda est 378. 1843. 1850. 2529. 3111. Ut etiam consuetudo habendi semper duos *Canonicos* assistentes sive pontificaliter celebret, sive *Divinis* assistat, sive e domo ad Ecclesiam procedat 379. 414.
- Archiepiscopus* in sua Provincia ubique potest ante se deferri facere Crucem, dummodo non sit in curru 2381. ad 7. 3720.
- Archiepiscopus* habens ordinationem generalem, sed celebrans Missam privatam (quod tamen a S. R. C. reprobatum) debet in fine benedicere Populum cum Cruce ante se 2774. ad 2.
- Archiepiscopo Mexivan.* in Armenia S. R. C. facultatem concedit monendi, dispensandi, indulgendi quoad Regulares, qui quodammodo coguntur Orationes mortuorum dicere in Missis de die, etiam occurrentibus maioribus festivitibus etc. uti etiam quoad Paternos in Baptismo 3857.
- Archiepiscopus* nequit uti Pallio extra suam Diocesim, et Provinciam, etiamsi accedat consensus *Episcopi Ordinarii* 4758.
- Archipresbytero* nullo modo debentur associatio, aliaque honorificentiae, quae soli *Episcopo* conveniunt. Consuetudo contraria improbatum ut abusus omnino eliminandus 506.
- Archipresbytero* absente, Missa, et Divina Officia, quae ad ipsum pertinerent, spectant ad *Canonicos*, non autem ad eius substitutum, cui nulla competit praeeminentia supra *Canonicos* 552.
- Archipresbyter* Ecclesiae non Collegiatae potest deputare quem maluerit pro benedictione palmarum, cinerum, et candelarum 724.
- Archipresbyter* Ecclesiae sub titulo Assumptionis B. M. V., qui tenetur accedere ad Ecclesiam Cathedralam in die solenni eiusdem Assumptionis, debet alium mittere ad praestandam obedientiam, ne propriam deserat Ecclesiam 766.
- Archipresbyter* prima Dignitas nequit ab *Episcopo* cogi nisi ad Missas, quas celebrare debet ut Dignitas, vel vice *Episcopi* absentis, aut impediti 771. Neque ei celebranti deneganda est solita assistentia *Canonicorum. Ibidem.*
- Archipresbyter* in Processione Sanctissimi Corporis Christi debet incedere cum suo Clero, non sub Baldachino. Contraria consuetudo prohibenda, etiam sub censuris 1109. Si est dignior de Clero, debet incedere ad dexteram Decani *Canonicorum*, vel si numerus sit dispar, medius inter duos antiquiores, sed numquam solus 2760.
- Archipresbytero* cuiusdam Collegiatae unicae Dignitati aliquas praeeminentias, et honorificentias permitti posse S. R. C. respondit 1544.
- Archipresbyter* qui hanc Dignitatem resignavit, habendus est ut simplex Sacerdos, nec ullam praeeminentiam habet supra Sacerdotes ordine antiquiores 1916.
- Archipresbyter* dare potest Literas testimoniales pro ordinandis super exercitio functionum etc. 2869. ad 7. Nequit immisceri in decernenda taxa pro funeribus etc. *Ibidem* ad 8.
- Archipresbytero* excommunicato, functiones ad ipsum pertinentes sunt peragendaes a Dignitate, quae proxime sequitur, non autem a delegato ad placitum Vicarii 1546.
- Archipresbyter* Collegiatae manutenendus in possessione habendi sedem fixam cum genuflexorio a latere Evangelii, quam habebat priusquam per erectionem Cathedralis eius iurisdictionis cessaret, absente tamen *Episcopo* 1373.

- Archipresbyter Melitensis* manutenendus in possessione canendi submissa voce psal. *Miserere*, et *De profundis* cum oratione super cadaveribus in quacumque Ecclesia Regularium 2242.
- Archipresbyteratus* beneficium obtinens, quod simplex est, et etiam Clericis conferri solet, non gaudet privilegiis, quae competunt Dignitatibus, et Archipresbyteris cum cura animarum 1497.
- Archipresbyter* nequit functiones aliis pro suo arbitrio delegare 2881.
- Archipresbytero* Metropolitanae Ecclesiae Nazza- renae conceditur, ut celebrans Vesperas vice Episcopi, habeat sex Presbyteros cum pluvialibus; in Missa solemnibus usus pelvis cum urceolo, ex gratia: denegatur usus stolae latioris 3507., etiamsi sit Vicarius 3579.
- Archipresbyteri* Coadiutori in Synodo debetur praecedentia supra Archipresbyteros aliarum Collegiarum, si Coadiutus sit aliis possessione antiquior, ubi mos est, ut ille praecedat, qui antianitate gaudet 3515.
- Archipresbyter Cathedralis* in associatione cadaverum, aliisque Processionibus ingredi potest Ecclesiam parochialem cum stola 3650. *ad 7.*
- Archipresbytero* Terrae Sideronis, Dioecesis Hieracen. amplam iurisdictionem competere supra ceteros Parochos, et Ecclesias, perpensis erectionis Parochiarum Bullis, probataque immemorabili consuetudine S. R. C. declaravit 3822.
- Archipresbytero* Collegiatae celebranti in solemnitatibus non debetur Presbyter assistens 3962. *ad 3.*
- Archipresbyteri* Parochiarum S. Severi interessentes Cathedrali sedere debent in eodem scamno post Abbates beneficiatos, et thurificandi sunt duplici ductu, ut praedicti Abbates 4262. *ad 3. et 4.* Associantes una cum Capitulo defunctos propriae Paroeciae in Cathedrali tumulandos, possunt deferre stolam tam intra, quam extra limites Parochiae, ac etiam in Cathedrali, praesentibus Episcopo, ac Capitulo, dummodo in eadem Cathedrali Officium non peragant supra cadaver. *Ibidem ad 5.* In omnibus Processionibus pariter possunt deferre stolam. *Ibidem ad 6.* Ipsis competit ius administrandi Sacramenta Canonice, et Abbatibus beneficiatis Cathedralis in eorum Parochiis domicilium habentibus, non autem Archipresbytero Cathedralis. *Ibidem ad 7.* Cui nec licet independenter a Parocho domicilii cadaver asportare ad Cathedraliam. *Ibidem ad 8.* Quomodo nec Archipresbyteris aliarum Parochiarum independenter ab Archipresbytero Cathedralis asportare ad respectivam Ecclesiam receptivam cadaver alicuius Participantis decedentis intra fines Cathedralis. *Ibidem ad 9.* Decedente aliquo ex Presbyteris participantibus alicuius Ecclesiae Parochialis intra limites Parochiae Cathedralis, non electa sepultura, tumulandus est in Cathedrali. *Ibidem ad 10.* Non ita tamen procedit, si aliquis de Capitulo Cathedralis decedat intra limites aliarum Parochiarum, qui nihilominus asportandus, et tumulandus est in Cathedrali, solutis iuribus Parochialibus Parocho domicilii. *Ibidem ad 11.* Respectivis Archipresbyteris privative competunt Officia funebria in propria Ecclesia, etiam praesente Capitulo. *Ibidem ad 13.* Absolutis exequiis Archipresbyteri, et alii de Clero tenentur associare Capitulum Cathedralis usque ad Ecclesiae ianuam. *Ibidem ad 14.*
- Archipresbytero* Ecclesiae Cathedralis Aquinaten. non competit ius sedendi in maiori stalloposito in medio Chori 4310.
- Archipresbytero* Ecclesiae Archipresbyteralis Sancti Pauli Terrae Massae Lombardorum, Dioecesis Imolen. non licet dispensare Regulares ab accessu ad dictam Ecclesiam, occasione publicarum Supplicationum 4314.
- Archipresbytero* Ecclesiae S. Andreae Vallerani, de cuius Matricitate impropria constare dixit Sacr. Congr., ius competit faciendi Processiones generales, et alias, in quibus convenit totus Clerus, quod tamen ius ipse non habet quoad Processiones particulares Ecclesiae Sancti Victoris, et illam SSⁿⁱ Corporis Christi, pro qua servanda est quaedam transactio 4386. *ad 1. et 2.* Ei competit praesentia in illis functionibus, in quibus convenit totus Clerus. *Ibidem ad 3.* Ipse potest ingredi Ecclesiam Parochialem S. Victoris, et alias quascumque cum stola, et Cruce elevata tantummodo in Processionibus, aliisque functionibus, quibus interest totus Clerus, alias ei non licet. *Ibidem ad 4. et 5.* Quoad receptionem in Processionibus publicis servandum est Caeremoniale. *Ibidem ad 6.* Alia plura habes quoad huiusmodi controversias sub num. 4407.
- Archipresbyter* cum Clero Matricis praecedentiam habet supra Parochum, et Beneficiatos Ecclesiae inferioris, qui vel incedere debent cum Cruce matricis, digniorem locum relinquendo dicto Archipresbytero, eiusque Clero, aut sub propria Cruce in loco inferiori 4483. *ad 1.*

In Processionibus Rogationum, quae egrediuntur a Matrice, Archipresbyter, qui preces praecinit, et agris benedictionem impertitur, non debet stolam deponere in Ecclesiis Parochialibus, et Regularibus, sed ipse debet preces absolvere. *Ibidem ad 2. et 3.*

Archipresbyter Oppidi Cupertini Neritonensis Dioecesis confirmatur in possessione aliquorum privilegiorum, quibus ab immemorabili gaudet, licet expressa non sint in Constitutione Pii Papae VII. *Decret Romanos Pontifices*, editae quarto nonas Iulias 1823. 4614. *Vide subiectam adnotationem.*

Archipresbytero Primatialis Ecclesiae Pisanae ampliantur privilegia 4696.

Archipresbyter seu Dignitas Capituli tenetur cum reliquis Canonicis audire Concionem tempore Adventus et Quadragesimae in scamnis ad hoc paratis, quin sibi parari faciat locum distinctum et divisum a reliquo Capitulo 4856.

Archipresbyter et Canonicus intra Collegiatam tantum induere potest Rochettum et reliqua Insignia Choralia 5048. *ad 1.*; neque Archipresbyter iis uti potest eo quod est primus inter aequales, non obstante quod Bulla de hac re mentionem nullam faciat. *Ibidem ad 2.*

Archipresbyter Ecclesiae Collegiatae Vetrallae, qui curam animarum exercet, adhibere potest cottam et stolam supra Rochettum in administratione Sacramentorum 5048. *ad 4.*; in benedictione domorum, quae fit in Sabbato Sancto uti valet tantum cotta et stola. *Ibidem ad 5.*, ita etiam in cadaverum associatione. *Ibidem ad 6.*, potest uti Insigniis Canonicalibus sed absque stola si incedat cum Capitulo. *Ibidem ad 7.*; ita etiam in publicis Supplicationibus. *Ibidem ad 8.*, assistens Matrimonio, quod alter Sacerdos administrat, in sua Eccl. Collegiata tantum potest adhibere habitum Choralem, sed sine stola. *Ibidem ad 9.*, in concionibus intra Collegiatam uti tantum debet cotta et stola. *Ibidem ad 10.*, quod etiam facere potest Canonicus eiusdem Ecclesiae. *Ibidem.*

Archipresbytero Basilicae S. Mariae in Cosmedin de Urbe competit ius dandi possessionem novis Canonicis et Beneficiatis, quando in Literis exequutorialibus nominatur antiquior ex Canonicis 5073.

Archipresbytero primae Dignitati Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis Arch. Civitatis Tiberiaci Dioecesis Faventinae, ac Praeposito secundae Dignitatis eiusdem Ecclesiae, quae privilegia competant, declaratur 5209.

Ascensionis Domini Festum, si concurrat cum Festo titularis Ecclesiae, celebrandum omnino est, translato Titulari ad aliam diem iuxta Rubricas. Consuetudo contraria eliminanda 2147.

Aspersio aquae benedictae quomodo facienda dum Chorus nimis distat? 32. *ad 1.*

Aspersio aquae benedictae, quae fit in Dominicis, fieri debet per Celebrantem, non obstante qualibet contraria consuetudine 923. *ad 1.* 1613. *ad 1.* 4672. *ad 2.* *Vide subiectam adnotationem* 5228. *ad 5.*; etiamsi qui celebrat sit prima Dignitas, et usus contrarius corruptela declaratur, quae adversatur Rubricis 968. Fieri tantum debet in die Dominico 2345. *ad 3.*, ad formam Ritualis 2594. *ad 8.* Facienda est ante Altare, ibique preces, et orationes dicere oportet, non apud sedem. Consuetudo contraria eliminanda 1992. Si in Choro plures adsint Episcopi, ut accidit in Capella Regia Ulyssiponensi, omnes a Celebrante aspergendi sunt, ut Romae fit in Patriarchalibus 1554. *ad 3.* Fieri omnino debet a Celebrante, etiamsi sit Canonicus, aut Dignitas 2965.; dum fit aspersio, si adsit Episcopus, stare debet 3614. *ad 2.* Non fit in Dominica Palmarum si Episcopus peragat solemnem benedictionem. *Ibidem ad 3.*

In Aspersione aquae benedictae Celebrans pergens ad Chorum accedat per latus Epistolae vel Evangelii iuxta laudabilem consuetudinem, quae Rubricis non adversetur 4971.; alias decrevit S. C. quod Celebrans accedens ad Chorum pergat per latus Epistolae, et redeat per latus Evangelii 4978. *ad 1.*

In Aspersione aquae benedictae singulis Dominicis facienda debet adhiberi stola 5102. *ad 4.*

In Aspersione aquae benedictae in Dominicis Clerici in Choro degentes non tenentur sese vertere ad Altare; qui vero sunt in presbyterio, tenentur 5208. *ad 1.*

Aspersorium ingredienti Episcopo Ecclesiam Cathedralis ministrandum a prima Dignitate 21. *ad 5.* 274. 1366. Quid ubi praebendae non sunt distinctae? 351. *ad 5.* Quid si prima Dignitas absit? 792. 2336.

Aspersorium tradendum est Episcopo a digniore Ecclesiae, quam ingreditur, etiamsi intersit Capitulum Cathedralis 372. *ad 2.* 948. *ad 2.* 1366. 1557. 1710. 1731. 2440. 2458. 2687. 2863. 2907. 2918. *ad 2.* 3024. 3174. *ad 1.* 3950. 4934. 5168. 5169., etiamsi Canonicus Cathedralis sit pluviali indutus 3018. Id etiam

obtinet, dum Episcopus associatus a duobus suae Cathedralis Canonice, Ecclesias ingreditur visitationis causa 1464. *ad 1.* vel alia de causa 4573. Vide *subiectam adnotationem*. Quod si in Processionibus Rogationum ingredienti Episcopo Ecclesiam Regularium vigeat consuetudo, ut per digniorem Canonicum Cathedralis Aspersorium porrigatur, servanda est 1585., secus servanda est regula, ut tradatur a digniori Ecclesiae 2951. In solemnioribus Processionibus totius Cleri spectare ad primam Dignitatem, vel digniorem de Capitulo Cathedralis S. R. C. in *Comen* respondit 3174. *ad 2.*; si accedat Cardinalis Legatus, etiam interveniente Capitulo, ei nihilominus tradi debet a digniore propriae Ecclesiae 946. Numquam vero id pertinet ad Vicarium generalem 1206. Neque licet Episcopo extra Cathedralis praecipere, ut aspersorium sibi a digniore Cathedralis tradatur 1357. Quae decreta aliquo cum discrimine sunt accipienda, nam alias S. C. distinxit casum a casu, et respondit a digniori Cathedralis porrigendum Aspersorium, si capitulariter, et cum habitu choralis conventus fiat 1658. 2918. *ad 2.*

Aspersorium tradendum Episcopo, detecto capite 1494. *ad 2.*

Aspersorium in Processione Rogationum, quae fit in Urbe, ab altero ex Acolythis Basilicae Vaticanae immediate tradendum est Diacono ministranti Episcopo, non autem Magistro caeremoniarum Ecclesiae Lateranensis 3198. 3215.

Aspersorium *Thus*, *Navicula*, *Cruce* ad osculandum Episcopo visitanti Ecclesias Parochiales, et Monialium tradenda sunt a Parochis, et respective Confessariis, non autem a Canonicis convisitoribus 2809.

Aspersorium Cardinali Titulari, aliisque Cardinalibus accedentibus ad Ecclesiam S. Pantaleonis de Urbe, tradendum est a digniore ex Patribus Matris Dei Scholarum Piarum, qui debent eos excipere: et neutrum fieri debet a Capitulo Collegiatae S. Eustachii ibi interessente Vesperis et Missae solemnibus 3879.

Assistentes Episcopo qui? 21 *ad 6.*; quae eorum munia dum Episcopus celebrat Pontificalia 33.

Assistentes Episcopo quoad pacem, et incensum omnibus aliis dignioribus praeferendi 196. Ita etiam Dignitas, vel Canonicus, qui baculum sustinet, et ministrat 345. 368.

Assistentes Episcopo omnes in eodem plano sedere debent, si locus sit capax 898. Si Dignitates,

et Canonici, qui tenentur assistere, id facere recusent, censuris compellendi 1599.

Assistentes Episcopo Feria V. in Coena Domini ad pedum lotionem, sedere debent in scamnis nudis. Consuetudo contraria abusus declaratur 3161. *ad 1. et 2.*

Assistens Episcopo a dexteris debet ei auferre, et imponere pileolum, quoties id convenit 3625. *ad 2.*

Assistentes Episcopo. Ubi praebendae non sunt distinctae, duo Dignitates immediate sequentes post primam fungi debent officio Diaconorum apud solium. Si autem inter Praebendatos Canonicos perpetua, non accidentalis esset Ordinum distinctio, tunc pro munere assistentiae assumuntur duo Canonici ex ordine Diaconali. Diaconus vero Evangelii, et Subdiaconus pro Epistola in Missa pontificali inservientes, (quando tale onus inter omnes per vices, vel alias iuxta Ecclesiae consuetudinem distribuendum non sit) erunt duo digniores, sive Canonici, sive Dignitates fuerint, qui sequuntur in ordine post Assistentes Canonicos in solio; si, ut supra dictum est, nulla intercedat ordinum, vel praebendarum distinctio 4176. *ad 3.* Vide etiam num. 4827. *ad 1.*

Assistentia praestanda Episcopo a Dignitatibus, vel Canonicis 170. 215., ad formam Caeremonialis 263. *ad 2.* 399. Ubi Praebendae sunt distinctae, praestanda ab iis, qui sunt ex ordine Diaconorum 196. Quae ratio habenda sit ubi Praebendae non distinguuntur? 351. *ad 2.*

Assistentia Episcopo Pontificalia celebranti in Parochialibus, vel Collegiatis praestanda est a Canonicis Cathedralis, non autem a Presbyteris, vel Canonicis Parochialis, aut Collegiatae, in qua Episcopus Pontificalia exercet 545. 868., quantumvis Ecclesiae, ad quas accedit, sint exemptae 1179. Assistentia tamen extra Cathedralis ita est moderanda, ut in Cathedrali remaneat maior Canonicorum numerus pro Divinorum celebratione 2260.

Assistentia Canonicorum non debetur Episcopo in Missis privatis 811. 1567. *ad 5.* Neque dum Episcopus assistit Matutino, et Completorio, etiamsi indutus sit cappa 1567. *ad 2.*, debetur tamen concionem cum cappa audienti. *Ibidem*, et 1548. *ad 1.*, si talis sit usus Ecclesiarum vicinarum 777. *ad 5.* 1567. *ad 2.*, nec debetur assistentia in Processionibus, si Episcopus post eas cappa indutus incedat; debetur

tantum dum ipse sacris indumentis paratus est. *Ibidem* ad 3.

Assistentiae ratio habenda non est in receptione Palmarum, Cinerum, Candelarum, sed quilibet debet accedere iuxta proprium ordinem 196.

Alia vide sub V. *Canonici, Dignitates, Episcopi.*

Associatio Episcopi venientis ad Ecclesiam cum habitu Chori, et ad proprias aedes redeuntis fieri debet non ex urbanitate, sed ex debito 398. Id intelligendum de solemnioribus Festivitatibus, in quibus associatio fieri debet a cubiculo ad Ecclesiam, et viceversa in re-ditu. Quoad alios dies, sat est, ut aliqui ex Dignitatibus, et Canonicis ad ostium Ecclesiae eum excipiant, et reducant 415. Fieri debet in habitu choralis solummodo, dum Episcopus est cappa indutus 1548. ad 2. 1567. ad 4. et 8. 1577. Circa associationis modum, scilicet praecedendi, et incendendi, S. R. C. respondit: Servari solitum 2852., tenenda forma praescripta in Caeremoniali Episcoporum 4062. ad 8. 4672. ad 23. Praestanda est associatio diebus solemnioribus, et quandocumque est pontificaliter celebraturus, etiam si ingrediatur Ecclesiam per ianuam privatam 4063.

Alia habes V. *Canonici, Episcopus.*

Assumptionis B. M. V. Festum protrahi potest ad duos dies immediate sequentes ad instar Paschatis, si id fiat ex devotione Populi cum Officio currenti; nequit tamen si, hoc omisso, velit fieri cum Officio Assumptionis 939. V. *Festum.*

S. *Athanasii* Symbolum, ubi Festum SS^{mae} Trinitatis celebratur cum octava, dici debet tantum in Festo, et die octava, non autem infra Octavam 3348. ad 3. 3809. ad 2.

Auditores Advocatus Fiscalis regiae Audientiae Salerni nequeunt praecedere Vicarium, et Canonicos in thure et pace 42.

Auditori Camerae inhibetur ut se intromittat in negotiis quae spectant ad S. R. C. 121.

Aurora non physice, sed moraliter est accipienda, et politice iis in regionibus, in quibus aurora est fere continua per totam noctem, ac in aliis, in quibus vel lux fere continua, vel fere continuae tenebrae ad plures menses protrahuntur 1007.

Baculus Episcopo Sacra peragenti tradendus est a prima Dignitate, et vicissim ab eiusdem manibus accipiendus 2514. ad 3.

Baculus quoad habentes usum Pontificalium V. *Abbas, Praelati Episcopo inferiores.*

Baculus adhibendus non est in Choro ab Abbatissis, neque aptandus manibus defunctae, neque pingendus in imaginibus S. Clarae 1780. 1809.

Baglivo Ordinis Hierosolymitani non est deferendus Textus Evangelii ad osculandum. In thurificatione, et pace servanda est regula Libri caeremonialis 411.

Baldachinum erigendum est in Ecclesiis Monachorum, accedente Episcopo 793. Num, si accedat Capitulum Cathedralis sine Episcopo? *Ibidem.* Pro Abbate vero in iisdem Ecclesiis Baldachinum continuo retineri non licet: qui secus fecerint, coercendi 1830. 1835. Quod si Abbas tres Missas annuatim ei permissas, tresque Vesperas pontificaliter celebret infra octiduum, poterit interea temporis retineri in Ecclesia sedes cum baldachino 3598. ad 1. et 2. Erigi nequit in Ecclesiis Regularium pro aliquo Episcopo non Dioecetano 3001. ad 1. In Ecclesiis, Oratoriis, aliisque locis sacris erigendum non est pro laicis Principibus, Primatibus, et Magistratu. Quod si erectum sit, S. R. C. iubet amoveri 1860. 1936. 1938. 2026. 2373. 2394. 2423. ad 3. 3053. 3187. Super quo provisum est per Decretum generale 3155. 3156. 3212.

Baldachinum erigi debere super omnibus Altaribus S. R. C. respondit 3421.

Baldachinum pro Episcopo esse debere non pretiosum, non auratum S. R. C. respondit 3987. ad 5., et ab Episcopo cogi posse Canonicos, ut Baldachinum ponant super Altari Maiori. *Ibidem* ad 6.

Baldachinum Episcopo licet erigere in Sacello, ubi sumit sacra paramenta 2623. 2633. 2646., prout etiam extra Presbyterium pro audienda concione 3079.

Baldachini hastae deferendae sunt, prout in Caeremoniali Episcoporum praescriptum est, si pacifice, et sine scandalo fieri potest, et sine soliti praeiudicio 168. ad 4. 3334. ad 2.; non deferendae a Canonicis 1171. 1229. In solemnibus Processione Corporis Christi gestandae sunt a dignioribus Beneficiatis usque ad ianuam Ecclesiae, et ibi laicis tradendae 4081. ad 1.

Baldachini portatilis cum sex hastis delatio in Processione SS^mi Sacramenti nequit a Capitulo Collegiatae prohiberi Ecclesiae Parochiali 2568.

Baldachini qualitas pro Praelatis habentibus usum pontificalium V. *Praelati Episcopo inferiores.*

Baldachinum non est deferendum in publicis Supplicationibus, in quibus circumferuntur Imagines, Simulacra, Reliquiae Sanctorum, quia competit dumtaxat SS^mo Sacramento, et ubi viget consuetudo, etiam Reliquiis instrumentorum Passionis D. N. I. C. 4570. *Vide adnotationem* in qua refertur Decretum in *Calaguritana*. Decretum generale, quo iubetur ne Reliquiae Sanctorum deferantur sub Baldachino, et Ordinariis locorum strictim praecipitur, ut abusus eliminent 4620. a. Vide etiam num. 5102. ad 1. sed pro sacra visitatione, quae fit ab Episcopo servetur Caeremoniale. *Ibidem.*

Baldachinum apponendum super Altare, in quo SS. Sacramentum asservatur 5044.

Baptismatis Aquae conficiendae sunt in Cathedrali 574. ad 2. Qualis esse debeat vestis candida in Baptismate? 1436. In Baptismate adultorum infidelium omnes functiones praeparatoriae faciendae sunt per eundem Sacerdotem Baptizantem 2350.

Baptismum administraturus Parochus vel alius Sacerdos infirmo morti proximo, etsi secum habeat sacra Olea, nihilominus omnia omittere debet quae Baptismum praecedunt 4572. *Vide subiectam adnotationem.*

Baptismi Caeremoniae si supplendae sint super adultum valide Baptizatum adhibeantur illae quae pertinent ad baptismum infantium 4780. ad 3.; si vero supplendae sint super adultum ab haereticis Baptizatum servandae erunt illae, quae sunt pro Baptismo adultorum. *Ibidem* ad 4.

In **Baptismi** forma recitanda strictim servandum Rituale 5188. ad 2.

S. **Barbarae** V. *Officium.*

Barones, seu Domini locorum ubi, quando, quomodo, et a quo thurificandi sunt, iuxta praescripta in Libro Caeremonialis Episcoporum *lib. 1. cap. 23. num. 30. 337. 362. 394. 495. 1399. 1443. 2487. 2552. 3047.* Nec eis debetur thuris honor immediate post Episcopum, quin valeat contraria consuetudo, nisi sit imme-

morabilis 897. Neque retinere eis licet sedem stabilem in Ecclesia 896. 2517. 2552. Vetita omnino est sedes cum baldachino, et tribus gradibus 1279. 1336. 1386. 1406. 1407. 2024. Permittitur sedes coraminis supra pradellam extra Presbyterium 2519. 2589., in cornu Epistolae 2300. ad 1.; deferendus eis non est textus Evangelii ad osculandum, neque Sacerdos cotta, et stola indutus facere cum eis debet confessionem 1443. 2487. Quae eis conveniunt, enumerantur 881., super quibus omnibus servanda est dispositio Caeremonialis 1514. Qui secus fecerint opportunis remediis coercendi 1291.

Baro, seu Dominus loci nullo pacto excipiendus est ab Episcopo; a Canonicis vero excipi debet iuxta solitum 2300. ad 2. Dexteram dare debet Episcopo, a quo vicissim, urbanitatis gratia, eam obtinet in Domo Episcopali. *Ibidem* ad 3., circa thurificationem, et pacem servandam esse consuetudinem in casu particulari quoad Ecclesiam Nuscanam S. R. C. respondit. *Ibidem* ad 4. et 5.

Barone, seu publico Reipublicae Ministro praesente, non debet Sacerdos celebrans ad eum se convertere, dum dicit *Tibi Pater, Te Pater*, nec ante benedictionem ei caput inclinare. Non ei convenit osculum Textus Evangelii, vel eius loco, manipuli. Abusus hoc omnino eliminandos esse S. R. C. edixit 1978.

Baroni denegatur facultas aperiendi fenestram ex suis aedibus a latere Capellae ab ipso constructae in Ecclesia Archipresbyterali 3482.

Baronibus licet in loco baronali retinere in Ecclesia genuflexorium amovibile, extra tamen Presbyterium 3527.

Baroni, seu Domino loci quae praerogativae conveniant in Ecclesia 3668. 3699. Debetur tantum thurificatio, et osculum pacis cum instrumento per ministrum cotta indutum 3907. Alia habes V. *Dominus loci.*

S. **Bartholomaei** V. *Festum.*

Basilicae Minoris privilegia declarantur 4781.

Beati nondum canonizati nequeunt inseri in Martyrologio 738. Decretum generale 2927.

Beatorum Festa nequeunt celebrari cum Octava, neque licet excedere limites Indultorum 1653. 1654.

Beatorum Imagines sine licentia Sedis Apostolicae nequeunt publice exponi in Ecclesiis, Orato-

riis, aliisque publicis locis tam super Altare, quam extra 1935. *ad 1.* Episcopis incumbit amovere et prohibere quae adversantur Decretis SSmae Inquisitionis, et Congregationis Sacrorum Rituum, quorum exequutio iisdem demandatur. *Ibidem ad 2.* Sacerdotibus non licet sine speciali indulto Missas currentes celebrare in honorem alicuius Beati, exprimendo, vel non, eiusdem nomen. *Ibidem ad 3.*

Beatorum cultus circumscribitur generali Decreto 2002. scilicet: Imagines non exponendae. *Ibidem ad 1.* Possunt cum indulto exponi ad parietem, non super Altari. *Ibidem ad 2.* Ex concessione Altaris non arguitur concessio Officii, et Missae. *Ibidem ad 3.* Cultus concessus pro uno loco non extenditur ad alium. *Ibidem ad 4.* Cultus permissus non importat recitationem Officii. *Ibidem ad 5.* Missae celebrandae ab iis tantum, quibus indultum est. *Ibidem ad 6.* Festum non celebrandum sine speciali indulto. *Ibidem ad 7.* Beatorum nomina in Calendariis non apponenda. *Ibidem ad 8.* Beati in publicis precibus non invocandi. *Ibidem ad 9. et 10.* Reliquiae in Processionibus non deferendae. *Ibidem ad 11.* Praejudicium tamen non inferitur iis, qui potioribus praerogativis decorantur vel ex indulto, vel ex immemorabili. Quod si cultus a centum citra annis auctus sit, in pristinum restituendus. *Ibidem §. Sac. tamen Congregatio.* Ubi indultum est celebrari Missam de Beato, licet etiam Imaginem exponere super Altare, ac tabellas votivas appendere 2046. *ad 1.* Prohibitio Festi non extenditur ad Festa devotionis. *Ibidem ad 2.* Indulta specialia recitandi Officium per decretum generale non sunt revocata. *Ibidem ad 3.* Possunt exponi Reliquiae ubi recitatur Officium, et celebratur Missa. *Ibidem ad 4.* Episcopi Regulares gaudent privilegiis suae Religionis, nequeunt de Beatis eiusdem recitare Officium, celebrare Missam, ac Altaria erigere in propriis Cathedralibus. *Ibidem ad 5.* Moderatio, ac declaratio Decreti generalis 2054.

Beati nondum Canonizati, sine speciali Indulto, nequeunt assumi in Titulares Ecclesiarum 4101. *ad 1.* Quod si aliquis Beatus fuerit in Titularem assumptus, deleto huiusmodi titulo, aliquis Sanctus canonizatus substitui debet. *Ibidem ad 2.* Ubi vero Beati ex speciali Apostolicae Sedis indulto assumuntur in Patronos principales, ac fruuntur ritu dup. primae classis debent habere Symbolum in Missa 4259. *ad 1.*

Benedicamus Domino, quo tono cantari debeat, infra Octavas Festorum B. M. V., si fiat de aliquo Festo dup. ? 2393. 2401. In Festis etiam solemnioribus cantandum ad formam Caere-monialis 2883. *ad 5.*

Benedicendi Privilegium concessum Abbati non extenditur ad consecrationes 2600.

Benedicendi congruentior modus est manu recta, et digitis unitis, ac extensis 3025. *ad 6.*

Benedicendi sacra Suppellectilia concessa facultas extenditur etiam ad Imagines Domini Nostri Iesu Christi, B. M. V., aliorumque Sanctorum, Tabernaculum, in quo asservatur SSmum Sacramentum, Pixidem, et generatim id omne, in quo Sacra Unctio non adhibetur 4290.

S. Benedicti V. Festum, Officium.

Benedictio in fine Missae etiam sollemnis producenda unico signo 15. *ad 3.*

Benedictio Candelarum, Cinerum, Palmarum, absente, vel impedito Episcopo, pertinet ad primam Dignitatem, quae tamen Missam celebrare debet, non ad Hebdomadariam 406. 1369. 1728. 1747. 1977. *ad 1.* et ad simul celebrandam Missam cogi potest per censuras 1663.

Vide *Functiones.*

Benedictio Candelarum, Cinerum, Palmarum fieri potest in omnibus Ecclesiis 1208. In Collegiatis pertinet ad digniorem, si celebrare velit, sin minus ad Celebrantem 2204. Quoad distributionem faciendam Praesidibus, et Magistratui, servanda Caere-monialis dispositio 1207.

Benedictio Candelarum etc. spectat ad Parochum, sed non private, ideo servanda est locorum consuetudo. Candelae vero in die Purificationis distribuendae sunt in Ecclesia, non transmittendae per domus 2444. *ad 1.*

Benedictio Palmarum et Candelarum dum expositum est SS. Sacramentum pro Oratione 40. Horarum fieri debet in alio laterali Sacello, sed sine processione 4590. *ad 10.* Vide *subiectam adnotationem.*

In Benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum, et similium serventur Rubricae et praxis communis quoad aspersionem et thurificationem 4669. *ad 38.*

In Benedictione Palmarum, quae fit ab Episcopo, Epistolae et Evangelium canenda sunt ab iisdem Ministris, qui Missae solenni ab alio canendae inservire debent 5180. *ad 1.*

- Benedictio Crucis* positae in eminenti loco ad arcendas tempestates fieri potest de licentia Episcopi 764.
- Benedictio Mulierum post partum* est de iuribus parochialibus 899. 909.
- Benedictiones Agnorum, Ovorum, et similium* spectant ad Rectores Ecclesiarum, et sunt de iuribus parochialibus 1887. 2062.
- Benedictio novarum navium* non est de iuribus parochialibus 2549.
- Benedictio cum Sanctissimo Sacramento* danda est post finem Hymni, non autem ad *ÿ. sit et benedictio* 1124. 4748. *ad 3.*
- Benedictio* unica impertienda est Populo, expleta Processione Corporis Christi, non autem per viam, ubi erecta sunt Altaria 1639., aequè impertiri potest, servata forma Caeremonialis Episcoporum, aut modo, quem tradit Bauldryus 2776. *ad 2.*
- Benedictio Fontis* in Sabbato Sancto facienda est per Celebrantem 4502. *ad 5.* 4838.; ita etiam *Benedictio Candelarum, Cinerum et Palmarum. Ibidem.*
- In *Benedictione Fontis* aquae baptismalis benedictio fieri potest extra vas Baptisterii ubi adest consuetudo 4685. *ad 1.*
- Benedictio Fontis* facienda est etiam in vigilia Pentecostes. Contraria consuetudo declaratur abusus 4993.
- Benedictio octava*, quae esse debeat in quibusdam Officiis votivis per annum Regularibus concessis 2360. *ad 1. 2. et 3.*
- Ad *Benedictionem Episcopi*, exceptis Canonicis, omnes genuflectere debent 887. *ad 2.*
- Ad *Benedictiones Lectionum* Hebdomadarius debet semper assurgere; alii de Choro, quando solemniter cantatur Officium 2248. *ad 4.*
- Benedictio cum Reliquia* alicuius Sancti post Processionem impertiri potest, non autem debet 3025. *ad 1.*
- Benedictio Camporum, Animalium, Navium etc.* fieri potest a quocumque Sacerdote de licentia Episcopi 3124.
- Benedictio cum Sanctissimo Sacramento* impertiri debet super Altari, non in ianua post Processionem. Contrarius usus declaratur abusus eliminandus 3141.
- Benedictio ad octavam Lectionem* in Festo Angelorum 3295. *ad 5.*
- Benedictio trina cum V. Sacramento* impertiri nequit a Regularibus 2735. 3390. 3616. Decretum comprehendit etiam Abbates, nisi Pontificalia exercent 3313.
- Benedictio* ad Hebdomadario, vel alio cotta, et stola induto, impertiri potest ad Altare super Populum post Processionem in festo alicuius Sancti, sicut fit in aliis Processionibus, in quibus circumferuntur Reliquiae, cum alba, stola, et Pluviali 3477. *ad 22.*
- Benedictio cum Sanctissimo Sacramento* nequit impertiri a Canonico, imposita stola supra habitum choralem 3549. *ad 1.* 5228. *ad 4.*; neque ab Episcopo Cappa induto 5153.
- Ad *Benedictionem Episcopi* Dignitates, et Canonici se inclinant, alii genuflectunt 3551. *ad 7. et 8.* Prout etiam Canonici sacris induti assistentes Episcopo stantes se inclinare debent ad postremam solemnem benedictionem 3551. *ad 9.*
- Benedictiones, et distributiones Candelarum, Palmarum, Cinerum* non sunt de iuribus parochialibus 3670. *ad 5.*
- Benedictiones Mulierum post partum*, Fontis Baptismalis, Ignis, Seminis, Ovorum, et similium, non sunt de iuribus mere parochialibus: verumtamen *Benedictiones Mulierum post partum*, et Fontis Baptismalis, fieri debent a Parocho 3670. *ad 6.*, prout non sunt functiones Hebdomadae sanctae. *Ibidem ad 7.*, sed ad Parochum spectat celebrare Missam Feria V. in Coena Domini. *Ibidem ad 8.*
- Benedictionem Agrorum* fieri non posse a Religiosis Conventualibus Terrae Montis Novi, Dioecesis Senogallien. Fer. 3. Rogationum; et ianuae dictae *Porta Nova* in Festo S. Marci S. R. C. respondit 3722. *ad 1.*
- Benedictio Domorum.* Mos peragendi secundam *Benedictionem* Domorum per Vice-Parochum post illam a Parocho peractam declaratur abusus eliminandus 3945.
- Benedictio XI.* in Officiis votivis Breviarii Monastici qualis esse debeat 4044. *ad tit. de Benedict. etc. dub. 1.*
- Benedictio* cum Reliquia vivificae Crucis impertiri potest antequam reponatur 4051. *ad 1.*, quicumque sit Hebdomadarius sive Canonicus sive Beneficiatus qui benedicat 4530. *ad 12.* Nec genuflectendum est in ea thurificanda, aut a transeuntibus ante Altare, in qua reconditur 4051. *ad 2. et 3.*
- Ad *Benedictionem secundae Lectionis* tertii Nocturni: cuius festum: vel quorum festum: non est genuflectendum 4077.
- Benedictionem unieam cum Sanctissimo Sacramento* Monialibus impertiendam esse a Carmelitis Imolae, ingredientibus earum Ecclesiam in Processione Corporis Christi 4158. *ad 2.*

In Benedictione cum Sanctissimo Sacramento Celebrans nihil dicere debet, nihilque vocibus modulari a cantoribus ad praescriptum Ritualis, et Caeremonialis, non obstante quacumque contraria consuetudine 4308., sed permittitur, quod aliquid decantetur post benedictionem 4697. 4857. ad 2.

Benedictio cum Sanctissimo Sacramento iteranda non est in Ecclesiis Monialium, scilicet prius versus Moniales in Choro existentes retro Altare, deinde versus Populum; nam, ommissa speciali, et separata Monialium benedictione, unica tantum impertiri debet versus populum, qui comprehendit etiam Moniales in Choro existentes. Contraria consuetudo, etsi immemorabilis, Decreto generali damnatur 4372.

Benedictio cum Sacra Pyxide danda non est Monialibus a Confessariis post Communionem, et consuetudo contraria abolenda 4449.

Benedictio Papalis ab iis, qui gaudent eam elargiendi indulto, impertiri nequit bis in die 4443.

Benedictio cum indulgentia plenaria in articulo mortis impertienda est pueris, qui ob defectum aetatis Sacramentum Eucharistiae nondum perceperunt 4623. ad 6.

Benedictio Apostolica quando est impertienda post Missam Pontificalem, omittitur absolutio et benedictio post homiliam 4669. ad 14.

Benedictio Apostolica impertienda est expleta Missa solemniter 4737., sed ea nequit impertiri extra dies in Literis Apostolicis designatas 4763. Ante eam legendum est Breve seu Literae Summi Pontificis lingua Latina et vernacula 4983. Ad eam Canonici pro qualitate dignitatis debent se inclinare vel genuflectere 5013. ad 2.

In Benedictione Apostolica impertienda conceditur indultum Episcopo Corisopitensi, ut tantummodo vernaculo sermone legere faciat Literas Summi Pontificis 5067., quae facultas datur etiam Episcopo Rhedonensi 5074.

Benedictionum formulae a S. Sede non approbatae prohibentur 4748. ad 9.

Benedictio Annuli in secundis Nuptiis non est omittenda 4780. ad 2.

Benedictio per manum Sacerdotis dicendo *Benedicat vos etc.* dari potest Populo post Vesperas Litanias, et preces 4782. ad 4.

In Benedictione Sanctissimi Sacramenti Ministri qui assistunt Episcopo, vel Celebranti genuflectere debent in infimo gradu 4815. ad 5. q. 1. et 2.

Ante Benedictionem Sanctissimi Sacramenti quolibet die etiam ritus classici possunt recitari aliae

orationes cum oratione SS. Sacramenti, excepta solemnitate SS. Corporis Christi et per Octavam 4815. ad 6.

Benedictio ad omnia pro Dioecesi Petrocorensi approbata 5119.

In Benedictione Reliquiae vel Imaginis insignis servari potest genuflectendi consuetudo 5183. ad 17.

In Benedictione Nuptiarum servanda est rubrica Missalis, et specialis Benedictionis formula extra Missam excluditur 5190. ad 2.

In Benedictione Sanctissimi Sacramenti Episcopus praesens imponere debet thus in thuribulo et ipsemet thurificare 5221. ad 8.

Benedictus XIV. iubet, ut in Calendario, sive Ordine Divini Officii quotannis imprimendo festivitati Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli addatur [*Urbis Patronorum Principalium*]; quoad eorum commemorationem in suffragiis satisfieri declarat per commemorationem, quae fit post commemorationem B. M. V. 4149.

Beneficiati parati thurificandi sunt post Canonicos ante reliquos de Clero 162. tenentur canere versiculos, *Benedicamus Domino etc.* 2631.

Beneficiati tenentur obire munia a Caeremoniale ipsis praescripta, et ab Episcopo compelli possunt, etsi Abbates nuncupentur 240.

Beneficiati in horis canonicis persolvendis, stare et sedere debent ut Canonici 1982.

Beneficiati, seu Mansionarii Cathedralis praecedere debent supra Curatos 1176.

Beneficiatis uti de gremio Cathedralis, et inseparabilibus a Capitulo praecedentia debetur supra Rectores Ecclesiarum 1893. Hoc Decretum in casu particulari emanatum, fuit postea revocatum, quia Rectores Ecclesiarum ostenderunt esse de gremio Capituli 1998.

Beneficiati, Clerici, et omnes, qui unum corpus efficiunt cum Capitulo Cathedralis praecedunt Parocho defuncti dum incedunt cum Capitulo 442. 2222. ad 4. 2442. 3641.

Beneficiati tenentur deferre feretrum cum cadavere defuncti Episcopi, et ad id compelli possunt 1815.

Beneficiati assistentes Celebranti in munere Diaconi, et Subdiaconi debent genuflectere, nec surgere, nisi expleta confessione, quam facit Episcopus cum Celebrante 2882.

Beneficiatus, seu Capellanus, celebrans Vesperas pluviali indutus, nequit sedere in loco, ubi sedere solet Canonicus celebrans 2082. ad 4.

- Beneficiatus* praecedentiam habet supra simplices Sacerdotes 2665. 2688. 2699. 3242.
- Beneficiati* simplices locum habere debent in Choro post omnes praebendatos propriae Ecclesiae 1922.
- Beneficiati* non tenentur quotidie facere commemorationem de Sanctis titularibus Beneficii simplicis 2410. *ad* 1., si titularis sit S. Maria in Coelum assumpta, sufficit in suffragiis pro commemoratione Antiphona *Sancta Maria etc.* cum oratione etc. *Ibidem ad* 2.
- Beneficiati*, et Clerici beneficiati S. Petri in Vaticano tam parati, quam non parati, semper genuflectere debent quoties transeunt ante Altare, nisi simul incedant eodem ordine, et gradu cum Canonico parato celebrante, quia tunc genuflectere tantum debent quando et Canonici genuflectit 467.
- Beneficiatis* praecedentia debetur in Processionibus, interveniente Capitulo 3037.
- Beneficiati* parati, vel non parati assistentes, vel incedentes cum Episcopo vel Canonico Celebrante genuflectere debent in transitu ante Altare, et quoties Episcopus, vel Canonici capitis inclinatione salutatur Crucem 3071. 3090. 3189.
- Beneficiati*, seu Mansionarii, aut Cappellani parati pluvialibus, thurificari debent duplici ductu 3551. *ad* 20., et praecedunt omnibus non indutis vestibus sacris. *Ibidem ad* 21.
- Beneficiatos* Ecclesiae Cathedralis Gerunden. uti posse pluvialibus in Processionibus, sicuti Dignitates, et Canonici, attenta immemorabili consuetudine non controversa, S. R. C. respondit 3640. Vide etiam 3694.
- Beneficiati*, et Portionarii, dum accipiunt candelas, palmas etc., debent genuflectere, et manum Celebrantis osculari 3649.
- Beneficiati* pluvialibus, aliisque sacris paramentis induti genuflectere debent tam Altari, quam Episcopo 4168.
- Beneficiati Cathedralis Asten.* tenentur assistere Canonico Cantori, et exercere munus choristarum in functionibus tam pontificalibus, quam semipontificalibus; tam praesente, quam absente Episcopo 4169.
- Beneficiati Metropolitanae Neapolis* Hebdomadarii nuncupati, tenentur in functionibus Ecclesiasticis servare omnia, et singula, quae praescribuntur Beneficiatis Cathedralium a Caeremoniale Episcoporum, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis 4248. *ad* 1. In die Purificationis, et Dominica Palmarum tenentur accipere candelas, et palmas genuflexi, et cum osculo manus Celebrantis. *Ibidem ad* 2. Genuflexi pariter tenentur accipere cineres in capite ieiunii. *Ibidem ad* 3.
- Beneficiatis*, seu Mansionariis incedentibus in Processionibus cum suo Cathedralis Capitulo debetur praecedentia supra Parochos: Verum in Choro solitum servandum esse S. R. C. respondit 4270. *ad* 1.
- Beneficiati* utentes cappa, etiam tempore aestivo, dimissis pellibus, non aliud sericum operimentum in anteriori parte apponant, nisi coloris respondentis depositis pellibus 4599.
- Beneficiatus* debet recitare Officium propriae Ecclesiae 4669. *ad* 50.
- Beneficiatus*, cui negatum fuit stallum in Choro, manutendus est in suo ordine a die possessionis ac si lis non adfuisset 4704. *ad* 1.
- Beneficiatus* Sacerdos debet praecedere Beneficiatos nondum Sacerdotes, licet sint in possessione antiquiores 4704. *ad* 2.
- Beneficiati* exercentes munus Diaconi et Subdiaconi indui debent paramentis sacris in eadem mensa, in qua induitur Celebrans sive sit Canonici sive sit Dignitas 4706.
- Beneficiatus*, cuius possessionis actus nullus evasit, et ad novam possessionem capiendam debuit subiacere, nequit praecedentiam habere supra alterum Beneficiatum, qui legitime ascendit 4800.

S. Bernardini V. Officium.

S. Bernardus Abbas Claravallensis Doctoris titulo decoratur 4659.; non est accensendus inter Doctores in Litanii 4665.

Biretum Episcopus suis manibus imponere, et deponere debet, neque id praestandum est ab Assistantibus 633. 967. 1118. 1143. 1697. 3028. *ad* 1.

Biretum non deferant Assistentes Celebranti, et Clerici qui dirigunt Processiones 4815. *ad* 9. Vide *Episcopus, Canonici.*

Breve Apostolicum conceditur pro confirmando oraculo Sixti PP. V. declarante, quod sufficiat Episcopi auctoritas cum Capituli interventu pro extrahendis sacris Reliquiis a Provincia Mediolanensi 24.

Breviarii Romani inductus usus commendatur 93. *Breviarum Romanum* ubi receptum est, integre servandum 2682. ubi nonnullae enodantur quaestiones.

Breviarium quoddam reprobatum 2296. Vide etiam 281. 350.

Breviario trium Ordinum utentes in Commemoratione S. Francisci addere possunt [*Patris nostris*] ex peculiari Rubrica Apostolica auctoritate firmata 4549. *ad 2.* Sine hoc privilegio nequirent.

Bugia, seu Palmatoria nequit adhiberi loco Candelabri ut materia Ordinis Acolythatus 3809. *ad 5.*

C

Cadavera Defunctorum, qui sibi elegerunt Sepulturam in aliqua Regularium Ecclesia, recto tramite ad illam deferenda sunt, quin prius deponantur in Matrice, seu Parochiali 296. 625. 1337. 1584. 2573. 2574. *ad 4.* 2619. 2620. 2733. *ad 3.* 2899. 2905. 3241. *ad 3.* A solo Parocho via, per quam incedendum est, determinanda 2573. 2574. *ad 4.* Nequeunt levari a Capitulo Cathedralis, inconsulto Parocho Ecclesiae, sub qua decesserunt 836. Possunt tamen tam a Capitulo Cathedralis, quam illo Collegiatae invitato ad funus, requisito, et expectato Parocho nolente venire 2286. *ad 6.* Imo et a Regularibus, in quorum Ecclesiis sunt tumulanda 3843. *ad 1.*, secus enim sine interventu Parochi ea asportare non licet 1060.

Cadavera Defunctorum in carceribus asportanda sunt ad normam Ritualis Romani 2392.

Cadavera condenda omnino sunt sub humo in Ecclesiis tam Saecularium, quam Regularium, super quo servanda est constitutio S. Pii V. 1423. *ad 1.* Nequeunt tumulari sub Altari. 326. 818. Imo nec prope, nec sub pradella, et si quae sunt, amovenda 1460. 1828.

Cadavera nullo modo permitti debet ab locorum Ordinariis, ut in altum ponantur 1036.

Cadavera parvulorum condenda sunt in sepulcro separato: licet tamen Patri eligere sepulturam 590. 2342.

Cadavera alicuius pauperis derelicti, vel conspicuae personae sepeliri posse in Capuccinorum Ecclesiis S. R. C. respondit, sed in sepulcro ab eo separato, in quo reconduntur Religiosi 3262.

Cadavera Defunctorum deferenda ad Ecclesiam Regularium possunt deponi in quacumque Ecclesia arbitrio Testatorum, vel Haeredum 3522. *ad 3.* Nec tamen sunt prius deponenda in Ecclesia Parochiali, sed directe deferenda

ad illam, in qua sibi elegerunt sepulturam 3603. *ad 1.*, et a Parochis relinquenda sunt ad Ecclesiae ianuam. *Ibidem ad 2. et 3.*

Cadavera Presbyterorum, et Clericorum decedentium sine electione sepulturae, et habentium sepulcrum maiorum in Ecclesiis Regularium, in hoc humanda sunt 3722. *ad 15.*

Cadavera Episcoporum, Sacerdotum, aliorumque Ecclesiasticorum exponenda sunt induta sacris paramentis cuique ordini competentibus, et si adsit consuetudo sic induta sepeliatur 4669. *ad 25.*; consuetudo ponendi calicem in manibus Sacerdotis defuncti retineri potest 5050. *ad 11.*

Alia habes V. *Exequiae, Fumus, Parochi, Regulares.*

Caeremoniale Episcoporum non tollit immemorabiles, et laudabiles consuetudines 266. 318. 382. *ad 1. et 2.*

Caeremoniale Episcoporum, ubi receptum est, quoad omnia servandum, iis exceptis, quae immemorabilis, ac laudabilis consuetudinis sunt 270. 479. 488. 1134. 1220. 1438. 1439. 1454. 1582. 1640. 1671. 2262., etiam a Regularibus, nisi aliter ab Apostolica Sede fuerit indultum 1627. *ad 4. et 5.*

Caeremonialis observantia commendatur, et ab Episcopis opportunis remediis procuranda 673. 1806.

Caeremonialis regulae quoad associationem Episcopi aequae servandae sunt tam ab Episcopo, quam a Canonicis 621.

Caeremonialis regulae servandae tam in receptione candelarum, quam cinerum, et palmarum a Canonicis, et aliis inferioris Ordinis 2860.

Caeremoniale Episcoporum in Cathedralibus praecipue Ecclesiis omnino servandum 2947.

Caeremonialis praescripta servanda sunt, nec sufficit consuetudo contraria 3161. *ad 4.* (nisi tamen haec sit laudabilis, et immemorabilis, ut ex aliis Decretis supra laudatis) caeremoniae, scilicet, inclinatione, manuum iunctiones etc. peragenda sunt iuxta Rubricas tam generales, quam particulares Missalis Romani 4153. *ad 5.*

Caeremoniale Episcoporum servandum in thurificatione peragenda 5147.

Caeremoniarum Magister V. *Magister caeremoniarum.*

Calendarium novum ubique Terrarum recipiendum, et servandum 1520.

- Calendarium Romanum* universale est, eoque uti debent, qui proprium non habent, exceptis Officiis quae ad certa loca limitantur, aliis additis, quae Civitatis, Loci, Ecclesiae vere sunt propria 4542. *ad 1.* Vide *subiectam adnotationem.*
- Calendario* standum est in dubio, an error irrepserit in eodem 4746. *ad 2.*
- In *Calendarii Dioecesiani* variationibus faciendis provideatur ab Extensore circa additiones pro Ecclesiis Parochialibus, in quibus Parochus tenetur ad officium Tituli et Dedicationis 5135. *ad 6.*
- Calendarium reformatum* ex decreto diei 3. Aprilis 1830., pro Dioecesi Venetiarum strictim servandum esse indixit S. R. C. 5180. *ad 11.*
- Calices, et Corporalia* contrectandi facultas impertiri potest Clericis in minoribus, et tonsuratis, non autem laicis 624. *ad 2.*
- Calix* ante versiculum *Communio* cooperiri debet in anteriori parte, prout ante confessionem 3459. *ad 1.*
- Calix* purificari non debet in prima, et secunda Missa diei Nativitatis Domini 3635.
- Calix* unicus adhibendus, si idem Sacerdos bis eadem die celebrare debeat in locis inter se dissitis 4515.
- Calices cum patenis*, si inaurandi et instaurandi sunt, ictu manus, vel instrumenti despici non debent 4588. In *subiecta adnotatione insinuat* *modus servandus pro casuum diversitate.*
- Calix et patena* denuo auro obducta, decet quod iterum consecrentur 5011.
- Campanae*, quae ad profanum usum inserviunt, non sunt benedicendae, nec benedictae praesumuntur 83. *ad 1. et 2.* Si aliqua solemniter benedicenda sit, quin dimitti possit, haud debet Episcopus pontificalibus indutus turrim ascendere; satis est quod Sacerdos Campanam aqua benedicta aspergat. *Ibidem ad 3.*
- Campanae* indiscriminatim pulsari possunt pro Divinis Officiis ad populi devotionem et commoditatem 141.
- Campanas* pulsari non licet in Sabbato Sancto, priusquam in Cathedrali, seu Matrice pulsantur 251. 540. 1137. 1140. 1147. 1912. 2014. 2574. *ad 6.* 2786. 3526.; contra inobservantes Episcopus procedere debet ad poenas 632.
- Campanas* primum pulsare ante Collegiatam pertinet in Sabbato Sancto ad Ecclesiam, in qua Capitulum provisionaliter residet loco Cathedralis 2050. *ad 1.*
- Campanas* pro signo Salutationis Angelicae pulsari licet, non expectato sonitu Ecclesiae Collegiatae 1092. 2569.
- Campanae* Cathedralis sonitus attendi debet pro inchoatione ieiunii quadragesimalis 1677.
- Campanae*, dum Sacrum Viaticum defertur ad Infirmos, pulsandae continuo non sunt usque dum redeat ad Ecclesiam 2728.
- Campanarum pulsatio* in Sabbato Sancto non est de iuribus parochialibus, sed fieri debet ab Ecclesia digniore loci 3670. *ad 9.*; licet in eo loco adsit Ecclesia Matrix 5080.
- Campanarum benedictio* haud debet ab Episcopo demandari alteri Episcopali characteri non insignito, omissa unctione 3134.
- Campanae* locandae in turri, ad designandas horas super horologiis, non sunt benedicendae, nisi pulsandae sint etiam pro sacris actionibus 4590. *ad 2.* Vide *subiectam adnotationem.*
- Campanas* pulsandi consuetudo spatio unius horae in Dioecesi Montis Politiani an conveniat, committitur Episcopo ut provideat iure ordinario 5166. *ad 4.*
- Campanulae* pulsandi consuetudo in Missa praeter Elevationem etiam ad verba *Domine non sum dignus*, et quoties administratur Eucharistia Fidelibus tolerari posse respondit S. R. C. 5224. *ad 9.*, quamvis tunc temporis recitetur Officium in Choro, dummodo sit in parte Ecclesiae in qua non videtur Celebrans. *Ibidem ad 10.*
- Cancellario* Civitatis Theatinae permittendum non esse S. R. C. edixit, ut Feria V. in Coena Domini publico Civitatis sigillo obsignet arcam, in qua reconditur Sacramentum, illudque die sequenti auferat 3752.
- Candelarum, Cinerum, Palmarum benedictio*, et distributio pertinet ad digniorem Ecclesiae, impedito Archipresbytero, non autem ad huius Vicarium 2930.
- Candela* in die Purificationis tradenda Episcopo a digniore de Choro 523. 687. *ad 3.*
V. *Benedictio.*
- Candela* Episcopo Pontificalia exercenti ministranda est per Cappellanum 1375. *ad 1.*
- Candelae* ex stearina pro usu sacro prohibentur 4675.
- Candelabrum septimum* apponitur tantum cum Episcopus pontificaliter celebrat solemnem Missam, non autem in Vesperis, et Missa defunctorum 351. *ad 8.*, et apponendum eorum

- sumptibus, qui ad ceteras Missae Pontificalis expensas tenentur 4317. *ad* 7.
- Candelabra* in Altari ponenda, etsi iuxta Caeremoniale aequalia inter se esse non debeant, si tamen aequalia sint, adhiberi possunt, cum in casu Caeremonialis praescriptum non videatur rigore accipiendum 5221. *ad* 9.
- In Canone* non licet aliquid mutare, addere, adimere, nec loco Antistitis proprium nominare Superiorem 283. 2363. *ad* 11.
- In Canone, et Collectis* omnino facienda est mentio Episcopi, etiam ab exemptis 1611. *ad* 6., ut etiam Sabbato Sancto in Praeconio 3208. *ad* 1. et 2. Tempore Sedis vacantis nemo alius nominandus loco Pontificis, aut Episcopi defuncti 2451. *ad* 12. Non licet in eo nominare Abbatem, etsi iurisdictione quasi Episcopali fulgentem 3042. *ad* 1. 3208. *ad* 1. et 2. 4494. Neque Episcopum administratorem 3952. *ad* 5.
- In Canone, Collecta, Praeconio* nominandum esse Cardinalem Hispaniarum Infantem, Ecclesiarum Toletanae, et Hispalensis administratorem, et possessorem, licet Sacris destitutum Ordinibus, S. R. C. respondit 4135.
- Ad Canonis* initium servanda est Rubrica *lit.* 8. *num.* 1., et altera Canonis praefixa 4526. *ad* 33. Si pronuncietur nomen Sancti, de quo fit Officium, inclinandum est caput. *Ibidem* *ad* 34., non vero in Missis de requie, dum in Canone occurrit nomen Sancti, de quo ea die fit festum vel commemoratio 4594. *ad* 13. Vide *subiectam adnotationem*.
- In Canone* quinam sit *Ioannes* qui nominatur post consecrationem? Vide *adnotationem ad dubium* 14. *num.* 4594. et *decis.* S. C. 4602.
- Canonicatus Theologalis* conferendus est Clerico saeculari, numquam regulari 220.
- Canonicalia Insignia* V. *Insignia*.
- Canonici* Dignitatibus et Canonicis inserviant, Mansionarii vero Mansionariis 18. 119., et non decet quod inferioribus in officio Diaconi et Subdiaconi ministrent 65.
- Canonici* deputandi, qui invigilent super iis, quae spectant ad regimen Divini Officii 53.
- Canonicus* Vicesgerens Vicarii Archipresbyteri in aliqua Urbis Patriarchali praecedere debet alios omnes, ac etiam Episcopum, qui Suffraganei officio in Urbe fungitur 74.
- Canonici* non sunt cogendi ab Episcopo ad integrum Officium pro unoquoque defuncto, ubi mos viget decantandi unum tantum Nocturnum 153.
- Canonici*, ubi Praebendae non sunt distinctae digniorem occupant locum, ratione ordinis, non possessionis, et semel adeptum non amittunt, etiamsi antiquiores ad eundem ordinem ascendunt 38. 99. *ad* 2. 114. 159. 214. 242. 587. 993. 1070. 1218. 1981. 2001. 2010. 2290. 2449. 2462. 2511. 2571. 2714. 2754. 2768. 2956. 3197. 3311. 3376. 3494. 3495. 3776. 3797. *ad* 1. et 2. 3821. 4377. 4422. 4612. Vide *subiectam adnotationem*; quod ad Beneficiatos etiam extenditur 4630. Vide *subiectam adnotationem*. Ubi autem omnes Praebendae sunt presbyterales competit praecedentia prius recepto 578. Ita S. C. respondit: verum simili quaestione postmodum proposita, decrevit servandam esse consuetudinem Ecclesiae, dummodo Canonici infra tempus a Concilio Tridentino praescriptum ad Sacerdotium ascenderint. Si consuetudo probari nequeat, qui prius ordinatus est Presbyter post adeptam possessionem praecedentiam obtinet 1984. In casu particulari, quia provisos non habebat aetatem idoneam, dispositus tamen erat ad Ordinem suscipiendum, cum primum liceret, S. C. respondit: locum suae possessionis recuperare, statim ac Sacerdos ordinatus fuerit, nisi alia esset Ecclesiae consuetudo 2015. In altero casu particulari, etsi adiudicaverit praecedentiam Presbytero possessione posteriori, ius tamen reservavit Clerico repetendi stallum, postquam is ad Sacerdotium ascenderit 4052. 4067. Similiter in alio casu particulari, etsi primum S. C. adiudicaverit praecedentiam prius promotis ad Sacerdotium; causa tamen iterum, ac tertio proposita, recedendo a decisis, stetit favore illius, qui erat anterior in possessione 4319. Ita etiam 4420. 4459. Ex his colligimus, regulam stare pro prius promotis: limitationes vero respicere consuetudinem, et circumstantias particulares pro casuum diversitate.
- Canonici* non omnes simul frui debent vacatione a Tridentino concessa, sed ordo servandus est, ne Ecclesia debito fraudetur servitio 172. *ad* 2. 227. *ad* 7.
- Canonici* praesentes debent per se ipsos sua exercere munia, non per substitutos 172. *ad* 3.
- Canonici* hortandi sunt, ut voce non impediti, alte canant in Choro 172. *ad* 4. Non eis licet a Choro recedere ad celebrandam Missam. *Ibidem* *ad* 5. Qui fabricae administrationi est deputatus, a servitio Chori non censetur exemptus, et muletandus est, sicut alii muletantur. *Ibidem* *ad* 6.

- Canonici* non licet celebrare Capitulum, dum Divina Officia persolvuntur in Choro 32. *ad 4.* 147. *ad 1.* 180. Parendum ab iis est Episcopo iubenti, ut faciant Officium Vesperarum diebus Dominicis, non obstante contraria consuetudine 189.
- Canonici* compelli possunt ad Capitulum etiam proposita mulcta 32. *ad 4.* 142.
- Canonici* compelli nequeunt ad Vesperas, et Officia persolvenda cum cantu; sat est, ut alta, clara, intelligibili voce, recitent 287. Sed obedire tenentur Episcopo, si iubeat cum cantu persolvi in solemnioribus 1689. Quoad Officium Defunctorum, Psalmos graduales, et poenitentiales servare debent Constitutionem S. Pii V. 287. Ita etiam de Officio parvo B. M. V. 401. Si alia sit Ecclesiae consuetudo, nequeunt adstringi 813. Missas, Vesperas, et alia Officia facere recusantes debitis remediis cogendi 305.
- Canonici* prius thurificandi sunt, et pacem accipere debent ex utraque parte Chori ante Mansionarios, non obstante contraria consuetudine 351. *ad 3.* A digniore parte Chori thurificandi Canonici, aequae ac Dignitates, postea Dignitates, et Canonici ex altera parte 1597. *ad 1.*
- Canonici* stare debent durante eorum thurificatione; alii de Clero usque ad finem 2083. *ad 8.*
- Canonici*, qui tantum circa horarum finem adsunt Choro, non lucentur distributiones respondentes; similiter qui tempore Chori audiunt Confessiones, nisi id fiat de expresso Episcopi mandato 388. Qui tempore Chori recedit, ut Sacrum faciat, punctari potest iuxta consuetudinem Ecclesiae, sed non suspendi a Divinis 2515. *ad 1.* Discedens a Choro, iterumque rediens, non tenetur denuo orare, ut fieri debet prima vice. *Ibidem ad 2.* Nequit sub poena suspensionis cogi ad celebrandum in Cathedrali. *Ibidem ad 4.*
- Canonici*, et alii de Clero vel in Choro assistant, vel per Ecclesiam processionaliter incedant, in elevatione SSimi Sacramenti semper genuflectere debent. Consulendum ideo, ne tempore Chori, Missae celebrentur in Altaribus, quae sunt in eiusdem conspectu 588.
- Canonici* Missam conventualem celebrantes, dum sedendum est, sedere debent in loco ad id parato a latere Epistolae 687. *ad 2.*
- Canonici* nequeunt uti pallio, et pileo, dum in Choro assistant Completorio 697. *ad 2.*, nec possunt propria auctoritate habitus choralis colorem mutare; quod si fecerint, tenentur deponere 728., aut quidquam addere Insigniis ipsis concessis 2774. Missarum, aut Vesperarum Divinis inseriendo, nequeunt deferre pileolum. Usus contrarius, ut abusus, eliminandus 1596. *ad 1.*
- Canonici* ad Chorum pergentes diebus solemnioribus debent bini processionaliter incedere praecedente Cruce; in aliis diebus, prout libuerit 747. *ad 4.*
- Canonicus* facturus Officium debet ad Chorum cum paramentis accedere 1502. *ad 1.*
- Canonici*, praeter Crucem, quae ante Clerum deferretur in Processionibus, nequeunt aliam immediate ante ipsos erigere, qua a reliquo Clero quodammodo dividantur 762.
- Canonici* semper praecedunt Beneficiatis, dummodo hi non sint parati sacris indumentis 923. *ad 3.*
- Canonici* per se ipsos tenentur ad celebrationem Missarum, non per Presbyteros conductitios 1518., nisi adsint Cappellani, qui hoc munus expleant: Missarum distributio fieri debet per turnum 1569. *ad 1. et 3.*
- Canonici* collegialiter assistentes in aliqua Civitatis Ecclesia Vesperis, et Missae solemnibus, interesse debent cum habitu choralibus. Contraria consuetudo improbanda 1502. *ad 5.*
- Canonicus* celebranti, seu Officium facienti debetur praecedentia, etiam supra Dignitates in sessione, intonatione etc. 1694.
- Canonici* stare non debent ad novam Lectionem a Celebrante hebdomadario cantari solitam, etiamsi is sit pluviali indutus, cum huiusmodi obsequium praestandum solummodo sit, dum cantatur ab Episcopo 1966. *ad 1.*
- Canonici* paratis danda est pax, item thurificatio ante Dignitates; et Beneficiatis paratis post Canonicos ante alios de Clero 162.
- Canonici* nullatenus inservire debent in munere Diaconi, et Subdiaconi Portionariis, et aliis inferioris ordinis Presbyteris, quacumque non obstante consuetudine 173. 492. Quod si Praebendis adnexum sit onus cantandi Epistolam, et Evangelium, possunt per alium huiusmodi officium adimplere de licentia Episcopi 230., tenentur tamen inservire tam Dignitati, quam Canonicis celebranti 810. 901. *ad 1.* 1094. 1113. 1209. 1216. 1271. 1448. *ad 6.* 1459. 1502. *ad 3.* 1539. *ad 2.* 1699. 1701. 1761. 1872. 1956. 2025. 2124. 2826. 3248. 3281. *ad 1.*, 3339. 3388. 3416. *ad 2.*, 3709. 5069. (quoad Dignitates, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Neritonensis. respondit: non teneri,

- et servari solitum 4030. *ad* 1. 2. et 3.) Id intelligitur in propria Ecclesia, sed non extra, nisi interveniente Capitulo 1139. 1156., neque in Vesperis, in quibus pluvialia sumere debent Presbyteri de gremio Ecclesiae, sed Canonici inferiores 901. *ad* 2. 907. *ad* 2. 1113. Regula obtinet quoad omnes Missas solemnes, in quibus requiritur Diaconus, et Subdiaconus 907. *ad* 1. et 3. 1890. 1942. 1947., etiamsi Praebendae non sint distinctae 1946., quo in casu omnes debent sibi invicem ministrare, nulla habita ratione antianitatis 3456. Ubi tamen pauci sunt numero, laudandi si eo fungantur officio, sed non cogendi 2088. Ubi Praebendae omnes sunt presbyterales, Canonicos non teneri ad munus Diaconi et Subdiaconi S. R. C. respondit 2756.
- Canonicus*, qui permutavit Praebendam cum Ecclesia Parochiali, quae tamen permutatio non habuit effectum, ad Canonicatum restitutus, recuperat locum, et iura antiquae provisionis, nihilque solvere debet 222.
- Canonicus* celebrans coram Vicario sui Capituli, non tenetur ei reverentiam facere 236.
- Canonici supranumerarii* praecedunt Canonicis de numero postea receptis. Ita in casu particulari, attenta consuetudine 737., qui gaudent omnibus praerogativis aliorum Canonicorum, sed non habent vocem in Capitulo, et semper sedent post Canonicos de numero: eodem modo sunt thurificandi, et recipere debent osculum pacis 2557. 2613. 2618.
- Canonicus* de novo Canonicatu provisos nequit retinere primum stallum 757. 4944., et occupare debet stallum secundae possessionis 3585. 4939.
- Canonicus*, qui ob senectutem abdicavit Canonicatum, cogi nequit ad interessendum functionibus Episcopalibus inter simplices Clericos 734.
- Canonici*, dimisso Canonicatu, si retineant stallum, nequeunt praecedere Canonicis postea provisis 812.
- Canonici* obtinentes Praebendas Diaconales, et Subdiaconales, quolibet non obstante Statuto, aut consuetudine, debent inservire in munere Diaconi, et Subdiaconi 937.
- Canonici*, ubi Praebendae sunt distinctae, stallum Praebendae debent occupare, etiam super alios superiores in possessione, sed obtinentes Praebendas Ordinis inferioris 944. *ad* 2.
- Canonicus* habens pretiosam suppellectilem cum propriis Insigniis pro Missa celebranda, debet ab horum usu abstinere, dum solemniter celebrat, praesentibus Canonicis, et Clero 971.
- Canonicis* assistentibus in habitu canonicali in aliqua Ecclesia Regularium, apponi debet pannum in eorum scamno 1022.
- Canonici* obtinentes Praebendas Presbyterales noviter erectas praecedunt obtinentes Praebendas Diaconales, et Subdiaconales, licet antiquiores 1056.
- Canonicis* uti singulis in funeribus nulla competit praecedentia, secus collegialiter interessentibus, et sub Cruce Capitulari 1237. Idipsum quoad processiones SSm̄i Sacramenti 1242.
- Canonicus* gaudens duplici Praebenda Presbyterali, et Diaconali inservire debet in utroque officio 1252. 1610.
- Canonicus*, qui est etiam Dignitas, unam tantum vocem habet in Capitulo 1327.
- Canonicus* ex nova fundatione instituto cum Praebenda Presbyterali sub quibusdam conditionibus, quibus quodammodo secernitur ab aliis Canonicis, perpetuo debetur ultimus locus in ordine Presbyterorum 1404.
- Canonici*, qui dispartiti inserviunt duabus Ecclesiis, et quandoque in una simul conveniunt: utrum teneantur in utraque duo celebrare Missas in diebus, in quibus ad Rubricarum praescriptum celebrandae sunt? 1441. *ad* 1. Quid quoad Officia propria alterutrius Ecclesiae? *Ibidem ad* 2. Quid quoad praecedentiam 1491.
- Canonicis* Ordinis Presbyteralis danda praecedentia supra Diaconos, et Subdiaconos antea provisos 1346. 1702., etiamsi hi sint in sacro Presbyteratus Ordine constituti 2175., quod procedit quoque in functionibus capitularibus, quae fiunt sine habitu choralis 1716. 1717. Idipsum militat quod Diaconos supra Subdiaconos, non obstante contraria consuetudine 2290.
- Canonicus* provisos de Praebenda Presbyterali, postquam obtinuerat Subdiaconalem, sedere debet in loco novae provisionis post ultimum Presbyterum, quin ei suffragetur anterioritas possessionis Praebendae Subdiaconalis 1845.
- Canonici* nequeunt reassumere praetensum usum Capparum pontificalium, nisi docto de Apostolico indulto 2045.
- Canonici*, et Praebendati assistentes concionibus in propria Ecclesia sedere debent in decenti separato scamno cum habitu choralis, et non mixtim cum populo; idque iubere potest Episcopus sub poenis sibi visis 2135.
- Canonicis* non licet novitates inducere, et Presbyterum assistentem in Missa adhibere 2011.
- Canonici* celebrantes nequeunt uti annulo, etsi sine gemma 2241. *ad* 11. 3597. *ad* 8.

- Canonicis* non licet occupare sedem vacuam celebrantis Dignitatis 2264. 2289. *ad* 1.
- Canonici defuncti* funus exigendum est ad formam Ritualis Romani quoad preces, caeremonias, et luminaria 2345. *ad* 8.
- Canonici* e Sacristia ad Chorum pergentes locum cedere debent Cappellanis sacris indutis 2399. *ad* 2.; vel sacris amicti, vel cum habitu choralis, stantes facere debent confessionem. *Ibidem ad* 4.
- Canonico* intonante Antiphonam, alii debent assurgere detecto capite 2524.
- Canonicus hebdomadarius* sola Cappa canonicali indutus praecedentiam habet in ea parte Chori, a qua inchoatur Officium, etiam supra Dignitates 2526.
- Canonici* cogi possunt ad interessendum concionibus sub poena amittendi distributiones 2575.
- Canonicum Protonotarium Titularem* S. C. decrevit incedere debere in Processionibus cum habitu choralis ad amputandas quaestiones a Magistratu excitatas 2598., si incedat in habitu Protonotarii non habet locum nec supra, nec inter Canonicos, nec gaudet distributionibus 3106., nec valet concordia inita cum sociis, quam S. R. C. noluit admittere in Spoletana Collegiatae S. Michaelis Mevaniae 3479.
- Canonici* habentes usum Rochetti possunt administrare Eucharistiam induti Rochetto, et Stola 2635. Ita in casu particulari. Regula tamen est, ut Superpelliceum adhibeatur, ceu patet ex posterioribus Decretis 3484. 4214. 4365. 4536.
- Canonicis* non est permittendus usus Sedium camerarium, dum assistunt concionibus 2770. *ad* 3.
- Canonici* habentes usum Cappae magnae possunt tempore congruo, ac etiam in Processionibus uti Superpelliceo supra Rochettum 2808.
- Canonici* tenentur recitare Officium propriae Ecclesiae, etiamsi ab ea absint 2828. *ad* 3.
- Canonicus*, cui incumbit onus ministrandi pro Diacono, non excusatur, quia organum pulsat 1472.
- Canonici* ex urbanitate rogandi sunt, secus cogendi ad supplendas vices in canonicalibus officiis Decani, qui gaudet duplici Praebenda decanali, et canonicali, dum is funeturus decanatus officio, nequit simul canonice munus exercere 1993.
- Canonici* extra propriam Ecclesiam nequit uti Insigniis canonicalibus 2861.
- Canonicis, et Portionariis* ordinandis permitti potest ex aequitate, et indulgentia, ut super sellas sedeant dum alii ordinantur 3161. *ad* 5.
- Canonici*, qui non habent Insignia distincta, interesse debent Choro, decenti habitu talari, cotta, et bireto induti 3199. *ad* 2., etsi pauci sint numero, ad Missam conventualem singulis diebus tenentur, neque huic oneri satisfaciunt, celebrando Missam votivam. *Ibidem ad* 3.
- Canonici coadiutores Praepositi* in cura Animarum praecedentiam habent supra Canonicos inferiorum ordinum 3214.
- Canonicis* processionaliter accedentibus ad Monachorum, vel aliorum Regularium Ecclesiam danda est per Monachum, vel alium Religiosum cotta indutum, aqua benedicta per aspersionem, Sacerdoti vero pluviali induto per contactum 3530. *ad* 1. 3880.
- Canonici, et Dignitates*, dum cantare debent Lectiones, accedere debent ad Legile 3551. *ad* 22.
- Canonicus*, qui uno dimisso, alterum Canonicatum obtinuit in eadem Ecclesia, occupare debet stallum secundi Canonicatus 3585.
- Canonicis* non licet occupare sedes Dignitatum absentium, vel praesentium 3593. *ad* 5.
- Canonicis*, alisque Lectiones cantantibus in choro, solus Caeremoniarius assistere debet 3597. *ad* 2. Non eis ministrandum instrumentum vulgo *Bugia*, sed, ingruentibus tenebris, apponendum candelabrum prope legile super humo. *Ibidem ad* 3. Accedentibus ad adorationem Crucis cum Cappis solutis, nequeunt Clerici harum extremitates elevare. *Ibidem ad* 4. Ad hanc adorationem cogi possunt Canonici non impediti, ac propterea mulctari. *Ibidem ad* 5.
- Canonicus Theologus*, dum legit Scripturam etc., semper est dispensatus a servitio Chori 3597. *ad* 11.
- Canonici* eam partem tenentes ubi intonatur Antiphona, omnes surgere debent 3597. *ad* 13.
- Canonici* Missam solemnem celebrantes, tenentur intonare *Gloria in excelsis*, et *Credo* sine praecinatione 3628. 3652.
- Canonicus* indutus Pluviali pro repositione Sanctissimi Sacramenti, genuflectere debet cum ministris ante Altare, etsi terga vertat Episcopo existenti in suo genuflexorio, cui tamen tunc non debetur assistentia duorum Canoniceorum, sed omnes in suis stallis interesse debent 3632. *ad* 5. et 6.
- Canonici* quoad habitum, et colorem servare debent formam Apostolicae concessionis 3701. *ad* 4. et 5.

- Canonicus*, qui simul cum Mansionario parato ex consuetudine assistit primae Dignitati Vesperas celebranti, et Chorum incensat, debet etiam incensare Mansionarium paratum 3701. *ad* 6.
- Canonici* debent in Choro recitare Vesperas defunctorum pro prima die mensis, etiamsi die sequenti ad Chori servitium non teneantur 3701. *ad* 7.
- Canonici*, aliique de Clero in Choro existentes, num stare, vel genuflectere debeant dum in Dominica fit aspersio ante Missam conventualem 3834. *ad* 2. Num, quando a Celebrante post sumptionem Corporis, et Sanguinis Christi administratur Clericis Eucharistia? *Ibidem ad* 8.
- Canonici* in Minoribus constitutis non licet obire munus Subdiaconi, etsi absque manipulo 3860. *ad* 1.
- Canonicis* celebranti apponi non licet tapete cum pulvinari, quando conversus descendit pro impositione Cinerum, distributione Candelarum, Palmarum, aut alia quacumque Ecclesiastica functione 3987. *ad* 1. et 2. 3994.
- Canonici* Diacono, et Subdiacono absentibus, tenentur supplere vices Canonici Presbyteri iuniores 3962. *ad* 7.
- Canonici*, qui non sunt impediti, debent collegialiter interesse Concionibus tempore Adventus, et Quadragesimae 3962. *ad* 9.
- Canonici*, et *Dignitates* Missam celebrantes nequeunt eas honorificentias exigere, quae soli conveniunt Episcopo, sed se gerere debent eodem modo, ac simplices Sacerdotes 4028. *ad* 4.
- Canonicis* turnario Stolum gestanti in associatione cadaveris, debetur praecedentia 4030. *ad* 4., eique competit ius deferendi SSimum Sacramentum in Octava Corporis Christi. *Ibidem ad* 8.
- Canonici* extra Chorum Officium persolventes non tenentur ad Psalmos graduales, Officium B. M. V., Defunctorum, etc. quae quidem Officia, onera sunt implenda tantummodo in Choro 4119. *ad* 9.
- Canonici*, et *Dignitates* non tenentur incedere annuatim in corpore ad praestandum obsequium Vicario generali, recurrentibus Natalitiis festivitatibus 4185.
- Canonici* non satisfaciunt obligationi Chori, recitando Completorium submissa voce bini, et bini, dum a Musicis Vesperae decantantur 4215.
- Canonici*, et *Dignitates* Officium peragentes cum, vel sine Pluviali, aut Antiphonam intonantes, nequeunt uti pileolo 4235. *ad* 11.
- Canonici* in Choro praesentes Feria VI. in Parasceve tenentur accedere ad adorandam Crucem ante gradus Altaris maioris, secus punctandi tamquam absentes 4235. *ad* 17. et 19., mala corporis valetudine affecti, dispensandi sunt ab Episcopo. *Ibidem ad* 18.
- Canonici* nequeunt occasione Processionum, et Festivitatum anticipare Matutinum post Vesperas praecedentis diei, et campanas ad huiusmodi effectum pulsare, absque licentia Episcopi 4246. *ad* 2.
- Canonici*, seu *Vicarii* assistentes in Solemnitate Missae cum Cappis, vel Pluvialibus, genuflectere debent ad elevationem Sacrae Hostiae etc. 4279. *ad* 1.
- Canonicus Theologus* non debet explicare Populo Sacram Scripturam inter Missarum Solemnia, ac praecise post Evangelium 4467.
- Canonici Sacerdotes* in Communionem generali, quae fit Feria V. in Coena Domini imponere possunt Stolum e collo pendentem super Almutiam, vel solum supra Cottam, ut fert Ecclesiarum consuetudo 4469. *ad* 5., si induti sunt Pluvialibus nequeunt superimponere Stolum 5208. *ad* 19.
- Canonici* tam intra, quam extra propriam Ecclesiam in administratione Sacramentorum tenentur deponere Cappam vel Mozzettam, et assumere Superpellicium et Stolum 4536. *ad* prim. *dub. addit.*, 4664. 4669. *ad* 26. 4672. *ad* 22. 4683. *ad* 1. 4938. 5048. *ad* 3. Si concionem habent in propria Ecclesia, Cappa, vel Mozzetta utantur, non item extra 4536. *ad* *dub.* 2. *addit.* 4669. *ad* 26. 4683. *ad* 1. 4938.; item quoad assistentiam Sacerdoti primum Sacrum facienti 4536. *ad* *dub.* 2. *addit.* Id magis declaratur in *subiecta nota*. Nequeunt cogere caeremoniarum Magistrum, ut veste violacea indutus iisdem assistat. *Ibidem ad* *dub.* 3. Vide *notam quae subiicitur*. Si tempore aestivo Canonici adhibeant Superpellicium supra Rochettum, hoc habitu induti poterunt in propria Ecclesia administrare Sacramenta, et concionem habere 4683. *ad* 2.
- Canonici*, qui delegantur in Iudices pro confectione Processuum in Causis Beatificationum et Canonizationum frui debent distributionibus quotidianis, quicumque sit earum titulus, non obstantibus clausulis et exceptionibus positis, et particulae taxae Benedicti XIV. declaratur 4543. 4795.
- Canonicus Sacerdos* ubi Praebendae non sunt distinctae, in possessione posterior semper prae-

eedere debet Canonicum Clericum antiquiorem, quamvis iste postea ad Sacerdotium promotus fuerit 4643. Vide *subiectam adnotationem*. Vide etiam supra - *Canonici* ubi Praebendae non sunt distinctae etc. -

Canonicus, qui Canonicatum resignavit, retentibus Insignibus et stallo, potest canere Missam Conventualem, dummodo ceteri conveniant 4755.

Canonici ad benedictionem Celebrantis stare debent, ceteri genuflectere 4782. *ad* 12.

Canonicus Titulari et Honorario competit praecedentia supra Parochum 4830.

Canonici nequeunt sumere paramenta in latere Altaris 4834.

Canonicus, aut Dignitas in Minoribus Ordinibus constitutus nequit Officium intonare, et orationem recitare 4844. *ad* 6.

Canonicus, qui in Choro non cantat, non satisfacit suae obligationi 4916.

Canonicus Sacerdos, sed ex ordine Diaconali potest peragere officium Hebdomadarii in Choro, dummodo Praebendae non sint fixae, et per antianitatem ascendatur ad ordinem Presbyteratus 5020.

Canonicis Honorariis Episcopus prohibere potest delationem Insignium canonicalium 5109.

Canonicus benedicturus cum Sanctissimo Sacramento assumere potest Stolum, et Pluviale tam super Rochetto et Cotta, quam super Rochetto et Alba 5179.

Canonicus deferens Sanctissimum Sacramentum in Processione pro eo reponendo die octava Corporis Christi debet super Rochetto assumere Amictum, Albam, Cingulum, Stolum, et Pluviale albi coloris 5208. *ad* 20.

Canonici Cathedralis praecedere debent Canonicos Collegiarum 134. *ad* 1.

Canonici Cathedralis quando, quomodo, et in quo loco debeant associare Episcopum ad celebrandum, vel assistendum venientem, vel ad suas aedes redeuntem 155. 160. *ad* 2. 170. 178. 205. 206. 227. *ad* 1. 284. 333. 536. 562. 594. 599. 698. 715. 746. 747. *ad* 2. 792. 945. *ad* 1. 2. *et* 3. 996. 1008. *ad* 2. 1028. 1304. 1528. 1565. *ad* 1. *et* 2. 1597. *ad* 5. 1598. 1661. 1669. 1674. 1754. 2144. 2249. 2415. 2651. 2705. 2716. 2739. *ad* 1. 2. *et* 3. 2807. 3117. 3235. 3266. 3322. 3327. 4103. *ad* 1. *et* 2. 4317. *ad* 1. 2. 3. *et* 4. 4434. *ad* 4. 5. *et* 6. Debent eum expectare in Aula; convenit autem, ut Episcopus non sit nimis morosus 1944. *ad* 2.; tenentur cum

eo progredi per viam ab ipso electam, etsi altera sit multo brevior 1424., eo solo casu non tenentur eum ab Episcopali Palatio excipere, si hoc nimis distet ab Ecclesia 840. 844., tenentur, tamen etsi Episcopium distet ab Ecclesia biscentum passibus 2203. Non excusantur ab associatione praetextu modicae pluviae 2274. *ad* 2. Non tenentur, si Episcopus accedat ad Ecclesiam in sede portatili 2886. Quamvis vero in casu *Melphiten*. S. R. C. responderit, Canonicos semper debere associare Episcopum venientem cum Cappa in Dominicis, et Festis minus solemnibus 4103. *ad* 1., in altera tamen propositione addidit: *iuxta mentem*: quae est, ut Episcopus se abstineat, et discrete se gerat quoad assistentiam cum Pluviali, vel Cappa in diebus minus solemnibus 4145. *ad* 1. 4163. *ad* 1. *et* 2.

Canonici non tenentur, nisi Episcopo celebranti inservire, si alii Sacerdotes adsint 122. *ad* 2.

Canonici associantes Episcopum debent accedere induti Insigniis canonicalibus: contraria consuetudo evellenda 1973. Quatenus associantur cum habitu ordinario, scilicet subtana, et pallio debent anteire; et non sequi 747. *ad* 1., ad associandum compelli possunt etiam sub censuris 2091. 2575. Non tenentur eum associare, dum Mozzetta indutus supra Rochettum accedit ad Ecclesiam, ut Divinis assistat 633. 1375. *ad* 3. 1540. *ad* 2. In associatione non debent Diaconi hinc inde incedere a latere Episcopi, nisi is sit paratus cum Mitra 157. Non ex urbanitate, sed ex debito tenentur Canonici eum a cubiculo excipere, quando solemniter est celebraturus, vel Divinis cum Cappa interfuturus 274. Quod non procedit, si indutus Cappa ad aulam capitularem accedit pro aliquo negotio; hoc enim casu associatio fit ex urbanitate. *Ibidem*.

Canonici tenentur expectare Episcopum ad Ecclesiam accedere volentem, ut horis Canonicis intersit, nec licet Divina inchoare Officia ante eius adventum; sed Episcopus diu morari non debet ultra statutam horam 274. 688. Si inchoatis horis adveniat, sat est, ut quatuor, vel quinque eum ad ianuam excipiant 688.

Canonicus primus Presbyter debet Episcopo aspersorium ministrare, si Praebendae sint distinctae; quatenus vero non sint distinctae, prima Dignitas, vel Canonicus primum occupans locum, qui proximior Episcopo est 351. *ad* 5.

Canonici, qui ex antiqua consuetudine solent Episcopo Missam planam in Cathedrali celebranti

assistere, nequeunt punctari: neque contra hanc consuetudinem quidquam licet attentare 346.

Canonici manutenendi sunt in possessione assistendi Episcopo in Ecclesia Collegiata Pontificalia exercenti, quousque Collegiata contrariam immemorabilem consuetudinem probaverit 376. Quod procedit etiam relate ad quaecumque aliam Ecclesiam: nam non convenit, ut Episcopus alios inferiores assumat 927., et ad hanc assistentiam cogi possunt 774. *ad 2.* Quod intelligitur de Ecclesiis intra Civitatem tantum, in quibus tres saltem Cathedralis Canonici assistere debent, sed extra Civitatem non tenentur 1910. *ad 2.* 2325. *ad 5.* 2349.

Canonici Cathedralis tenentur assistere Episcopo tam intra, quam extra Cathedralem Sacras Ordinationes peragenti; dummodo tamen, si Ordinationes fiant extra Cathedralem, in Ecclesia remaneat numerus Canonicorum sufficiens ad peragenda Divina Officia 459. 1540. *ad 3.* 4740. Id intelligitur de Ordinationibus publicis, nam in privatis sat est, ut tres eidem inserviant 1944. *ad 1.*

Canonici Episcopo pontificaliter celebranti Missam debent ministrare septem candelas, etiamsi aliter Ecclesiae statuta disponant 777. *ad 2.*, assistentes Episcopo sedere debent in scabellis nudis 874., in porrigendo Aspersione, et benedictione Incensi, osculari debent manum Episcopi 1602. *ad 2.*

Canonici tenentur inservire Episcopo extra Cathedralem publicas Ecclesiasticas functiones obitu 1562.

Canonicus Presbyter deserviens in Missa Pontificali pro Subdiacono, incedere debet paratus indumento muneri convenienti, et sedere post Canonicos indutos Planetis 879. *ad 1.*, deserviens pro altero ex Diaconibus impedito, praecedentiam dare debet alteri Diacono munus suum exercenti, et sedere a sinistris 1128.

Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, sedere, et incedere debent singuli in proprio ordine, et Dignitates gestare Pluvialia, Canonici Ordinis Presbyteralis Planetas, Diaconi, et Subdiaconi Dalmaticas, et Tunicellas 351. *ad 1.*, ubi omnes Praebendae sunt Presbyterales, tenentur nihilominus assumere sacras vestes, ut Caeremoniale praescribit, dum Episcopus solemniter celebrat 1450. Declaratur abusus, quod Canonici, ubi Praebendae non sunt distinctae, assistant Missae pontificali cum Cappa;

permittitur tamen, ut omnes tam Dignitates, quam Canonici assistant Pluvialibus induti 1955. *ad 1. et 2.*

Canonici celebraturi, paulo ante quam Episcopus in Chorum veniat, debent sumere paramenta, eumque venientem ad loca sua expectare 1494. *ad 2.*

Canonici in confectione Sacrorum Oleorum implere debent numerum duodecim Presbyterorum, quatenus sine ipsis numerus sufficiens non reperiatur 308. *ad 1.*

Canonicus iuniori competit publicare in die Epiphaniae Anni festa mobilia 336.

Canonici digniores decet, ut sedeant in sedibus Episcopo proximioribus 374. *ad 14.*

Canonici Cathedralis tam in propria, quam in quacumque alia Ecclesia assistentes Divinis Officiis, et concioni in habitu choralis, praecedere semper debent Magistratum 424.

Canonicus paratus praecedere semper debet 146.; celebrans Vesperas, seu Matutinum sedere debet in primo stallo, sed choralis sedes Episcopi semper vacua remanere debet 555.

Canonici Episcopo cum Rochetto, et Mozzetta Divinis assistenti non tenentur imponere, et deponere biretum 633. 1697., nec tenentur, etiamsi assistat cum Cappa 1118. 1143., ei tamen Cappa induto assistentes accipere debent de eius manibus, eique reddere biretum. Ita decrevit S. R. C. sub num. 2246. etsi prius respondisset per Cappellanum, et non per Canonicum id munus esse implendum 2174. V. *Biretum. Episcopus.*

Canonici in Minoribus constituti tolerari potest, ut assistant Episcopo amictu sacerdotali induti 2239. *ad 1.* Ita, ut relatum est, legitur in Regestis; mendosum tamen puto, quia iterum proposita quaestione *sub die 4. Augusti* 1664. tunc responsum dicitur - *Non esse permittendum, quod Canonicus non consecratus Episcopo celebranti assistat amictu sacerdotali indutus* - 2287. *ad 1.*

Canonici, si ob modicum numerum non sufficiant pro assistentia Episcopi, debent nihilominus eidem ministrare una cum Sacerdotibus ab Episcopo in supplementum seligendis 2315., quod Decretum moderatum fuit in altera Congregatione, quae respondit: Canonicos extra Cathedralem non esse cogendos 2335.

Canonici Cathedralis tenentur inservire in officio Diaconi, et Subdiaconi Dignitati, vel Canonico celebranti, absente, vel praesente Episcopo, in diebus, in quibus Dignitates, vel

- Canonici** ad celebrationem tenentur, nedum in Cathedrali, sed etiam extra propriam Ecclesiam, quatenus tamen alibi celebrandum sit ex obligatione Capituli 2280.
- Canonici Cathedralis** uti licet panno, seu tapete in scamno 2694. *ad* 11.
- Canonicus**, qui causa infirmitatis gaudet indulto utendi pileolo in Missa, nequit eo uti in Missis solemnibus, praesente Episcopo 2769.
- Canonicus**, qui Pluviali indutus sustinet Baculum Episcopi, tenere debet locum in Processionibus iuxta consuetudinem: si haec nulla sit, solus ante Episcopum incedat 2805. *ad* 2.
- Canonicus Theologus** primam sedem post Dignitates occupare debet, si haec ab initio eam obtinenti Praebendam fuit assignata 241.
- Canonicus** auditor Episcopi in Congregationibus, et sessionibus nullam habet praeeminentiam, sed sedere debet in loco suae receptionis 261.
- Canonici, et Clerici Cathedralis** in ducendis funeribus praeeminentiam semper habent, etiamsi defunctus deferatur ad Ecclesiam Abbatialem exemptam, et per eiusdem territorium transeundum sit: Officium vero in Ecclesia faciendum a Parocho eiusdem 327.
- Canonici parati** praecedere debent Vicario 423.
- Canonicus Pro-Vicarius** deputatus, si intersit Choro tamquam Canonicus, debet obedire seniori ei iubenti, ut aliquam ex lectionibus canat 627.
- Canonici** cogi possunt ab Episcopo, ut in Feriis Quadragesimae canere faciant a Cappellanis Missam Feriae cum Diacono, et Subdiacono 697. *ad* 1.
- Canonici** nequeunt cogi ab Episcopo, ut descendant ad Lectorale, ubi ad hoc munus adsunt alii Presbyteri, et Clerici 868. *ad* 1. Adstante Episcopo, et non celebrante, debent e stallo descendere ad circulos 868. *ad* 2.
- Canonici** sine habitu canonicali nulla competit praecedentia supra Magistratum 895.
- Canonici** nequeunt concedere aliquod signum Mazzerio, Confalonerio, et Magistro caeremoniarum, sine licentia Sedis Apostolicae 923. *ad* 7.
- Canonicus** Ecclesiae Concathedralis unitae nullus competit locus, dum residet apud Episcopum in altera Concathedrali 1002.
- Canonicus** accedens ad Paroeciam sitam in Castro mensae Capitularis, nullam habet praecedentiam supra Vicarium Paroeciae 1010.
- Canonici** uti singulis sine habitu Canonicali extra Cathedralis nulla debetur thurificatio 1020.
- Canonicus Theologus**, qui gaudet Praebenda Subdiaconali, debet occupare locum Praedendae convenientem 1169.
- Canonici** non sunt cogendi ad deferendas hastas Baldachini, quod praestandum est a dignioribus ex Beneficiatis, seu Mansionariis 1171.
- Contraria consuetudo improbat 1229.
- Canonici Cathedralis** praeeminentiam habent in Ecclesia Collegiata, dum ad hanc Episcopus occasione Visitationis accedit 1315.
- Canonici Cathedralis** induere debent Sacras Vestes in solemnibus Processione SSmi Sacramenti: Collegiatarum Canonici non licet 1320.
- Canonici, et Dignitates** in actu praestandae obedientiae admitti debent ab Episcopo ad osculum dumtaxat manus 1341.
- Canonicus Poenitentarius** num possit tenere virgam dum audit confessiones? 1352.
- Canonicus** ab Episcopo deputatus pro erigendo Seminario, ratione huius deputationis, nullam habet praecedentiam supra alios Canonicos 1541.
- Canonici** non tenentur inservire Episcopo Missam privatim celebranti 1565. *ad* 3.
- Canonici** assistere Episcopo renuentes plectendi sunt aliis poenis ultra amissionem distributionum 1594.
- Canonici** nullo modo licet, operto capite, Sanctissimum Sacramentum, aut Episcopum thurificare. Abusus eliminandus 1596. *ad* 2., prout etiam in petendo ab Episcopo benedictionem, in circulis, et reverentiis, in deferendis ac ostendendis sacris Reliquiis 1602. *ad* 1.
- Canonici** accedentes in habitu ordinario ad aliquam Ecclesiam, ad quam Episcopus in habitu pariter ordinario accedit, non tenentur genuflectere, dum ipse Populo solemniter benedicit, neque eum abeuntem usque ad rhedam associare 1633. 1646. 1693.
- Canonici assistentes Episcopo** Feria V. in Coena Domini in pedum ablutione, tenere debent Caeremonialis praescriptum quoad colorem indumentorum 1606. *ad* 3.
- Canonici assistentes** sine habitu canonicali non sunt thurificandi 1682.
- Canonici** non interessentes concioni in Ecclesia subrogata Cathedrali, eadem poena plectendi sunt, ac si concionibus non interessent in Cathedrali habendis 1743.
- Canonici** per viam occurrentes Episcopo nequeunt cogi ad eum comitandum; laudandi sunt si faciant 1723.
- Canonici, et Dignitates Cathedralis**, etiam absente Episcopo, interesse tenentur solemnibus Proces-

- sioni Corporis Christi sacris vestibus induti 1831.
- Canonici digniores*, absentibus Dignitatibus, vel impeditis officio dirigendi Chorum, debent Officia peragere 1896.
- Canonicis, et Dignitatibus* non licet in Missis privatis adhibere duos ministros, quatuor candelas, et abacum 1995.
- Canonici Cathedralis*, qui ob aliquam causam collegialiter Divina peragunt in aliqua Ecclesia Dioecesis temporanee Cathedrali suffecta, nequeunt functiones peragere in Ecclesiis sitis intra limites Collegiatae 2050. ad 2.
- Canonici Cathedralis* in functionibus Ecclesiasticis praeferuntur Dignitatibus Collegiatarum: quo vero ad actus privatos nihil decernendum duxit Sac. Congregatio, cum id ad Ritus Ecclesiasticum non pertineat 2069.
- Canonici* possunt, etiam sub censuris, compelli ad Episcopum associandum, et ad ei assistendum, dum privatim celebrat in Cathedrali 2091. Alias non teneri S. R. C. responderat 1565. ad 3. Forte discrimen ex diversa Ecclesiarum consuetudine.
- Canonici antiquiores* Poenitentiario, et Curato, qui in ipsa admissione Presbyteris adnumerantur, si, aliis advenientibus Canonicis, transeant ad Ordinem Presbyterorum, praeferendi sunt Poenitentiario, et Curato; dummodo tamen data alias optandi Presbyteratum opportunitate, optare non neglexerint, ne Sacerdotium suscipere cogerentur 2132. 2157., nec locum suae possessionis amittunt, si Diaconi, facta protestatione citra praeiudicium, iam optarint Presbyteratum, sed ascendere nequiverint, et in Diaconatus Ordine permanere debuerint, ne deesset qui hoc fungeretur officio 2137. 2157.
- Canonici Cathedralis* vocati ad funus, convenire debent in Parochiali. Ita S. C. in casu particulari 2222. ad 3. (puto tamen ita respondisse vel quia talis erat memorabilis consuetudo, vel quia non capitulariter, sed uti singuli Canonici accedebant ad funus).
- Canonici parati* thurificandi ante Vicarium 2254. Item dum sunt parati vel duo sint, vel numero plures, semper praecedunt 2599.
- Canonicus Poenitentiarius*, licet ultimo loco provivus, cogi non debet ad obeundum munus Diaconi, et Subdiaconi, quacumque consuetudine, aut Constitutione contrarium disponente non obstante 2616. An, quomodo, et a quo compelli possit, ut assistat Confessionario tempore convenienti? 3370. 3405. ad 5.
- Canonici Cathedralis* uti singuli non praecedunt Parocho 2660.
- Canonici Cathedralis* Episcopo non genuflectunt, sed tantum caput inclinant 1442.
- Canonici Cathedralis* non sunt cogendi ad inseriendum Episcopo in Missis privatis 1565. ad 3. 1874., praesertim si celebret extra Cathedrali 3318. 3333. ad 5., ultro volentes, prohiberi possunt a detrectantibus 4208. ad 4., non induti canonicalibus indumentis nequeunt assistentiam praestare Episcopo 1874., debent expectare Episcopum volentem assistere Choro; sed Episcopus debet esse discretus, nec diu morari. *Ibidem*.
- Canonici Clerici antiquiores* locum cedere debent Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus recentioribus. Item Subdiaconi, et Diaconi relate ad Presbyteros 2854.
- Canonici* usum habentes Cappae magnae, nequeunt pro libitu promiscue ea uti, vel Superpelliceo supra Rochettum, sed alterutro uti debent tempore congruo, quod S. C. determinat 2808. 2855.; debent uti Cappa et Rochetto in functionibus, in quibus aliter non disponitur vel per Caeremoniale Episcoporum, vel per Decreta S. R. C. 4946.
- Canonici assistentes Episcopo* stare debent, discooperto capite, dum is legit Epistolam, Graduale, et Evangelium 2883. ad 7., et dum ei quoquo modo inseriunt, et ministrant, ac circumum eum eo faciunt 2925. 3381. 4585. ad 2. 5017. ad 4. 5. et 6.
- Canonici*, ubi omnes Praebendae sunt Presbyterales, Pontificalia celebrante Episcopo, quo ordine assistere ei debeant, et quam rationem tenere in sacris indumentis sumendis, ut aliqua fiat Ordinum distinctio 2941.
- Canonici Cathedralis* ex iuxta causa translatae ad Ecclesiam alicuius Oppidi, possunt facere Processiones, ut libuerit, etiam invito Parocho 2970. ad 2., in illis Rogationum ad eos pertinet precum decantatio, non autem ad Collegiatam. *Ibidem* ad 11., et Episcopo aegrotanti ministranda sunt Sacramenta a digniore Capituli Cathedralis, non autem a loci Archipresbytero. *Ibidem* ad 12.
- Canonici accedentes* ad excipiendum Episcopum, debent expectare in Aula eius adventum, Episcopus vero debet esse discretus, nec diu morari 3028. ad 3.
- Canonici* habentes usum Mitrae, possunt eam deferre, etiam Episcopo absente, non Celebrante, ac sede vacante 3052. ad 1., extra Ecclesiam

- Canonici uti singulis Invitatis non licet. *Ibidem ad 2.* Canonico solemniter celebranti non licet uti sandaliis, pulvino, palmatoria, baculo, et trinam benedictionem impertiri. *Ibidem ad 3.*, licet lavare manus, ac thuris honorem accipere cum Mitra, etiam praesente Episcopo. *Ibidem ad 4.*, non licet tamen eam capiti imponere priusquam Episcopus sacris indutus solum ascenderit. *Ibidem ad 5.* Diacono cantaturo Evangelium non licet uti Mitra. *Ibidem ad 6. et 7.*, ad quem spectat ministrare Mitram Canonico celebranti. *Ibidem ad 8.*, ad Acolythum vero holoserico velo illam tenere. *Ibidem ad 9.* Mitra vero debet esse ex tela. *Ibidem ad 10.* Canonicus defunctus nequit deferri, et tumulari cum Mitra. *Ibidem ad 11.* Nec licet in anniversario Mitra supra tumulum apponi, aut ad tholum prope sepulcrum suspendi. *Ibidem ad 12. et 13.*
- Canonici* nequeunt adhibere pulvinaria in suis sedibus, praesertim praesente Episcopo 3088. *ad 5.*; nec sub genibus 4585. *ad 3.*
- Canonici assistens* prius thurificandus, quam Dignitas stans in suo stallo 3121. *ad 1.*
- Canonici parati* praecedunt Dignitatibus non paratis 3121. *ad 2.*
- Canonici assistentes Episcopo* ad Sedem, se gerere in omnibus debent ad Caeremonialis praescripta 3147.
- Canonici*, ubi Praebendae sunt distinctae, tam quoad illos primae erectionis, quam quoad alios secundae, si desint ex illis primae erectionis, horum vices supplere debent Canonici secundae erectionis eiusdem ordinis 3168.
- Canonicozum Cathedralis cadavera* si deferantur ad eandem Cathedralium cum interventu Capituli, spectat ad Archipresbyterum, penes quem est cura animarum, Officium facere, non ad Hebdomadarium 3200.
- Canonici Patriarchalis* munus Diaconi exereens tenetur osculari manum Celebrantis post petitam benedictionem ad Evangelium, etiamsi Celebrans non sit Canonici, nec in dignitate constitutus 3216.
- Canonici Cathedralis Bononiae* assistere debent Antistiti solemniter celebranti in Collegiata S. Petronii, dummodo capitulariter intersint 3256.
- Canonici*, ubi Praebendae sunt distinctae, assumendi sunt ex Ordine Diaconali, et Subdiaconali pro Evangelio, et Epistola, dum Episcopus solemniter celebrat 3281. *ad 2.* In sedendo, et incedendo non est servandus ordo antianitatis, sed Praebendarum; ita ut vel in habitu sacro, vel choralis praecedant Canonici ex Ordine Presbyterali, deinde succedant ex Ordine Diaconali, ac tandem ex Ordine Subdiaconali. *Ibidem ad 3.*
- Canonici* adigendi sunt ad ingrediendum Ecclesias, in quibus finem habent Processiones 3333. *ad 1.*
- Canonici* compelli possunt ab Episcopo, ut sibi inserviant, dum ipse Ordinationes peragit in sui Palatii Sacello 3391., non autem si celebret ibi dumtaxat Missam privatam 3028. *ad 2.*
- Canonicos Cathedralis* capitulariter associantes cum propria Cruce funus ad Ecclesiam Regularium, posse hanc ingredi, ibique cum Cruce erecta usque ad humationem cadaveris assistere, S. C. respondit, ita tamen, ut in absolutione funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis 3407. *ad 1. et 2.*, etsi non invitati, possunt associare funus ad eorum Ecclesiam deferendum, citra tamen Haeredum praeiudicium. *Ibidem ad 3.*
- Canonici*, praesente Episcopo, nequit uti pulvinari 3516. *ad 1.* Celebrans, assistente Episcopo, nequit sedere in sede cum suppedaneo, Ministris hinc inde adstantibus. *Ibidem ad 2.*, nequit gestare comam fictitiam deferens processionaliter Sacramentum. *Ibidem ad 4.*, aut Missam celebrans. *Ibidem ad 5.*
- Canonici Diaconus* ministrans Canonico celebranti, dum thus offert, dicere debet: *Benedic. Rev. Pater* 3516. *ad 6.*
- Canonici parati assistentes* Episcopo pontificaliter celebranti, nequeunt deferre pileolum, et biretum, dum actu ministrant 3516. *ad 7.*
- Canonici celebrantibus*, Clerici genuflectere non debent, dum ministrant thuribulum, et naviculam 3516. *ad 8.*
- Canonici Metropolitanae* possunt in Synodo sedere in scamno duorum graduum, dummodo sedes Archiepiscopi sit elevatior 3549. *ad 4.*, in sedendo servare debent formam Caeremonialis. *Ibidem ad 5.*
- Canonici Cathedralis*, etsi non sint parati, in recipiendo Candelas, ac Cineres debent dumtaxat se inclinare 3555.
- Canonici Cathedralis* quoad ordinem, locum et praecedentiam in Synodo 3559.
- Canonico antiquiori* competit officium Presbyteri assistentis, ubi viget consuetudo, quod Dignitates nullam praestent assistentiam Episcopo, quando is cum Cappa tantum assistit 3562.
- Canonico Cathedralis Spoletanae* induto Alba, Stola, et Pluviali, gestanti Sacras Reliquias in

- Processionibus Rogationum, non licet extra portam Civitatis Pluviale dimittere, et sic pergere ad Ecclesias ad quas Processio dirigitur 3570.
- Canonico, vel Dignitati celebranti*, absente Episcopo, debetur pulvinar cum tapete 3597. *ad 7.*
- Canonici Cathedralis* solemniter celebrantibus vel in propria, vel in aliena Ecclesia non debetur assistens cum Pluviali 3597. *ad 14.*, simul convenientibus cum Capitulo Collegiatae debentur sedilia elevata per unum gradum tantummodo in Synodo, non in aliis functionibus 3601.
- Canonici Cathedralis* cogi possunt ab Episcopo ad sibi capitulariter assistendum, etiamsi Pontificalia peragat extra tempora Divinorum Officiorum, vel solemnes ad Populum conciones habere velit, dummodo id faciat cum Pluviali, Mitra, et Baculo 3605. *ad 2.*, saltem duo tenentur excipere ad ianuam Episcopum accedentem Rochetto, et Mozzetta indutum, dum Clerus occupatus est in Choro 3632. *ad 1. et 2.*, interessentes concionibus in propriis stallis induti esse debent habitu canonicali 3644.
- Canonici Cathedralis* capitulariter in funere incedentes praecedunt Parocho, nedum in via, sed etiam in Parochiali, non obstante contraria consuetudine, praeter quam in actu faciendi officium, quod spectat ad Parochum 3650. *ad 3.*, erigenda est Crux Cathedralis, praeterquam in actu peragendi officium. *Ibidem ad 4.*
- Canonici Cathedralis* obtinentes Cappellanas in eadem Ecclesia possunt assistere Anniversariis cum Mansionariis, aliisque Cappellanis, ac emolumenta percipere; debent tamen deferre habitum Cappellanorum, et sedere inter eos, servato ordine antianitatis 3680.
- Canonici Metropolitanae Turritanae* nequeunt in Missis privatis, et solemnibus uti instrumento vulgo *Bugia* 3687. *ad 1.*, neque eis licet Missam solemnem celebrantibus in Cathedrali sedere in sede cum postergali. *Ibidem ad 3.*
- Canonici Metropolitanae, vel Cathedralis* tenentur processionaliter accedere ad palatium Episcopi, ad effectum eum associandi, etiamsi distantia sit passuum biscentum, et ultra 3687. *ad 6.* 4741.
- Canonici Cathedralis* tenentur assistere Anniversario Episcopi Praedecessoris immediati, sine ulla distributione 3713.
- Canonici Cathedralis* cum Parocho Stola redimito, et Cruce elata licere respondit S. C. ingredi Ecclesias PP. Societatis Iesu 3731.
- Canonicus Cathedralis* celebrans nequit impertiri benedictionem Concionatori inter Missarum Solemnia, non interessente Episcopo 3736.
- Canonici Cathedralis* distingui debent a Sacerdotibus inferioris Ordinis quoad paramenta, et similia 3740. *ad 1.*
- Canonici Cathedralis* Episcopo accedenti cum Mozzetta et Rochetto, non tenentur imponere ad Ecclesiae ianuam Cappam magnam 3746.
- Canonici assistentes Episcopo* parati, et illum ad Altare comitantes in pontificalibus, debent incedere cooperto capite ratione paramentorum 3786. *ad 4.*
- Canonici* numero quatuor assistentes Episcopo in absolute ad tumulum, debent esse Sacerdotes 3809. *ad 6.*
- Canonici parati* associantes Episcopum a Sacrario exeuntem, et ad Altare pergentem, nequeunt praecedere Sacerdotes, Diaconos, et Subdiaconos, qui assistere debent Oleorum consecrationi, sed sequi 3840. *ad 1.*
- Canonici Cathedralis Placentinae* capitulariter accedentibus ad Ecclesiam Collegiatae S. Antonini, quatuor saltem huius Collegiatae Canonici obviam ire debent in habitu Choralium una cum Clerico aquam lustralem deferente, et Aspersorium. Idem servandum est in recessu 3816. *ad 1.*, in Processionibus vero Synodalibus, et Corporis Christi dictae Collegiatae Canoniceis non licet deferre indumenta pretiosiora illis, quibus utuntur Canonici Cathedralis. *Ibidem ad 2.*
- Canonici assistentes Episcopo* Pontificalia celebraturo, debent eum induere sacris paramentis, ad formam Caeremonialis 3845. *ad 1.*, tenentur eum associare ante Altare, ibique immorari, donec revertatur. *Ibidem ad 2.* Canonicus Subdiaconus tenetur ei reverentiam facere antequam porrigat Manipulum. *Ibidem ad 4.*, ad Diaconos assistentes pertinet elevare fimbriam Pluvialis. *Ibidem ad 5.*, assistentes tenentur folia Missalis revolvere, et digito indicare legenda. *Ibidem ad 6.*, omnes Canonici tenentur eum excipere, et associare ex aula ab ipso destinata. *Ibidem ad 7.*, in Vesperis semipontificalibus, quibus Episcopus assistit cum Pluviali, et Mitra, dum is adveniens e Sacrario genuflectit in faldistorio, Canonici Pluvialibus parati, non debent genuflectere in planu Cappellae post Episcopum, sed orare suis in locis, nec sedere debent in scamnis, verum in stallis Canonicorum 3851. *ad 1. et 2.*, in quibus manent dum Episcopus accedit ad thurificationem Altaris. *Ibidem ad 4.*

Canonici Cathedralis cum Cruce, Clero, et Decurionibus Civitatis accedentes ad Ecclesiam Canonice Regularium Lateranensium, ab his excipi, et tam in accessu, quam in recessu, honorifice debent associari 3870.

Canonici Cathedralis tenentur interesse cum sacris indumentis Processioni Corporis Christi, etiamsi absit Episcopus 3888.

Canonici Cathedralis existentes uti singuli in locis Dioecesis, nequeunt assumere habitum canonicalem, vel praetendere praecedentiam, et locum distinctum 3892.

Canonici, et Dignitatibus Cathedralis non licet in celebratione Missae privatae habere Ministrum cotta indutum, qui Missale sustineat, folia vertat, indicet legenda, detegat Calicem, vinum, et aquam ante Offertorium infundat 3927. 3941.

Canonici, praesente, vel absente Episcopo, intra, vel extra Cathedralis nequeunt adhibere sedes cum brachiis, et subelliis, sed sedere debent in scabellis, seu scamnis 3987. ad 3. et 4.

Canonici assistentes Episcopo sub throno nequeunt caput tegere, dum alii Canonici, detecto capite, circumum faciant 4025., si renuant, cogendi sub poena suspensionis 4027.

Canonici Cathedralis ius competit incedendi in Processione SS^mi Corporis Christi cum paramentis sacris privative quoad Canonicos Collegiatarum Rectores Parochialium etc. 3966.

Canonici Cathedralis distingui non debent a Dignitatibus quoad quasdam honorificentias, videlicet, dum solemniter celebrant, debent habere scamnum aequaliter ornatum, et abacum sine ulla distinctione retinere, et sola habeatur distinctio ratione solemnitatis, et Festorum, non personarum 4064. ad 1. et 2., item quoad intortitorum numerum. *Ibidem* ad 3., debentur sedilia aequalia in Capitulo generali celebrari solito in Aula Episcopi: item candelae in Festo Purificationis, ac funerum emolumenta. *Ibidem* ad 5. 6. et 7. Campana magna aequaliter pulsari debet sive celebrent Canonici, sive Dignitates, habita tamen ratione Festorum maioris, vel minoris solemnitatis, ut etiam quoad paramenta minus, vel magis pretiosa. *Ibidem* ad 8. et 9., sive celebret Canonicus, sive Dignitas, debent esse in eodem numero Canonici, qui in Officio solemniter cantant lectiones. *Ibidem* ad 11. Aspersorium vero Episcopo ad Ecclesiam accedenti tradi debet ab altera ex Dignitatibus, non a Canonico seniore. *Ibidem* ad 14., in confectione notulae Capitularium,

qui tenentur assistere Episcopo nequeunt designari Dignitates diverso titulo, ac designantur Canonici. *Ibidem* ad 18. Canonicis celebrantibus non debetur assistentia ab Caeremoniarum Praefecto, sed a Chori Magistris. *Ibidem* ad 19.

Canonici, et Dignitatibus Cathedralis solemniter celebrantibus extra Cathedralis debetur assistentia Canonice Regularium; dummodo Capitulum intersit 4059. ad 2.

Canonici Metropolitanae Capuanae tenentur iuxta solitum in die Epiphaniae annuntiare Festa mobilia 4059. ad 6. Canonice celebrante, non tenetur alter ex Canonicis psalmos intonare tam in Choro, quam in Processionibus, cum id competat Hebdomadariis. *Ibidem* ad 7., iisdem Canonici tenentur canere in Choro ex proprio stallis cum Hebdomadariis, quia hoc onus commune est omnibus in Choro existentibus. *Ibidem* ad 8., si transferatur Festum, in quo celebrare tenebatur Canonice Regularium, non tenetur is celebrare in die translationis, nisi haec habeatur pro festiva in Metropolitana. *Ibidem* ad 9.

Canonici Cathedralis non licet retinere expositam in Sacratio tabellam, in qua ipsorum nomina decorentur titulo *Ilmi et Rmi* 4062. ad 12., dum Episcopus Cappa indutus venit ad Ecclesiam, et Ven. Sacramentum adorat in genuflexorio, Canonici circa ipsum genuflectere debent, nec eis licet pergere ad sedes chorales, ibique genuflectere. *Ibidem* ad 13., neque Canonice Regularium, neque Dignitatibus, neque Vicario debentur ullae distinctiones in Missa privata. *Ibidem* ad 14. et 15.

Canonicus Cathedralis concionaturus in actu recipiendi benedictionem ab Episcopo, utrum debeat genuflectere, an caput inclinare? 4062. ad 9.

Canonici sacris amicti, dum assistunt Episcopo, sedere debent super scabellis nudis 4075. ad 2.

Canonici Cathedralis deputati ad Seminarium administrationem praefereendi aliis deputatis de Clero, etsi hi primum fuerint electi 4083.

Canonici assistentes Episcopo, dum is impertitur benedictionem cum Ven. Sacramento, debent genuflectere, non autem hinc inde stare sub praetextu consuetudinis, quae reprobatur 4099.

Canonici Cathedralis Civitatis Notabilis Melitae non invitati nullum ius habent intercessendi Festivitati Naufragii S. Pauli in Ecclesia Collegiata Vallettae 4108. ad 1. et 2., possunt interesse invitati ab Episcopo, dummodo Cathedralis suo non fraudetur servitio, et reservato

iure Canonice Collegiatae peragendi functiones. *Ibidem ad 3.*; competunt tamen Canonice Cathedralis assistentia Episcopo, primae sedes, et praecedentia in Processionibus. *Ibidem ad 4. 5. 6. et 7.*, illis vero Collegiatae competit excipere Episcopum. *Ibidem ad 6. et 7.*, omnes indistincte thurificandi sunt duplici ductu. *Ibidem ad 8.* Alia quoad hasce controversias habes 4439.

Canonici Metropolitanae Urbinaten. possunt uti annulo, cruce pectorali etc. iuxta modum: id est in Missis solemnibus solus Presbyter celebrans uti potest enunciatis indumentis auro non ornatis, nec non annulo cum unica gemma, et cruce pectorali sine gemmis 4224. *ad 1.*, pontificaliter celebrantes nequeunt uti faldistorio, et sedere debent in scamno cooperto tapete, vel panno currentis coloris. *Ibidem ad 2. et 3.* nequeunt uti Palmatoria vel in solemnibus, vel in Missis privatis. *Ibidem ad 4.*, nequeunt Populum salutare dicendo *Pax vobis* loco dicendi: *Dominus vobiscum.* *Ibidem ad 5.*, benedictionem in fine Missae unico signo impertiri debent, ut alii Sacerdotes. *Ibidem ad 6.*, nequeunt dare trinam benedictionem cum Ven. Sacramento. *Ibidem ad 7.*, etiamsi induti sint Mitra, aliisque paramentis, vel non. *Ibidem ad 8.* Missas pontificaliter nequeunt celebrare in Ecclesiis Monialium absque consensu Episcopi. *Ibidem ad 9.*, in Metropolitana nequeunt uti Mitra, et pontificaliter celebrare Missas pro defunctis. *Ibidem ad 11.*, neque Mitra uti possunt in vestitione, et velatione Monialium factis iubente Episcopo. *Ibidem ad 10.*, in Insigniis, et Armis suae familiae Mitram tantum apponere possunt. *Ibidem ad 12.*, in Processionibus Corporis Christi nequeunt incedere capite Mitra cooperto. *Ibidem ad 13.*

Canonici Cathedralis Episcopo celebranti in aliqua Collegiata assistere debent invitati, aliisque praecedunt, capitulariter tamen, non singulariter 4138. *ad 1. 2. 3. et 4.*, in convisitatores assumpti gestare possunt propria Insignia, tam in Collegiatis, quam in aliis Ecclesiis, eisque debetur praecedentia. *Ibidem ad 5. et 6.*

Canonici assistentes Episcopo non Albam, sed Rochettum, seu Cottam quoquo modo, et forma compacta illa sit, induere debent una cum Amictu subtus Dalmaticam; vel aliud Chorale peculiare signum 4176. *ad 2.*

Canonici Cathedralis S. Severi licet solvere Capas Feria VI. in Parasceve in adoratione Crucis 4178. *ad 2.*, non autem licet in Processio-

nibus poenitentiae, et associatione funerum etc. *Ibidem ad 2.*

Canonici et Dignitates Cathedralis iuris remedii compellendi sunt ad obsequia praestanda Episcopo iuxta S. R. C. resolutiones 4317. *ad 14.*

Canonici Cathedralis, dum circulum faciunt, tenentur caput detegere, neque eis licet retinere pileolum, non obstante quacumque consuetudine 4287.

Canonici Cathedralis in solemnibus Processione Corporis Christi debent induere sacras vestes, etiam tempore Sedis vacantis, aut Episcopo non deferente Sacramentum 4381., tam intra, quam extra Cathedralis distingui nequeunt in Missis privatis a simplicibus Sacerdotibus 4434. *ad 1.*, nequeunt extra Cathedralis uti pulvinariis ad genuflectendum. *Ibidem ad 2.* permitti nequit, ut a Magistro Caeremoniarum tradatur Ostensorium in manus Canonici impertituri benedictionem cum SSmo Sacramento. *Ibidem ad 3.*

Canonici assistentes Episcopo Feria VI. in Parasceve, dum is procedit ad Crucis adorationem, tenentur illum associare tam in genuflexionibus, quam etiam in osculi actu, ibique expectare quousque adorationem, et osculum compleverit; deinde eum ad Cathedralis pontificalem comitari: mox idem obsequium adorationis Crucis, et osculi cum aliis Canonice in suo ordine praestare 4435. *ad 1. et 2.*, nequeunt induere, et deponere Sacra paramenta super solio in loco proprii scamni, sed descendere tenentur ad propria stalla canonicalia, ibique ea assumere, et deponere; interim aliis Canonice eorum munere fungentibus. *Ibidem ad 3.*

Canonici Diaconi iuxta Caeremoniale praestare debent assistentiam Episcopo 4334. *ad 1.*

Canonici de iure non tenentur interesse Cathedralismo, Episcopo in ambone ad erudiendum populum concionante, si id fiat cum Rochetto et Mozzetta, vel cum Mozzetta et Stola 4534. *ad 1.*, neque tenentur recitationem Completorii suspendere ac differre, usque dum sacra Pixis in maioris Altaris tabernaculo collocetur, Cathedralismus vel Concio absolvetur, quaedam orationes recitentur, et cum benedictione populus dimittatur. *Ibidem ad 2.* Vide *subiectas annotationes.*

Canonici Cathedralium Missam planam celebrantes nullo modo distingui debent a simplicibus Sacerdotibus 4536. *ad 6.* Vide *subiectam annotationem.*

Canonici, quibus indulta sunt Insignia pontificalia, iis uti nequeunt nisi servata forma privilegii et decretorum S. R. C. 4585. *ad 1.* Vide *subiectam adnotationem*; debent se conformare generali Decreto S. R. C. quo privilegia reducuntur ad formam iuris. Sequitur *Apostolica Constitutio* qua praefatum Decretum approbatur, et auctoritate Pontificis confirmatur 4593., reservatur ius Capitulis et Canonici qui amplioribus privilegiis gaudent, aut legitime gaudere arbitrantur adeundi S. R. C. pro declaratione. *Ibidem circa finem.*

Canonici, quibus concessa est Mitra aurofrigiata, nequeunt uti alia ex tela argento contexta, auroque listata 4585. *ad 4.*

Canonici Metropolitanæ Ravennatensis associantes Archiepiscopum cum Cappa ad Ecclesiam, debent eum sequi, non autem anteire inter Crucem Archiepiscopalem et Ipsum 4597.; iisdem quaedam privilegia confirmantur 4621.

Canonici Metropolitanæ Imolen. privilegia quaedam confirmantur 4622.; iisdem conceditur usus Palmatoriae 4640.

Canonici Cathedralis Alexandrinae tenentur ad Officium B. M. V. et Defunctorum, ad psalmos Graduales, et Poenitentiales, attenta vigente olim consuetudine 4631.

Canonici Metropolitanæ Barenis confirmantur privilegia 4649.; iisdem nova conceduntur 4657.

Canonici Diaconi assistentes Episcopo, et Ministri Celebrantis quo loco stare debeant dum Episcopus facit confessionem cum Celebrante? 4669. *ad 15.*

Canonicus gaudens usu Pontificalium stare debet privilegiis 4863. *ad 2.*

Canonicis nullimode competit usus annuli, caligarum violacei coloris, et chordulae sericae violaceae in pileo 4882.

Canonicis Cathedralis Pisanae extenditur usus vestis talaris rubri coloris sine cauda in ceteris Ecclesiis Dioecesis 4902.

Canonicus Cathedralis qui in cura animarum Capitulum repraesentat, nequit habere quatuor candelas in Missae Parochialis celebratione. Contrarius abusus eliminandus 5149.

Canonici, sive parati, sive non, genuflectere non tenentur, cum Episcopus pontificaliter celebrans dat solemnem benedictionem 5221. *ad 7.*

Canonici assistentes Episcopo Pontificalia exercenti ad Altare, et non in Sacristia ipsum induere debent sacris paramentis iuxta Caeremoniale 5228. *ad 2.*

Canonici Collegiatae in funeribus congregentur in Ecclesia Cathedrali non obstante contraria consuetudine 134. *ad 2.*

Canonici Collegiatae sub Cruce Cathedralis incedentes praere debent separatim a Clericis, et Canonici Cathedralis sine propria Cruce, aut aliis Insigniis loco Crucis in casu particulari 252. Iterum, proposita causa, et consuetudine probata, responsum fuit licere deferre Crucem elevatam cum solito vexillo appenso loco convenienti ante Canonicos Cathedralis 286.

Canonici Collegiatae thurificandi sunt duplici ductu, Clerici Parochiarum unico ductu 468.

Canonici Collegiatae convenientes una simul cum Capitulo Cathedralis admittendi non sunt ad circulos, qui fiunt coram Episcopo, et genuflectere tenentur, dum Episcopus tam in Missa, quam in Vesperis solemnem benedictionem impertitur 732.

Canonici alicuius Collegiatae, ad quam accedit Episcopus, tenentur eum associare iuxta ordinem *Lib. 1. cap. 15. Lib. 2. cap. 32.* Caeremonialis 1030.

Canonici Collegiatae capitulariter convenientes in aliqua Ecclesia Parochiali, praecedentiam habent supra omnes alios praeter solemniter Celebrantem, aut Officium facientem 1045. *ad 1.* Missa tamen solemnis, et Officium super cadaveribus peragi debent a Parocho, etiam adstante Capitulo. *Ibidem ad 2. et 3.*

Canonici Collegiatae, etsi habeant pro se consuetudinem, nequeunt tamen Officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium 1329., ad associandum funus interesse nequeunt, nisi vocati. Quod si sponte velint, non in habitu, et collegialiter sub propria Cruce, sed in habitu ordinario uti singuli post feretrum incedant 1345.

Canonicus Collegiatae, accedente Capitulo Cathedralis ad Ecclesiam Collegiatam occasione Processionum, non tenetur inservire de libro primae Dignitati Cathedralis orationem recitanti 1487.

Canonici Collegiatae interesse debent in Cathedrali pro confectione Sacrorum Oleorum 1560.

Canonici Collegiatae semper praecedunt in funeribus supra Parochum 1566.

Canonici Collegiatae, qualibet contraria consuetudine minime obstante, nequeunt officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium 1854.

Canonici Collegiatae Cappellani Regii nuncupati interesse debent Processionibus, nullumque ius

- habent praecedendi supra alias Collegiatae 2212.
- Canonici Collegiatae* quoad ordinem incedendi, et sedendi in Synodo 2220. 3559.
- Canonici Collegiatae* assistentes Divinis in Cathedrali thurificandi sunt duplici ductu 2694. *ad 2.*, assistentes Episcopo debent sedere in eodem aequaliter parato scamno, ut Canonici Cathedralis. *Ibidem ad 3.*, manutenendi in possessione sedendi in loco aequali. *Ibidem ad 5.*, possunt celebrare Festum devotionis eodem die, quo celebratur in Cathedrali. *Ibidem ad 7.*, transeuntes ante Episcopum debent se tantum profunde inclinare. *Ibidem ad 8.* (Haec forte erat in casu particulari immemorabilis consuetudo).
- Canonici Collegiatae* nequeunt pulsare Campanas Sabbato Sancto, priusquam pulsentur ea in Ecclesia, in qua per accidens, et provisionaliter peraguntur functiones Cathedralis 2970. *ad 3.*
- Canonici Ecclesiae Parochialis* nequeunt extraordinarias Processiones ducere sine licentia Episcopi 2970. *ad 8.*
- Canonici Collegiatae* post Epistolam, et ante Evangelium accipientes benedictionem a Celebrante, genuflectere debent 2975.
- Canonici Collegiatae* alicuius Civitatis, quam Antistes perlustrat, tenentur eum associare cum Clero, et Cruce 3026. *ad 1.* Eum excipere debent a domo, dum ad Ecclesiam venit solemner celebraturus cum toto Clero, et elata Cruce. *Ibidem ad 2. 3. 4. 5. et 6.*, nequeunt facere circumum. *Ibidem ad 10.*, parati, vel non parati tenentur genuflectere in solemnibus Antistitis benedictione. *Ibidem ad 11.*
- Canonici Collegiarum*, Parochi, simplices Presbyteri Ecclesiae Abbatialis, in publicis Processionibus convenientes cum Cathedrali, nequeunt assumere indumenta sacra 3112. 3270.
- Canonici Collegiatae* competit porrigere Aspersorium ad ianuam eorum Ecclesiae Episcopo venienti cum suo Capitulo, non autem cum hinc inde associare 3340.
- Canonici Collegiatae* debent parere Episcopo demandanti, ut ad eorum Ecclesiam pontificalia exercendi causa accedenti incedant post ipsum, et Vicarium, dummodo non incedant processionaliter 3506.
- Canonici cuiusdam Collegiatae* non licere edixit S. R. C. in alicuius Ecclesiae ingressu Feria III. Rogationum, et in altera Processione canere: *De profundis etc.*, et *Libera me Domine etc.* 3530. *ad 2.*
- Canonici Collegiatae* convenientibus cum Capitulo Cathedralis debetur thurificatio ab eodem Ministro, sed unico ductu; similiter de osculo pacis 3548.
- Canonicos Collegiatae Foggiae Troianae Diocesis* S. R. C. respondit posse assumere indumenta sacra, dum Episcopus in eorum Ecclesia pontificaliter celebrat 3563. *ad 1.*, ut etiam in sola Processione Corporis Christi. *Ibidem ad 2.*, haud tamen in Synodo, in quo sedere debent ad formam Caeremonialis. *Ibidem ad 4. 5. et 6.*
- Canonici Collegiatae* debent ad ianuam excipere Episcopum in Feriis Rogationum eorum Ecclesiam processionaliter ingredientem, et eorum digniori competit Aspersorium porrigere 3597. *ad 12.*
- Canonici Collegiatae* convenire debent in Cathedrali occasione publicarum Processionum 3610. *ad 2.*; nec separari debent a suis Beneficiatis, ut incedant in fine Processionis ante Capitulum Cathedralis. *Ibidem ad 3.* Utrum in funebribus incedere debeant sub Cruce Cathedralis? *Ibidem ad 4.*
- Canonici Collegiatae*, cuius Parochus est simul Abbas, habens usum Pontificalium, in distributione Candelarum etc. debent, praeter Candelam etc., etiam Abbatis manum osculari 3615.
- Canonici Collegiatae* nequeunt cogi ad excipiendum Episcopum pro visitatione accedentem ad portam civitatis processionaliter, nisi pro prima vice 3624.
- Canonici Collegiatae S. Mariae Carignani* non licet deferre Crucem tripartitam, seu patriarchalem in Processionibus 3633.
- Canonici Collegiatae* in particulari suae Ecclesiae Processione infra Octavam Corporis Christi, quae fit sine interventu Capituli Cathedralis, possunt incedere cum Planetis 3688.
- Canonici Collegiatae S. Bartholomaei Civitatis Sorae* interesse debent omnibus functionibus ab Episcopo celebrandis in Ecclesia Cathedrali, et in Processionibus publicis, atque votivis dictae Civitatis 3896.
- Canonici Collegiatae S. Antonini Placentiae* nequeunt tempore Divinorum Officiorum ab eorum stallis descendere, et cum Beneficiatis canere ad Legile 3920., neque tenentur stantes in propriis stallis. *Ibidem ad 1. ex novis dubiis*, tam Canonici, quam Beneficiati tenentur assurgere, detecto capite, dum Canonico praetintonatur Antiphona. *Ibidem ad 3.*, nequeunt peragere in propria Ecclesia, occasione funebrium Pontificum, Episcoporum, Principum, so-

- lemnes exequias cum quinque absolutionibus, cum id private competat Capitulo Cathedralis 3980. *ad 4.*
- Canonici Collegiatae S. Michaelis Archangeli Surrenti* nequeunt in Processionibus Cappas solvere 4031. *ad 3.* Episcopo pontificalia exercenti in eorum Ecclesia ipsi assistentiam praestare debent, dummodo Canonici Metropolitanae capitulariter non intersint. *Ibidem ad 4.*, cum paramentis sacris. *Ibidem ad 5.*; nequeunt retinere thronum stabilem, licet inversum, qui apponi solummodo debet dum Episcopus interest. *Ibidem ad 6.*, accedentes ad Cathedralium occasione Synodi, aliarumque functionum, habere debent locum digniorem post Capitulum Cathedralis. *Ibidem ad 7.*, et sedere in scamnis cum postergali, suppedaneo, et panno decoratis. *Ibidem ad 8.*
- Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Maioris Capuae* cogi non posse arbitrio Episcopi ad interessendum in Cathedrali benedictioni sacrorum Oleorum S. R. C. respondit 4066.
- Canonici Collegiatae Terrae Montis Brandoni Dioecesis Ripinae* debent servare solitum circa accessum ad Ecclesiam Patrum Minorum Observantium in consuetis Festivitatibus, quoad locum in Choro, et Antiphonarum intonationem 4061. *ad 1.*, occasione Processionis Rogationum, accedente Capitulo ad dictam Ecclesiam, Religiosi tenentur tradere Pluviale Canonicorum Praeposito. *Ibidem ad 4.*, in binis Festivitatibus, et Processionibus fieri solitis Canonici cedere debent praecedentiam Religiosis paratis. *Ibidem ad 5.*, nec licet Canonicis initio Processionis intonare Hymnum *Iste confessor etc.*, quod spectat ad Celebrantem. *Ibidem ad 6.*
- Canonici Collegiatae S. Mariae Maioris de Platea Civitatis Casalen.* possunt interesse Congregationibus habendis ante Synodi celebrationem, arbitrio Episcopi 4226. *ad 1.*; in hisce Congregationibus Praepositus nequit praecedentiam habere supra Canonicos Cathedralis. *Ibidem ad 2.*, omnesque tam Cathedralis, quam Collegiatae in Synodo incedere, et interesse debent cum habitu choralis. *Ibidem ad 3.*, quoad modum sedendi in Synodo, et in Ecclesiis, occasione Rogationum, servandum solitum. *Ibidem ad 4. 5. et 6.*, conveniente utroque Capitulo in Missis Rogationum, osculum pacis, et thurificatio dari debet etiam Canonicis Collegiatae. *Ibidem ad 7.*, quoad Ministrum, qui osculum pacis, et thurificationem dare debeat
- Canonicis Collegiatae, exquisito voto, responsum fuit; thurificationem faciendam esse unico ductu per Acolythum cum inclinatione capitis ante, et post, singulis Canonicis, et pacis osculum dandum esse per eundem Ministrum 4232., pontificalia celebrante Episcopo in Ecclesia dictae Collegiatae, assistentia debetur a Canonicis Cathedralis 4226. *ad 10.*, celebranti vero Missam privatam, vel alias functiones privatas exercenti in eadem Collegiata, potest praestari assistentia a Canonicis utriusque Capituli non renuentibus. *Ibidem ad 11.*
- Canonici Collegiatae Alonae Oriolen. Dioecesis* possunt habere Presbyterum assistentem 4189. *ad 1.*, nequeunt compelli ad celebrandum per se ipsos in diebus minus solemnibus, sed supplere possunt per Hebdomadarios. *Ibidem ad 2.*, iidem, ut alii Ecclesiastici dietae Collegiatae, hortandi, non cogendi ad peragendum spiritualia exercitia, praeterquam debentes suscipere Sacros Ordines. *Ibidem ad 3. 4. et 5.*
- Canonico Curato Terrae Luniani* licet interesse primis Vesperis in Ecclesia Cathedrali Ameriae in Vigilia S. Firminae, sed non licet deferre Almutiam. Quoad locum in Choro, solitum servandum 4243.
- Canonici Collegiatae* noviter institutae cogi nequeunt ad recitandum in Choro statutis diebus Officium parvum B. M. V., defunctorum, et Psalmos tam graduales, quam poenitentiales 4254.
- Canonici Collegiatae S. Petri oppidi Saxoferrati Nucerinae Dioecesis* tenentur assistere Archipresbytero celebranti in officio Diaconi, et Subdiaconi: qui vero posterioris sunt erectionis, tenentur tantum in defectum aliorum, iuxta legem foundationis 4475.
- Canonici Collegiatae*, seclusa consuetudine in contrarium, uti personae graves, et in Dignitate constitutae, non genuflectunt Altari, et Episcopo, sed caput, et humeros inclinant 4091. *ad 2.*, quod pariter declaratum fuerat in Fundana etc. 2694. *ad 8.* Postea vero S. C. respondit, Canonicos, et Dignitates Collegiatarum debere genuflectere tam Altari, quam Episcopo 4268. 4827. *ad 3.*, et relate ad Canonicos insignis Collegiatae S. Pauli Vallettae, et S. Helenae Birchirchariae in Insula Melitae, etiam expressius 4106. 4112. 4359. Quod certe intelligendum, quando Episcopus vel solemniter celebrat, vel assistit Pluviali, aut Cappa indutus; Nam S. C. eodem tempore, quo respondit pro genuflexione, rogata; num genuflexio debere-

tur, quando Episcopus privatim assistit, respondit: *providebitur in casibus particularibus*; eamque non deberi edixit, quando Canonici occasione Processionis in festo S. Gregorii transeunt ante Episcopum. *Ibidem*. Verum acta iterum quaestione, responsum fuit, in omnibus functionibus debere genuflectere Episcopo, etsi non induto pontificalibus, sed dumtaxat Cappa, vel Mozzetta 4436. Ex hisce Decretis, quae secum specietenus pugnantia videntur, collegimus decidendi rationem a diversa Ecclesiarum consuetudine fuisse desumptam.

Canonici Regulares cedere locum debent Clericis saecularibus in Processionibus 2187., tenentur ad duas Missas conventuales diebus, in quibus iuxta rubricas dici debent 2189.

Canonici Regulares Lateranenses, quibus indultum est recitare Officia Sanctorum Ecclesiae Lateranensis, celebrantes in propriis Ecclesiis nequeunt dicere *Credo* ratione Reliquiarum, quae in eadem Basilica asservantur, aut in Festo, et Octava S. Ioannis Baptistae 3073. *ad 2.*

Canonici Regulares concionaturi num debeant petere benedictionem ab Episcopo genuflexi 3114. 3126.

Canonici Regulares associantes funus praecedunt aliis Regularibus 3331. *ad 3.*, non autem Collegiatis. *Ibidem ad 4.*

Canonici Regulares Ordinariis subiecti, sed utens proprio Calendario, non tenentur recitare Officia de Sanctis Dioecesis 4018.

Cantiones vulgari sermone, licet non prophanas, cantari non convenit in Festivitate SSmi Sacramenti 405. Episcopus eas prohibere potest Regularibus auctoritate Sacrae Congregationis 765., neque eas canere licet inter Missarum solemnias 1129., vel in alia quacumque Ecclesiastica functione 1819., et cantilenae omnes, quae scandalum pariunt, nec fovent devotionem ab Ecclesia eliminandae 2811. *ad 7.*

Cantoris officium est dirigere Chorum, non autem dirigere, et ordinare Processiones 181. Vide etiam 2869. *ad 4.*

Cantores incedere debent in Processione Cotta induti 1620., tenere debent locum Episcopo benevisum, neque ex hoc inferitur praecedentia supra Beneficiatos, aut Capitulum Collegiatae 1670. 1847.; de rigore tamen debent servare locum ad praescriptum Caeremonialis 2386.

2399. *ad 3.*, in Ecclesiis, per quas transit Processio debent intonare Antiphonas ad Legile, non autem in libro substentato per Acolythum 2367.

Cantores, sive Musici nequeunt sub quolibet praetextu sibi praecedentiam usurpare supra Beneficiatos 2879. *ad 1.*, aut in Processionibus incedere cum Clero in habitu laicali. *Ibidem ad 2.*

S. Canuti Officium, licet sit ad libitum, celebrari potest, quamvis ea in hebdomada anticipanda sit Dominica 3. post Epiphaniam, nec alia occurrat dies libera; quo casu Sabbato ante Dominicam Septuagesimae legenda est nona lectio de dicta Dominica cum commemoratione ad Laudes 2966. In Ordine Benedictino, in quo fit de S. Canuto die 20. Februarii, varianda non est dispositio Martyrologii, sed pridie legendum *S. Canuti Regis, et Martyris 7. Idus Ianuarii* 4044. *alia dubia ad 2.*

Cappella Palatii Episcopalis gaudet privilegio; quod in ea celebrari possit Missa etiam absente Episcopo, vel sede vacante, potissimum per Vicarium generalem, et adstantes satisfaciunt praeepto 2103. 2107.

Cappella, in qua asservatur SSmum Sacramentum Feria V. in Coena Domini, nequit obtegi lugubribus pannis 2146.

Cappellae, quae dependent ab Abbate, possunt ab Episcopo visitari, sed iure delegato 3823. *ad 5.*

In Cappella rurali nequit celebrari Missa ante Parochialem, pro qua tamen Episcopus horam destinare debet 3948. *ad 1. et 2.*, potest in ea retineri campana cum campanili. *Ibidem ad 3.*

Cappella publica ea dicitur, quae praeter ingressum in via publica, destinatur tam libero usui Populi, quam Collegii et familiae alicuius commoditati 5215. *ad 3.*

Cappellaniae institutae in Ecclesia Cordubensi a Sixto PP. V. pro cantoribus conferri possunt indifferenter cuicumque perito in arte musicae iuxta commodum et necessitatem Ecclesiae 26.

Cappellani quinam comprehendantur sub verbis illis: *totus Clerus Cathedralis Ecclesiae* 48.

Cappellani Ecclesiae Cathedrali addicti tenentur praestare officia, quae iisdem ex consuetudine incumbunt 158.

Cappellani Pluviali induti debent ministrare Canonico capite detecto 245.

Cappellani praecedentia debetur ex anterioritate

- suscepti Ordinis, non a possessione Cappellanae 269.
- Cappellanus Curatus Cathedralis* ratione Stolae in ducendis funeribus habet praecedentiam supra Collegiatam 385.
- Cappellani Cathedralis* intervenientes funeribus sine Capitulo cedere debent praecedentiam Canonicis Collegiatae, nisi eorum favore adesset consuetudo immemorabilis 657.
- Cappellani, et Sacrista Collegiatae* in funeribus, quibus interest Capitulum, praecedunt Parocho defuncti, quia, cum sint de gremio, nequeunt dividi 2221. *ad 1.*
- Cappellani Collegiatae* interessentes funeri cum, aut sine Stola, loco Archipresbyteri non praecedunt aliis Parochis, quia praecedentia competit Archipresbytero, non autem substitutis 2221. *ad 4.*
- Cappellani, Sacrista, Clerici* addicti servitio Collegiatae tam in Processionibus, quam in funeribus incedere debent sub Cruce Capituli 2420. *ad 1. et 2.* 5174.
- Cappellani, seu Beneficiati* nequeunt recitare exequias occasione mortis Pontificis, Episcopi etc. iam expletas a Capitulo 2559. *ad 1.*, si supplere debent pro Canonico non ipsis debentur eadem honorificentiae. *Ibidem ad 2.*, quoties transeunt ante Altare genuflectere debent. *Ibidem ad 3.*
- Cappellani Saecularibus* unum corpus, ut Collegium, constituentibus praecedentiam competere supra Monachos S. R. C. declarat 883. 1833. 1917.
- Cappellani* deputati ad aliquam Cappellam nequeunt celebrare Missam de eius Titulari sine speciali concessione, licet de eo fieri alicui Religioni indultum fuerit 862. *ad 1.*
- Cappellani* quamvis addicti Ecclesiae, in qua peragenda sunt munia parochialia, nequeunt officium facere super cadaveribus, quod ad Parochum spectat 1891. *ad 2.*
- Cappellani Monialium* celebrare possunt Missas de Sanctis Ordinis etc., sed cum Missali Romano 772. *ad 11.* 3588. *ad 1.* 4501. *ad 12. et 13.*, etiamsi inferioris sit ritus Officio, quod ipsi recitant 3622. *ad 2.* Quod privilegium extenditur ad omnes, qui ex debito tenentur celebrare in Ecclesiis earumdem Monialium 3617. *ad 3.* Hinc iidem Cappellani, alique in iisdem Ecclesiis celebrantes nequeunt legere Missam de Requie, si in iis fiat duplex de non praeepto, vel de aliquo Sancto Ordinis 3617. *ad 4.*, de Privilegio indulto Confessariis, et Cappellanis addictis Monialium Ecclesiae habetur generale decretum 3904.
- Cappellano Monialium* in ducendis cadaveribus in Monialium Ecclesiis tumulandis, non licet erigere Crucem, deferre Stolum, Officium facere 2162. 2191.
- Cappellanus Confraternitatis* non potest reiterare absolutionem iam factam a Parocho in exequiis confratrum 2298. *ad 3.*
- Cappellani, et Collegiales Ecclesiae Valentinae*, qui ex fundatione tenentur qualibet Feria V. recitare horas de Sanctissimo Sacramento cum cantu, in quo septem fere horas insumunt, non eximuntur ab onere Officii currentis 3414.
- Cappellani, et Rectores Ecclesiae Jurispatronatus laicalis* sitae intra fines Parochiae N. possunt Anniversaria, et funebria facere circa cadavera in eadem Ecclesia tumulanda, sine ulla dependentia a Parocho, vel eius interventu, excepto casu, quod defunctus sit eius Paroeciae 3721. *ad 1.*, si Parochus intersit digniori loco sedere debet, Officium dirigere, Stolum deferre, primam canere Antiphonam, Orationes etc.; nec tamen ei, et Vicario Foraneo duplex debetur eleemosina. *Ibidem ad 2.*; possunt independenter a Parocho Missas votivas solemnes celebrare, benedicere Palmas, Candelas, Cineres. *Ibidem ad 3.*, ut etiam celebrare Festivitates solemniore eorum Ecclesiae. *Ibidem ad 4.*; nec potest Parochus in Festo Titulari ad sui libitum Missam solemnem, vel privatam ibi celebrare, nisi annuentibus Rectoribus sive Cappellanis. *Ibidem ad 5.*
- Cappellani* Cappellaniarum erectarum in Cathedrali gravandi non sunt onere inserviendi pro Diacono, et Subdiacono, si huiusmodi onus non est eis impositum a Fundatore 3826.
- Cappellani Societatis Mortis Perusiae* erectae intra limites Parochialis S. Severi, alique Sacerdotes ab Episcopo adprobati, et a confratribus invitati, possunt Sacramentales Confessiones excipere in Ecclesia Societatis sine consensu Parochi, ac possunt Parochum impedire, ne Confessiones audiat in dicta Ecclesia 3911. *ad 1. et 2.*; possunt Missas canere, benedicere, et distribuere Candelas, Palmas, Cineres, excepta benedictione Ovorum, et frugum. *Ibidem ad 8.*; possunt sine Parochi interventu Officium funebre peragere super cadaveribus ibi tumulandis, dummodo tamen defunctus sit de aliena Parochia. *Ibidem ad 4.* Parochus tamen, si defunctus sit de Parochia S. Severi, non tenetur deponere Stolum. *Ibidem ad 5.* Cap-

pellani, praesente Parocho, nequeunt deferre Stolum extra propriam Ecclesiam. *Ibidem ad 6.*; interveniente Parocho nequeunt confratres erigere Crucem. *Ibidem ad 7.*; potest in Ecclesia retineri diu, noctuque SSimum Sacramentum, illudque exponi in forma quadraginta horarum, sive alio modo, sine inter-ventu, et licentia Parochi. *Ibidem ad 8. et 9.* (Intellige vigore Indultorum). Possunt Confratres Processiones ducere per publicas vias, ibique Altaria erigere, ad quae sistat Sacerdos, et Sacramentum deponat, ac benedictionem impertiri, renuentibus Parochis, de licentia, arbitrio, et prudentia Ordinarii. *Ibidem ad 10. 11. et 12.*; nequeunt peragere functiones hebdomadae maioris. *Ibidem ad 13.* Missae nequeunt celebrari ad libitum, sed iuxta arbitrium, et prudentiam Ordinarii quoad horas. *Ibidem ad 14.*; possunt confratres exigere elemosynas, mediante publica quaestuatione, de quibus rationem reddere tenentur Parocho tamquam ab Episcopo deputato. *Ibidem ad 15. et 16.*

Cappellani Metropolitanæ Ecclesiae Ianuen. tenentur excipere, et comitari Episcopum etc., et tam in accessu, quam in recessu genuflectere debent in aula 3997. *ad 1. 2. et 3.*; tenentur ministrare librum, et bugiam Episcopo celebranti, non autem paramenta, nisi deficientibus Acolythis. *Ibidem ad 4.* Harum resolutionum confirmatio 4016.

Cappellanos Monialium Ordinis S. Benedicti Civitatis Patavinae, et Sacerdotes ad earum Ecclesiam confluentes posse celebrare Missam propriam S. Benedicti non solum in die Festo, sed etiam per subsequentes dies alias non impeditos infra Octavam cum Missali Monastico S. R. C. respondit 5154.

Cappellani Confraternitatum nequeunt deferre Stolum, nisi in propriis Ecclesiis 4182.

Cappellani Ecclesiae Cathedralis haud decet, ut in publicis supplicationibus, sive in defunctorum associationibus procedant absque interessentia Capituli almutias in brachiis deferentes. Quod si interveniant in funeribus sine Capitulo, cedere debent praecedentiam Presbyteris de Clero Ecclesiae tumulantis 4329.

Cappellano Societatis de Consortio erectae in Ecclesia Collegiata Terrae Massae Fiscaiae Cervien. Dioecesis licet deferre Stolum in omnibus functionibus solitis, et ad ipsam societatem specialiter spectantibus, etiam in transitu per Ecclesiam. Quo vero ad associationem cada-

verum tenetur incedere cum Societate, adhibita Stola extra Ecclesiam tantum 4460.

Cappellani Monialium, qui in earum Ecclesiis Missas celebrant iuxta earum ritum, nequeunt se iisdem conformare quoad Officium 4464. *ad 3.*

Cappellani Monialium non tenentur ad applicationem Missae pro populo 4986. *ad 4.*

Cappellani addicti Paroeciae et degentes in aliqua Ecclesia Paroeciae subiecta, ut in ea Sacramenta administrent, nequeunt recitare Officium Titularis suae respectivae Ecclesiae 5050. *ad 4.*

Cappellani Maioris Ecclesiae Nullius Altamurae quae conveniant 5167.

Cappellani thurificandi sunt ante Clericos 5177. *ad 3.*

Capitula debent ad publicas Processiones accedere 86.

Capitulum S. Petri in Vaticano cum Capitulis S. Mariae Transtiberim et S. Laurentii in Damaso Urbis praescribitur quid servandum quoad salutationes exhibendas in ingressu Processionis ad Basilicam S. Petri 307.

Capitulum Cathedralis in ducendis funeribus praecedentia debetur supra Parochum 164. 210. 223. 224. 442. 850. *ad 1.* 1063. 1098. 3093. *ad 1.*, dummodo intersit cum propria Cruce 1269. 1415., nec alia est elevanda Crux, praeter illam Cathedralis 850. *ad 2.* 2576. *ad 1.*; quae competunt etiam Capitulo Collegiatae, dummodo vel a Parocho, vel ab haeredibus defuncti sit invitatum 4965. *ad 2. 3. et 4.* Parocho tamen defuncti, etiam adstante Capitulo, licet deferre Stolum 850. *ad 3.* 2576. *ad 3.* 3093. *ad 3.*

Capitulum, et Clero non licet Officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium 569.

Capitulum Cathedralis praecedentia debetur in Ecclesiis Collegiatis 1153. Ita etiam, et semper supra Magistratum 1849. 3545. *ad 1.*

Capitulum, et Canonici Ecclesiae Cathedralis associantes funus nequeunt prohiberi ab ingressu Ecclesiae Regularium cum Cruce elevata 1290. 2482. *Capitulum Cathedralis* vocato ad funus, et interveniente, tam Parochus, quam Regulares, aliique omnes, debent ad Cathedralem accedere, etsi defunctus sepeliendus sit in propria Parochia, vel in Ecclesia Regularium. Ius tamen faciendi functiones supra cadaver spectat ad Parochum 2525. 2546.

Capitulum non vocatum ad funus, non debet ad illud accedere 1328.

- Capitulum*, sede vacante, nequit propria auctoritate novum aliquem ritum inducere 1423. *ad 2.*
- Capitulum* nequit admittere ad distributionem Canonieum interessentem in habitu Protonotarii 2192.
- Capitulum* facere tempore Divinorum Officiorum non licet 32. *ad 4.* 147. *ad 1.* 180. 742. 923. *ad 10.* 1332. 2856. *ad 5.*
- Capitulum Cathedralis* licet, absente Episcopo, Processiones ducere per omnes vias, quin necessaria sit licentia Superiorum Ecclesiarum, per quarum fines transit Processio 1154. Ei semper praecedentia debetur, ac propterea etiam Capitulum repraesentantibus, ut sunt tres, quatuorque Canonici de ordine Capituli incedentes sub Cruce capitulari 1162. 1227.
- Capitulum Cathedralis* nequit in aliquo casu mutare locum Chori sine licentia Episcopi 3103. *ad 5.*
- Capitulum, et Clero Cathedralis Gravinens. S. R. C.* respondit, non licere asportare ad eorum Ecclesiam cadavera Clericorum in civitate decedentium, licet alibi elegerint sepulturam, atque in eadem Cathedrali funus peragere, et postea consignare Ecclesiae tumulanti cum retentione partis cereae ad funus adhibitae 3533.
- Capitulum, Canonici, et Clerici* cogi possunt ad interessendum Cappellae, et functionibus ab immemorabili fieri solitis in Ecclesia extra Cathedrali occasione Festivitatibus praecipui Civitatis Patroni 2253.
- Capitulum Collegiatae unito Capitulum Cathedralis* cum communicatione privilegiorum non suffragatur huiusmodi communicatio, nisi ambo simul procedant 2445.
- Capitulum Collegiatae* non tenetur subministrare Capitulum Cathedralis ad Collegiatam accedenti alios libros, praeter Breviarium 1306.
- Capitulum Collegiatae* interessi potest publicis Processionibus, etsi non invitatum 2225. *ad 1.*
- Capituli convocatio* pertinet ad digniorem 2869. *ad 1.*, prout etiam ad eum pertinet retinere alteram ex clavibus capsulae, in qua asservatur sigillum Capituli: alteram retinere debet electus a Capitulo. *Ibidem ad 2.*
- Capitulum loci* non est necessario invitandum ad omnes functiones Communitatis, dummodo non invitentur extranei 3470. *ad 2.*
- Capitulum Collegiatae* interessenti eum Archipresbytero praecedentiam deberi super aliam Collegiatam S. R. C. respondit in casu particulari 3515.
- Capitulum Cathedralis* privative competit peragere solemnes exequias cum quinque absolutionibus, occasione funerum Episcoporum, Principum etc. 3980. *ad 4.*
- Capitulum* convenit adesse concionibus in scamno intra Presbyterium; ideo S. C. iussit transferri pulpitem sumptibus Communitatis in loco commodo Capitulo 3992. *ad 3.*
- Capitulum Cathedralis* vocato ad funus competit dirigere Processionem funebrem ad Ecclesiam tumulantem 4132. *ad 1.*; quae tamen fieri debet per viam breviorum, dummodo commoda sit, et decens. *Ibidem ad 2.*, omnes tenentur ad Cathedrali accedere, dein ad domum defuncti. *Ibidem ad 3.* Capitulo assistente Missae, praesente corpore in Ecclesia parochiali tumulante, competit digniori praeintonare Introitum Missae, non autem Parocho Ecclesiae tumulantis. *Ibidem ad 4.*, (quoad hoc dubium postea S. C. recessit a decis. *Ibidem*). Processionibus, quae fiunt per Capitulum tenentur interesse Cleri Parochiarum civitatis. *Ibidem ad 5.*
- Capitulum Cathedralis Amerinae* interveniente ad funus, servandum est solitum, ut functio funebris peragatur ab aliquo ex eiusdem Canoniceis, non a Parocho defuncti, qui, alique Parochi interessentes nequeunt deferre Stulam 4315. *ad 3. 4. et 5.*
- Capitulum Cathedralis Bovensis* servitium Chorale imminuit, attenta Ecclesiae humiditate, et Praebendarum tenuitate 4816.
- Capitulum Cathedralis Atrien.* ob aeris inclementiam conceditur indultum legendi Laudes in nocte Nativitatis Domini, et celebrandi secundam Missam post solis ortum 4829.
- Capitulum Cathedralis S. Marci et Bisinianen* abusus in Divinis Officiis tollendi declarantur 4835.
- Capitulum Cathedrali Derthonensis* servitium Chori immutatur 4924.
- Capitulum Civitatis Cerinoliensis* datur facultas vel sequendi Calendarium Ecclesiae Lateranensis iuxta antiquum Indultum, vel sequendi Calendarium Dioecesis 4955.
- Capitulum S. Mariae Civitatis Augustae* in Dioecesi Syracusana nulla competit praecedentia supra Paroeciam S. Sebastiani eiusdem Civitatis 4965. *ad 1.*
- Capitulum Cathedralis Sancti Petri, et Capitulum Collegiatae Sanctae Mariae de Platea* in Civitate Fundana contententibus super iure deferendi Insignia, et praestandi obsequia praescribitur servandum Decretum editum anno 1921. 5184.

Cappa Magna adhibenda est a Vigilia Festi omnium Sanctorum usque ad Sabbatum Sanctum: reliquo anni tempore utendum est Superpelliceo supra Rochetum 2855., nequit deferri extensa vel in adoratione Crucis Fer. VI. in Parasceve, vel alio tempore 3544. ad 3., ubi tamen mos viget, potest solvi, et relaxari tantum in adoratione Crucis 4178. ad 1., sed non licet adhibere Clericos, qui elevent extremitates 3597. ad 4.

Cappae, seu Pluvialia iuxta solitum in Ecclesia Burgen. ministrari debent Canonicis a Cappellanis, capite detecto 245.

Capuccini erigere possunt propriam Crucem, sub qua incedant in publicis Processionibus, dummodo tamen teneant locum iuxta praescriptum Bullae Gregorii XIII. 522. 556. 925. 1116., cedere debent locum digniorem iis Regularibus, qui sub propria Cruce, et in proprio loco incedebant in Processionibus, priusquam ipsi propriam Crucem deferrent 570. 600. 1093.

Capuccinis Provinciae Leodiensis, sequentibus Ritu Romano, non licet se conformare peculiaribus consuetudinibus Ecclesiae Leodiensis 3749.

Capuccinis licet induere simulacrum S. Antonii, eiusque Imagines pingere, ac retinere in locis publicis, et privatis cum habitu Capuccino; minime tamen licet iisdem vel subtus Imaginem S. Francisci inscribere eam esse verioformam habitus: ei siquae sunt inscriptiones huiusmodi, delendae, et in posterum prohibendae 3761.

Caput repertum in effodiendis lapidibus cum apposita Epigraphe graeca, quod alicuius Sanctae putabatur, quum nihil certi colligi posset ex inscriptione, et documentis, reponendum esse in Caemeterio, absque ulla veneratione, S. R. C. respondit 716.

Cardinalis Legatus utrum a Canonicis excipiendus sit, et associandus? 1758.

Cardinales Diaconi in suis Diaconiis solemnibus assistentes possunt Populo benedicere, dummodo Celebrans non sit Episcopus 2455.

Cardinalis Legatus aliquam ingrediens Ecclesiam debet Aspersionem recipere a digniore eiusdem 946.

Cardinali ex Ordine Diaconorum, nondum in Sacris constitutus potest delegari ad aperitionem Portae Sanctae 1614.

Carmelitae nequeunt in fine Missae, vel cum Ven. Sacramento triplicem benedictionem impertiri 3390.

Carmelitis Imolae licet induere Sacras Vestes in Processione extra claustra, et ambitum Ecclesiae infra Octavam Corporis Christi (excipiuntur laici) 4158. ad 1., ac ingredi Ecclesiam Monialium de consensu Episcopi, ibique unam benedictionem Monialibus impertiri. *Ibidem* ad 2. Populo vero, expleta Processione, in eorum Ecclesia. *Ibidem*.

Carmelitae in Polonia tenentur ad Officium S. Stanislai Mart. Patroni totius Regni sub rit. dup. mai. 1. class. (aequivalent dup. 1. class.) nec eis licet servare ritum inferiorem 4269. ad 1., et ad Officium proprium prout recitatur ab aliis. *Ibidem* ad 2., tenentur se conformare cum aliis quoad Officium S. Ioachini, quod in Regno Poloniae concessum est recitari Dominica non infra, sed post Octavam Assumptionis. *Ibidem* ad 3.

Carmelitae comprehenduntur in Decreto, quod vetat celebrari Missas privatas post solemnem, et administrari Eucharistiam in nocte Nativitatis Domini, quin prosit consuetudo, etsi immemorabilis, contraria, saltem quoad Moniales, et Religiosos Clericos, et Laicos 4401. ad 7. et 8., possunt suum servare ritum se prosternendi ad terram in Missa solemnibus post elevationem Calicis usque ad Orationem Dominicam. *Ibidem* ad 9. et 10., nequeunt continuare tempore Quadragesimae, et Adventus recitationem Officii votivi eis indulti semel in hebdomada, licet bona fide illud in praeteritum recitaverint, putantes indultum sine ulla limitatione. *Ibidem* ad 12. 13. 14. 15. et 16.

Carmelitis Culceatis denegatur facultas recitandi quater in anno Officium SS. Nominis B. M. V. nec non legendi Praefationem propriam S. Eliae Prophetae 4901.

Cathedrali Ecclesiae adscripti sive sint Canonici, sive Clerici etc., debent incedere sub Cruce eiusdem Cathedralis; neque ex hoc inferuntur praedictum Canonicis Ecclesiae Collegiatae, qui distinctum corpus efficiunt 418. Vide etiam num. 5174.

In Cathedrali nullatenus omitti debent Officium mortuorum, Psalmi graduales, et poenitentiales in diebus praescriptis, non obstante immemorabili 2749. ad 2.

In Cathedrali cantandae omnino sunt Missae a Rubricis praescriptae, et reprobatum usum unam

- cantandi, alteram legendi; reservatur tamen ius probandi antiquam consuetudinem 4233. *ad 1.*, reprobatur consuetudo non adhibendi incensum in Missa conventuali. *Ibidem ad 3.*
- Cathedralis Conimbricensis* peculiare quasdam consuetudines retineri posse S. R. C. respondit 4233. *ad 9. 10. 11. 12. 13. et 14.*
- Cathedrali Patavinae* confirmatur Indultum, ut aliqua Officia ritus simplicis occurrentia in duplicibus primae classis cum Octava transferantur ad primas dies liberae 5000. *ad 1.*
- In *Cathedralibus* plures Missae horis statutis iuxta Rubricam cantari debent 5121. *ad 4.*
- Caudatariis Cardinalium* conceditur, ut valeant uti subtanis violacei coloris 390., eis non debentur quaedam suppellectilia de Cappellis Cardinalium in horum decessu 870.
- Caudatarius Archiepiscopi* Sacris amicti debet indui Cotta, et dum ille Cappam defert, Caudatarius utatur veste violacea. Idem de Crucifero 2029. *ad 2.*
- Caudatarius Episcopi*, licet non sit de gremio Capituli, potest eidem inservire in Choro in habitu Caudatarii 3551. *ad 17.*, si sit de gremio, et assistens Episcopo non utatur habitu choralis, nequit cantare Lectiones. *Ibid. ad 23.*
- Celebrans Vesperas* solemnes retinere debet Pluviale a principio usque ad finem 73.
- Celebrans Officium* in sacris paramentis praecedat omnes, et etiam primam Dignitatem: si non est paratus, servetur Ecclesiae consuetudo 417.
- Celebrans* (absente Episcopo) thurificandus triplici ductu, Dignitates, et Canonici duplici 518.
- Celebrans* coram Episcopo in Dominica Palmarum legere debet Passionem in cornu Epistolae, Evangelium in cornu Evangelii 879. *ad 3.*
- Celebrans* coram Episcopo thurificandus ad formam Caeremonialis 1064.
- Celebrans*, sed non Episcopus thurificandus est post Evangelium, dum Episcopus assistit cum Cappa 2241. *ad 8.*
- Celebrans*, quando Episcopus Missae assistit, quomodo se gerere debet ad confessionem faciendam cum Episcopo? 2241. *ad 7.*
- Celebrans* in Missa solemnibus, et sedens ad *Gloria*, et *Credo*, dum inclinandum est, caput etiam detegere debet; prout quoque, detecto capite, debet ad sedendum pergere, et regredi ad Altare 2776. *ad 1.*
- Celebrans aspergens Populum* aqua benedicta, debet id agere ad formam Ritualis 2345. *ad 13.*
- Celebrans* debet benedicere Candelas, Palmas, Cineres 1448. *ad 7.*
- Celebrans* solemniter die Dominico, etiamsi sit prima Dignitas debet Chorum aspergere 1856.
- Celebrantes* sedere debent in loco pro eis parato a latere Epistolae 687. *ad 2.*, in scamno, non in sede coracea 2338.
- Celebrantes* in Cathedrali, vel Canonici sint, vel ordinis inferioris, si celebrent ex obligatione, stare debent horis ab Episcopo determinatis, vel ab alio eiusdem vices fungente 1494. *ad 1.*
- Celebrantes* parati dum transeunt ante Episcopum, debent eum salutare, detecto capite 2503. *ad 1.*
- Celebrantes* in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum possunt applicare Sacrificium ad libitum 2241. *ad 9.*
- Celebranti* solemniter licere uti Assistente Pluviali induto, attenta consuetudine, S. R. C. respondit in casu particulari 2630. *ad 1.*
- Celebranti* solemniter non licet teneri facere Pyxidem a Diacono, et a Subdiacono Patenam, dum Communionem ministrant 2791. *ad 2.*
- Celebrans*, praesente Episcopo, et accedens ad Altare, in quo expositum est Ven. Sacramentum, eundo salutabit Episcopum profunda capitis inclinatione; deinde genuflectat SSmo, et procedat in Missa; in redeundo prius genuflectat, deinde salutet Episcopum 3551. *ad 1.*, in Processione SSmi Corporis Christi, ac aliis, non debet se Episcopo inclinare, priusquam Orationem recitet. *Ibidem ad 2.*, recitans in Collecta nomen Episcopi praesentis, non debet se ad eum inclinare, sed tantum versus librum. *Ibidem ad 3.* Missam continuare nequit, nisi postquam Episcopus osculatus fuerit Evangelium ei deferendum a Diacono, etsi eius sedes aliquantulum distet. *Ibidem ad 4.*
- Celebrantes* in alienis Ecclesiis, vel hae saeculares sint, vel regulares, conformare quoad Missam se debent Ecclesiae, in qua celebrant, quando Festum solemne est, et cum populi concursu, etiamsi diversum Officium recitaverint 3586. *ad 1. et 2.* Celebrantes in die Dominico in aliqua Ecclesia, in qua fit de Dominica, sed adhibetur diversus color ratione alicuius Octavae, huic coloris possunt se conformare. *Ibidem ad 3.*, ut etiam quoad orationem Octavae. *Ibidem ad 4.*
- Celebrans*, et Ministri sedent tecto capite, dum Episcopus distribuit Palmas, Cineres, Candelas etc. 3786. *ad 2.*

Celebrans et *Ministri*, quae ex parte ante *Missam* exire, et post *Missam* redire debent si *Sacristia* post *Altare* sita est? 5208. ad 17.

Celebrans *Feria VI.* in *Parasceve*, praesente *Episcopo*, nequit accedere ad adorandam *Crucem*, nisi post *Episcopum*. *Contraria* consuetudo *Caeremoniali* opposita ut *abusus* damnanda 3906.

Celebrantes in *Ecclesia*, ubi fit de *Sancto Martyre*, non possunt conformari quoad *colorem*, si velint celebrare de *Sancto Confessore*, de quo ipsi ea die recitant *Officium* 4181. ad 13.

Cereus Paschalis quibus diebus accendi debeat? 351. ad 13.

Cereus Paschalis in die *Ascensionis Domini* extingui debet ad *Evangelium* *Missae* *solemnis*, non autem post *Nonam*, et *Rubrica* est amussim servanda 4414. ad 3.

Cereum minoris moduli licet adhiberi in *Sabbato* *Sancto* ad *Praeconium* pro commoditate *Celebrantis*, aliumque maioris ponderis *benedictum* accendi in die *Sancto Paschae*, et toto tempore *Paschali* 4235. ad 9.

Cereus Paschalis poni debet super *distincto* *Candelabro*, et non super *Cornucopio* 5012. ad 2.

Chorales in *Missam* *solemni* bini et bini recitantes *Symbolum* genuflectere debent quando *Celebrans* et *Ministri* genuflectunt 5208. ad 2.

Choristae duo deambulantes per *Chorum* cum argenteis baculis, quorum unus annuntiat *Celebranti* *Hymnum Angelicum*, reprobantur 2345. ad 11.

Chorus noviter construendus in *Ecclesia* *Visen.* iuxta formam a *S. R. C.* probandam 70.

Chorus universus ad *Primam*, et *Completorium* dicere debet *Confiteor*, et *Misereatur* 351. ad 16.

Chori directio exigenda est ad formam, et dispositionem iuris communis 1511., alteri non est committenda in praeiudicium illius, cui competit, etiamsi *Chorus* non recte gubernetur, inconsulta *Sede Apostolica* 761. 776., pertinet ad primam *Dignitatem*, ubi alter non sit, cui privative hoc munus incumbat 1749., eo impedito, cui competit, spectat *directio* ad digniorem de *Choro*, non autem ad *Vicarium generalem* 1635., servanda tamen est *Ecclesiae* consuetudo, si haec sit diversa 2237. ad 1. Quid in deputandis ministris pro cantanda *Pasione*, in distributione *Lectionum* etc.? 2382., nequit *Episcopus* deputare censores pro dire-

ctione *Chori*, quia hoc spectat ad primam *Dignitatem* 3021.

Choro addicti num assurgere, vel caput inclinare debeant, dum quis *Chorum* ingreditur? 2234.

Chori ingressus nequit differri dato ultimo signo ad effectum expectandi aliquem, qui diu moratur 3017.

Chori sedilia quomodo sint disponenda pro *Canonicis* paratis, et pro *Vicario*, dum *Episcopus* sedet in *Cathedra* sita a latere *Evangelii* 3238.

Chori directio ad quem spectet 4004. ad 1. et 2.

Chorus thurificandus est in *Missam* *solemni*, etiamsi existat in loco superiori, et ab *Altari* remoto, dummodo existat intra ambitum, et aream *Ecclesiae*, non autem si in loco, ad quem nequeat accedi, nisi exeundo ab *Ecclesia* 4395. ad 22., etiam quando *Missam* cantatur in *Altari laterali*; quod est intelligendum etiam pro osculo pacis 5183. ad 28.

Chori disciplina quae servanda circa ordinem standi, sedendi, et genuflectendi 4678. ad 1.

Chorus seu *stalla* pro *Canonicis* non debent cooperiri cortinis sericeis in diebus *solemnioribus* 4734.

Chorus sedere debet dum a *Celebrante* legitur *Ÿ. Communio* 5102. ad 5.

Chrismatis benedictio, quae fieri debet *Feria V.* in *Coena Domini*, urgentissimis de causis permittitur, ut fiat *Feria II.* vel alia ante *V.* maioris *Hebdomadae*, *Episcopo* *Ramatensi* *Vicario Apostolico* in *Auglia* 4325.

Cineres *Feria IV.* in capite *ieiunii* debent esse aridi 197. ad 6., distribui debent a *Celebrante* 1131., haud licet discurrere per domos habitantium ad hos *Cineres* aspergendos 2441.

Cineres imponere *Capiti* *Episcopi* pertinet ad *Dignitatem*, sive *Canonicum*, qui ea die celebrat, non autem ad digniorem de *Capitulo*; secus dicendum de *Palma* in *Dominica* *Palmarum*, cum id spectet ad primam *Dignitatem*, iuxta *Caeremonialis* praescriptum 483. 687. ad 5.

Cingulo lineo congruentius utendum est in *Sacrificio* *Missae*, quam serico 3575. ad 7.

Cistercienses possunt celebrare *Octavam S. Scholasticae* privilegiatam cum *Lectionibus* propriis adprobatis, licet in eorum *Calendario* numquam notata fuerit. Item uti privilegio recitandi *Officia votiva* semel in mense eiusdem

S. Scholasticae, et semel in hebdomada S. Benedicti: ut etiam Lectiones proprias quoad Officia plurium Sanctorum iisdem concessas, licet id numquam fuerit in Calendario notatum 4471. *ad 1. 2. et 3.*, in Monasteriis, in quibus non sit de Dedicatione propriae Ecclesiae recitari debet Officium Dedicationis Cathedralis sub rit. dup. 2. class., etiamsi Monasteria sita sint extra Civitatem. *Ibidem ad 4.*, recitandum ab eis est Officium S. Ioannis Nepomuceni prima die non impedita, etiamsi illud numquam recitaverint. *Ibidem ad 5.*, eis conceditur translatio Festi Dedicationis Ecclesiae ad Aquas Salvias, quae cadit Feria V. post Dominicam Passionis, ad diem 6. Septembris, vel 21. Octobris, ut habere possit Octavam. *Ibidem ad 6.*, nec non translatio quorundam Officiorum, quae sunt ab aliis perpetuo impedita. *Ibidem ad 7. et 8.*

Civitates, et Oppida, quae proprium habent peculiarem Patronum, de hoc tantum agere tenentur Festum 4207.

S. Clarae Officium V. Officium.

Clavis capsulae, in qua reconditur SSimum Sacramentum Feria V. in Coena Domini, non est tradenda Gubernatori, aut alteri Laico cuiusque status, et conditionis, aut Priori Confraternitatis, sed tradi debet Canonico in crastinum celebraturo 420. 987. 1048. 1412. 2257. 4007. 4069. 4179. 4918. *ad 1.* 4923. 4986. *ad 4.*, nec valet regionum consuetudo 2434. 5029. Quae sane prohibitio afficit tam Saeculares, quam Regulares quovis modo ab Episcopi iurisdictione exemptos 940., ac etiam intelligenda de altera ex clavibus, quae prius, dum aderat, tradi Inquisitori S. Officii consueverat 720.

Claves capsulae, in qua asservatur sigillum Capituli, a quo, vel a quibus retinendae? 2869. *ad 2.*

Clausuram Regularium occasione Processionis vetitum est Mulieribus ingredi 816. 904. 912. 1033. 1215. 2430. 2784. 2836. *ad 4.* Privilegia vero in contrarium concessa revocantur 920.

Clerici saeculares praecedere debent regulares 14.

Clerico coniugato num liceat intonare Antiphonas, legere Capitula etc. 20.

Clerico extero in Romano Seminario commoranti

mandatur, ut recitet Officium Romano more 97.

Clerici parati praecedentiam habent supra Beneficiatos in thurificatione 148.

Clerici Seminarii praecedentiam habent supra alios Clericos in Minoribus constitutos 580. 1038. 4667. 4925.

Clerici Cotta induti aliis praeferendi nullo choralis indumento amictis 2085.

Clerici Cathedrali adscripti, qui non tenentur ad Chorum, ita etiam Clerici tam Saeculares, quam Regulares Dioecesis non obligantur ad Officia votiva, quae recitantur in Choro 167. *ad 1. et 2.*, qui sunt de gremio, et praefata Officia recitant, sed extra Civitatem, et Dioecesim degunt, deest, ut in iis recitandis perseverent. *Ibidem ad 3.*, possunt tamen qui non tenentur, se conformare Ecclesiae Cathedrali, si ab ea fructus percipiant. *Ibidem ad 4.*, qui ad Chorum tenentur, debent in privata recitatione recitare Officium, prout fit in Choro. *Ibidem ad 5.*, nulla gaudentes in Cathedrali Praebenda, neque peculiari servitio illius Choro addicti, nequeunt se conformare cum eadem Cathedrali in recitatione Officiorum 3177.

Clerici funeribus interessentes praeferendi sunt Sodalitatibus laicorum 227. *ad 6.*

Clerici in Sacris constituti praeferendi sunt aliis, qui posteriores sunt quoad Ordines maiores, etsi anteriores quoad Ordines minores 320.

Clerici, ubi non adsunt Beneficiati, aliive Presbyteri, possunt in Vesperis sumere Pluvialia, ut assistant Canonico celebranti 374. *ad 8.*

Clerici Regulares ministrantes Infirmis, Eorum Constitutio singularis 1428.

Clerici tantum, qui aliquod Beneficium possident in Matrice, possunt se conformare cum eadem in recitatione Officii Divini 3227.

Clerici Seminarii incedere debent immediate post Crucem Capitularem 3673. 3685. 4615. Vide *subiectam adnotationem*.

Clerici tertiarum saecularum professi tertii Ordinis S. Francisci de Poenitentia nequeunt recitare horas canonicas iuxta Breviarium trium Ordinum S. Francisci, nisi habeant speciale privilegium 3774. *ad 5.* 3792.

Clerici, qui non sunt addicti alicui Ecclesiae tenentur satisfacere Praecepto Paschali in propria Parochia 3957. *ad 13.*

Clerici saeculares, qui non sunt Choro adstricti, recitare possunt Officia de Sanctis Ordinis Carmelitani, si sint eiusdem Ordinis Tertiarum

4176. *ad 6.*, item Clerici saeculares professi in Militari Ordine D. N. I. C. possunt recitare de Sanctis, de quibus recitant eiusdem Ordinis Claustrales. *Ibidem ad 7.*
- Clerici* adscripti alicui Ecclesiae, non tamen Choro addicti, non tenentur ad Officia propria, quae in Choro dicuntur 4227. *ad 4.*
- Clerici Seminarii* sedentes in Choro, praesente, vel absente Episcopo, nequeunt uti pileolo 4235. *ad 12.*
- Clericis Beneficiatis Ecclesiae Lateranensis* tam in servitio Altaris, quam in functionibus Chori competit supplere vices Beneficiatorum, non autem Cappellanis, quibus tamen reservatur ius praecantonandi Antiphonas 4289.
- Clericus* nequit implere in sua hebdomada munus Hebdomadarii, vertendo versum *Dominus vobiscum* in alterum *Domine exaudi Orationem meam*: sed huiusmodi Officium explendum est ab altero ex Sacerdotibus in Choro existentibus 4421. *ad 6.*
- Clerici regulares S. Pauli*, obtinentes in Civitate Cherii Ecclesiam non consecratam, nequeunt recitare Dedicationis Officium 4463. *ad 1.*, nec possunt recitare illud Dedicationis Ecclesiae principalis loci. *Ibidem ad 2.*, nulla obligatione tenentur ad Officium Dedicationis Metropolitanae: quod si retinere voluerint consuetudinem istud celebrandi, poterunt sub consueto ritu a dup. secundae class. ad dup. min. *Ibidem ad 3.*
- Clerici Seminarii* ad Officii recitationem obligati, quae Officia recitare debent 4746. *ad 10.*
- Clericis regularibus Matris Dei Lucae* degentibus, qui celebrant festum Sacri Cordis B.M.V. Dominica V. post Pentecosten, prohibetur, ut in propria Ecclesia canant Missam solemnem eiusdem festi, quando in dicta Dominica incidit festum Patroni, vel Ss. Apostolorum Petri et Pauli 4775.
- Clerici regulares Scholarum Piarum* in Dioecesi Florentina nequeunt recitare Officium votivum SS. Nominis Mariae in Adventu, Quadragesima, et Sabbatis quatuor Temporum 5009. *ad 2.*, cessante pro iisdem Octava Nativitatis B. M. V. in Sabbato ob festum SS. Nominis Mariae potiori ritu cum Octava celebranda, in die octava Nativitatis admittendum est Officium translatum. *Ibidem ad 3.*
- Clericus* prima Tonsura initiatus potest in casu necessitatis inservire Missae solemni supplendo vicibus Subdiaconi 5126.
- Clericis regularibus S. Pauli* in Civitate Ianuensi permittitur, ut in nocte Nativitatis Domini post Matutini recitationem Missa cum cantu celebretur in Sacello Domus Probationis 5139.
- Clerici regulares S. Pauli* se conformare debent Calendario Dioecetano, quando aliquod Officium pridem Congregationi concessum, postea fuit indultum Dioecesi, sed alia die 5230. *ad 1.*, quamvis eodem quidem die, sed sub alio ritu, et cum Officio proprio, dummodo in concessione Officii proprii facta Dioecesi Regulares explicitè non excludantur. *Ibidem ad 2. et 3.*, ubi plures sunt Patroni celebrare tenentur omnes Octavas eorumdem. *Ibidem ad 4.*, in die Octava Ascensionis celebrare possunt Romae festum B. M. V. titulo Auxilii Christianorum sub ritu dup. 2. class. cum commemoratione Octavae. *Ibidem ad 5.*
- Clerus Cathedralis*: qui sub hoc nomine comprehendantur? 48.
- Clerus* incedens in Processionibus sub unica Cruce, ordinatim procedat, ita ut quisque teneat proprium locum; digniori relicto Ecclesiae, quae Crucem elevat 969.
- Clerus saecularis*, qui sub propria Cruce Pallio pensili more Regularium suffulta incedere consuevit, nuda Cruce uti nequaquam potest, sed Pallium praedictum coloris convenientis adhibere debet 2061. 2163.
- Clero saeculari* non licet Missas, et Officium defunctorum recitare in aliena Regularium Ecclesia 149.
- Clero saeculari* semper et ubique competit praecedentia supra Regulares 521. 1932. 2383. V. *Regulares.*
- Cleri thurificatio*, exposito super Altari SSmo Sacramento, consueto more est peragenda 2194.
- Clerus Ecclesiarum Suffraganeorum* nequit recitare Officia Sanctorum Calendarii Ecclesiae Metropolitanae 3954.
- Clerus Collegiatarum* convenire debet in Cathedrali, occasione solemnum Processionum generalium 4022. *ad 7.*
- Clerus universus Sublacensis* tenetur ad Officium Dedicationis Ecclesiae Abbatialis, habito tamen discrimine inter Clerum Saecularem, et Regularem, Civitatem, et Dioecesim 4211.
- Clero saeculari Civitatis Bononiae* competit praecedentia super Monachos Cassinenses S. Proculi in Processione SSmi Corporis Christi, quae fieri solet Bononiae infra Octavam eiusdem Festi 4389.
- Clerus Parochiarum Civitatis Barchinonen.* in

diebus S. Marci, et Rogationum non interest Processioni, quae fit cum Capitulo Cathedralis, et Senatu Civitatis tantum; nec propterea tenentur facere Processiones particulares in singulis Parochiis, sed obligationi satisfacit, recitando publice Litanias in Choro post Laudes Officii diei 4442.

Clerus recitans Horas Canonicas ante SS. Sacramentum expositum in Throno, sed velo tectum, sedere potest tecto Capite cum bireto; laudandus tamen si sedeat detecto capite 4469. *ad* 3.

Clerus adscriptus alicui Parochiali non obligatus Choro, nec ibi obtinens Beneficium, et *Clerus* pariter sub eadem Parochia degens, et alteri Ecclesiae non addictus, potest, sed non tenetur recitare Officia particularia eiusdem Parochiae, et satisfacit se in omnibus conformando Calendario Dioecetano 4500. *ad* 16. Quod intelligitur, si consuetudo recitandi a praedicto Clero ea Officia, inducta sit ante Constitutionem S. Pii V., quod si inducta fuerit postea, praefatus *Clerus* nec tenetur, nec potest ea Officia recitare. *Ibidem ad* 17.

Clerus Principatus Carrariensis subiecti Episcopo Massensi, qui loco Superpellicei Rochettum adhibet, non est inquietandus 5072.

Clerus Patriarchalis Basilicae Lateranensis Urbis in suffragiis Sanctorum postponere debet commemorationem Sanctissimi Salvatoris alteri de Cruce quando dicenda est 5176. *ad* 1., in die Octava Dedicationis propriae Ecclesiae Vesperae sunt dimidiandae si cum Officio duplici concurrant. *Ibidem ad* 2., in Missa Conventuali, quae a Beneficiatis cantatur, Ministri Sacri ab benedictionem Celebrantis genuflectere debent, quamvis ceteri in Choro non genuflectant.

Ibidem ad 3., denegatur usus pileoli Beneficiatis, qui Pluviali induti Officio adsistunt.

Ibidem ad 4., servanda est consuetudo ut die 6. Iulii, si in Dominicam incidat, dicatur extra Chorum Missa de festo Pretiosissimi Sanguinis eo quod fiat Cappella Cardinalitia, quae celebrat de Octava Ss. Apostolorum Petri et Pauli. *Ibidem ad* 5., expositio infra Octavam Corporis Christi fieri potest in eodem Saecello, in quo toto anni decursu Sanctissimum Sacramentum adservatur. *Ibidem ad* 6., in Processionibus Sanctissimi Sacramenti Episcopali ordine insigniti nequeunt incedere capite cooperto. *Ibidem ad* 7.

Coadiutor quoad locum in Choro et praecedentiam 40., item in Synodo 95.

Coadiutores eximi nequeunt a servitio Chori vigore statuti, quo facultas fit Capitulo iubilandi senes, et invalidos 306. *ad* 1., non sunt exempti, etiamsi Coadiuti aegrotent, vel Officiis sint occupati, quibus a servitio dispensantur 306. *ad* 2. 325. *ad* 8., Coadiuto praesente, nequit Coadiutor lucrari distributiones quotidianas quacumque ex causa 306. *ad* 4., Coadiutore a residentia impedito, vel absente Coadiutus residere debet 306. *ad* 3., non Coadiutor, sed Canonicus iunior debet supplere vices Hebdomadarii, si is absit. In hoc tamen servanda est Ecclesiae consuetudo 306. *ad* 5., in vim possessionis Coadiutoriae nullam acquirit praecedentiam supra veros Canonicos, qui postea succedunt 325. *ad* 4. 1236., potest tamen frui privilegiis concessis veris Canonicis, veluti optandi Beneficia, et similibus, ad utilitatem tamen, et commoditatem Coadiuti 325. *ad* 5., lucratur distributiones quotidianas, absente Coadiuto, ad huius tamen utilitatem 325. *ad* 6., potest obligari ad onera sui Principalis, non autem ad onera aliorum 325. *ad* 7. 1049. 1340.

Coadiutor, mortuo Coadiuto, capere debet novam possessionem 325. *ad* 1. 517. 1236. 3148., nam vivente Coadiuto non est verus Canonicus, gaudet tamen privilegiis in Coadiutoria expressis 325. *ad* 2., nihilominus est tutus annalis, triennalis, vel decennalis possessor, si per annum, triennium, decennium in possessione continuaverit, etiam non capta formali possessione post obitum Coadiuti 325. *ad* 3.

Coadiutori functiones peragenti pro Coadiuto Canonici tenentur inservire, prout facerent cum Coadiuto 396.

Coadiutor, vivente Coadiuto, non est verus Canonicus, et post eius mortem non praecedit veros Canonicos, qui provisi fuerunt postquam ipse iam Coadiutoris munus exercebat 491.

Coadiutores, quando aliquas functiones faciunt loco Principalem, ut cantare Lectiones etc. illas facere debent in novissimo loco, digniorem relinquendo veris Canonicis; quod pariter intelligendum est de pace, et thurificatione 525. *ad* 1., tenentur celebrare Missas, quas Coadiuti celebrare deberent 525. *ad* 2. 1634., non percipiunt distributiones dari solitas Canonicis, et Praebendatis, dum aliquas Missas celebrant, nisi id faciant pro Coadiutis 525. *ad* 3., punctandus est Coadiutus, si Coadiutor non resideat, ad huius tamen damnum 535. 584. 675., non potest, vivente Coadiuto,

- ascendere supra veros Canonicos postea provisos 577.
- Coadiutor iunior*, qui per mortem Coadiuti adeptus est Canonicatum, praecedit Coadiutori antiquiori, cuius Coadiutus adhuc vivit 679., sed nequit obtinere locum supra illos, qui, durante Coadiutoria, fuerant de Canonicatu provisi, non obstante qualibet contraria consuetudine, possessione, et acquiescentia 730.
- Coadiutor Canonici primae institutionis* cedere locum debet veris Canonicis novae institutionis, etsi in horum fundatione cautum fuerit, ne ullo umquam tempore praecedere possent 828.
- Coadiutor* debet inservire Choro pro suo Coadiuto; si negligat, rependere debet de proprio. Decretum S. Concilii Tridentini cum Decretis S. R. C. conciliatur 1235. *ad 1.*
- Coadiutor*, praesente Coadiuto, non habet personam assistendi Choro 1474. 1475. 1551., permittitur tamen, ut intersit, sed si sedes non sufficiant pro veris Canonicis, ipse discedere debet 1882. 1965. 3011. *ad 1.*, quod si sedes deficiant pro Coadiutoribus, quorum Coadiuti absunt, discedere illi debent, quorum Coadiuti praesentes sunt 2058. Quae Decreta respiciunt tantum servitium Divinum, nec extenduntur ad sessiones capitulares, congregationes etc. 2093. 2922., quod si Coadiutus absit, Coadiutor habere debet suum stallum, lucratur distributiones, et ea omnia peragit, quae peragenda forent a Coadiuto si adesset 3167.
- Coadiutori* non licet in diebus liberis supplere vices Canonici obligati 1488.
- Coadiutor* in Capitulo, praesente Coadiuto, vocem non habet 2161., nec potest passiva suffragia obtinere in electionibus capitularibus 3011. *ad 2.*, ultimum locum obtinet 3148.
- Coadiutori Dignitatis* competunt functiones omnes sui Coadiuti privative quoad alias Dignitates, et Canonicos 4265. *ad 2.*
- Coadiutor Archidiaconi* secundae Dignitatis, impedito Archipresbytero prima Dignitate, facere debet, et exercere functiones, actus, iurisdictiones, quas faceret, et exerceret Coadiutus, si praesens esset, vice Archipresbyteri impediti 501.
- Coadiutor primae Dignitatis* paratus, vel non paratus, ea omnia exercere potest, quae fierent a Coadiuto, si praesens esset 515. 2200.
- Coadiutor Dignitatis* debet occupare locum sui Coadiuti absentis, ac iisdem Insignibus uti, quae illi conveniunt 690. 1168., in Ecclesiis,

- ubi consuetudo est, ut, prima Dignitate absente, quae succedit occupet primum stallum, Coadiutor in exercendis functionibus debet sedere in secundo 965. 2933., in obviandis muneribus sui Coadiuti praefendus Dignitatibus inferioribus, in aliis actibus posthabendus 1820. 1904. 2200. 2261., etiam in sessionibus post Dignitates, ante Canonicos 1841. Verum re maturius discussa S. R. C. respondit: Coadiutores Dignitatum, praesentibus Coadiutis, sedere debere post omnes Canonicos 2871. Alias respondit: Coadiutorem Archidiaconi, tam praesente, quam absente Coadiuto, sedere debere post omnes Dignitates, ante omnes Canonicos 4265. *ad 1.* (Nec mirum est, si apparet aliqua contradictio in praefatis Decretis occurrat, quia, ut plurimum, in hisce, ac similibus controversiis decidendi ratio desumpta est ex consuetudinibus Ecclesiarum quoad rem, quae variationem iuxta circumstantias non respuit).
- Coadiutor Dignitatis* nequit se ingerere in executione Literarum Apostolicarum, quae diriguntur suo Coadiuto 770. *ad 1.*
- Coadiutor Dignitatis*, ad quem spectat Candelas benedicere, absente Episcopo vel impedito, et huic Candelam tradere, dum praesens est, debet utrumque peragere, dummodo tamen ipse Missam celebret, alias non 770. *ad 2.*, quatenus assistat Episcopo, vel solemniter celebret, ei competit praeceminentia tam in thurificatione, quam in Communionem solemnem Feria V. in Coena Domini, et adorationem Crucis Feria VI. in Parasceve. *Ibidem ad 3.*
- Coadiutori Dignitatis* etiam quoad locum omnia competunt, quae competere Coadiuto 794. *ad 1.* 921., quod tamen non est ita accipiendum, ut pro regula generali habeatur, imo potius militat in casibus particularibus, in quibus aut Dignitas unica est, aut quae prima est, non solum sede, sed etiam Insigniis distinguitur. Idecirco quoad Coadiutorem Poenitentiarum S. R. C. respondit, eundem sedere debere in stallo sui Coadiuti, si hic habet stallum fixum 1280., atque ita intelligendum alterum Decretum, scilicet, quod Coadiutor Dignitatis occupet sedem sui Coadiuti, Coadiutor Canonici ultimum stallum 1235. *ad 2.*, et casus apte distinguitur altero responso scilicet, Coadiutorem Dignitatis debere occupare sedem sui Coadiuti, si Dignitates habent locum fixum, et assignatum, nec gradatim ascendunt 2426., quo in casu si Coadiutor primae Digni-

tatis velit interesse Choro, praesente Coadiuto, debet sedere post omnes Dignitates supra Canonicos, dummodo supersint subsellia pro veris Canonicis 1974. 2141. 2161. 2183. 2295. 4945. 4967. Ceterum ubi sedes fixa non est, nec Dignitas diversis Insigniis distinguitur, de regula est, ut Coadiutores primarum Dignitatum sedere debeant post ultimam 2387. 2409., et ubi Praebendae omnes Presbyterales sunt, etiam Coadiutor primae Dignitatis debet sedere post ultimam 1522.

Coadiutor Dignitatis potest iuari beneficio regulae de annali, et triennali, si tale tempus impletum sit post admissionem ad Coadiutoriam 794. *ad 2.*, nequit quidquam exercere invito Coadiuto. *Ibidem ad 3.*, vocem non habet in Capitulo, nisi secus expressum sit in Bullis Coadiutoriae. *Ibidem ad 4.*

Coadiutor Archipresbyteri primae Dignitatis, hac absente, praecedat Priori secundae Dignitati 3050.

Coadiutor Dignitatis, cuius est explere functiones pontificales, absente, vel impedito Episcopo, nequit easdem peragere, praesente Coadiuto, debet vero, eo absente 1607. 1814.

Coadiutor Praebendae presbyteralis in Choro cedere debet locum obtinentibus Praebendas diaconales, et subdiaconales: verum, si vestibus sacris indutus sit, locum obtinet post Canonicos Presbyteros 2188. Haec est regula: Verumtamen alias S. R. C. respondit, Coadiutorem Praebendae presbyteralis sedere debere post omnes Canonicos obtinentes similes Praebendas ante alios obtinentes Praebendas diaconales, aut subdiaconales 2408., quod militat etiamsi eas obtinentes sint Presbyteri, et Coadiutor in Minoribus constitutus 2496. Puto autem id locum habere, vel ubi talis viget consuetudo, vel ubi non datur optio, uti accidit in Sacrosancta Lateranensi Basilica, in qua ita distinguuntur Praebendae, ut certum ordinem requirant, nec datur optio, nisi ex. gr. obtinens Praebendam diaconalem, hac dimissa, de alia Presbyterali noviter provideatur. Quod magis patet ex Decreto relato num. 3261.

Coadiutor post mortem Coadiuti debet sedere in novissimo loco post alios prius de Canonicatu provisos 2560. Ubi Ordines sunt distincti, nulli tamen adnexi Praebendae, sed iuxta antianitatem datur ascensus, Coadiutor post mortem Coadiuti sedere debet post ultimum Subdiaconum, etsi, vivente Coadiuto, in ordine Presbyterali inserviverit 3261.

Coadiutor Archipresbyteri alicuius Collegiatae deferens Stolum praecedat Canonicis 1270.

Coadiutori Cappellani amovibilis nulla debetur praeceminentia, praeterquam quoad aetum, quos exerceat tamquam Coadiutor 1241.

Coadiutoribus in casu particulari quaedam non competere S. R. C. respondit 1748.

Coadiutores Dignitatum, absentibus Coadiutis, stare, et incedere debere in stallo Coadiuti tam in Choro, quam extra, recedendo a decisis, decrevit S. R. C. 3898.

Coadiutor Canonici Ordinis diaconalis in Choro existens, dum Coadiutus per se munus Diaconi exerceat, sedere debet post omnes Diaconos 3716.

Coadiutori Primicerii Metropolitanae Bononien. competit praeceminentia tam in Choro, et functionibus Capitularibus, quam extra 3917.

Coadiutori Prioris Ecclesiae Collegiatae S. Petri Civitatis Spoletanae Protonotario Apostolico, licere respondit S. C., adhibere vestem praelatitiam in Choro, et facere fructus suos 4457.

Coadiutori Mansionarii primae erectionis non competit praecedentia supra veros Mansionarios secundae erectionis in Collegiata Montis Lupinum Dioecesis Lauretanae 4446.

Coadiutus, qui debet in sua hebdomada exercere munus Diaconi, nequit hoc officium committere suo Coadiutori, ut ipse possit aliud exercere munus 4047.

Coemeterium pro parvulis debet esse separatum 590.

Coemeterii reconciliatio potest committi Presbytero in Dignitate Ecclesiastica constituto 371.

Cognomina, et Patriae Sanctorum, ne exprimantur in Orationibus, aliisque actibus in Divino Officio occurrentibus 947. Postea S. R. C. limitavit prohibitionem ad solas Orationes 4044. *ad 2.*

Collectae concessae pro Papa, Rege, huius prole, et exercitu, nequit adici nomen Fundatoris, etsi Fundator id iusserit 290., neque licet ulla in Collecta addere *Gubernatorem nostrum* 2543., aut Religionis Praesidem, vel Magistratum etc. 3070.

Collecta: Excita Domine in Populo tuo spiritum Charitatis etc. concludi debet repetendo: *eiusdem Spiritus etc.* 1181.

Collectae pro defunctis non admittuntur, nisi in Missis ferialibus, et Festorum simplicium 2345. *ad 9.*

Collectae in Semidup. Simplic. et Feriis dici debent praescriptae; aliae addi possunt, sed non necessario 3073. ad 9.

Collectae dicendae in Missa, occasione belli etc., legi debent prout iacent in Missali Romano 3193.

Collecta SSmi Sacramenti in expositione 40. horarum, vel in aliis extraordinariis, dicenda est ad formam praescriptam in Instructione pro Oratione quadraginta horarum 3800. ad 2.; dicenda est tempore expositionis tantum 4782. ad 6. Vide *subiectum adnotationem*.

Collecta specialis addenda Orationibus Missae pro aliqua necessitate, iussu Pontificis, vel Episcopi, debet recitari quarto loco, ea non ommissa, quae est ad libitum 3814. ad 3.

Collecta de Spiritu Sancto addi potest Missae currenti sub unica conclusione, si agatur de re gravi in dupl. 1. class. 4361. ad 7. V. *Oratio*.

Collecta a Superioribus imperata dicenda est in duplicibus etiam primae classis sub unica conclusione si sit pro re gravi, et in duplicibus 2. cl. legenda suo loco: si non sit pro re gravi, omittenda in dupl. 1. cl. et dicenda Sacerdotis arbitrio in duplic. 2. classis 4560. ad 2. Vide *subiectam adnotationem*, 4746. ad 1. q. 3., 5183. ad 15.

Collecta a Superioribus imperata dici debet etiam in Dominicis Adventus et Quadragesimae; exceptis Dominica Palmarum, et IV. Adventus dum occurrit cum vigilia Nativitatis Domini 4586. ad 2. Vide *subiectam adnotationem*.

Collecta pro eligendo Episcopo continuari debet usque ad diem Electionis tantum 4651. ad 3.

Collectae Deus refugium a Superiore imperatae in Dominica XXII. post Pentecosten substituitur altera quae sequitur - *Ne despicias etc.* 4746. ad 1. q. 1.

Collecta pro Papa a Superiore imperata non excludit Orationem pro Ecclesia 4746. ad 1. q. 2.

Collegiata semper est praefenda aliis Ecclesiis simplicibus 150.

Collegiatae Canonici in Processionibus non debent incedere parati, sicuti Canonici Cathedralis 351. ad 20. 1231. 1232.

Collegiatae Canonici in publicis Processionibus, Functionibus, Synodis, praeferendi sunt Curatis, et Presbyteris Ecclesiarum Parochialium etc. 480. 1121. 1837. ad 3. 2113. 2721.

Collegiatae noviter erectae competunt omnes praerogativae, et praerogativae, etiam supra Matricem: Huic tamen ius competit ante omnes

alias Ecclesias pulsandi campanas in Sabbato Sancto 565., eidem Collegiatae conveniunt praerogativae aliarum Collegiatarum, ac praecedentia supra Plebanos, et Rectores aliarum Ecclesiarum, quae sunt tantummodo Parochiales, etiamsi non praecessisset, priusquam in Collegiata erigeretur 568. 711. 1101. 1580., nec obstat clausula apposta a Plebano in illius erectione: *sine praeiudicio etc.*, quae limitatur ad iura parochialia 586.

Collegiata erectione antiquior praecedentiam habet supra Matricem postea in Collegiata erectam 2378.

Collegiatae noviter erectae debetur praecedentia in Synodo supra Priorem Canonorum regularium 1370.

Collegiatae immemorabilis consuetudo erigendi Crucem in funeribus, vel defunctus ad Collegiata deferendus sit, vel ad aliam quancumque Ecclesiam, servanda est 566., item Collegiata manutenenda in possessione, ut Parochi convenient in ea, et inde simul cum eiusdem Cruce, et Canonicis discedant ad levandum corpus defuncti. *Ibidem*.

Collegiata in funeribus potest deferre Crucem usque ad ianuam Ecclesiae tumulantis, et sub ea omnes associantes funus incedere debent 1838. 1886., quod intelligitur, si capitulariter Canonici convenient; secus namque est, si interveniant uti singuli 2109. 2206. Haec est regula; neque contrarium censeretur aliud Decretum, quo responsum fuit, licere Collegiatae elevare propriam Crucem, sub qua omnes incedant, praeterquam in funeribus, quae ad aliam Ecclesiam deferuntur 986., siquidem limitatio huiusmodi forte fuit apposta ad praeservandam consuetudinem loci in casu particulari.

Collegiata incedere debet in funeribus sub Cruce Cathedralis, quando huius Capitulum interest 1385. ad 1., ubi mos est, in publicis Processionibus incedere debet sub Cruce Cathedralis 1691., quod si propriam Crucem velit elevare, pati simul debet, ut post Canonicos Clerici Seminarii, alique de Cathedralis gremio incedant sub Cruce eiusdem Cathedralis 2120., et Episcopus nequit Collegiatae iubere, ne deinceps incedat sub propria Cruce, ut illam Cathedralis sequatur. *Ibidem*.

Collegiata, quae simul est Matrix, plures habet praerogativas, et praerogativas supra alias loci Collegiatas 1047.

Collegiata, quaecumque non obstante consuetudi-

- ne, tenetur ad duas Missas conventuales in diebus a Rubrica praescriptis 1734. ad 4.
- Collegiata* cogi nequit ad Processionem, quae fit ex devotione in Cathedrali 1840.
- In *Collegiatis* solemniores Missae celebrandae sunt per digniorem, quo impedito, ab altero qui proxime succedit 1132. 2647.
- Collegiatae*, salva legitima loci consuetudine, in funeribus debetur praecedentia supra Parochos, salvis tamen in reliquis iuribus parochialibus 1505., quae praecedentia debetur etiam supra Parochos Ecclesiae matricis 1837. ad 1. 2113., ac etiam supra Parochum defuncti, quando cadaver ad Collegiatam defertur 2074.
- Collegiata Belvederii* nequit praecedere Ecclesiae Parochiali eiusdem loci 4054., ei tamen licet exercitium functionum consuetarum, dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Paroeciae. *Ibidem* ad 2.
- Collegiatae Canonici* interessentes functionibus Cathedralis praeferendi sunt Beneficiatis eiusdem 2119. ad 1.
- Collegiata* sic dicta, ab Episcopo erecta sine confirmatione Sedis Apostolicae, non gaudet praerogativis Collegiatarum 693., et sic erecta non sustinetur. Quod si accedat auctoritas Apostolica, ius praelationis acquirit a die expeditionis Literarum Apostolicarum 1837. ad 4.
- Collegiatae* in funeribus, quatenus sint aequales, praecedere debent iuxta antianitatem erectionis 3331. ad 5.
- Collegiatae Capitulo* interessenti functionibus Ecclesiae Cathedralis Episcopus assignare debet locum decentem in Ecclesia; quoad Processiones satis per Caeremoniale provisum 3581.
- Collegiatae* licet sonitu campanae indicere Chorum, quin attendere teneatur sonitum campanae Cathedralis 3610. ad 1.
- Collegiatae oppidi CasalisNori Dioecesis Uritanae* non licere declaravit S. R. C. celebrare Festum S. Antonii Patavini, contradicentibus Fratribus strictioris Observantiae S. Francisci 3825. ad 1. et 2., licere tamen quotidie recitare Responsorium de dicto Sancto, cum antecedenti signo campanae. *Ibidem* ad 3., sed non esse recipiendas pro dicto Responsorio oblationes, et stipendia; nec licere occasione Responsorii, vel aliarum quarumcumque functionum in honorem dicti Sancti quaesturare per oppidum. *Ibidem* ad 4. et 5.
- Collegiata S. Anastasiae Urbis*, in associatione cadaverum, quae humana sunt in eius Ecclesia, Crucem erigere debet, et mittere ministrum cum Stola, qui saltem incedat ad sinistram Parochi 3871.
- Collegiatae Capitulo*, cum incedit sub propria Cruce, non debetur praecedentia supra Seminarium; debetur tamen si incedat sub Cruce Cathedralis 3882. 5016.
- Collegiata S. Venantii Civitatis Camerini* multis donatur praerogativis vigore Motus proprii Pauli III., quibus quodammodo aequiparatur Canoniceis, et Capitulo Cathedralis. Hinc S. R. C. respondit, quod Episcopo Pontificalia exercenti in Ecclesia Collegiata assistentia debetur a Canoniceis Collegiatae, non ab illis Cathedralis 3978. ad 1., quodque in Synodo sedere debeant Canoniceis Collegiatae in scamnis aequalibus, data solummodo dextera Canoniceis Cathedralis. *Ibidem* ad 2.
- Collegiatae S. Mariae Lauretanae* Terrae Castiniani, Dioecesis Montis Alti, quae privative conveniant, quoad Parochialem eiusdem Terrae? 4042.
- Collegiatae Sanctissimi Salvatoris Fulginei*, in publicis Processionibus, quibus interest Capitulum Cathedralis, non licet erigere propriam Crucem 4261.
- Collegiata S. Iacobi Civitatis Calathaieronen.* vigore Literarum Apostolicarum, quibus declaratur Basilica minor, uti potest Conopaeo et Tintinnabulo. Ad evitandas contentiones cum Cathedrali quaedam limitationes adiiciuntur 4531.
- Collegiatae S. Pauli Civitatis Vallettae* insignia quaedam conceduntur 4637.
- Collegiatae cuidam Dioecesis Firmanae* permittitur ad decennium celebratio Missae de feria vel de vigilia sine cantu 4880.
- Collegiatae novae* institutio pendet ex consensu Sanctae Sedis Apostolicae 4885.
- Pro Collegiatis Oppidi Valliscursae* quaedam Decreta statuuntur 4913.
- In *Collegiata Oppidi Supini Dioecesis Ferentinae* Archipresbyter et Abbates curam animarum habentes, gaudent praecedentia, ac si essent Dignitates 5057.
- Collegiata S. Nazarii Civitatis Brixien.* cessata ob civiles vicissitudines nullum ius habet in Processionibus cum reliquo Clero 5171. ad 3.
- Color indumentorum* in Consecratione Episcoporum 2223. ad 2.
- Color veli* adhibendi ad cooperiendam Crucem Feria V. in Coena Domini ad Mandatum 1613. ad 4.

Color paramentorum in Processione, quae fit post Missam cum SSmo Sacramento, idem esse debet, qui convenit Missae, uno excepto velo humerali coloris albi 2864. ad 6., pallium vero Altaris, et conopoeum post expositum Sacramentum semper esse debent coloris albi. *Ibidem* ad 7. 8. et 9., in elargienda benedictione cum Ven. Sacramento exposito ad suffragandas Animas defunctorum color paramentorum debet esse albus, numquam niger 2957.

Color albus adhibendus est in Festivitatibus SSmi Sacramenti, aliisque Festis hunc colorem requiruntibus: nulloque modo licet uti paramentis rubeis 3012.

Color niger nullo modo adhibendus in Expositionibus, et Processionibus, quae fiunt cum SSmo Sacramento tam in Missa, quam in Altaris, et Sacelli apparatu 3075.

Color Stolae in Processionibus, quae fiunt Feriis 2. 3., et 4. maioris Hebdomadae in accedendo ad Ecclesiam, in qua expositum est Sacramentum, debet esse violaceus 3109.

Color paramentorum in Missis privatis, nullo habito respectu coloris adhibiti in quavis Missa votiva solemnī, semper esse debet, qui convenit Officio in illa die occurrenti 4134. ad 5.

Color paramentorum Missae celebratae in Altari, ubi expositum est Sacramentum, debet convenire cum Officio diei 4223. ad 3.

Color paramentorum in Officio de Dominica infra octavam alicuius Sancti, debet esse albus vel rubeus, prout convenit illi Sancto, de quo occurrit octava 4594. ad 15.

Color paramentorum debet respondere Missae, quae celebratur 4725. ad 2.

Comitia generalia Cleri convocanda sunt a Praeposito Cathedralis in aula Capitulari 4022. ad 8., ubi debetur praecedentia tam in sedendo, quam in votando Canonico Cathedralis supra Dignitates Collegiatarum. *Ibidem* ad 9., ut etiam in congressibus, qui fiunt coram Episcopo occasione Synodi. *Ibidem* ad 10.

Commemoratio de B. M. V. laudabile est, ut fiat, quamvis recitatum sit eius Officium parvum 231. 2988. ad 7. 3060. 3244. ad 2. 3502. 4378. ad 14. 4401. ad 21., ubi est Titularis vel Patrona sub quolibet mysterio, aut titulo, commemoratio tamen facienda est, ut in consuetis suffragiis 2410. ad 2. 3221. ad 2. 3356. 5141.

Commemoratio defunctorum omnium fidelium V. *Defunctorum.*

Commemoratio de Patrono Ecclesiae in suffragiis facienda est, etsi contraria vigeat consuetudo 355. ad 2., de Patrono Dioecesis fieri potest, sed cogendi non sunt, qui recusat 1789. Patroni ex classe Apostolorum commemoratio praeferenda non est commemorationi Sanctorum Petri, et Pauli 2749. ad 1., de B. M. V. ubi est Titularis sub titulo Assumptionis, facienda est cum Antiphona *Sancta Maria etc.* nec licet eam facere cum Antiphonis Festivitatibus 2463.

Commemoratio de Cruce facienda est prout in suffragiis communibus a Beneficiato, qui ad eam tenetur 595.

Commemoratio de Sancto Titulari Ecclesiae, per quam transit Processio, fieri debet stando 2419. ad 5.

Commemoratio Festi simplicis plurium Virginum simul occurrentis cum Festo duplici pariter plurium Virginum sumenda ex Festo Sanctarum Perpetuae, et Felicitatis 2928. ad 11.

Commemoratio Nativitatis B. M. V. fieri nequit in Officio eius SSmi Nominis, neque fit huius Commemoratio in secundis Vesperis Nativitatis, si hoc Festum cadit in Sabbato 3069. 3098. ad 1.

Commemoratio Patroni, seu Titularis omnino fieri debet in suffragiis. Quod si Titularis, vel Patronus sit aliquis e Sanctis Ordinis, quorum fit specialis commemoratio, in hac illius nomen omitti debet 3221. ad 3.

Commemoratio unius Martyris rit. simpl. qualis esse debeat si fiat in die, in qua recitatur Officium Sancti item Martyris rit. dup., vel semi-dup. 3301. ad 4.

Commemoratio Octavae Sancti proprii coincidentis cum secundis Vesperis Dominicae secundae Adventus, et primis Festi Conceptionis B. M. V. primum facienda est, dein commemoratio Dominicae, quae regula militat etiam quoad alias Dominicas sive rit. mai., sive 1., aut 2. class. 3301. ad 7.

Commemoratio S. Dominici, quae fit in Officio S. Francisci ab Religiosis huius Instituti, S. R. C. declarat, quod locum habet tantum in Officio votivo, quod recitatur semel in mense post alias commemoraciones 3467. ad 4.

Commemoratio Sanctissimi Salvatoris in suffragiis facienda est in Ecclesiis eidem dicatis, non omissa commemoratione altera de Cruce 3703. ad 1.

Commemoratio Sancti simplicis occurrente in Quadragesima Feria 2., quando dictum est Of-

- fieum defunctorum, non debet in Missa quarto loco dici Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum etc.* pro commemoratione defunctorum, sed sufficit 3. *A cunctis*. Quod si dicatur 4. *Omnipotens etc.* 5. erit ad libitum 3808. ad 1., si id accadat Feria 2. post Dominicam Passionis, dicenda erit secunda Oratio tantum de simplicibus. *Ibidem ad 2.*
- Commemoratio simplicis plurimorum Martyrum* fit variando Antiphonas, si fieri debeat in semidup. pariter plurimorum Martyrum: verum si hoc transferatur, nulla hoc in casu variatio fit 3818.
- In Commemoratione simplicis attendendae Rubricae Breviarii tit. 9. num. 8.* quando antiphona et versus variari debent 5183. ad 10.
- Commemorationis S. Benedicti Festum* non est celebrandum ab eius Instituti Monachis cum Octava, nisi constet de speciali privilegio 4044. ad *Rubric. de Octavis*.
- Commemoratio S. Iosephi* fieri non debet in Officio Desponsationis B. M. V. sine speciali concessione 4044. ad *tit. de Commemorat.* 4049. ad 3. 4056. ad 3.
- Commemoratio S. Benedicti* ab eius Instituti Monachis quando fieri debeat? 4044. a. ad 25. et 27., in eius Officio votivo fieri nequit commemoratio S. Scholasticae. *Ibidem ad 26.*
- Commemorationem Octavae S. R. C.* quandoque indulsit, etiamsi haec occurreret in solemnibus Festo Dedicationis, ratione Indulgentiarum, et concursus Populi 4048.
- Commemoratio Sanctissimi Sacramenti* in Missa, quae coram eo exposito cantatur, facienda est post alias commemorationes de praecepto: in Missis vero solemnibus 1. vel 2. class. fieri debet sub unica conclusione 4049. ad 8., si Festum huiusmodi cadat in Dominica, commemoratio SSnii Sacramenti coniungenda est commemorationi Dominicae 4299. ad 6. Vide etiam 4395. ad 8.
- Commemoratio in suffragiis* de aliquo Patrono principali habere debet Antiphonam cum *Alleluia*, si verba Antiphonae expriment gaudium, victoriam, aut quid simile, secus sine *Alleluia* 4080 ad 4.
- Commemoratio de Sanctissimo Sacramento* publice exposito fieri potest in Missis de Festo duplic., non tamen 1. vel 2. class. 4119. ad 5.
- Commemoratio inter suffragia de Titulari Ecclesiae Cathedralis* fieri debet solummodo ab iis, qui sunt de gremio. Quod si Titularis sit etiam Patronus, debet quoque in Dioecesi 4176. ad 8.
- Commemoratio Sanctissimi Sacramenti* in Missis privatis fieri poterit, quando eius expositio fit ex publica causa, non autem si ex privata in Pyxide 4181. ad 9., sed durante expositione. *Ibidem ad 10.* Vide etiam num. 4782. ad 6.
- Commemoratio simplicis* in Festo secundae class. omittenda est in Missa conventuali sine cantu 4507. ad 4.; omittenda est etiam in Missa cantata absque Ministris sacris 4526. ad 10.
- Commemoratio de Titulari Ecclesiae* fieri debet a Regularibus in suffragiis. Item de Patrono principali Regni, quamvis fiat etiam de Patrono principali Religionis 4401. ad 22. et 23. 4964. ad 1.
- Commemoratio Sanctissimi Sacramenti* fieri debet in Missa, quae celebratur pro eo exponendo, quamvis non sequatur processio 4561. Vide *subiectam annotationem*.
- Commemoratio S. Mariae de Consolatione* quae ex privilegio fit in octava S. Augustini, nequit extendi ad conclusionem hymnorum 4589.
- Commemoratio pro sponso et sponsa* facienda diebus Rogationum 4691. ad 4.
- Commemorationes* in Officio ordinandae iuxta Rubricas 4717. ad 3.
- Commemoratio Sanctissimi Sacramenti* omittenda in Missa Sacri Cordis Iesu celebrata in Altare, in quo est exposita Sacra Eucharistia 4731.
- Commemoratio omnium Ss. Apostolorum* die 29. Iunii, et *omnium Ss. Martyrum* die 26. Decembris facienda est tantum ubi fuit concessa 4746. ad 14. g. 2. et 3. 4904. ad 1., et in Missa dicenda est sub sua conclusione 5049.
- Commemoratio de Patrono Paroeciae vel Titulari Dioecesis* in suffragiis facienda non est 4815. ad 10. g. 2., facienda de Patrono Civitatis vel Loci, non vero de Titulari Cathedralis vel Parochialis 4897. ad 3. 4909. ad 3., facienda est tum de Patrono Dioecesis, tum de Patrono Loci 5078., de Patrono Loci fieri debet si est etiam Ecclesiae Titularis 5141.
- Pro Commemoratione Virginis non Martyris* occurrente cum festo alterius Virginis non Martyris, vel Viduae dicenda est oratio de communi *Indulgentiam* omissio titulo Martyris 5215. ad 5.
- Commemoratio Sanctissimi Sacramenti* tituli Cappellae publicae Seminarii Briocensis fieri debet a Magistris in eo degentibus et a Seminaristis, non omissa altera de S. Brioco Patrono civitatis et Dioecesis 5221. ad 6.
- Commendatori Ordinis Hierosolymitani* non licet

habere sedem cum pulvinari, et tapete intra presbyterium in Ecclesia Parochiali subiecta iurisdictioni Episcopi 2785.

Communicantes de Ascensione diei debet etiam in Festis Sanctorum Philippi, et Iacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrentibus infra eius Octavam, licet horum Missae habeant Praefationem propriam, nec admittant commemorationem Octavae 707. *ad 2.*

Communicantes in die, et Octava Pentecostes legi debet prout in antiquis Missalibus, et retinenda lectio: *innumeris linguis*: non autem altera: *ignitis linguis*: 4491. *ad 11.*

Communicatio privilegiorum satis non est, ut Regulares possint addere nomen Fundatoris in Litanis et *Confiteor*; itemque recitare Officia, et Missas concessas aliis Religionibus, sed ad huiusmodi effectus indigent privilegio speciali. Decretum generale 3741. *ad 3.*

Communio Fidelium in nocte Nativitatis D. N. I. C. vetita 1319. 1360., indulta Monialibus Ursulinis Goritiae, aliisque in Monasterio degentibus, attentis consuetudine, et peculiaribus circumstantiis 3940.

Communio Feria V. in Coena Domini Canonicis, et Clericis ministrari debet ab Episcopo 1469. *ad 2.*

Communio prius administranda inservienti, quam aliis non ratione praeseminentiae, sed ministerii 1907.

Communio administrans non debet manum porrigere osculandam. Contraria consuetudo eliminanda 2008.

De Communionem ministranda in Missis de Requie. Vide 3025. *ad 2.* 3575. *ad 11.* 3833. *ad 4.* 4119. *ad 4.* 4594. Vide subiectam adnotationem, 4753. 4815. *ad 3. q. 1.*

Communio administrante Episcopo inter Missarum solemniam, omnes genuflectere debent, etiam Dignitates, et Canonici parati 3045. *ad 4.*

Communio ministranda Fidelibus occasione Iubilaei, vel magni concursus ministrari permittitur a tempore ad tempus, quo in illa Ecclesia Missae celebrantur, vel ad formam Rubricae vel ad formam Indulti eidem Ecclesiae concessi 4526. *ad 37.*

Communio licite potest ministrari intra Missam in Xenodochiis, dummodo Altare e conspectu suo Sacerdos non amittat, neque aliquid recitet 4651. *ad 1.* Vide subiectam adnotationem,

licet celebret cum paramentis nigris. *Ibidem ad 2.*

Communio non licet Celebranti in Oratorio privato intra Missam deferre ad infirmum in eadem domo decumbentem: at si urgeat necessitas, fiat expleta Missa 5002.

In Communionem, si adsit necessitas, possunt dividi particulae consecratae 4707. *ad 1.*

Communio extra Missam administrans Sacerdos non osculatur Altare antequam benedicat 4707. *ad 6.*, post eam benedicere debet populum manu dextera, non vero cum sacra Pyxide 4748. *ad 1. et 2.*; formula *Ecce Agnus Dei etc.* nequit recitari vernaculo sermone. *Ibidem ad 5.*, recitandum est *Ÿ. Domine exaudi etc.* et *Dominus vobiscum* ante orationem iuxta Rituale 4947. *ad 3.* Bursa cum Corporale deferatur a Sacerdote 4950., quae semper adhiberi debet 5068. *ad 1. 2. et 3.*, neque sufficit Palla super Altare posita loco Corporalis. *Ibidem ad 4.*

Communio in casu necessitatis ministrari potest a Sacerdote vestibus Missalibus induto, qui in alio Altari Missam celebravit 4777. *ad 12.*

Communio extra Missam Fidelibus denegari nequit 4984.

Communitas nequit indicere Festa de praeepto, quae nec in loco de consuetudine observantur, nec ab Ecclesia Romana praescribuntur 862. *ad 2.*

Communitatis homines compelli possunt ad processionaliter accedendum ad Ecclesiam matricem in solemnitate Corporis Christi 3470. *ad 4.*, possunt tamen infra Octavam Processionem facere in districtu suarum Parochiarum cum interventu Sacerdotum, non vocato Capitulo. *Ibidem ad 5.*

Conventus musicus in Processionibus quo loco incidere debet? 4815. *a. 4981.*

Concio in Ecclesia, ubi expositum est SS^mum Sacramentum, fieri debet detecto capite 344. 788. *ad 4.* 845.; quamvis SS^mum Sacramentum sit velatum 4815. *ad 4.*

In Concionibus Episcopi et Presbyteri possunt adhibere Stolum, si adsit immemorabilis consuetudo 4669. *ad 21.*

Concionem actu habente Episcopo, nemini licet in aliis Ecclesiis vel Saecularium, vel Regularium concionari 2422.

Concionem habens Episcopus coram loci Ordina-

- rio, etsi Cardinali, haud convenit, ut veniam petat 343.
- Concionem* habens coram Canonicis, et Magistratu, absente Episcopo, debet prius salutare Canonicos, dein Magistratum 511. 3545. ad 2. 3985. 3992. ad 4., si neutrum salutare iubeat Episcopus, servandum Decretum 1648., praesente, vel absente Episcopo, prius salutare debet Canonicos, quam Gubernatorem 3243. 3304.
- Concionatori* non licet salutare Magistratum cum titulo *Illmi*, praesente, vel absente Episcopo 2877. 3545. ad 3. 3768.
- Concionatori* salutanti decet, ut Celebrans, et Ministri correspondeant 3120. ad 7.
- Concionator* primum, et distincte debet salutare Episcopum, priusquam salutet Gubernatorem Provinciae 3385.
- Concionator* non tenetur salutare Canonicos, absente Episcopo cum titulo *Rmi* 3434. 3768., pro locis, ubi Archipresbyter dignior est, is salutandus est primus 4118.
- Concionator*, peracta generali reverentia, alteram, quae venia dicitur, debet tantum Episcopo, non autem Capitulo, eo absente 4434. ad 7. 4536. ad 7.
- Concionatores*, etsi sint superiores Ordinum Regularium, petere debere benedictionem a Canonico celebrante in Collegiata Manresae, eiusque manum osculari S. R. C. edixit 4468., in Dioecesi Bracharen. qualibet in Concione petenda est benedictio a Celebrante, si talis est consuetudo; secus a solo celebrante Episcopo, iuxta formam Caeremonialis 4469. ad 1 et 2. (Quae Decreta plane demonstrant hac super re iudicandi rationem a particularibus locorum consuetudinibus desumptam fuisse). Regula tamen est, ut *Concionatores* petere debeant benedictionem ab Episcopo Ordinario, qui praesens sit concioni, et nullimode a Celebrante etiamsi sit Parochus, et Celebrans gaudeat usu Pontificalium 4999. 5035. ad 1. et 2.
- Concionatori* inter Missarum solemniam quomodo concedenda sit indulgentia ab Episcopo? 4669. ad 13.
- Conclusio Orationis* pro repositione SS^mi Sacramenti quae esse debeat? 3140. 3145. 3912.
- Conclusio Orationum* in Missa, si plures sint, quomodo debeat ordinari? 4747.
- Concordia* inita inter Episcopum, et Civitatem Papiensem, scilicet Magistratum, adprobatur 2060.
- Concordia* inita inter Clerum Abbatialis Collegiatae S. Ruffilli Foro Pompilii Nullius Provinciae Ravennaten., et Clerum Parochialis S. Petri circa Processiones etc. reprobatur, et certa statuitur regula in posterum servanda 3977.
- Concordia* inita inter Collegiatam Sanctae Mariae Maioris, et Magistratum Terrae Plebis, Dioecesis Bononien. reprobata 3992.
- Concordia* inita inter Primicerium, et Canonicos Collegiatae S. Petronii Bononiae probatur et confirmatur 4564.
- Concurrentia*. Si concurrant in Vesperis duo Officia aequalis ritus sive Martyrum, sive Confessorum, sive Virginum etc. minime attenditur dignitas, sed Vesperae sunt dimidiandae, cum ea tantum dignitas spectanda sit, quae declaratur per Rubricas 3122. ad 2. et 3. Si duo Festa concurrant in Vesperis aequalis ritus, Vesperae integrae fieri debent de eo, quod solemniori pompa celebratur; secus dimidiandae 3122. ad 1. In concurrentia dignitas attendi debet, non extrinseca pompa, et apparatus. Hinc Vesperae esse debent de digniori cum commemoratione de minus digno 4401., potest autem festum ritus duplicis cum magno apparatu concurrens cum altero eiusdem ritus, sed minoris solemnitatis, habere integras Vesperas, si Officium sequens non fuerit maioris dignitatis 4878. ad 1. Dignitas non attenditur in Octava Apostolorum, et Angelorum; hinc dimidiandae Vesperae in concursu cum Festo aequalis ritus. *Ibidem* ad 20.
- Concurrentibus duobus officiis* quae idem mysterium respiciunt, faciendum est de primo absque commemoratione sequentis, dummodo non fuerit potioris ritus: secus nihil de primo 4878. ad 7. 5223. ad 3. q. 1.
- Concursus populi* ad festum celebrandum quomodo intelligendus, et quid servandum in iisdem festis in Missa? 4815. ad 12. q. 4.
- Condominis Loci* non licet retinere sedes coramianae extra Presbyterium Parochialis, sed omnes uti poterunt unico scamno loco sedium 3728.
- Confessio*, quae fit post concionem ante Episcopum cantanda est a Diacono Evangelii 15. ad 13.; decet, ut cantetur memoriter; quod si id Diaconus nequeat, permittitur, ut alter ex Ministris inferioribus librum sustineat 374. ad 5.

Ad Confessionem in Missa Canonici debent stare,
reliqui genuflectere 1992.
Confessiones praecipue mulierum audire non licet
in Ecclesia ante auroram in nocte Nativitatis
Domini, et Episcopo competit id interdicare
3165. *ad 2.*

Confessario Monialium ius competit benedicendi,
et distribuendi Palmas, Cineres, Candelas pro
Monialibus 2251.

Alia habes V. *Moniales.*

Confirmationis Sacramentum administrari permit-
titur sine Mitra iis in locis, in quibus ea uti ne-
quit Episcopus sine vitae periculo 1471. 1592.

In Confirmationis Sacramento conferendo licet
Episcopo servari facere caeremoniam cande-
lae accensae, utpote ab Ecclesia receptam, fi-
dei protestativam, et meritoriam 4172. Episco-
pus manu extensa super Confirmatum dicere
debet verba: *In Nomine Patris etc.* post un-
ctionem 5186. *ad 2.*

Confirmandus, quando Episcopus dicturus est:
N. Signo te signo Crucis etc. potest rogare,
ut sibi aliud nomen imponatur, praeter bap-
tismale 4205. *ad 9.*

Confiteor variari non potest, sed etiam a Monia-
libus recitandum, prout in Breviario Romano
827., dici debet pure, et simpliciter, sine addi-
tione ullius Sancti, etiam Patroni 2362. *ad 5.*
3696. Id intelligitur, sine speciali concessione
S. R. C., quae quandoque addi posse nomen
S. Fundatoris indulsit 3998. Utentibus Brevi-
ario trium Ordinum ex peculiari Rubrica eius-
dem Apostolica auctoritate firmata permittitur
ut ad *Confiteor*, et in orationibus, ubi S. Pater
Franciscus nominatur, addatur nomen - *Patris*
nostri - 4549. Vide *subiectam adnotationem.*

Confraternitates quoad praecedentiam servare de-
bent Constitutionem Gregorii XIII. 3. 54. 133.

Confraternitates quoad associationem Confratrum
defunctorum 6.

Confraternitati SS. Corporis Christi Oppidi de
Fuenta nobella inhibetur differre in Domini-
cam infra octavam Corporis Christi Processio-
nem, quam facere debent feria sexta eiusdem
octavae 58.

Confraternitati Disciplinantium permittitur Pro-
cessio nocturna Feria V. maioris Hebdomadae:
prohibetur tamen mulieribus, ne Ecclesiam
ingrediantur, vel per Civitatem discurrant 256.
ad 1.

Confraternitati Laicali de Carmine conceditur de-

latio vestis, quae nuncupatur *la pazienza*,
praesertim quia Sodalitas appellatur a *Pa-*
tientia 490.

Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti Sodales
nequeunt ab Episcopo prohiberi, quominus defe-
rant intortitia in Processionibus Corporis Chri-
sti 190., eidem, si sumptus facit, permittitur,
ut, non obstante Constitutione Gregorii XIII.,
aliquos Sodales mittat, qui cum intortitiis in-
cedant hinc, inde, ante, et apud SSmum Sacra-
mentum, servata in reliquis praefata Consti-
tutione 377., imo declaratur praecedentiam ei
dandam esse in Processione SSmi Corporis
Christi, dummodo eadem aliis Processionibus
intersit, et antiquioribus locum cedat 1164.
1739. 2153. 3150. 4571. 4598. Vide *subiectas*
adnotationes, 4713. 4790., quod privilegium
extenditur ad omnes Processiones, in quibus
defertur SSmum Sacramentum 1756. Ceterum
illi Confraternitati praecedentia debetur, quae
prius vestes, quas saecos vocant, induit ad
formam Constitutionis Gregorii XIII. 377.
439. 1079. 1164. 4302.

Confraternitatis SSmi Sacramenti Piores ince-
dere debent non ante Baldachinum post Ca-
pitulum, sed hinc inde a latere Baldachini 519.

Confraternitates a nemine erigi possunt, incon-
sulto loci Episcopo 548.

Confraternitas sine habitu nequit deferre Crucem,
nec habere praecedentiam supra alias Socie-
tates, quae antea habuerunt habitum, nec po-
test accedere ad mortuorum funera, nisi ex-
presse vocetur 550.

Confraternitati non licet ingredi Ecclesiam Pa-
rochiam cum Cruce, Cotta, et Stola ad defe-
renda cadavera consodalium 689.

Confraternitatis usus, ut in Processione SSmi Sa-
cramenti duo ex confratribus incedant post
Clerum immediate ante Sacramentum cum cam-
panulis, omnino est eliminandus 694.

Confraternitatis Sodales vocati ad funus nequeunt
ab Episcopo impediri sub praetextu quod si-
mul vocatum non fuerit Capitulum Cathedra-
lis 859., debent convenire in Paroeciam, vel
aliam Ecclesiam, ut disponit Rituale 1081.,
vel ad Cathedralis, si Capitulum intersit 2072.
2078., et nullo modo permittendum ut domum
defuncti directe petat, et per vias expectat 5198.

Alia habes V. *Processio. Regulares. Vocati*
ad funus.

Confraternitati vetitum in funeribus ultra Crucem
Parochi deferre proprium Crucifixum, qui in

magna est veneratione, non obstante consuetudine 1813., ut etiam aliam Crucem 936. *ad* 2. 1848., quod generaliter afficit omnes Confraternitates 1853., neque licet associare cadaver sine interventu Parochi 2293.

Confraternitatis Sodalibus non licet in Processionibus deferre intortitia post Capitulum 976., non licet facere Processiones sine licentia Episcopi, qui potest prohibere etiam solitas 1102. 2978., nec intra limites Parochiae sine consensu Parochi 860. 1122. 1204. 2321., nec exponere SSmum Sacramentum, aut erigere Cappellam sub eadem invocatione sine licentia Episcopi 1245. 1246. 1808. 2978., nec ea facere, quae ad Parochum spectant sine huius licentia 2330. 2334. *ad* 2., nec Missarum, et Vesperarum solemniam peragere, irrequisito Parocho 1927., nec licet Tabernaculum in Altare retinere, etiam habita ab Episcopo facultate exponendi SSmum Sacramentum. *Ibidem*, quin prosit communicatio privilegiorum ex aggregatione alicui Archiconfraternitati 1413., habita licentia ab Episcopo, licet etiam contradicente Parocho, per eorum Cappellanum solemnem Missam cani, Eucharistiae Sacramentum ministrari, et publice venerationi exponi 2880., non licet functiones parochiales peragere 2993.

Confraternitatis Cappellanus pro concinendis Missis, sepeliendis defunctorum cadaveribus, et confessionibus audiendis cumulative debet licentiam petere a Vicario, et a Parocho, intra cuius fines sita est Ecclesia 1784. 1808.

Confraternitates duo in eodem loco, sub eadem invocatione erigi nequeunt, et ubique locorum prohibentur 1362. 2803., duo tamen esse possunt in eadem Ecclesia, dummodo sint diversi Instituti, et Invocationis 1950., quod si hae duo Confraternitates distinctae sint et nomine et scopo, in eadem civitate existere possunt, neque quoad earum existentiam aliquod officit Constitutio Clementis VIII. quae incipit - *Quaecumque* etc. 5226.

Confraternitati laicali licet facere functionem Mandati, sive pedum ablutionem Feria V. in Coena Domini, dummodo fiat hora diversa, et post Episcopum 2118.

Confraternitatibus laicalibus Urbis non licere erigere propriam Crucem quando cadaver deferretur ad ipsarum Ecclesias S. R. C. respondit 2910. *ad* 1. S. tamen Congregatio Concilii propriam Crucem elevari posse decrevit, declarando, quod primum praecedat Confraternitas, deinde Crux eiusdem Ecclesiae etc. Quod De-

cretum servandum esse in posterum iussit Card. de Carpineo Urbis Vicarius, ut ex Cleri Statuto pag. 62. Nullo modo licet erigere Crucem, si cadaver sit tumulandum in Parochia 2910. *ad* 2., earum Cappellani sive Rectores, sive Sacristiae incedentes seorsim a Confraternitate, nequeunt deferre Stolum. *Ibidem ad* 3., incedentes cum respectivis Sodalitatibus possunt in Ecclesia Parochiali, post absolutum a Parocho Officium funeris, iterum funebre Officium peragere, sed sine Cruce, et sine Stola. *Ibidem ad* 4., iterum, proposita causa super dubiis, et Decretis relatis sub num. 2910., responsum fuit: *Dilata* 2924., nec quidquam insuper occurrit, fortasse quia eadem dubia postmodum resoluta fuerunt in S. C. Concilii, ut patet ex Decreto *clar. mem. Card. de Carpineo*, quod hic subiicimus. - Quum multis ab hinc annis ortae fuissent controversiae inter Parochos, et Confraternitates Urbis, occasione Processionum funeralium, et Patres adierint S. C. Concilii, eiusque resolutionibus non acquieverint, novamque audientiam obtinuerint, et non sine magno fidelium scandalo, et christianae pietatis detrimento, insurgentibus iurgiis, propterea ad ea extirpanda ac radicibus evellenda Nos, peractis hac de causa pluribus particularibus Congregationibus, et partibus ipsis pluries auditis, tandem in generali Congregatione Praefectorum coram Nobis, ac Illm̄is DD. Praelatis, ceterisque Deputatis, et Cleri Camerario habita *sub die* 19. *Januarii* 1698., de unanimo consensu, et pari concordia ad infrascripta decreta devenimus, et inviolabiliter ab omnibus Parochis, et Officialibus Confraternitatum observari mandavimus, ac in fine Statutorum apponi, videlicet: - Reverendos Parochos acquiescere debere Resolutionibus S. C. Concilii ad tria dubia infrascripta. - 1. An Confraternitas possit in Funeralium Processionibus erigere propriam Crucem, quando defuncti tumulandi deferuntur ad ipsius Ecclesiam in qua sepulturam elegerunt: - 2. An eadem Confraternitas possit suam Crucem erigere tam per viam, quam in Ecclesia Parochiali, quando est invitata ad associandum cadaver sepeliendum in ipsa Ecclesia Parochiali: - 3. An Cappellanus eiusdem Confraternitatis indutus Cotta, et Stola possit post absolutum a Parocho Officium funeris in Ecclesia Parochiali, una cum confratribus canere Psalmos *Miserere et De profundis*, cum aspersione aquae benedictae: -

Ad 1. *Praecedat Confraternitas, deinde Cruz eiusdem Ecclesiae deferenda per Clericum ipsius, postea sequatur Clerus regularis, et tandem saecularis.*- Ad 2. *Negative tam in Ecclesiis, quam in Processionibus funeralibus, praesente Parocho.* - Ad 3. *Negative - Posse tamen habere recursum pro declaratione IV. dubii resoluti Negative, videlicet.* - An possit Parochus Officium funeris peragere in Ecclesia Confraternitatis super cadavere defuncti in eadem Ecclesia tumulandi, etiamsi sit Parochus, intra limites cuius Parochiae Ecclesia Confraternitatis est? Cum vero postea, re maturius discussa in S. R. C. super dubiis generalibus iurium Parochialium *sub die 10. Decembris 1703.*, cum approbatione SS^mi D. N. die 23. Ianuarii sequentis, fuerit hoc dubium hoc modo declaratum, videlicet. - Ad 20. *Affirmative, quando tumulandus est subiectus Parocho, intra cuius fines est Ecclesia, vel Oratorium:* - hanc posteriorem declarationem uti iuri consonam omnino observari mandamus. Quam confirmatam Sententiam *Eminentissimi Card. Marefuschi Urbis Vicarii specialiter a San. Mem. Benedicto XIII.* deputati, una cum declarationibus in ea expressis omnimode exequutioni demandandam praecipimus: - *loco Crucis Confraternitates parvum vexillum, seu signum (iuxta exemplar in nostra Secretaria relinquendum) in deferendis, et tumulandis defunctorum cadaveribus posse deferre ante Societatem: Ecclesiae vero etiam Confraternitatum in quibus cadavera tumulanda veniunt, posse deferre propriam Crucem ad formam resolutionis S. C. Concilii in primo dub. emanatae:* - Cappellani autem Confraternitatum incedant cum Stola immediate post ipsam Confraternitatem. Sed controversia deinde acrius excitata terminata fuit per Decretum S. C. Concilii *sub die 20. Decembris 1698.*, et per Sententiam *clar. mem. Card. Carpinei* desuper latam, et in iudicium transactam, qua decisum fuit, Cappellanis Confraternitatum in associatione Cadaverum tumulandum, etiam ad Ecclesias, seu Oratoria ipsarum Confraternitatum, non licere incedere in fine Processionis funebris ad sinistram Parochi, sed tantummodo incedere debere post ipsam Confraternitatem funus associantem. - A Confratribus Confraternitatum, earumque Cappellanis, in Ecclesiis, in quibus cadavera defunctorum tumulanda veniunt, psalmos *Miserere*, et *De profundis* cum precibus, et Orationibus

cantari non debere, sed tantum per eosdem confratres, et Cappellanos Orationes et preces devote, et private dici posse sine cantu, sine thure, sine Stola, et sine aspersione Aquae benedictae, luminibus tamen accensis: - *ita legitur in Statuto Cleri Urbis a pag. 61. ad pag. 63.*

Confraternitas non vocata, nequit ad funus accedere 2912. ad 9.

Confraternitates compelli posse ad interessendum Processionibus fieri solitis a Parocho Terrae Populi Dioecesis Sulmonen. S. R. C. respondit 3341.

Confraternitates quoad praecedentiam 3359.

Confraternitatis Cappellani in Oratoriis publicis de licentia Episcopi dumtaxat, canere possunt Missas solemnes in diebus festivis; nequeunt tamen, quae ad Parochum pertinent, et signanter Missas defunctorum ex legatis piis canere, Palmas, Candelas, Cineres benedicere sine Parochi consensu 3451.

Confraternitati, cui fuerat indultum asservare in Oratorio SS^mum Sacramentum, dummodo in eo celebrarentur quatuor Missae, continuationem gratiae indulget S. C., etiamsi redditus certi sint pro celebratione trium dumtaxat Missarum 3510.

Confraternitates quoad ea, quae ipsis licent, quae non., habetur Decretum generale 3670. videlicet: Erectae in Ecclesiis parochialibus dependent a Parocho, etiam quoad functiones, quae non sunt Parochiales. *Ibidem ad 1.*, prout etiam illae, quae habent Oratoria adnexa Ecclesiis Parochialibus. *Ibidem ad 2.*, non autem si erectae sint in Ecclesiis publicis, licet sitis intra limites Parochiae. *Ibidem ad 3.*, vel in Oratoriis disiunctis a Parochia. *Ibidem ad 4.* Missarum solemnium celebratio licet dumtaxat in festivitibus solemnioribus eorum Ecclesiae, sive Oratorii. *Ibidem ad 10.*, possunt statis horis cum cantu, vel sine, persolvere horas Canonicas sine licentia Parochi, nisi Ordinarius ex causa rationabili aliter statuatur. *Ibidem ad 14.*, licet in eorum Oratoriis Missam privatam celebrari, assentiente Ordinario, contradicente Parocho. *Ibidem ad 15.*, possunt earum Cappellani sine licentia Parochi denunciare populo Festivitates, et Vigilias in hebdomada occurrentes. *Ibidem ad 16.*, nequit Parochus, invitis sodalibus, docere Doctrinam Christianam in earum Ecclesiis, sive Oratoriis a Parochia separatis. *Ibidem ad 17.*, in quibus haberi possunt conciones

etiam in Quadragesima, assentiente Episcopo, contradicente Parocho. *Ibidem ad 18.*, nequit tamen celebrari Missa sive lecta, sive cantata ante Parochialem, nisi aliter Episcopus disponat. *Ibidem ad 19.*, ad Parochum spectat Officium funebre super cadaveribus in praefatis Ecclesiis sepeliendis, dummodo tamen defunctus sit subiectus Parocho, intra cuius fines extat Ecclesia, sive Oratorium. *Ibidem ad 20.*, sine licentia Parochi fieri possunt Processiones convenientes Instituto, sed infra ambitum, non extra, nisi adsit licentia Episcopi. *Ibidem ad 21. et 22.* Cappellani vero extra propriam Ecclesiam nequeunt deferre Stolum. *Ibidem ad 23.*, accedente Episcopo ad aliquam Confraternitatis Ecclesiam, non est ei porrigendum Aspersorium a Parocho. *Ibidem ad 24.* Cappellani, et Rectores Confraternitatum nequeunt compelli a Parocho ad assistendum functionibus Parochialibus. *Ibidem ad 25.*, nequit in Oratoriis, sive Ecclesiis Confraternitatum retineri Sacramentum sine speciali Indulto. *Ibidem ad 26.*, stante vero Indulto, nequit exponi sine licentia Ordinarii. *Ibidem ad 27.*, in Ecclesia Parochiali neque Sodales, neque eorum Cappellani debent se ingerere, invito Parocho, in functionibus sive Parochialibus, sive non. *Ibidem ad 29.*, possunt Sodales Congregationes cogere sine consensu, et interventu Parochi, dummodo non impediatur functiones, et Divina Officia. *Ibidem ad 30.*, ita etiam possunt propria bona administrare, ac de illis disponere, sine dependentia a Parocho. *Ibidem ad 31.*, si Parochus Congregationibus Confraternitatum intersit de mandato Episcopi, non habet suffragium. *Ibidem ad 32. et 33.*

Confraternitati non licet Processiones ducere sine licentia Episcopi 3758. ad 1., nec Cappellano deferre Stolum, etiam in associatione cadaverum. *Ibidem ad 2.*, nec erigere Crucem sine velo. *Ibidem ad 3.*, quae deferenda est ante confratres. *Ibidem ad 4.*, ad Capitulum Collegatae, cuius est ius Parochiale, spectat funebre Officium super cadaveribus in Confraternitatis Ecclesia sepeliendis. *Ibidem ad 5.*, quarta ei debetur de Candelis, quae apponuntur in funere tam prima, quam septima die, non autem de iis, quae per manus distribuuntur. *Ibidem ad 6. et 7.*, nequeunt in Oratorio cani Missae solennes, nisi in celebrioribus eius Festivitatibus, neque licet celebrare Missam sive lectam, sive cantatam ante Missam Parochialem. *Ibidem ad 11. et 12.*, haud reti-

neri potest in Oratorio SSimum Sacramentum. *Ibidem ad 13.* Haec autem Decreta versantur in casu particulari cuiusdam Confraternitatis aggregatae Archiconfraternitati Confalonis de Urbe; quam quidem aggregationem S. R. C. non prodesse respondit ad id agendum, quod forte praedictis responsionibus adversatur. *Ibidem ad 14.*

Confraternitatis cuiusdam functiones Ecclesiasticas non Parochiales S. R. C. respondit in casu particulari spectare ad Parochum privative quoad Confratres 3776.

Confraternitatis Sodales nequeunt, non expectato termino praescripto, tollere, et sepelire cadavera defunctorum reperta in viis, etiam sub praetextu ea retinendi loco depositi 3784. *ad 3.*

Confraternitas pro associando funere convenire debet in Ecclesia Parochiali 3784. *ad 4.*, neque licet eius Cappellanis celebrare Missam ante Parochialem. *Ibidem ad 5.*, associando funus ad suum Oratorium, nequit Crucem erigere, quae erigenda est a Parocho, cui Confraternitas subest 3796.

Confraternitas. Licere Parocho celebrare primas, et secundas Vesperas in solitis festivitatibus Oratorii S. Iosephi Terrae Curtis maioris, Dioecesis Placentinae, non autem eius Cappellano S. R. C. respondit 3832. *ad 1. et 2.*, item facere Officium, ac Missam cantare super cadaveribus sepeliendis in dicto Oratorio. *Ibidem ad 3.*, nec licere Cappellano celebrare in dicto Oratorio Anniversaria. *Ibidem ad 4. et 5.*, licere exponere SSimum Sacramentum arbitrio Episcopi eum, vel sine licentia Parochi. *Ibidem ad 6.*, ut etiam retinere Confessionale. *Ibidem ad 7. et 8.*, si Parochus Missas solennes occasione expositionis celebrare velit, et Confessionali assistere, ei persolvenda est consueta elemosyna pro Missa, nihil pro audiendis confessionibus. *Ibidem ad 9.* Confratres, et Sorores possunt eligere sepulturam in dicto Oratorio, reservatis Parochialibus emolumentis ad formam Constitutionum Sinodaliū, et iuxta solitum; in associando vero Parochus interesse debet. *Ibidem ad 11. et 12.*, possunt Confratres facere Processiones intra ambitum Oratorii sine licentia Parochi, et cum interventu eorum Cappellani, neququam tamen extra, nisi auctorante Ordinario. *Ibidem ad 12. et 13.* Videri etiam possunt alia Decreta quoad alias Confraternitates in similibus quaestionibus 3835. 3847. 3850. 3864. 3902.

Confraternitati SSmi Sacramenti Civitatis Baren.

in Processionibus non licet incedere sub Cruce Capituli iunctim, sive intermedie cum Canonicis Metropolitanae, non obstante quacumque consuetudine 3859. *ad 1. et 2.*, non ei licet non invitare Capitulum. *Ibidem ad 3.*, licet tamen Processiones ducere de licentia Episcopi, quin exquirendus sit consensus Capituli. *Ibidem ad 4.*, non licet in Anniversariis pro animabus Confratrum, praesente Capitulo, sedere Sodales in banco posito in medio Chori, non obstante consuetudine, prout etiam non licet Feriis V. et VI. maioris Hebdomadae assistere functionibus, sedendo in stallis Canonicorum, aut in Festo Corporis Christi sedem, et locum habere retro Altare Maius. *Ibidem ad 5. 6. et 7.*

Confraternitatibus non licet in earum Ecclesiis elevare sedile Magistratus 3861. *ad 1. et 2.*

Confraternitas potest retinere plures campanas in suae Ecclesiae, seu Oratorii turri 3910. *ad 1.*, peragere Processiones extra ambitum de licentia Episcopi, sed Cappellanus nequit deferre Stolum. *Ibidem ad 2. et 3.*, potest in Oratorio ministrari Eucharistia Confratribus, sed non retineri custodia cum Sacramento. *Ibidem ad 4. et 5.*, potest peragi novena cum expositione Sacramenti de licentia Episcopi. *Ibidem ad 6.*, potest recitari diebus festivis Rosarium, sed horis ab Episcopo permissis. *Ibidem ad 9.*, ut etiam quoad Missas celebrandas tam lectas, quam cantatas cum signo campanarum ante Missam parochialem. *Ibidem ad 10.*, possunt celebrari Anniversaria, et Officia tam ex obligatione, quam manualia cum assistentia aliorum Sacerdotum sine Parocho. *Ibidem ad 11. et 12.*, de licentia Ordinarii potest Confraternitas quaesturare per Parochiam, irrequisito Parocho. *Ibidem ad 13.*, in Processionibus solemnibus, quibus interesse solet Parochus, licet Confraternitati incedere sub suo Cappellano seorsim a Parocho. *Ibidem ad 14.*

Confraternitati S. Iacobi Minoris sitae infra limites Parochiae S. Iacobi Maioris Placentiae licet exponere Reliquiam S. Crucis 3914. *ad 1.*, nec tamen licet Cappellano cum ea benedictionem impertiri sine licentia Episcopi, cum id competat Parocho. *Ibidem ad 2.*, neque licet eidem Cappellano benedicere Palmas, Candelas, Cineres etc. *Ibidem ad 3.* (in alia propositione responsum fuit, moderando Decretum, licere pro solis Confratribus 3932. *ad 3.*), nequeunt in Oratorio peragi functiones Hebdomadae sanctae, exceptis Officiis tenebrarum. *Ibidem ad 4.*

et 5., nequit Cappellanus independenter a Parocho celebrare Missam solemnem in Festo Titularis etc., ad formam Constitutionum Synodaliū. *Ibidem ad 6.*, (in alia propositione, recedendo a decisio, responsum fuit, Cappellano licere 3932. *ad 6.*), nequeunt Confessionalia retineri, aut extra ambitum Processiones duci, nisi de licentia Ordinarii. *Ibidem ad 7. et 8.* Quae omnia praeter 3. et 6. confirmata fuerunt in altera propositione 3932.

Confraternitas B. M. V. de Planctu Civitatis Perusiae plura obtinet ad sui favorem Decreta in contumaciam Parochi 3928.

Confraternitatibus non competit elevatio Crucis in funeribus 3875.

Confraternitatum Cappellanis, quae licent, quae non 4012.

Confraternitatis SSmi Sacramenti Sodalibus non licet in solemnī Processione incedere post Clerum cum intortitiis hinc inde, ante baldachinum, sed tenentur incedere a latere eiusdem 4045. *ad 1. et 2.*, gestantibus intortitia, occasione sacrarum Processionum, debetur praecedentia supra famulos Magistratus similia intortitia deferentes 4147., debetur praecedentia in omnibus Processionibus, in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum supra alias Confraternitates 4228.

Confraternitatis S. Iohannis Civitatis Ripanae tres officiales maiores in Processione cum Sacra Imagine B. M. V. incedere debent a latere eiusdem Imaginis, quae deferri nequit sub baldachino, et decet, ut deferatur a Confratribus sacco indutis 4164.

Confraternitati Sanctissimi Crucifixi loci Castri Novi in Garfagnana, Dioecesis Lucanae, denegatur facultas peragendi iuxta solitum Processionem SSmi Crucifixi in nocte Feriae VI. maioris Hebdomadae 4283.

Confraternitatis Sodalibus, quacumque veste indutis, non licet assistere Vesperis, et Missae solemnī intra Presbyterium, ibique thurificationem, aliosque obsequii actus excipere, etiam consensiente Parocho 4438.

In *Confraternitatum publicis Oratoriis* cantari potest una Missa de Festo Titularis occurrente in Dominicis Adventus, et Quadragesimae privilegiatis, non autem in illis exceptis, quae respuunt etiam duplicia primae classis: et in huiusmodi Missa facienda est commemoratio Dominicae, et diei tantum Octavae occurrentis, cum Evangelio Dominicae in fine 4567. *ad 8.*

- Confraternitas S. Mariae de Campo Sancto. V. Privilegium.*
- Confraternitati S. Sepulchri* in Ecclesia Barnabitarum Maceratae canonice erectae, licet deferre ante Crucem in Processionibus quinque intortitia 4575.
- Confraternitatum Cappellani* possunt incedere cum Stola in Processionibus et in Cadaverum associatione dum processionaliter easdem sequuntur et claudunt 4607. *In subiecta adnotatione plura haec de re declarantur.* Vide etiam num. 4625. 4626. 4796. 4808.
- Confraternitati Sanctissimi Sacramenti oppidi Comunanza* Dioecesi Montis Alti permittitur ducere Processionem extra Ecclesiam singulis tertiis Dominicis mensis cum interventu Parochorum 4674.
- Confraternitati Bonae Mortis* erectae in Ecclesia S. Bartholomaei a *Gagliano* permittitur Collecta pro infirmo morti proximo 4881.
- Confraternitates* in Processionibus debent ducere vexillum velo obductum, non autem hastatam Crucem 4894.
- Confraternitatibus Casalis Lucae Melitensis Dioecesis* circa ius deferendi fanalia in Processione S. Patroni, praescribitur, ut donec dubium solutum non fuerit, ipsa fanalia a Clericis deferantur 5007.
- Confraternitas S. Iosephi* erecta in Ecclesia Ordinis Minorum Suburbii Civitatis Notabilis Dioecesis Melitensis habet privilegium sepulchri, si in eius Ecclesia Sodales sepulturam elegerint 5193. *ad 1.*, ius habet associandi cadavera Sodalium etsi deferantur ad aliam Ecclesiam, dummodo sit vocata; et interveniendo praecedat Confraternitatem SS. Sacramenti erectae in Ecclesia Parochiali S. Pauli, quamvis defunctus huic etiam fuerit adscriptus et in ea sit sepeliendus. *Ibidem 2. et 3.* Confraternitas autem S. Pauli non tenetur accedere ad funera communium Confratrum, qui in ea sibi sepulchrum elegerint, et interveniendo cedere debet alteri S. Iosephi. *Ibidem ad 2.*
- Congregationi Sacerdotum saecularium* sub invocatione S. Philippi Neri, vel sub alia qualibet denominatione in associandis funeribus, aliisque functionibus ecclesiasticis, competit praecedentia supra Regulares 3933. 4373.
- Congregationi Missionis* Domus tyrocini in civitate Neapolitana indulta quaedam conceduntur 4793. *ad 1.*; denegatur ut assumat S. Vincentium a Paulo in Contitularem novae Ecclesiae. *Ibidem ad 2.*, prohibetur imago Conceptionis B. M. V. sub typo moderno a numismate Parisiensi deducto. *Ibidem ad 3. et 6.* (Vide etiam n. 4804.); denegatur facultas legendi Officium et Missam Conceptionis B. M. V. sicuti habent Fratres Ordinis Minorum S. Francisci. *Ibidem ad 4.*, permittitur ut dies Octava S. Vincentii a Paulo celebretur sub ritu dup. 2. class., in eaque primae Vesperae recitentur de hoc festo, licet concurrant cum 2. Vesperis S. Iacobi Apost. *Ibidem ad 5.*, denegatur ut fiat Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae eadem die, qua peragitur in altera Ecclesia veteris Domus. *Ibidem ad 7.*
- Congregationi Agonizantium Civitatis Cospicuae* indulgetur in propria Ecclesia oratio pro confratribus infirmis, vel morti proximis, dum graviter laborant 4818.
- Congregationi Sanctissimi Redemptoris* in Dominiis Austriacis conceditur facultas recitandi quaedam Officia pro illis Regnis indulta 4842. *ad 1. et 2.*
- Congregationis Sanctissimi Redemptoris* Alumni in Suffragiis tenentur apponere tantum commemorationem de S. Alphonso M. de Ligorio Fundatore, non illam Sanctissimi Redemptoris 5185. *ad 1.*
- Comprotectorum Sanctorum Festa* indici nequeunt sub praeepto 1922.
- Consecratio Ecclesiae* fit eo, quo potest, modo, si ob impedimenta nequeunt ab extra praescriptae circuitiones fieri 99. *ad 1.* 248. 277. 392. 744. 1723. 2343. *ad 1.* 2986. 3219. 3226. 3267. 4594., facienda omnino est simul consecratio Arae maximae 2343. *ad 2.* Anniversarium destinari potest in die ab illa diversa, in qua facta fuit consecratio. *Ibidem ad 3.*
- Consecratio* probatur concludenter ex signis, et haec extitisse probatur per testes deponentes de visu 1001. *ad 1.* 2053., si incerta sit consecrationis dies, Episcopus eam determinat perpetuo servandam 1001. *ad ultimum*; dummodo tamen non assignetur in Adventu, et Quadragesima 2053.
- Consecrationis Ecclesiae* Anniversarium perpetuo transferendum non est, sed si quandoque cadat in Hebdomada maiori, transferri debet iuxta Rubricas sine Octava 782.
- Consecratio novae Ecclesiae* facienda est ab Episcopo Dioecesano, non ab Abbate eius Fun-

datore, nisi is habeat speciale Indultum Episcopo exhibendum 2686.

Consecratio Ecclesiae ab uno Episcopo incepta, qui improviso accidenti correptus eam perficere non potuit, ab alio Episcopo est de novo inchoanda, si primus desierit, priusquam Sacro Chrismate liniret duodecim Cruces, et ea verba proferret: - *Sanctificetur, et consecretur hoc Templum etc.* - in quibus praecipue Ecclesiae consecratio consistit 486.

Consecrationi Ecclesiae praemittendum ieiunium, quod est strictae obligationis quoad Episcopum tantum, et illos, qui petunt Ecclesiam sibi consecrari 4400. *ad 1. et 2.* 4908., si dies consecrationis est ferialis, non est servanda a populo de praecepto. *Ibidem ad 3.* Officium inchoandum absoluta consecratione a Vesperis. *Ibidem ad 4. et 5.*, seu ab hora in qua expletur consecratio, et recitari debet a Clero Ecclesiae adscripto 4742. *ad 1.* 4979., si nulla alia Ecclesia adsit in loco, Parochus, vel quilibet alius Sacerdos vel celebret post peractam consecrationem, vel absteineat. *Ibidem ad 6.*, quod si alibi celebret, legere debet Missam de Feria, aut Festo occurrente, non autem de Consecratione. *Ibidem ad 7.*

In Consecratione Ecclesiae celebrandae sunt Vigiliae iuxta Pontificale recitando Officium de Sanctis 4742. *ad 2.* 4979. 5008., necessario dedicandum est saltem unum ex Altaribus iuxta regulam Pontificalis 4976. 5204.

Alias habes V. *Dedicatio. Altare.*

De Consecratione Episcoporum in Urbe peragenda quaedam notantur 5., ubi statuitur quod ea faciendae sit vel in Cappella Pontificia, vel in Ecclesia consecrata. *Ibidem.*

Consecratio Episcopi peracta a duobus Episcopis, et Dignitate Ecclesiae Cathedralis una cum omnibus inde sequitur, convalidatur auctoritate Pontificis 1425.

In Consecratione Episcoporum Consecrandi uti debent colore albo: Consecrator, et Assistentes colore tempori conveniente 2223. *ad 2.*

Consecratio Episcopi ex speciali gratia; attendente necessitate, et impossibilitate accersendi tres Episcopos, permittitur, ut ab uno fiat cum assistentia duarum Dignitatum loco duorum Episcoporum 272., servando eodem modo Rubricam Pontificalis Romani in impositione manuum, et in osculo pacis 5188. *ad 3.*

In Consecratione Episcopi, dum Consecrator communicat Consecratum nihil dicere debet iuxta Pontificale 5180. *ad 6.*

Constitutio S. Pii V. servanda est quoad Officium parvum B. M. V., defunctorum, Psalmos graduales, et poenitentiales recitandos in Choro 287. 643.

Constitutio Urbani VIII. de Sacris Imaginibus 1403., alia de observatione Festorum 1411.

Constitutio Apostolica de Protonotariis Honorariis seu Titularibus, qua confirmatur Decretum S. Congregationis particularis a Pio Papa VII. deputatae, quo quaedam firmanantur leges, et intra quosdam limites coercentur privilegia iisdem Protonotariis indulta 4545.

Constitutio Apostolica, qua deefaratur Corpus inventum sub Ara Maxima Basilicae Assisiensis revera esse Corpus S. Francisci Fundatoris Ordinis Minorum 4569.

Constitutio Apostolica, qua confirmantur Decreta S. R. C. super usu Insignium Pontificalium aliquibus Capitulis concessa 4593.

Consuetudo canendi Epistolam et Evangelium in ambone in Ecclesia Oscensi retinenda est 15. *ad 1. et 2.*

Consuetudo, quae sacris Canonibus non repugnare visa est, probatur 72.

Consuetudo pro praecedentia est probanda 108.

Consuetudines quaedam Ecclesiae Elboren. examinantur et declarantur 133.

Consuetudo antiqua, ac Caeremonialis conformis servanda 195., prout etiam consuetudines, quae laudabiles, et antiquae sunt, quas proinde Caeremoniale Episcoporum non tollit 199. 207. 211. 212. 217. *ad 1.* 226. 229. 248. 266. 318. 342. 382. 444. 458. 1383. 1384., quae nequeunt ab Episcopo tolli, et abrogari 449., ita etiam consuetudines particularium Ecclesiarum, quae non repugnant ritibus, sed potius circa modum versantur, servandae sunt 2448. 2736.

Consuetudines contra Rubricas Missalis abusus, et corruptelae esse declarantur 15. *ad 10.* 3189.

Consuetudo, quod in Cathedralibus, et Collegiatis, in quibus Praebendae non sunt distinctae, Clerici anteriores possessione praeferantur Presbyteris possessione posterioribus, abusus imperscriptibilis declaratur 1981. 2001. 2714. 3197.

Consuetudo baptizandi per Canonicos infantes ad instantiam Parentum de licentia Episcopi, non est improbanda, salvis iuribus, et emolumentis Archipresbyteri 312.

Consuetudo Ecclesiae particularis in praetintonandis Antiphonis servanda 341.

- Consuetudo* immemorabilis assistentiae fieri solitae Episcopo per Archipresbyterum, licet Archidiaconus sit prima Dignitas, servanda 347.
- Consuetudo* recitandi in Choro Officium parvum B. M. V., etiam Dominicis diebus, et Festis semiduplicibus servanda est 356.
- Consuetudines quaedam Ecclesiae Cathedralis Gadicen.* non omnino reprobatae, sed cum aliqua modificatione permissae 2856. *ad* 1. 2. *et* 3.
- Consuetudo* tolerari potest, ut Clerici Ministri Altaris, quibus alius locus non est assignatus, sedeant in gradibus Altaris, in quo, ex regionis consuetudine, asservatur SSmum Sacramentum in Tabernaculo inclusum, nec populo patens 374. *ad* 12.
- Consuetudo*, quod Passio in Dominica Palmarum, et Feria VI. in Parasceve decantetur a Canonicis, servanda est, non obstante Caeremoniale, in quo disponitur eandem a Cantoribus esse decantandam 458.
- Consuetudo* immemorabilis faciendi per proprium Parochum, et Clerum saecularem Officium super defunctis in aliqua Regularium Ecclesia, servanda est 508.
- Consuetudo* excipiendi a Canonicis a propriis aedibus Episcopum venientem ad audiendam Concionem servanda est 683.
- Consuetudo* non cantandi duas Missas in Vigiliis, Quadragesima etc. probari debet non per conjecturas, sed conclusivissime 1187.
- Consuetudo* aliquo in loco vicens, quod Clerici, et Presbyteri cum Cruce, et Baldachino eant obviam, ac excipiant cives redeuntes in patriam graduatos, omnino prohibenda 1188.
- Consuetudo* damnanda, quod Parochus in levandis cadaveribus Stolum assumat in domo defuncti, et exiens illum dimittat 1434.
- Consuetudo* in Collegiata delegandi Missas solemnes stationum Presbyteris advenis, praetermissis Canonicis, reprobatur 1727.
- Consuetudo* vicens aliquo in loco, quod proprius Parochus non associet defunctum in aliena Ecclesia tumulandum, sed facta per ipsum absolute in propria defuncti domo, consignato cadavere recedat, non reprobatur 2291.
- Consuetudo* immemorabilis, quod Parochus Cathedralis, non interveniente Capitulo, elevet Crucem in funere deferendo ad Ecclesiam Regularium, servanda est 2309. *ad* 2.
- Consuetudo* immemorabilis deferendi in funeribus tam Crucem Capituli, quam Parochorum Cathedralis servanda est 2314.
- Consuetudines* servandae a Vicegubernatore Ecclesiasticis functionibus interessente, et in associatione Episcopi 2123.
- Consuetudo* excipiendi a Canonicis Cathedralis Caeritanae quemdam Magistratum laicum reprobata, et damnata 2875.
- Consuetudinem* immemorabilem probandam esse quoad aliquas functiones controversas inter Praepositum, et Archidiaconum Cathedralis Terdonen. S. R. C. respondit 3348.
- Consuetudinem* Ecclesiae Lucanae canendi quotidie duas Missas conventuales etc. S. R. C. servandam esse respondit 3538.
- Consuetudo* dandi pacem, et thus Principissae Dominae loci non est servanda 3636.
- Consuetudo*, quod Diaconus, etiam Episcopo celebrante, thurificet post Magistratum omnes alios ex omni gradu sedentes in scamnis inferioribus, vel prope, vel e conspectu Magistratus, reprobatur, etsi sit immemorabilis 3757.
- Consuetudo* celebrandi de praecepto Festa Titularium Ecclesiarum Dioecesis Ianuensis, sive sit anterior, sive posterior Constitutione Urbani VIII., non obligat 3924.
- Consuetudo*, quod simplicibus Sacerdotibus Missas canentibus, praeter Diaconum, et Subdiaconum, Presbyter cum Pluviali adsistat, improbanda est, nec permittenda 3946.
- Consuetudo* thurificandi SSmum Sacramentum inclusum in Pyxide, dum defertur pro Viatico ad Infirmos etc., servanda est 4074.
- Consuetudo* deferendi in Processionibus Reliquiam SSmae Crucis, manibus operis cum velo e spatulis pendente, potest retineri 4120.
- Consuetudo*, licet antiqua, celebrandi Missam votivam solemnem de SSmo Sacramento cum Gloria, et Credo, in Feria II. maioris Hebdomadae, reprobatur 4303.
- Consuetudo*, quae viget in Collegiata S. Ioannis Baptistae, Dioecesis Nucerinæ Paganorum, celebrandi solemniter Officium defunctorum qualibet Feria II. cuiuslibet mensis cum expositione SSmi Sacramenti, et castro doloris accensis luminibus circumdato, reprobatur tamquam Rubricis, et Ecclesiae ritibus contraria 4392.
- Consuetudo*, quae ab antiquo tempore invaluit in quadam Ecclesia Parochiali, quod Assistentes Celebranti in Vesperis solemnibus, non Pluvialibus, sed Dalmatica, et Tunicella induantur, tolerari potest arbitrio Episcopi 4456.
- Consuetudo* sedendi in gradibus Altaris maioris, terga vertendo SSmo Sacramento, vel exposito, vel in Ciborio recondito ad effectum audiendi

- Concionem, tamquam corruptela minime ferenda reprobatur 4505. *ad 3.*
- Consuetudo*, quae viget in Ecclesia Pisana deferendi alios duos parvos Cereos ultra Cereum Paschalem in Processione ad Fontem baptismalem, servanda est 4672. *ad 10.*
- Consuetudines* quae in Cathedrali Laudensi vigent in Processionibus eliminandas esse veluti abusus respondit S. R. C. 5156.
- Consuetudo*, quae invaluit in duabus Ecclesiis oppidi *Barletta* Dioecesis Tranen. ut earum Rectoribus celebrantibus Missas et Vesperas solemnes adsistant sex Presbyteri Pluvialibus induti, permittitur quoad Vesperas tantum 5170.
- Consuetudo* vigens in Collegiata S. Mariae de Remedio Civitatis Ianuen. reverentiam exhibendi Praefecto Chori ad initium Matutini, et aliarum Horarum, tamquam laudabilis servari mandatur 5172.
- Consuetudo* salutandi Chorum in Officiis mortuorum, et in Matutinis Tenebrarum per integram Feriam VI. in Parasceve usque ad Missam Sabbati Sancti, servanda est ubi adest 5208. *ad 15.*
- Consules, et Assessor Civitatis Avenionensis* thurificandi immediate post Canonicos 2921. 2960. 3044.
- Conventio* inita a Canonicis Cathedralis, ut Missae conventuales in diebus ferialibus celebrentur a Cappellanis proprio stipendio conducendis, non est observanda, cum recedendum non sit ab usu celebrandi per ipsosmet Canonicos 1422.
- Conventuales S. Francisci Oppidi Valentiae del Pò*, Dioecesis Papien, occasione Processionis in Festo SS^{mae} Conceptionis, habere debent solitum locum in Choro, et stallis Collegiatae a cornu Epistolae, ibique solitas honorificentias recipere post Canonicos 4008. *ad 2.*
- Conventuales S. Francisci Balneagaballi*, occasione Processionis, in qua defertur Sacra Imago B. M. V., etsi intersit Capitulum Ecclesiae Matricis cum suo Caeremoniario, possunt Superpelliceo amicti vagari ad effectum dirigendi Processionem, et deferendi Sacram Imaginem 4462. Confraternitates vero incedere debent sub propriis vexillis, exceptis illis, quibus de iure competit gestatio Sacrae Imaginis 4453. In alia propositione declaratur Rescriptum 4461.
- Conventuales S. Francisci in Civitate, et Dioecesi Turritana* manutenendi in possessione celebrandi Festum S. Antonii Patavini, praevis precibus per dies tres supra decem, et sequenti octiduo, Supplicationem ducendi et quaestuandi 4539.
- Conventuales S. Francisci in civitate Theatina* manutenendi sunt in possessione celebrandi festum S. Antonii Patavini 4726.
- Conventuales S. Francisci oppidi Bectonae* Dioecesis Assisiensis. non competit usus Pluvialis in Processionibus generalibus 4886.
- Conventuales S. Francisci Patriarchalis Basilicae Assisiensis* servitio addicti in Processionibus cedere debent locum Patribus de Observantia, et etiam PP. Reformatis, quando Observantes non accedunt 5222. *ad 1. et 2.*; teneantur intervenire ad Processiones, quae ab Episcopo indicuntur ex causa publica. *Ibidem ad 4.*, preces pro publica causa ab Episcopo imperatas persolvere debent in Basilica praedicta. *Ibidem ad 5.*
- Sancti Cornelii, et Cypriani V. Festum.*
- Corporale* nequit retineri extensum usque ad finem Missae, sed tantum ad praescriptum Rubricae, nec convenit illud extra bursam deferre 3707.
- Corporalia, Pallae, Purificatoria*, quae non sunt ex lino vel cannabe, omnino prohibentur 4563.
- Sancti Cosmae, et Damiani V. Officium.*
- Crucem* deferendi ius in funeribus nequit a Canonicis Cathedralis delegari Regularibus in praeiudicium Collegiatae 1796.
- Crucem* deferendi in Processionibus cuidam Collegiatae facultatem ab Episcopo concessam S. R. C. adprobare recusat 3444. 3471.
- Crucem* benedicere, processionaliter deferre, plantare extra claustrum in eorum fundo, Regularibus non licet sine licentia Episcopi 2379.
- Cruces*, quae fiunt super oblata, fiant manu recta 2241. *ad 4.*
- Cruces* duodecim, quae in Ecclesiae Consecratione Sacro Chrismate liniuntur, nequeunt avelli expleta consecratione, sed perpetuis temporibus remanere debent 3382.
- Cruces* Altarium, et Processionum non sunt de praecepto benedicendae 3697. *ad 1.*, hinc quilibet simplex Sacerdos privatae, et non solemmiter eas benedicere potest. *Ibidem ad 2.*

- Crucis* et *Numismata* tamquam peculiariora Insignia concessa alicui Collegio Canonicorum aut aut Beneficiorum, declarantur non esse palam deferenda in paramentis sacris, et in administratione Sacramentorum 4590. *ad* 15.
- Crucis* et *Imagines* tegi debent in primis Vesperis Dominicæ de Passione 4669. *ad* 36.
- Crucis* duas ex quatuordecim, quæ in parietibus Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis ad Montem Pincium Urbis depictæ apparebant, expungendas esse decrevit S. R. C.; salvis remanentibus quæ sunt in Presbyterio, et prope portam principalem 5178.
- Crucis* Commemoratio 595.
- Crucis* Officium, et Missa, si Festum transferatur post tempus Paschale, quas variationes subire debeant? 4241.
- Crucis* erigendæ ius in funeribus deferendis ad Ecclesiam Conventualium Albani privative spectat ad Capitulum Cathedralis 4430. *ad* 1., neque licet dictis Conventualibus, in associatione cadaverum tam in propriis, quam in alienis Ecclesiis tumulandorum, erigere vexillum Religionis vulgo *Stendardino*. *Ibidem ad* 2., haud tamen licet Capitulo ingredi cum Cruce erecta, et Stola Ecclesiam dictorum Conventualium, ibique funebria absolvere circa cadavera. *Ibidem ad* 3.
- Cruci*, quæ magna in veneratione est, et asservatur in Regia Cappella oppidi Caravaecæ, qui cultus debeatur, et quomodo consuetudo, quæ inolevit, permittenda, vel moderanda? 4462.
- Crucifer* Cottam induere debet dum Archiepiscopus est sacris amictus; violaceam vestem, si Episcopus utatur cappa 2029. *ad* 2., dum Archiepiscopus Concioni assistit, potest Crucem ad parietem dimittere. *Ibidem ad* 3.
- Crucifixi Imago* an in Altari ponenda sit tempore Sacrificii? 2018. *ad* 1.
- Crux* a quo deferenda iuxta diversas actiones et processiones 15. *ad* 18.
- Crux* unica deferenda in funeribus, et illius Ecclesiæ tantum, ad quam defunctus defertur: immediate post eam sequuntur Fratres illius Religionis, cuius est *Crux*, deinde alii secundum ordinem etc. 498. 682. 949. *ad* 2. 1898. 3002. nisi intersit Capitulum Collegiatae, cui in casu, huiusmodi ius spectat. 4877. *ad* 2., aliam Crucem elevandi consuetudo abroganda 2235.
- Crux* cum velo appenso deferenda est in publicis Processionibus, etiam a Canonicis Regularibus Lateranensibus, ut sit ab omnibus aliis Regularibus 526.
- Crux* integra producenda est cum Patena, dum dicitur Oratio *Libera nos etc.* 677. *ad* 4., post dictum signum osculanda est Patena. *Ibidem ad* 5.
- Crux* quo tegenda sit velo Feria V. in Coena Domini ad lotionem pedum 1613. *ad* 4.
- Crux* Cleri secularis deferenda omnino est a Clerico Cottainduto. Consuetudo contraria abusus auferendus 2067.
- Crux* parva cum Imagine Crucifixi posita supra tabernaculum Sacramenti non est sufficiens tempore Sacrificii, sed poni debet alia *Crux* in medio candelabrorum 2231. *ad* 1., sufficit tamen magna statua Crucifixi in Altari locata. *Ibidem ad* 2.
- Crux* in Processione deferenda converti debet ad populum, non autem ad deferentem 2732. *ad* 1.
- Crux* unica in funeribus debet esse Ecclesiæ tumulantis, nec potest illam elevare Ecclesia parochialis, quæ est etiam Cathedralis, si cadaver deferendum sit ad Ecclesiam Regularem 754. 1190. 3331. *ad* 1., interveniente tamen Capitulo, *Crux* debet esse Cathedralis 936. *ad* 3. 941. 1260. *ad* 1. 2920. 3072. 3241. *ad* 2., declaratur abusus consuetudo Metropolitanae Ianuensis elevandi alteram Crucem, qua Canonici quodammodo dividantur a reliquo Clero in funeribus capitularibus, ideo damnatur, et præcipitur, ut omnes incedant sub unica Cruce 2868. *ad* 1. 4877. *ad* 3., quod respicit etiam Canonicos Collegiatae 3154. Parochus vero relinquere debet digniorem locum Capitulo 1260. *ad* 2., is tamen debet aspergere cadaver, intonare Antiphonam, officium facere in propria Ecclesia 1260. *ad* 3.
- Crux* altera addenda non est a Collegiata in funeribus sub prætextu, quod mensæ Capitulari fuerint uniti fructus suppressi Monasterii 1832. 1875.
- Crux* Archiepiscopalis, dum Archiepiscopus solemniter celebraturus Sacris indutus e Sacratio pergat ad Altare, deferenda est ante Canonicos paratos 3026. *ad* 6., in solemnibus Processione Corporis Christi deferri debet per Subdiaconum paratum ante Beneficiatos similiter paratos. *Ibidem ad* 9.
- Crux* cum Imagine Crucifixi de more collocanda est super Altare, in quo Sacramentum est expositum 3773. (intellige tempore Sacrificii) Verumtamen hac postea repudiata sententia, responsum fuit, quamlibet Ecclesiam, non obstante suprascripto Decreto, relinquendam esse in sua praxi 4119. *ad* 5.

Cruz unica Ecclesiae tumultantis in funeribus 3957. ad 5. 4618. 4673. ad 1.

Cruz erigenda Ecclesiae, quam Episcopus visitat 3957. ad 6.

Cruz thurificanda non est, dum incensatur Altare, in quo publicae expositum est venerationi SS^mum Sacramentum 4080. ad 5.

Cruz in funere Sacerdotum locanda est ad caput defuncti inter feretrum, et Altare 4183. ad 2.

Cruz Ecclesiae tumultantis in funeribus explendis digniori in loco ponenda, etiamsi haec sit Ecclesiae Regularium, alia vero Ecclesiae Abbatialis 4412. (casus supponit, quod duo deferantur Cruces).

Cruz in medio Altaris est collocanda, quae sit visibilis Sacerdoti et populo. Mandatur Episcopis, ut iuris et facti remediis id servandum curent, simulque provideant pro casuum exigentia, ne *Cruz* visibilis desit 4590. ad 8. Vide *subiectam adnotationem*.

Cruz a quo, quaque sacra veste induto deferenda sit in die Purificationis, Dominica Palmarum, Feria V. et VI. maioris Hebdomadae, ac in die commemorationis defunctorum 4620. ad 1. Vide *subiectam adnotationem*.

Cruz Archiepiscopi, et *Cruz* Capituli quo ritu deferri debet in functionibus Pontificalibus? 4672. ad 16.

V. *Canonici Cathedralis, Capitulum, Collegiata, Parochus, Processio, Regularis, Velum.*

D

Decani et Cantoris Ulysbonen praesentia in Chori regimine 136.

Decimarum exactio fieri debet in loco ab Episcopo deputato 4315. ad 6.

Decreta contra adusus 740., praeter expressas comprehendunt etiam Ecclesias Abbatiales, et declaratur, quod propter solos titulos Altarium Officia non competunt 769., eadem Decreta extenduntur etiam ad Breviaria tolerata a S. Pio V., ita ut addi non possit aliquod Festum Sanctorum, aut ratione Reliquiarum, nisi modo, et forma expressis in Decreto, et consulta Sede Apostolica 772. ad 3.

Decretum super caeremoniis, et ritibus non introducendis absque consensu et approbatione Ca-

pituli, nullum declaratur ex defectu iurisdictionis 28.

Decreta facta pro Ecclesia Hispalensi transmittuntur servanda in Ecclesia Oxomensi 60. Vide supra num. 21. et 22., transmittuntur pariter eodem modo ad Cathedralem Elborensis 41.

Decretum alterum ad tollendos abusos, qui variis in locis irrepserunt 892.

Decretum de Orationibus fieri solitis ab Advocatis Consistorialibus in Consistoriis publicis, ubi exhibetur instructio Urbani Papae VIII. 893.; quod confirmatur per aliud Decretum Pii Papae VIII. 4518.

Decretum generale de anticipanda Vigilia S. Iohannis Baptistae, si haec occurrat in solemnitate Corporis Christi 1090., quo casu omittitur eo anno commemoratio vigiliae in Officio et Missa 3753.

Decretum generale de Festo simplici occurrente infra Octavam Corporis Christi 2483.

Decretum generale de Officio S. Hermenegildi 2465.

Decretum generale de Festo Purificationis B. M. V. 2938. 4197.

Decretum generale de Officio S. Gabrielis Archangeli non extendendo ad Ecclesiam universalem 3460.

Decretum generale de Officio Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi transferendo post tempus Paschale 3657.

Decretum generale de Officiis S. Marei Evangelistae, et Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi aequè translatis; quod ex his praefendum? 3748.

Decretum generale, quo plures controversiae componuntur inter Parochos, et Confraternitates laicorum 3670.

Decretum generale de Praefatione SS^mae Trinitatis 4275.

Decretum generale de Missa pro Sponso, et Sponsa 4415., resolvuntur dubia quaedam per aliud generale Decretum 4544.

Decretum generale, quo prohibetur duplex benedictio SS^mi Sacramenti in Ecclesiis Monialium 4372.

Decreta generalia de Officiis Sanctorum ad libitum 2565. 2671. 2976.

Decretum generale de translatione Festorum 3409.

Decretum generale de cultu exhibendo Spinis Coronae Domini, ac de translatione Festorum 3700.

Decretum generale circa Rubricas 3741.

- Decretum generale*, quo plura enodantur, et componuntur Dubia, circa novum Missale imprimendum 3754.
- Decretum generale*, ne mulieres ingrediantur septa Monasteriorum Regularium, occasione Processionum 912.
- Decreta generalia* quoad Missas de Requite, et Anniversaria pro defunctis 2177. 2178. 2385. 2488.
- Decretum generale*, quo prohibentur Missae de Requite, et votivae infra Octavam Corporis Christi 2505.
- Decretum generale* circa ea, quae permitti nequeunt Praesidibus, aliisque personis laicis in functionibus Ecclesiasticis 3156. 3212.
- Decreta generalia* de Festo Annunciationis B. M. V. transferendo, et reponendo 3202. 3204. 3282. 3893., per aliud generale Decretum dubia quaedam resolvuntur 4528.
- Decretum generale* de Officiis recitandis ratione alicuius Reliquiae insignis 3246.
- Decretum generale* de Festo S. Iosephi occurrente Feria V. in Coena Domini 3289.
- Decretum generale*, quo conceditur Confessariis et Cappellanis addictis servitio Monialium facultas celebrandi Missas Sanctorum, de quibus Moniales recitant Officium, sed cum Missali Romano 3904.
- Decretum generale*, ne in posterum recipiantur preces pro facultate recitandi Officia votiva semel in hebdomada, vel semel in mense 4234. 4517.
- Decretum generale* de Officio SS^{mi} Nominis B. M. V. 3054. 3069.
- Decretum generale* de Regularibus, et Confraternitatibus erectis in eorum Ecclesiis, in quo confirmatur aliud Decretum generale editum 28. Iulii 1628. in Congregatione coacta iussu S. M. Urbani VIII. ex Congregationibus Episcoporum, et Regularium, S. Concilii, et Sacrorum Rituum 1934.
- Decretum generale* circa usum Pontificalium concessum Praelatis Episcopo inferioribus iussu Alexandri VII. emanatum 2003. 4155.
- Decretum generale* de cultu Beatis nondum Canonizatis praestando 2002. 2046. 2054. Vide etiam 1653. 1654.
- Decreta generalia* de observantia Festorum 1411. 1444. 1479. 1484. 1530.
- Decreta generalia* de Sacris Imaginibus 1403.
- Decretum generale* de cauthelis adhibendis quoad electionem Sanctorum in Patronos Locorum 852.
- Decretum generale* de Lectionibus propriis Sanctorum 2895.
- Decretum generale* super celebratione Festi Dedicationis Ecclesiae Cathedralis quoad Regulares 2159.
- Decretum generale* de non apponendis in posterum in Martyrologio Romano nisi Sanctis Canonizatis 2927.
- Decreta generalia*, quae praecipue versantur circa Anniversaria, et Missas de Requite apponenda in principio Missalis 3873.
- Decretum generale* de duplicibus reponendis in diebus, in quibus fieri deberet de semiduplici, si prope anni finem non supersint alii dies impediti 4492.
- Decretum* de collectis recitandis prout in Missali 3193.
- Decretum* in causa Valentina iuxta S. Rom. Rotae decisiones, et votum 1339.
- Decreta* edita ab Episcopo Cremonen. pro quada Ecclesia Archipresbyterali suae Dioecesis a Sac. Rit. Congregatione adprobata, et confirmata 2876.
- Decretum generale*, quo prohibetur Typographis imprimere nova Officia Sanctorum, nisi facultate in scriptis accepta, et adprobatione obtenta a Secretario S. R. C. de concordantia cum originali 3245.
- Decretum* de non anticipando ieiunio vigiliae S. Matthiae Apostoli ratione ultimi diei carnis privii 3326.
- Decretum generale* de Officio S. Laurentii Iustitiani celebrando sub ritu semiduplici de praeepto ab Ecclesia universali. 4282.
- Decretum generale*, quo Festum Decollationis S. Ioannis Baptistae elevatur ad ritum duplex maius 4429.
- Decretum generale* de celebrando in Ecclesia universali Festo Septem Dolorum B. M. V. Dominica III. Septembris, ubi etiam praescribitur quid servandum in casu translationis 4513., per aliud Decretum generale resolvuntur quaedam dubia, quae festum praedictum respiciunt 4541.
- Decretum generale*, quo prohibetur addi in Canone nomen S. Iosephi Sponsi B. M. V., et permittitur ut in Oratione *A cunctis* legi valeat 4520.
- Decretum generale*, quo statuitur Stolum non esse adhibendam pro canendis divinis Officiis, sed tantum pro collatione et confectione Sacramentorum 4524.
- Decretum generale* de Palmatorta non adhibenda,

- nisi ab iis, quibus de iure competit, vel eius usus concessus est ex privilegio, et de Canonicis Insigniis non adhibendis extra Ecclesiam, nisi quando Canonici Capitulariter incedunt, aut nisi singuli speciali privilegio fruuntur 4537.
- Decretum generale*, quo Amictus, Albae, Tobaleae, Corporalia, Pallae, Purificatoria ex lino, vel cannabe conficienda esse declaratur 4563.
- Decretum generale* ad tollendos quosdam abusus, praesertim in Ecclesiis exemptis 4578.
- Decretum generale* de non imprimendis libris de vitis, gestis, ac miraculis Servorum Dei, incon-sulta S. R. C. 4584.
- Decretum generale*, quo declarantur privilegia Pontificalium quibusdam Capitulis concessa, et ad formam iuris reducuntur 4593. *Apostolica Constitutio*, qua idem Decretum approbatur et confirmatur.
- Decretum* diei 2. Septembris 1741. vetans in Missis de Requie administrari Communionem per modum Sacramenti, hoc est cum particulis in Tabernaculo asservatis, authenticum est 4594. ad 9. Vide *subiectam adnotationem*.
- Decretum*, quo S. R. C. iubet, ut Beneficiati, qui Cappae magnae usum habent etiam tempore aestivo, pellibus tamen depositis, substituunt sericum operimentum eiusdem omnino coloris conformis pellibus dimissis 4599.
- Decretum generale*, quo declaratur licere legi in Orationibus Pronomina S. Ioannis Chrysostomi, et S. Petri Chrysologi 4610.
- Decretum generale* iubens, ne Reliquiae Sanctorum deferantur sub Baldachino 4620. a.
- Decretum generale*, quo praescribitur methodus in proponendis causis Servorum Dei, qui cultu immemorabili fruuntur 4624.
- Decretum generale*, pro describendo Elogio S. Petri Damiani Ep. Card. in Martyrologio Romano 4635., aliud Decretum, quo idem Sanctus in Doctorum Albo recensetur, eiusque festum ad universam Ecclesiam extenditur 4638.
- Decretum generale* pro conditionibus servandis in editione Librorum Liturgicorum iuxta Pontificias constitutiones 4730.
- Decreta particularia*, quibus dantur indulta specialia pro Missae celebratione Sacerdotibus infirmis etc. requirantur sub num. 5055. 5056. 5059. 5061. 5092. 5097. 5142., item celebrandi Missam in mari 5090. 5120., item anticipandi Missam, et Officii recitationem tempore Sacrarum Missionum 5095. 5096.
- Decreta S. R. C.* derogant consuetudini contrariae, et obligant conscientiam 5102. ad 16.
- Decretum* in Hispalen. diei 22. Augusti ad 7. praecipiens, ut in occurrence cum paritate ritus ponatur primum Officium propriae Ecclesiae, secundum Religionis, tertium Dioecesis, nullo modo opponi declaratur Rubricae Ordinis Minorum positae sub num. 114. 5183. ad 2. q. 4.
- Decreta S. R. C.* et responsiones ab Ipsa scripto formiter editae eandem habent auctoritatem, ac si a Summo Pontifice emanaverint 5051. ad 7. explicatur quid intelligendum sit in illis verbis: *scripto formiter editae*: 5202.
- Decuriones* Civitatis thurificandi post Clerum 1798.
- Dedicationis Festum* celebrandum eo die, quo cadit, etiamsi occurrat cum Festo Nativitatis B. M. V., de qua, ad satisfaciendum devotioni, permittitur, ut celebrari possit altera Missa sollemnis ultra conventualem de Festo occurrenti 254.
- Dedicationis Cathedralis Festum* celebrandum in dicta Cathedrali, aliisque Civitatis Ecclesiis cum Octava; in Dioecesi vero servanda Rubrica Breviarii 32. ad 5. celebrandum sub rit. dup. sine Octava 572. 2749. ad 3., ubi mos est per Dioecesim illud celebrandi sub rit. dup. cum Octava, vel sub ritu dup. min. servari debet 3565. ad 1.
- Dedicationis Festum* fieri debet in propria die, etiamsi occurrat cum Festo Titularis, quod erit transferendum in diem sequentem 972.
- Dedicationis Festum* celebrandum, si alia Festa simul occurrant transferenda, iuxta Rubricas 1012., cadens in diebus privilegiatis transferendum iuxta Rubricas 1051. 1210. Quid si occurrat cum Festo SSmae Trinitatis? 1842. 2873. ad 1. Quid, si cum Festo S. Ioannis Baptistae? 1199. 2472., vel cum Festo S. Crucis? 2021., aut cum Festis Apostolorum? 2873. ad 1.
- Dedicationis* non est immutanda dies, etiamsi Festum saepe sit transferendum ob occursum Festorum Mobilium 1225. 2675.
- Dedicationis Cathedralis Festum* concurrens cum Festo Titularis alterius Ecclesiae, Officium faciendum est de Dedicatione: quoad Octavas vero servandae Rubricae 1469. ad 3.
- Dedicationis Cathedralis Festum* ubi fieri debeat cum Octava? 1869. 1883., nequit transferri 1922., nequit alia Missa celebrari praeter propriam huius Festi, licet consueverit dici Missa de S. Maria, quia Ecclesia in honorem Beatae Mariae Virginis erat dedicata 2033.

- Dedicationis Cathedralis Festum* celebrandum esse a Regularibus sub rit. dup. secundae class. sine Octava S. R. C. declarat 2159.
- Dedicationis propriae Ecclesiae Festum* incidens cum Festo Dedicationis Basilicarum Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli 2214. 2230.
- Dedictio propriae Ecclesiae* dicatae SS^mo Sal-
torei concurrens cum Festo Dedicationis Basili-
caae Lateranensis, fieri debet de propria Eccle-
sia, et prima die non impedita infra Octavam
de Basilica Lateranensi 1736.
- Dedicationis Festum* S. R. C. declarat non li-
cuisse celebrari Dominica in Albis, nec posse
transferri ab Episcopo in aliam Dominicam,
quae in hoc casu assignanda est a Sede Apo-
stolica 2427., nam Dedicationis Festum semel
ac ab Episcopo in actu consecrationis fuit con-
stitutum, non est amplius ab eo variandum
1256. 1353.
- Dedictio Ecclesiarum*, quas certo constat non
fuisse consecratas, vel de quarum consecra-
tione iure dubitatur, celebrari non potest 826.
ad 1., si certa Dedicationis, de qua minime
dubitatur, dies ignoratur, Episcopus potest
diem statuere pro eius Anniversario 826. *ad 2.*
2675., vel ad Sac. Congregationem recurren-
dum 2419. *ad 7.* Festum tamen (nisi sit de
Cathedrali) celebrari debet in ea tantum Eccle-
sia, de cuius consecratione Anniversarium pe-
ragitur 826. *ad 2.*
- Dedicationis* peractae si incerta sit dies, Anniver-
sarium tamen celebrari debet cum Octava ea
die, qua verosimilliter ex validis circumstantiis
peracta censetur 389. Quod si ob incertitudinem
alia fuerit adsignata dies, et postea detegatur
documentum quod incertitudinem tollit, nequit
suffragari facta adsignatio, et Anniversarium
celebrandum est in ea ipsa die, in qua Eccle-
siam consecratam fuisse repertum est 1605.,
designare diem pro Anniversario Dedicationis
pertinet ad Episcopum in actu Consecrationis;
et semel designata, nequit amplius immutari,
inconsulta Sede Apostolica 2873. *ad 2.*
- Dedicationis Festum* si transferri contingat, lu-
mina ad Cruces accendi debent ea die, ad
quam transfertur Officium 2979.
- Dedictio S. Mariae Angelorum*, quae fit a Fra-
tribus Minoribus sub rit. dup. mai. habet
integras primas Vesperas concurrens cum se-
cundis S. Petri ad Vincula 2988. *ad 1.*
- Dedicationis Festum* fieri nequit de Ecclesiis de-
structis, vel profanatis 3089. *ad 1. et 2.* 4516.
ad 1. et 2.
- Dedicationis Festum* concurrens in primis Vesperis
cum secundis S. Ioannis Baptistae, et in se-
cundis cum primis Patroni, et Titularis 3163.
ad 1.
- Dedicationis Festum* alicuius Ecclesiae non Ca-
thedralis nequit celebrari cum Officio a con-
fratribus, aliisque loci Sacerdotibus 3393.
- Dedicationis Festum* occurrens cum Festo Con-
ceptionis B. M. V. Ecclesiae Titularis 3474.,
concurrens in primis Vesperis cum secundis
Assumptionis B. M. V. 1309. 3556.
- Dedicationis Octava* concurrente cum Octava Ti-
tuli, de quo fieri debeat? 3656.
- Dedicationis Festum*, quod celebratur die 10. Iu-
nii incidens cum Festo SS^mae Trinitatis, trans-
ferri debet iuxta Rubricas, et non reponi in
Feria II. impedita ab Officio S. Barnabae Apo-
stoli 3677. *ad 2.*
- Dedicationis Octava* si occurrat cum Festo Dedi-
cationis Basilicarum SS^mi Salvatoris, et San-
ctorum Apostolorum Petri, et Pauli, pro eius
commemoratione sumenda est Oratio - *Deus*
qui, invisibiliter etc. - 3754. *ad 15.*
- Dedictio Ecclesiae* solemnioribus Festis adnume-
ratur, et solemnia Officiorum sunt peragenda
a prima Dignitate 3779.
- Dedicationis Festum* celebrandum est die ab Or-
dinario designanda, si certa consecrationis
dies ignoretur, sed ex signis constet Eccle-
siam consecratam fuisse 3899.
- Dedicationis Basilicae Lateranensis Festum* cele-
brandum ab universo Clero Saeculari Urbis,
eiusque districtus sub rit. dup. 1. class. cum
Octava 3968.
- Dedicationis Festum*, ubi, iuxta morem regionis,
celebrari solet Dominica immediata post Fe-
stum Patroni, in qua cadit quandoque aliud
solemne Festum 1. classis, transferendum per-
petuo est, assignata per S. R. C. alia die
3973. *ad 3.*
- Dedicationis Ecclesiae Matricis* Officium recitan-
dum non est, nisi ab adstrictis servitio eius-
dem Ecclesiae, aut obtinentibus in ea aliquod
Beneficium, etsi tenue 4156.
- Dedicationis Festum* in concursu, et in Octava
num praefendum Festo Sanctorum Aposto-
lorum Petri, et Pauli? 4157.
- Dedicationis Festum* non est immutandum, etsi
cadat cum Festo S. Silvestri PP. minime trans-
ferendo ad annum sequentem, de quo pro-
pterea simplex fieri debet commemoratio 4166.
- Dedicationis Officium*, quod in ipso die Consecra-
tionis recitandum est a Clero Ecclesiae; quae

consecratur, dici potest ab Episcopo non Ordinario loci consecrante non ex praecepto, sed ex congruentia 4181. *ad 8.*

Dedicationis Cathedralis Officium a Regularibus transferri potest, si incidat cum Festo Ordinis altioris ritus 4198. *ad 1.*

Dedicationis Festum, quod celebratur Dominica ultima mensis Iunii aliquando impedita Festo Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, non est a sua sede amovendum; sed S. C. permittit, ut concurrens tantum cum praefato Festo possit transferri post Festum S. Annae 4258.

Dedicationis Festum quoad Ecclesias, quas consecratas fuisse constat; sed de certa Consecrationis die periere monumenta, celebrandum est diebus ab Ordinario designandis, cui etiam facultas fit (in casu particulari) amovendi, et ad aliam diem transferendi perpetuo Anniversaria illa Dedicationis, quae perpetuo occurrunt cum Festis primae classis 4300. *ad 2.*

Dedicatio antiquae Cathedralis ad aliam Ecclesiam translatae celebranda solummodo est a Clero eidem antiquae Ecclesiae Cathedrali adiecto 4355. *ad 10.*

Dedicationis Festum celebrandum a Regularibus, etiamsi occurrat Festum Ordinis aequalis ritus, quod ad aliam diem transferri debet 4393. *ad 8.*, si duo haec Festa concurrant in Vesperis, hae integrae sint de Dedicatione cum commemoratione Festi proprii Ordinis. *Ibidem ad 9.* 4395. *ad 14.*, ita etiam si concurrant cum Vesperis S. Matthaei Apostoli 4393. *ad 10.* 4426., in Hispaniarum Regnis concurrentes cum Vesperis Conceptionis B. M. V. ubi hoc Festum est aequalis ritus, scilicet dup. 1. class., debent esse integrae cum sola commemoratione Festi Conceptionis 4478. *ad 1.* Haec autem, et alia Decreta, quae dant praelationem Festo Dedicationis, eo inniuntur principio, quod Dedicatio Templi sit Festum Domini, ut sub num. 4393. *ad 10.*, et 4426., verumtamen animadvertens postea S. R. C. plurima ex hac sententia exoriri Dubia; quum de huius Festi qualitate omnino sileant Rubricae; imo in Tabella duplicium primae classis collocent idem Festum post illa B. M. V., Nativitatis S. Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac omnium Sanctorum, et solummodo praeferant Festis Patroni, et Tituli Ecclesiae; satius duxit se conformare ordini, et regulae praefatae Rubricae, cui adhaerens in subsequentibus quaestionibus

postea promotis, decrevit Octavas Assumptionis, et Conceptionis praeferendas esse Octavas Dedicationis, et servandas esse Rubricas 4491. *ad 3.* et 4. 4550. *ad 9.* et 10. 5183. *ad 1.*

Dedicationis Festum quoad Ecclesias Congregationis Vallisoletanae, certo non consecratas, celebrandum non est, sed in iis celebrari debet de consecratione Ecclesiae Monasterii primarii. Quod si simpliciter dubitetur, et haecenus ex antiqua consuetudine celebratum fuerit, continuari debet 4396. 4397.

Dedicationis Officium faciendum non est de Ecclesia, quae est tantum benedicta 4542. *ad 6.* Vide *subiectam adnotationem.*

Dedicationis Cathedralis Officium recitandum a Regularibus, si notatur in Calendario Dioecetano, neque ipsorum est dubia excitare de eiusdem Consecratione 4559. Vide *subiectam adnotationem.*

Dedicatio Cathedralis num praeferenda sit Officio SSmi Redemptoris Titularis Congregationis, quae utitur Calendario Dioecetano 4581. *ad 2.*

Dedicationis Officium, si concessum sit celebrari una die de omnibus Ecclesiis Ordinis, seu Congregationis, non debet iterari de singulis 4581. *ad 5.* 4749.

Dedicationis Ecclesiae Parochialis Officium non est recitandum a Clero Parochiae non adscripto 4669. *ad 35.*

Dedicationis dies Anniversarii immutari ab Episcopo potest solummodo in actu Consecrationis 4735. *ad 1.* Vide *subiectam adnotationem.*

Dedicationis Officium celebrandum iuxta Rubricas in iis Ecclesiis, in quibus non adest Clerus 4844. *ad 1.*, non est autem faciendum sub eodem ritu in Ecclesiis seu Oratoriis Ecclesiae Parochiali subiectis. *Ibidem ad 8.*

Dedicationis Ecclesiae dirutae Festum celebrari nequit ubi postea in eodem loco alia Ecclesia fuit aedificata 5071. *ad 1.* et 2.

In *Dedicationis propriae Ecclesiae* Anniversario licet canere Missam de Requite praesente Cadavere 5183. *ad 20.*

Dedicationis Festum occurrens cum Festo alicuius Sancti ritu et per omnia aequali habet praeferentiam 5224. *ad 2.*

Dedicatio Ecclesiae non propriae occurrens in paritate ritus, postponendum omnibus festis etiam secundariis Christi Domini, et festis primariis B. M. V. ac Sanctorum, in concurrentia vero cedit tantum omnibus festis Christi Domini 5224. *ad 3.*

Alia vide sub V. *Officium.*

- Defunctorum Matutinum* in generali Commemoratione an cantari possit in Choro pridie post Vesperas? 197. *ad* 3. 3477. *ad* 20. 3575. *ad* 3. 4136. *ad* 5., licet privatim recitari, non item in Choro, nisi contraria consuetudo vigeret ad fovendum populi devotionem, et frequentiam 4177.
- Defunctorum generalis Commemoratio*, quae cadit die 2. Novembris non adnumeratur inter festa de praecepto 4705., non est autem facienda in die Dominico 281., si fiat die 3. Novembris, et alicubi ea die occurrat Festum duplex, quod recollitur magna cum populi veneratione, et concursu, hoc transferendum est, nisi sit de praecepto 3817. 3887., si quotannis incidat cum Octava Dedicationis Ecclesiae duo dicendae sunt Missae Conventuales, una de Octava, altera de Requie: Missae vero privatae omnes sint de Requie. Quando vero dies Octava cadit in Dominica omnes Missae esse debent de Octava, translata commemoratione omnium Fidelium ad diem sequentem 3496. Huiusmodi generalis commemoratio die 2. Novembris nullum Officium admittit fixe assignatum 4947. *ad* 1.; admittit autem, etiam si fiat die 3. Novembris, Officium duplex translatum, Missae tamen privatae omnes esse debent de Requie 3127. 3565. *ad* 5. 4044., *alia dubia ad* 11. 4771., si plura Officia sint transferenda, unum classicum, aliud dup. mai., aliud dup. min., nullum ex his reponi debet in die commemorationis etc. 4393. *ad* 7. 4849. *ad* 3. Vide etiam num. 4378. *ad* 13., si in ea die cadaver sit tumulandum, dici debet Missa ut in die obitus, praeter illam pro omnibus; Missae vero privatae omnes de Commemoratione etc. 3149. Num celebrari possint Missae privatae defunctorum in Ecclesia, in qua recurrente die Commemorationis omnium Fidelium etc. expositum est Sacramentum pro Oratione 40. horarum? 4477. num solemnem Octavam a die generalis Commemorationis celebrare liceat absque Sedis Apostolicae indulto? 2421. 3372.
- In Defunctorum generali Commemoratione* canendum Responsorium *Libera me Domine*, et non aliud in Absolutione 5050. *ad* 14.
- In Defunctorum generali Commemoratione* in casu translationis ad diem 3. Novembris, si in ea occurrat festum ritus duplicis cum magno populi concursu, quod non possit transferri iuxta decreta, conceditur ex gratia ut cantentur duo Missae, una de Festo, altera de Requie 5151. *ad* 2.
- In Defunctorum generali Commemoratione*, et per eius Octavam servari potest consuetudo benedicendi cum SS^{mo} Sacramento ad pias Fundationes, vel simplices devotiones explendas, quas acceptatas, si excreverint, non sunt minuendae, aut commutandae absque facultate 5192.
- Defunctorum Ordinis S. Benedicti generalis Commemoratio* fieri solita die 13. Novembris non est transferenda, sed si die illa occurrat Festum dup. min. seu translatum, fiat Officium de Festo duplici cum Missa solemnī post Tertiam: Officium vero defunctorum recitandum erit post Laudes, et omnes Missae privatae dicantur de Requie in paramentis nigris 4044. *Alia dubia ad* 11.
- Defunctorum commemorationes* fieri solitae in Cathedrali Astoricensi in solemnioribus quibusdam diebus in medio, vel in fine sacrarum functionum, ut piis legatis satisfiat, debent transferri ad aliam diem, arbitrio Ordinarii quoad anticipationem, vel posticipationem 4337.
- Defunctorum Missae*, insepulto corpore, celebrari possunt, etiam diebus festivis cum Officio 197. *ad* 5. (quod intelligendum est de unica Missa solemnī). Sepulto corpore, transfertur ad diem sequentem cum eadem solemnitate. *Ibid.* Quod etiam militat quoad dies 3. 7. et 30. *Ibidem.*
- Defunctorum Officium* non anticipandum, sed recitandum eadem ipsa prima die Mensis non impedita 218. Vesperae decantandae sunt post Vesperas Dominicae, vel alterius Festivitatis, si die sequenti iuxta Rubricas dici debeat Officium defunctorum 197. *ad* 4. Officia defunctorum tot sunt recitanda, quot sunt obligationes: si nequeant eodem die, transferenda; sed si agatur de Anniversariis, anticipanda 2864. *ad* 1. 2. et 3., nisi tamen ex mente Fundatorum liceat uno Officio satisfieri pro pluribus, quo casu tot addendae sunt Orationes, quot sunt obligationes. *Ibidem ad* 4., in Anniversario a Testatore praescripto quoad Officium servandae sunt Rubricae Breviarii, et Ritualis. *Ibidem ad* 5., in Defunctorum Officio, etsi integrum recitetur, omitti nequeunt psalmi *Lauda anima mea*, et *De profundis* post Vesperas, et Laudes 3477. *ad* 15., item omitti non debent in Officio pro commemoratione omnium Defunctorum alicuius Ordinis regularis 4313. 4487. *ad* 6., in eo recitando servandae sunt peculiare huius Officii Rubricae quoad Orationes 5183. *ad* 23., iis in locis, in quibus saepe non habentur dies non impeditae, licite recitari non posse Officium Defunctorum, recurrente Officio novem lectionum S. C. respondit 4327.

Defunctorum Missae non sunt decantandae, vel celebrandae diebus solemnibus 353., in aliquo casu particulari S. C. respondit tolerari posse, quod celebrentur Missae a Testatore praescriptae, etiam in duplici non de praecepto 359. 639. ex regula tamen Rubricae nequeunt celebrari in duplicibus, et infra Octavas privilegiatas 1953., sed dicendae sunt de Officio currenti cum applicatione Sacrificii. Decretum generale 2178.

Defunctorum corpora possunt humo tradi vel in proprio, vel in electo sepulcro sine praesentia Parochi, si is requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget 842., regula tamen est, quod levari nequeunt de propria domo, nisi cum interventu, vel de licentia proprii Parochi, cum quo est concordandum de hora 942. ad 1. 1611. ad 8., petita, et non obtenta licentia, possunt deponi in aliqua Ecclesia, in qua convenienti, qui ea debent associare 2733. ad 1. et 2.

Defunctorum haeredes cogi nequeunt a Parochis ad celebranda novemdialia, et Anniversaria in Parochia defuncti, etsi celebrare ea faciant in Ecclesia tumulante 983. ad 2. 992., nequeunt vocare aliquem sibi benevisum ad peragendas functiones cum Stola super cadavere, invito Parocho 2615., possunt tamen ad associandum cadaver vocare Sodalitates, quin Parochus eos prohibere possit 2639., possunt, expleto funebri Officio, celebrari facere Missam solemnem sine interventu Capituli 3470. ad 1. 3553. ad 1.; cogi nequeunt ad retinendum cadaver domi usque ad tempus sepulturae, sed petita, et non obtenta Parochi venia, possunt illud deponere in quacumque Ecclesia usque ad tempus illud transferendi ad Ecclesiam tumulantem 3722. ad 12. 13. et 14. 3854.

Defuncto tumulato ob aliquam causam vespere, potest mane sequenti fieri Officium, et Missa cantari de Requie, etiamsi fiat de Festo duplici, exceptis tamen diebus, in quibus Missae cantatae de Requie prohibentur 4395. ad 9.

Pro Defunctis in Choro recitari possunt aliquae preces post Primam exceptis duplicibus primae Classis 5004. ad 3.

In Defuncti laudem Oratio fieri nequit a Sermoinaturo cum Stola tam in Cathedralibus, quam in aliis Ecclesiis 5010.

Defunctorum Officium ad piam voluntatem petentium recitari potest diebus ritus duplicis etiam maioris 5050. ad 15.

Defunctorum Octiduum quomodo instituendum in

Ecclesia Parochiali Oppidi *Fratta*, Dioecesis Engubinae 5104.

In Defunctorum Octiduo non adest indultum pro canenda unica Missa de Requie in qualibet Ecclesiae 5126. ad 1.

Defunctorum Nocturnum cantari potest in duplicibus, et postea celebrari Missa de die 5146. ad 6.

Defunctorum Officium cum Absolutione ad tumulum una cum Missa de Festo, eam applicando pro Defunctis, cantari potest die non Anniversario, aut die quo prohibentur Missae de Requie, dummodo tempore Missae Tumulus removeatur 5166. ad 1.

In Defunctorum Officio cum unicum tantum Nocturnum absque Laudibus recitatur, est laudabilius, si ad preces addatur psalm. *De profundis* etc. 5221. ad 5.

Alia vide sub V. *Altare, Anniversarium, Cadaver, Exequiae, Funus, Missa de Requie, Officium, Parochus.*

Delegatus Sedis Apostolicae, sive Episcopi ad immittendum in possessionem novum Canonicum, debet incedere in habitu talari cum Insigniis propriae Dignitatis 4274. ad 1., post assignatum stallum in Choro, vel locum in Capitulo, nequit interesse Choro ad gratiarum actionem. *Ibidem* ad 2. (Supple: Nisi sit de gremio Capituli).

Depositum marmoreum, in quo recondebatur Corpus cuiusdam Episcopi, et loco amotum, permittitur, ut reponatur in eadem facie, et altitudine a terra sub conditione tamen, quod cineres sepeliantur sub humo 626.

Deputati Ecclesiastici tam Saeculares, quam Regulares praecedentiam habere debent supra laicos in Congregationibus, quae fiunt coram Governatore pro negotiis publicis 3518.

Desponsationis B. M. V. V. Festum.

Destinatus ad regendum Chorum non est vocandus ad assistendum Episcopo 215.

Diaconus, et Subdiaconus in Adventu uti debent Planetis plicatis 15. ad 9., iidem quoad sessionem in Missa. *Ibidem* ad 6. 32. ad 2.

Diaconi assistentes et Ministri Altaris quomodo se gerere debeant in sedendo in Missa Pontificali 15. ad 15.

Diaconus Evangelii, non excusatur, quin Chorum thurificet praetextu consuetudinis 374. *ad 10.*

Diaconi assistentes Episcopo, et non Presbyter assistens, debent elevare fimbrias Pluvialis, dum Episcopus progreditur, et thurificat Altare 351. *ad 7.*, nequeunt ministrare Palmatoriam, seu Candelam, quod munus praestandum est a Cappellano 1874.

Diaconus in Missa conventuali, quando Altare thurificandum est, debet incensum ministrare 1597. *ad 4.*

Diaconus, et Subdiaconus, si sint Canonici, post digniorem debent recipere Palmam, Candelam, Cineres, et Feria VI. in Parasceve adorare Crucem immediate post Celebrantem: secus vero si sint Beneficiati 2083. *ad 3.* 2256.

Diaconus, et Subdiaconus non debent adiuvari Sacerdotem, dum is sacras vestes induit 2791. *ad 3.*

Diaconus, et Subdiaconus assistentes Episcopo, nec ab eius manibus sumentes Communionem; quando, et quomodo debeant osculum pacis accipere? 322. *ad 1.* 2271.

Diaconus procedens ad benedictionem Fontis debet incedere ad sinistram Celebrantis 2083. *ad 5.*

Diaconus Cardinalis nondum in Sacris constitutus potest delegari ad aperitionem Portae Sanctae 1614.

Diaconus assistens a dexteris Episcopo tradere ei debet, et ab eo vicissim recipere SSmum Sacramentum in solemnibus Processione Festivitate Corporis Christi 2944. *ad 4.*

Diaconi quoad assistentiam Episcopo solemniter peragenti functiones, et celebranti in Sabbato Sancto 2946. *ad 1.*

Diaconus Canonicus inserviens Episcopo pontificaliter celebranti debet confessionem memoriter recitare, et pro decantando Evangelio uti legile, non autem Clerico, qui librum sustineat 3271.

Diaconus assistens a dexteris Episcopo, praeter Amictum, Albam, et Dalmaticam, adhibere debet etiam Stolum in omnibus functionibus, in quibus ponendum, et reponendum est Sanctissimum Sacramentum 4421. *ad 1. et 2.*

Diaconus, et Subdiaconus Dalmaticis induti in Processionibus nequeunt incedere unus post alium, ut duo Canonici, seu Parochi superpelliceis induti adsistant Celebranti Pluviali amicto: sed ipsi Diaconus, et Subdiaconus debent hinc inde ad eius latus incedere 4336. *ad 3.*

Diaconus in Ordine Diaconatus tantum constitutus nequit extra casum necessitatis distribuere Fidelibus Communionem 4379.

Diaconi non tenentur genuflectere, quando Celebrans facit reverentiam Crucis in Sacristia 4395. *ad 20.*

Diaconus Episcopo celebrante, vel assistente quo loco cantare debeat *Confiteor* post homiliam? 4669. *ad 14.*

Diaconus, et Subdiaconus quando secedunt in Sacristiam pro deponendis paramentis violaceis in Sabbato Sancto, et Vigilia Pentecostes? 4672. *ad 20.*

Diaconus nequit benedicere Domos in Sabbato Sancto etiam de consensu Parochi 4757.

Diaconus potest exponere et recondere Sanctissimum Sacramentum 5102. *ad 11.*

Diaconus nequit cum Pluviali associare Cadavera loco Parochi, et Sepulturam benedicere de licentia Parochi 5102. *ad 12.*

Diaconus et non Sacrista debet ministrare Celebranti, qui SSmum Sacramentum reponit in Ostensorio 5102. *ad 17.*

Diacono et Subdiacono deficiente in Missa Solemni nequeunt duo Laici uxorati sacris vestibus induti, sed sine Manipulo et Stola, assistere Sacerdoti celebranti. Abusus contrarius omnino eliminandus 5103.

S. Didaci, et S. Margaritae de Cortona V. Festum.

Dies duo, qui proxime sequuntur Dominicam Paschatis, solemnes declarantur 1334.

Dies infra Octavam, ubi indultum est hanc celebrari etiam in Quadragesima, cadens in Feriam IV. Cinerum, omitti omnino debet, et fieri Officium iuxta Rubricas cum precibus, Officio parvo B. M. V., Psalmis poenitentialibus cum suis precibus, flexis genibus. Missa vero ferialis in reliquis Octavae diebus non debet omitti 2973.

Dies 3. 7. 30. ab obitu, quibus gaudeant privilegiis? 197. *ad 5.* 3565. *ad 9.* 4336. *ad 2.* 4410.

Dies 28. Januarii libera est relinquenda pro repositione Festi SSmi Nominis Iesu, dum occurrat in Dominica Septuagesimae, ac propterea transferendum est 4581. *ad 7.* Vide *subiectam adnotationem.*

Dies 3. Februarii assignanda non est pro Festo perpetuo translato, ne impediatur pro reponendo Festo Purificationis B. M. V., cum in sequentem diem est transferendum 2961. *ad 2.*

et hoc Decretum authenticum declaratur 4746. ad 15.

Die 2. Novembris, in qua cadit generalis Commemoratio Defunctorum nullum festum fixum assignari potest 4947. ad 1.

Die 30. Decembris reponi potest Officium translatum, quando non fit Officium de Dominica 4849. ad 4. 4947. ad 2. Vide etiam num. 4385.

Dignior Ecclesiae private debet in propria Ecclesia exponere SSiñum Sacramentum 1668. ad 2., et tradere Celebranti, ac vicissim ab eo accipere Candelam, Cineres, Palmam, non autem id pertinet ad Vicarium generalem 2954., etiam in Collegiatis ad Digniores pertinet canere Missam solemnem in praecipuis Festivitatibus 3210.

Digniores in Ordine assistere debent Episcopo tam celebranti, quam Divinis cum Cappa assistenti, ubi Praebendae non sunt distinctae 2570.

Digniori Ecclesiae, quam Episcopus ingreditur, competit porrigere eidem Aspersorium V. *Aspersorium*.

Dignioribus danda est praecedentia, debitusque locus in Processionibus, etsi tardiuscule veniant 358.

Dignior Capituli debet facere tabellam Missarum, et assignare Missas per turnum 2869. ad 3., prout etiam ad eum pertinet veniam dare exeundi a Choro. *Ibidem* ad 4.

Digniori de Choro debetur praeceminentia praescribendi, et ordinandi pro directione Chori 3435.

Dignior de Clero (non Canonicus) porrigere debet Celebranti Palmam, Candelam, Cineres sine Stola, et vicissim recipere genuflexus, et cum osculo manus 3710. ad 6., nec tamen Celebrans descendere debet e suppedaneo Candelam, Palmam, Cineres susceptrurus 4236.

Dignitates Ecclesiae Cathedralis Pisauren. quomodo se gerere debeant in assistentia Episcopi celebrantis? 12.

Dignitates et Canonici induti esse debent sacris paramentis, quando Episcopus Missam vel Vesperas solemniter celebrat 13. ad 3.

Dignitates et Canonici Cathedralium quoad obsequia erga Episcopum 21. ad 1. et 3., 31. 33. 87.

Dignitas, quae prima est, fungi debet Officio Presbyteri assistentis, dum Episcopus solemniter celebrat 309. 4632. ad 1., idem praestare debet in benedictione Candelarum, Cinerum,

et Palmarum. *Ibidem* ad 2.; ad eandem pertinet solennes Vesperas, et Missae celebrare, aliasque functiones peragere, quae fieri solent ab Episcopo, eodem absente, vel impedito 309. 363. 5047. 5164. V. *Functiones*.

Dignitates, quocumque appellentur nomine, tenentur associare Episcopum ad formam Caeremonialis non ex urbanitate, sed ex debito, et obligatione 398. Vide *Associatio, Canonicus*.

Dignitas, cui competit, tenetur assistere Episcopo pontificaliter celebranti, et iuris remediis, ac censuris compelli potest 589.

Dignitas, a qua Episcopus recipit Candelam, Palmas, et Cineres, in his ab Episcopo recipiendis praecedere debet omnibus aliis, ac etiam Vicario 609., quod obtinet, qualibet contraria consuetudine non obstante 922.

Dignitas celebrans vice Episcopi, debet distribuere Candelas, Cineres, Palmas, capite detecto 649. 806., eidem celebranti pro Episcopo permittitur Presbyter assistens cum Pluviali 884. permittuntur aliae praerogativae 998. ad 2. et 3.

Dignitati assistenti Episcopo apponenda est sedes ad formam cap. 7. lib. 1. Caeremonialis 926.

Dignitati, cui competit absente Episcopo pontificales functiones peragere, non licet distribuere Candelas, Palmas, Cineres, nisi simul Missam solemniter celebret 929. 1696. ad 2. *novum dubium*.

Dignitates, et Canonici assistentes Episcopo non debent ei imponere, et deponere biretum 967.

Dignitas, quae celebrare debet pro Episcopo absente, vel impedito, debet etiam celebrare primas, et secundas Vesperas, horas matutinas, et Laudes 1044.

Dignitates, et Canonici solemniter celebrantes coram Episcopo nequeunt uti sede cum postergali 488. 1303.

Dignitates, et Canonici debent Episcopo solemniter celebranti assistere, et sacris vestibus indui; si renuant, cogendi 1449., assistentes Episcopo, advenientibus dignioribus, locum cedere debent 1597. ad 2.

Dignitas celebrans loco Episcopi nec dare debet trinam benedictionem cum Sacramento, nec habere mensam ad instar Episcopi, et sedem cum tapete, nec in Matutinis quatuor Presbyteros cum Pluvialibus 1683. 1696.

Dignitati et Canonico celebranti loco Episcopi, Canonici et non alii Ordinis inferioris pro munere Diaconi et Subdiaconi inservire debent 955.

- Dignitates* supplere debent vices Canonicorum, si nullus adsit, qui in assistentia Episcopi fungatur officio Diaconi 1726.
- Dignitatibus, et Canonicis* ordine successivo competit porrigere Aspersorium Episcopo, eidem assistendi, canendi Missas in diebus solemnioribus, deferendi SSmum Sacramentum in die Corporis Christi, absente Episcopo, non autem Vicario 1753.
- Dignitas* loco Episcopi legens nonam Lectionem, in petenda benedictione dicere debet *Iube Domne* 1863.
- Dignitas assistens* Episcopo tenetur sustinere Librum dum Episcopus aliquid canit; dum vero legit, pertinet ad Cappellanum 1873. 4235. ad 1.
- Dignitas assistens* Episcopo in sacris paramentis incedere debet immediate ante eum, et non post 1919.
- Dignitates, et Canonici* debita obsequia Episcopo praestare renuentes, compelli debent 2030.
- Dignitatibus* non licet Stolum, et Pluviale assumere in Choro 2127.
- Dignitatibus assistentibus* cum Pluviali Episcopo non licet Pluvialia deponere, ut interim Missam celebrent 2172.
- Dignitates, et Canonici* parati, vel non parati non debent genuflectere ad solemnem benedictionem Episcopi 2452.
- Dignitas*, quae prima est, assistere debet Episcopo cum Cappa interessenti functionibus, et in eius absentia, dignior, qui succedit. Consuetudo contraria abusus declaratur 2476.
- Dignitates, et Canonici* associantes Archipresbyterum Nullius Altamuræ non tenentur id agere detecto capite 2609.
- Dignitates, et Canonici* suppletes vices eorum, ad quos spectat assistere Episcopo, his advenientibus, quo in casu locum cedere debeant? 2805. ad 1., si contingat assistentiam fieri a Canonicis ob deficientiam Dignitatum, his supervenientibus, cedi locus debet 329.
- Dignitas, sive Canonicus*, qui simul sit Episcopus titularis, praecedere debet omnes, etsi in Canonicatu digniores, et antiquiores 276.
- Dignitates, et Canonici* in omnibus actis servare debent ordinem, quem tenent in Capitulo 329.
- Dignitates* digniorem locum cedere debent Canonico parato 329.
- Dignitates* nequeunt uti strato, sed sedere debent sine eo, ut alii Canonici, et vix permittitur in casu particulari pulvinar corium 451.
- Dignitates, et Canonici* ad benedictionem Episcopi debent tantum caput inclinare, et non genuflectere, nec prima Dignitas debet Episcopum thurificare genuflexus 473.
- Dignitas Cathedralis* praecedit omnibus aliis Dignitatibus, et Canonicis Collegiatarum in omnibus locis, praeterquam in ipsis propriis Ecclesiis Collegiatis 497.
- Dignitas*, cui competit in solemnioribus Missas celebrare, si nolit aut nequeat, non potest alteri sibi beneviso Canonico, aut Dignitati hoc munus committere, quia ad illud ius habet, qui proxime succedit 567. 2869. ad 5.
- Dignitatis* ratione non est inconveniens, quod quis praecedat eos, qui sunt in ordine maiores 634.
- Dignitas* repraesentans Capitulum, Sede vacante, habet primum locum supra Vicarium Capitularem 686. V. *Vicarius Capitularis*.
- Dignitates* nolentes celebrare Missas pontificales iusta causa impeditae, possunt tamen assistere in Choro in proprio stallio 687. ad 4.
- Dignitas* per se ipsum agere debet, quae sui sunt muneris, non per substitutum 1087. 1088. ad 2. 1107.
- Dignitati, seu Canonico* solemniter celebranti debetur pulvinar cum tapete super scamnum 1105., non debetur, praesente Episcopo 1141.
- Dignitates, et Canonici* si assistant Divinis sine habitu assignato, nequeunt lucrari distributiones 1221. 1230. V. *Canonicus Protonotarius*.
- Dignitates, et Canonici*, et alii Abbates nuncupati Protonotariatu titulari insigniti, incedere debent in habitu choralis, si lucrari velint distributiones 1367.
- Dignitates, et Canonici* sumere nequeunt paramenta de Altari 1335.
- Dignitates*, quae habent Praebendam diaconalem perpetuo unitam, non apponantur in turno Diaconorum 1662.
- Dignitas*, quae prima est, tradere debet Celebranti Candelam, Palmam, Cineres, et vicissim ante alios recipit. Ea absente, vel impedita, pertinet ad eum, qui proxime succedit 1630. 1836.
- Dignitas* thurificari debet duplici ductu, etiam absente Episcopo, ad formam Caeremonialis, non obstante contraria consuetudine 1725. 1750. 2326. 2563.
- Dignitates Cathedralis* nequeunt in Processionibus a Canonicis dividi; et quatenus Canonici sint numero dispaes, senior a sinistris ultimae, vel primae etiam Dignitatis, si aliae non adsint, incedere debet 1740. 2950. 3584.

- Dignitates* tenentur intonare Antiphonas, ut Canonici 1752.
- Dignitati*, quae prima erat in quadam Cathedrali, attendenda qualitate personae, ac munerum, quibus in Urbe vacaverat, S. C. quasdam honorificentias indulsit 1888.
- Dignitatibus* solemniter celebrantibus tolerari potest, ut assistat Presbyter Pluviali indutus, dummodo consuetudo sit legitime praescripta 1972. ad 3.
- Dignitas*, etsi prima non sit, ius habet benedicendi, et distribuendi Candelas in die Purificationis, si id ei fuit attributum in Decreto erectionis 1991.
- Dignitas* secunda, si velit immediate thurificari post primam, sedere debet in eadem Chori parte secundo loco 2028.; ea celebrare debet in festis secundariis iuxta communem consuetudinem 5164.
- Dignitas*, quocumque honore praeferat, Missam privatam celebrans, nequit adhibere quatuor Candelas, Bugiam, Canonem, ministrum Sacerdotem praeter Clericum, ac duo intortitia ad elevationem 2032. 2540., quod intelligitur potiori iure de Canonicis Cathedralium, Collegiatarum, ac etiam Praelatis Episcopo inferioribus privatim celebrantibus 3119.
- Dignitatibus* solemniter celebrantibus, praesente, vel absente Episcopo, tolerari potest, ut per Clericum Cotta indutum elevetur Missale, ita tamen, ut pars inferior haereat Altari; quod pariter militat quoad Breviarium in Vesperis, et Laudibus. Toleratur etiam pannum laneum viridis coloris ad scamnum Dignitatum solemniter celebrantium cum tapete, et suppedaneo: ita etiam Abacus super imponendis Candelabris, aliisque ad Sacrificium opportunis 2127.
- Dignitate* celebrante, et canente nonam lectionem, benedictio danda est a digniore Canonico, si aliae Dignitates absint 2127.
- Dignitatibus* non competit usus pulvinarium 2274. ad 3.
- Dignitati*, et non Vicario competit in Hebdomada Sancta dicere Orationem. *Respice etc.* 2391.
- Dignitatibus* habentibus usum Mitrae haud licet in Processionibus penes se Mitram deferri facere cum velo appenso 2456. ad 1., non tamen eis interdicitur in Processionibus usum Mitrae. *Ibidem* ad 2., ea uti nequeunt accedentes ad alias Ecclesias exemptas, vel non exemptas, capitulariter, vel seiunctim. *Ibidem* ad 3., neque ea uti possunt in Officiis, et Missis defunctorum, aut in diebus feriatis, sed tantum in solemnioribus, et ubique de praeepto. *Ibidem* ad 5. Mitrae usum habentes per se debent eam sibi imponere, et auferre 2746.
- Dignitatibus* accedentibus ad alteram Chori partem, pro audienda concione, Canonici primum locum cedere debent 2724.
- Dignitas* gaudens simul Canonicali Praebenda, dum agit, quae Canonici sunt, nulla gaudere debet praerogativa supra alios 2843.
- Dignitates, et Canonici* Metropolitanae praereminentiam dare debent Episcopis suffraganeis, et exteris: item Vicario generali, dum non sunt parati 1969.
- Dignitates Collegiatarum* in Processionibus sine Sacramento incedere debent cum suis Capitulis sine Pluvialibus 719.
- Dignitati Ecclesiae Collegiatae* solemniter celebranti non licet habere Presbyterum cum Pluviali ultra Diaconum, et Subdiaconum 1397. ad 1., neque debet solus incedere in Processionibus, nisi cum habitu sacro. *Ibidem* ad 3.
- Dignitas*, quae succedit primae Dignitati impeditae in Collegiatis, debet peragere functiones, quae ab eadem essent peragenda 1704., ad praescriptum Caeremonialis *cap. 2. lib. 1. de splendidis vicibus* 1713.
- Dignitates Collegiatarum* nequeunt in Synodis interponi inter Dignitates, et Canonicos Cathedralis 1913.
- Dignitates, et Canonici* quo ordine thurificandi? 2944. ad 1. 2. et 6., quid si Dignitates Ecclesiae Collegiatae conveniant in Cathedrali, et simul cum huius Capitulo occasione alicuius solemnitatis assistant? *Ibidem* ad 3., ubi mos est thurificandi Dignitates triplici ductu, absente Episcopo, servari debet, dummodo tamen de immemorabili concludenter constet. *Ibidem* ad 5.
- Dignitates, et Canonici* Missam conventualem celebraturi die Dominico debent aspersionem facere per se ipsos 2965. 4235. ad 13.
- Dignitas*, quae habet primum stallum in digniori parte Chori celebrans Divina Officia in solemnioribus festivitatibus, debet occupare sedem Hebdomadarii, etsi haec sita sit in parte sinistra 3045. ad 1.
- Dignitates, et Canonici* thurificandi duplici ductu 3121. ad 4.
- Dignitatibus* assistentibus in habitu choralis nulla debetur praereminentia supra Celebrantem, sacrosque ministros in die Purificationis, Feria IV. Cinerum, Dominica Palmarum, Com-

- munione generali Feria V. in Coena Domini 3121. *ad 5.*, non licet Insignia sumere in Choro, sed sumenda sunt in Sacristia. *Ibidem ad 6.*, non licet eis condonare punctaturas. *Ibidem ad 7.*, recensentur praeeminentiae, quae debentur Dignitatibus in Choro 3137. *ad 1. 2. 3. 4. et 5.*
- Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis* in Synodo debetur praeeminentia super Abbates Mitratos 3139. *ad 1.*
- Dignitas*, quae prima est, debet dare signum inchoandi horas Canonicas, licet ad alteram Dignitatem pertineat dirigere Chorum 3288.
- Dignitates, et Canonici* ante Missam conventualem Dominicae singillatim sunt aspergendi, reliqui de Clero pariter singillatim, si sint in parvo numero; si vero in magno, omnes quasi unico ictu aspergendi per gyrum; populus ter, in medio scilicet, et a dexteris, ac sinistris 3493. *ad 4.*
- Dignitates* nequeunt cogi ad munus Diaconi, et Subdiaconi, celebrante Canonico, vel Portionario 3532. *ad 2. et 3.* 3583. 3855. *ad 5.*
- Dignitates, et Canonici* pro Sacro faciendo parati existenti Episcopo cum Cappa, ante Missae initium non debent genuflectere 3551. *ad 10.*
- Dignitati, vel Canonico* celebranti indistincte debetur primus locus in Choro, et aequalis numerus Clericorum 3577.
- Dignitates*, uti Canonici ex gratia obtinuerunt, ut propriis expensis exteris Sacerdotibus committerent munus Diaconi, et Subdiaconi, non tenentur ad contributionem 3629. *ad 1. 2. 3. et 4.*, nec tenentur descendere, et assistere ad Legile. *Ibidem ad 5.*
- Dignitatibus* primis absentibus, qui proxime succedunt, debent inservire Episcopo Pontificalia agenti 3672.
- Dignitate* prima impedita, Missae solemnes, aliaque Functiones pertinent ad eum, qui proxime succedit, non autem ab substitutum primae Dignitatis Vicarium nuncupatum 3708. *ad 1. et 2.*
- Dignitas*, quae prima est in Collegiata, celebrare debet in solemnioribus diebus 3802. *ad 1.*, si sit impedita, nequit alium ad sui placitum substituere, quia celebratio de iure spectat ad illum, qui proxime succedit. *Ibidem ad 2.* Missae in diebus minus solemnibus, ut sunt dies 2. Paschatis, et Pentecosten, Festum S. Stephani, Dominica infra Octavam Corporis Christi, spectant ad secundam Dignitatem, non ad Hebdomadariam. *Ibidem ad 3.*
- Dignitas*, quae prima est in Cathedrali decet, ut Episcopo non celebrante in solemnioribus festivitatibus, celebret Missas, et utrasque Vesperas 3811., ei tamen non debentur quaedam honorificentiae, quibus quodammodo in paramentis, et assistentibus distinguatur ab aliis Dignitatibus, et Canonicis 3884. *ad 2. 3. et 4.*
- Dignitates Ecclesiae Cathedralis Maioricens.*, quae simul non sunt Canonici, locum, et vocem non habent in Capitulo, nisi quoad ea, quae concernunt fructus mensae 3855. *ad 1. et 2.* Dignitati, quae simul sit Canonicus, competit, mortuo Episcopo, convocare Capitulum pro eligendo Vicario Capitulari. *Ibidem ad 6.*, functiones tamen solemnes pertinent etiam ordine successivo ad alias Dignitates, etsi non Canonicos, neutiquam vero ad Vicarium Capitularem. *Ibidem ad 7.* Dignitates, quae simul sunt Canonici, habent in Capitulo praeedentiam supra simplices Canonicos etsi antiquiores 2699. *cum 3856. ad 1.*, et a digniore turnum incipit 2843. *cum 3856. ad 2.*, quae militant etiam quoad eorum Coadiutores 3856. *ad 3. et 4.*, sive vero sint Canonici, sive non, eorumque Coadiutores praecise a functionibus Chori, et Processionum, in ceteris congressibus extra Ecclesiam Cathedralis, ubi Canonici capitulariter conveniunt, praecedunt Canonicis 3856. *ad 5.*
- Dignitates Cathedralis Neritonens.* tenentur implere munus Turnarii in associatione funerum 4030. *ad 5.*
- Dignitate* ultima, ubi plures sunt, deficiente, celebratio Missarum, ac Divinorum Officiorum ab ipsa peragenda, suppleri debent ab altera ex iisdem Dignitatibus, non autem a Canonico Presbytero antiquiori 4064. *ad 4.*, (adde, nisi in defectu omnium Dignitatum).
- Dignitas* in Sacris non constituta potest in Processionibus, aliisque Solemnitatibus sacras vestes deferre, et praecedere Canonicis Presbyteris 4075. *ad 21.*, non habens aetatem idoneam ad sacros Ordines, etiam dispensatus super defectu aetatis, nequit habere vocem in Capitulo. *Ibidem ad 22.*
- Dignitati*, quae prima ordine est, et haec impedita, illi, quae proxime succedit, competit convocare Capitulum 4075. *ad 23.*, et Syndici tenentur ei designare materias proponendas in genere, et non in specie. *Ibidem ad 24.*, facta vero materialium designatione, et renuente Dignitate impertiri licentiam pro convocando Ca-

pitulo, licet Syndicis illud intimare per affixionem schedulae. *Ibidem ad 25.*

Dignitas, quae in Officio maioris Hebdomadae intonat Antiphonas, num teneatur etiam canere Lamentationem? 4075. *ad 26.*

Dignitati, etiamsi eam obtineat simplex Clericus, praecedentia competit supra omnes Canonicos etiam Presbyteros 4370. *ad 1.*

Dignitas prima, si celebret solemniter Matutinum, et alii digniores non adsint, nequit Clericus, etsi primus ratione dignitatis, benedictionem impertiri ad nonam Lectionem 4370. *ad 2.*

Dignitas prima, etsi non sit in ordine Presbyterali, debet ministrare Celebranti Candelam, et Palmam in die Purificationis, et Dominica Palmarum 4469. *ad 4.*

Dignitati seu Primicerio Collegiatae tenentur Canonici ministrare in Missa solemnem 4627.

Dignitas prima Cathedralis Senensis seu Decanus, quamvis vestem peculiarem gestet, nequit in Processionibus solus incedere post alias Dignitates 5108.

Dignitas Festi V. Festi dignitas.

S. Dionysii V. Officium.

In Dioecesi Derthonen. infra Octavam S. Benedicti non privilegiatam recitari possunt alia Officia 4833.

Dioecesi Mechliniensi declaratur qua ratione instituenda sint festa Ss. Apostolorum Petri et Pauli, et S. Rumoldi Patroni Ecclesiae Mechliniensis si occurrant eadem die 4839. *ad 1.*, praescribitur modus celebrandi Dedicationem Cathedralis et omnium Ecclesiarum Dioecesis. *Ibidem ad 2.*, praxis approbatur cum Tractu, et Graduale in Missa votiva Sacri Cordis Iesu. *Ibidem ad 3.*, pro eiusdem Dioecesis Calendario decreta particularia edita sunt 4910., permittitur, ut in festo Sacri Cordis Iesu in Missa solemnem coram SSmo Sacramento exposito addatur eiusdem commemoratio ad modum Collectae 4921. *ad 2.*

In Dioecesi Burgen. eadem die celebrari indulgetur Officium Dedicationis omnium Ecclesiarum 4897. *ad 4.*, in occurrentia cum Patrono Locum aut Titularis Ecclesiae fiat de Dedicatione, et alterum transferatur iuxta Rubricas. *Ibidem ad 5.*

Pro Dioecesi Leobicensi indulgetur Missa solemnem votiva de S. Andrea Apost. Dominica 2. Ad-

ventus, ad quam transfertur hoc festum, quod est de Patrono Dioecesis 4919. *ad 1.*, conceditur pariter, ut agatur etiam de S. Aegidio titulari alterius Dioecesis unitae sub ritu duplici minori tantum ob uniformitatem. *Ibidem ad 4146.*

In Dioecesi Baltimorensi Officium Sancti Irenaei quando est celebrandum? 4928.

In Dioecesi Melitensi in qua celebratur Octava privilegiata Conversionis S. Pauli Apost., die 28. Ianuarii celebretur festum SSmi Nominis Iesu. Occurrente autem Octava S. Publii Ep. M. cum Officio SSmi Nominis Iesu servantur Rubricae, seu celebretur festum SSmi Nominis Iesu 5030. *ad 3.*

Dioecesi Tudensi conceditur facultas, ut in festo Desponsationis B. M. V. addatur commemoratio S. Ioseph 5050. *ad 17.*

In Dioecesi Brugensi, ubi ex peculiari concessione festum S. Marci incidens infra Octavam Paschae transfertur ad Feriam IV. post Dominicam in Albis, si haec Feria occurrat Festum Ss. Philippi et Iacobi Apost. vel Inventionis S. Crucis Processio et abstinentia protrahatur ad Feriam V. sequentem. Si autem hac Feria V. occurrat Festum Patroni praecipui, abstinentia et Processio ut supra, transferatur ad Feriam VI. sequentem 5115. *ad 2.*

Distributio Candelarum, Cinerum, Palmarum, facienda est a Celebrante, non a Vicario 1258. 1264., fieri debet a Priore Matricis, dummodo Missam celebret, prout etiam delatio SSmi Sacramenti Feria V. in Coena Domini, et absolutio in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum: secus ab Hebdomadario 2193., si haec distributio fiat a Canonico cum Mitra, Presbyter assistens, Diaconus, Subdiaconus ministrare debent, detecto capite 1815.

Distributio Antiphonarum, et Lectionum a quo facienda? 1286.

Doctoratus qualitas non dat praecedentiam supra Canonicos, aut Sacerdotes etiam simplices antiquiores 2. 221. 367. 384. 620. *ad 1.* 867. 1194. 2128. 2759. *ad 1. et 2.* 2850. *ad 2.* 3735.

Doctorum nomine Sancti illi veniunt, in quorum Officio dicitur Antiphona: *O Doctor optime etc.* 4247. *ad 2. et 3.*

Doctor vel Magister Theologus non potest in Choro adhibere Biretum doctorale 4991.

- Doctrina Christiana* explicanda est a Parochis ante Vesperas, ne aliae functiones turbentur 2444. ad 4.
- Domine praevenisti V. Responsorium.*
- Dominica* venit sub appellatione Festi novem Lectionum 553; ad 1.
- In *Dominica* 3. Adventus, et 4. Quadragesimae pulsantur Organa 2656. ad 8.
- In *Dominica* non est altera Missa conventualis celebranda, si in ea occurrat Festum duplex, de quo dici debeat Missa 3290. ad 2.
- Dominica*, quae superest post Epiphaniam, nec habet locum post Pentecosten, quando, et quomodo reponenda sit? 3301. ad 16.
- In *Dominicis* 2. 3. et 4. Adventus, et Quadragesimae, si occurrat duplex 1. class., non sunt cantandae duo Missae 3477. ad 14.
- Dominica in Albis* admittit commemorationem, et nonam Lectionem Sancti simplicis 4044. circa *Lect. 3. Noct. Dub. 7.*
- Dominica* determinata mensis pro celebrando aliquo Officio computanda est iuxta morem civilem, non ecclesiasticum 4090.
- Dominica* quatuor Temporum illa est, quae immediate succedit Sabbato quatuor Temporum 4146.
- In *Dominica* infra Octavam Missae privatae dici nequeunt de Festo, cuius celebratur Octava, sed illae, quae respondent Officio diei cum commemoratione Octavae; constituto tamen de concursu populi, permittitur una Missa sollemnis de Octava cum *Gloria*, et *Credo* sine ulla commemoratione 4183. ad 1.
- Dominica*, etsi occurrat Festum 1. class., nunquam amittit Commemorationem, Homiliam, et Evangelium; quod obtinet etiam si occurrat anticipari Officium Dominicae in Sabbato, in quo fit de Festo 1. class. 4175. ad 6., ita etiam quoad ferias Adventus, Quadragesimae, quatuor Temporum, et secundam Rogationum. *Ibidem.*
- In *Dominicis* infra Octavas, vel a Festo duplici impeditis unica tantum Missa cantanda est; de *Dominica* scilicet cum commemoratione Octavae infra Octavas de duplici occurrente cum commemoratione et Evangelio Dominicae in fine, si fiat de Sancto 4237. ad 12.
- Dominica* infra Octavam SS^{mi} Corporis Christi, ubi haec solemnitas respuit alia omnia Festa, exceptis illis primae classis, gaudet privilegio Octavae, excludendi scilicet nonam lectionem de simplici 4476., quam semper excludit, si de ea *Dominica* recitatur Officium 5151. ad 4. 5206.
- Dominicae* non impeditae, ad quas S. R. C. quandoque indulget transferri posse Festa, pro quibus aliqua *Dominica* fixe est assignata, illae sunt, in quibus non occurrit Festum rit. dup. 4516. ad 3.
- Dominica Palmarum* in fine Missae recitandum est Evangelium S. Ioannis a Celebrante, qui benedictionem Palmarum immediate ante Missam explevit 4691. ad 3.
- Dominica prima Mensis* pro aliquo Officio recitando assignata non est computanda iuxta calendae, sed iuxta annum civilem 4948.
- Dominicae 2. post Epiphaniam Officium* si a Septuagesima impeditur, recitandum est prima die post Octavam Epiphaniae, quae non sit impedita ab Officio duplici 4995.; quod si in ea Hebdomada occurrat semper Officium duplex, tunc in Sabbato fiat Officium de festo cum commemoratione *Dominicae*, et nona Lectione de Homilia 5197.
- Domino loci* non competit sedes cum Baldachino ad instar sedis Episcopalis, nec thurificatio per Presbyterum Pluviali indutum 797. 1192., eique nullo modo permittendum est, ut erigat Baldachinum in Ecclesiis, et Presbyterio: erectum vero sub censuris amovendum 1161. 1680. 2247. 2816., quae ipsi conveniunt, quae non 881. 1091. 1095. 2610., multo minus licet associare loci Dominum cum Baldachino a porta Civitatis ad Cathedralam 1587., nequit loci Dominus exigere capitis inclinationem a Sacerdotibus celebrantibus in loco suae iurisdictionis 1751., permittitur sedes non gradata nec fixa cum genuflexorio extra Presbyterium, pax cum instrumento, thurificatio duplici ductu per Cappellatum, non per sacrum ministrum 2092. 2638., eo adveniente nec licet pulsare Campanas sine Ordinarii licentia 1065. 1126.
- Dominiae loci* num debeat thurificatio? 2908.
- Domino loci* non debentur honorificentiae, quae soli Episcopo competunt 3082.
- Dominus loci* in Ecclesia Parochiali thurificandus duplici ductu ab eodem ministro, qui ceteros thurificat, post Celebrantem, ac duos ministros paratos ante reliquos 3101.
- Domino loci*, qui sit magnus Princeps, plura conceduntur, quae aliis locorum Dominis, et Baronibus non conveniunt 849., ideo S. R. C.

adprobat concordiam initam inter Ducem Segobricae, et Capitulum Cathedralis 2582.
Domina loci nequit habere in Ecclesiis genuflexorium cum stratu, et pulvinari 3153.

Dominum loci ex urbanitate post finem Missae a Sacerdote salutari posse S. R. C. respondit 3638. 3658., non ei debetur a Concionatore salutatio cum titulo Excellentiae 3705. ad 1.

Dominus loci nequit habere in Ecclesia sedem fixam cum scabello, tapete, suppedaneis, et postergalibus, sed amovibilem, et cameralem tantum 3684. ad 1., permittitur genuflexorium cum tapete, et pulvinaribus. *Ibidem* ad 2., non autem haec permittuntur pro eius Matre. *Ibidem* ad 3., non ei ministranda est aqua benedicta propriis manibus a Parocho Superpelliceo, vel Pluviali induto in aspersione fieri solita singulis Dominicis. *Ibidem* ad 4., non ei debentur triplex thurificatio, et osculum Evangelii. *Ibidem* ad 5.

Domino loci quaedam honorificentiae ab Episcopo permissae in vim concordiae a S. R. C. reprobantur 3867.

Dominus loci quomodo excipiendus sit in Ecclesia Ferentilli in spiritualibus subiecta Ecclesiae Lateranensi, et quae sedes competat eius Commissario, seu Auditori 4019.

Dominus loci, quoad genuflexorium, eius ornatum, et locum, in quo collocandum est 4010.

Alia videri possunt 29. 66. 92. 2884. 3039. 3771. 3930. 3939. 3956. 4123. 4204. 4376.

Vide etiam *Barones*.

Dominus vobiscum dici non debet ad Orationem, quae praemittitur benedictioni cum SS. Sacramento 2223. ad 7. 2752. 4299. ad 7.

Dormire, et versari non licet in cubiculis extructis supra Cappellas, in quibus Missa celebratur 1325.

Duplicia translata habent locum in quacumque die infra Octavas non privilegiatas non impedita Officio novem lectionum 2917.

Duplicia, et semiduplicia translata praeferenda sunt Officiis votivis concessis semel in Hebdomada 3503. ad 1.

Duplex secundae classis cum Octava cadens in Dominica Septuagesimae, si transferatur ad Sabbatum sequens, habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Sexagesimae; et quatenus dies Octava habeat Orationem propriam, haec erit recitanda 4055. ad 1.

Duplicia maiora habent Lectiones 1. Nocturni vel proprias, vel de communi, non autem de Scriptura occurrente 4119. ad 3.

Duplex secundae classis occurrens cum Dominica privilegiata transfertur ad primam diem non impeditam Festo novem lectionum 4175. ad 2.

Duplicia, quae locum translationis non habent, omittenda sunt, non anticipanda 4366. ad 7.

Duplicia et semiduplicia ad ritum simplicem per accidens redacta, quia nequeunt transferri, cum deficient in fine anni dies liberi, si occurrant in Dominica Paschae, et Pentecostes, ac duobus sequentibus diebus, omittantur, et nullam habent commemorationem 4378. ad 1. et 2., si concurrant cum duplicibus primae classis, et secundae, comprehensis etiam Festis Ascensionis, ac Corporis Christi, habere debent commemorationem in Laudibus, utrisque Vesperis, et Missa, una excepta conventuali. *Ibidem* ad 3., item in Vesperis Feriae III. Paschatis, et Pentecosten, et in secundis cuiuscumque Festi primae, et secundae classis casu, quo de iisdem facienda sit commemoratio die sequenti. *Ibidem* ad 4., habere possunt nonam Lectionem historicam, praeter quam in Officio trium Lectionum, in Octava Corporis Christi, et dum legenda est Homilia super Evangelium. *Ibidem* ad 5., nequit tamen fieri commemoratio in Dominica Palmarum, et Vigilia Pentecostes, etiamsi facta sit in Officio. *Ibidem* ad 6., si huiusmodi duplicia, et semiduplicia cadant in Dominicis privilegiatis, ac proinde facienda sit de iisdem commemoratio, ut de simplici, non ideo omittenda sunt suffragia, preces, et 3. Oratio in Missa. *Ibidem* ad 7., si semiduplex per accidens simplex cadat in Dominica per annum occurrente infra aliquam Octavam, adhibendus est color conveniens Octavae, non semiduplici simplificato. *Ibidem* ad 8., commemoratio duplicis simplificandi cadentis in die Dominica, in qua fit Officium Festi mobilis maioris ritus, vel dignitatis, praeferenda est commemorationi Dominicae. *Ibidem* ad 9., ordo quoad huiusmodi duplicia, et semiduplicia ad ritum simplicem redacta etiam clarius exponitur *sub num.* 4395. ad 1. 2. et 3. Vide etiam num. 4594. ad 8. 4810. 5084. ad 2. et 3.

Duplex translatum reponi potest in die 30. Decembris, quando occurrit in Sabbato, in quo fieri deberet de Octava Nativitatis 4385. Vide etiam num. 4849. ad 4. 4947. ad 2.

- Duplicia*, si cadant in Dominica impedita, nequeunt transferri ad diem sequentem liberam, si alia sint Festa aequalis ritus antecederent translata; nec valet ratio retinendi in Officio Confessoris versus *Beatas* ad hymnum, neque prodest ius vicinitatis, nam sequendus est ordo translationis 4448. *ad 8. et 9.*
- Duplex* a sua sede amotum, et ad aliam diem fixe translatum, non est ulterius transferendum, etiamsi ea dies postea alicui novo Officio fuerit assignata 4491. *ad 6.*

E

Ecce Agnus Dei etc. non dicitur ab Episcopo dum Eucharistiam distribuit Presbyteris ab eo in Missa ordinatis; dici tamen debet in Communionem aliis praebenda, prout etiam in Communionem generali Feriae V. in Coena Domini 3614. *ad 4.*

Ecclesiae a Turcis prophanatae, sacris dispersis et forte conculcatis particulis quomodo a S. R. C. consultum? 1.

Ecclesiae inferiores sequi debent Rubricas Missalis et Pontificalis Romani, quae pro iis praescribuntur, non vero illas Ecclesiae Cathedralis 15. *ad 17.*

Ecclesiae Matricis est primum pulsare Campanas in Sabbato Sancto 57.

Ecclesia, in qua mortuorum corpora sepulta sunt, potest consecrari, dummodo sub Altari humata sint, aut sub Confessione, ubi Sanctorum Corpora, et Reliquiae locantur 326.

Ecclesiae consecratae reconciliatio, proprio Episcopo impedito, committi debet alteri Episcopo; benedictae vero alicui Presbytero in dignitate Ecclesiastica constituto 371.

Ecclesia prophanata si postea sub eodem titulo, quo prius distinguebatur, fuerit restituta, potest Titularis Festum celebrari, etiamsi celebretur etiam in alia Ecclesia, ad quam idem titulus translatus fuit 628.

Ecclesiae dedicatae in honorem B. M. V., quin innotescat sub quo titulo, aut mysterio, assignatur pro Titulari Festum Assumptionis 1703.

Ecclesiae Civitatis, et Dioecesis nequeunt se conformare in Officio, et Missa cum Cathedrali in Festis Sanctorum eiusdem propriis, et Reliquiarum, quae in ea asservantur 772. *ad 7.*

Ecclesia Monialium gaudet privilegio retinendi

Sacramentum sine speciali licentia, si Monasterium sit legitime erectum; secus non potest 1496.

Ecclesia, cui Clericus fuit adscriptus in susceptione primae Tonsurae, nullum acquirit ius quoad sepulturam 1547.

Ecclesiae, quae non sunt Parochiales, nequeunt retinere Sacramentum 1655.

In Ecclesia, quae gaudet privilegio celebrandi Officium novem Lectionum, qualibet hebdomada non impedita, nequit cantari unica Missa Feriae cum commemoratione Officii currentis, quando eo die occurrit FERIA, quae habet Missam propriam 3477. *ad 21.*

Ecclesiam Cathedralis Ferentini non indigere nova consecratione S. R. C. respondit, etsi nullum consecrationis signum, aut monumentum extaret, sed Anniversarium semper celebrari consueverat 3755.

Ecclesiae sitae intra limites Parochiae, ab hac tamen seiunctae nullam habent dependentiam in explendis functionibus Ecclesiasticis a Parocho, et Capitulo Collegiatae, exceptis functionibus expressis in Synodo 3874. *ad 1.*, hinc celebratio Missae sollemnis in diebus festis pertinet ad Cappellanum. *Ibidem ad 2.*, a quo Aspersorium porrigendum est Episcopo ad dictam Ecclesiam accedenti? *Ibidem ad 3.* Parochus tamen, vel alter de Capitulo potest retinere clavem capsulae expositae in dicta Ecclesia pro elemosynis. *Ibidem ad 4.*

Ecclesiae, quarum Titularis est S. Maria Angelorum, ut Domina, et Regina Angelorum, vel memoriam recolendi causa apparitionis eiusdem B. M. V. cum multitudine Angelorum S. Francisco, celebrare debent Festum in die Assumptionis cum eiusdem Octava 3772.

In Ecclesia iuris Patronatus licet, invito Parocho, Festa peragi, quin Parochus debeat invitari 4196. *ad 1. et 2.*, possunt ibi Confessarii ab Ordinario adprobati Sacramentum Poenitentiae administrare, servata forma approbationis. *Ibidem ad 3.*, nequit Parochus, invito Patrono, aut Ecclesiae Cappellano, ibi peragere functiones Parochiales, aut mere Ecclesiasticas, exceptis casibus necessitatis. *Ibidem ad 4.*, in altera propositione moderatum fuit Decretum, et responsum, licere Parocho exercere functiones Parochiales tantum, sed praevia participatione facienda Cappellano. *Ibid.*, quae resolutiones, utpote peculiaribus circumstantiis in casu particulari accomodate, nullum praedictum inferunt iuribus Parochialibus quoad alias Ec-

- clesias. *Ibidem*. Vide etiam quaestiones haud absimiles in *Melevitana* 4206.
- Ecclesia*, quae Titularem habet SSmum Salvatorem, congruit, ut Festum de Titulari celebret cum Officio Transfigurationis die 6. Augusti, et eius Octava 4259.
- In *Ecclesia* noviter aedificata sub titulo SSmi Nominis Mariae, abdicato antiquo titulo S. Mariae de Nemore, celebrandum est Festum novi Tituli 4284.
- Ecclesias* reconciliandi cum aqua ab Episcopo benedicta, peculiaribus attentis circumstantiis, facultas fit Vicario generali, vel Capitulari, aut primae Dignitati Cathedralis Salmaticen. cum quibusdam tamen cautelis, et limitationibus 4307.
- Ecclesia* exempta, et immediate Sanctae Sedi subiecta, non tenetur ad Officia Dioecesis, intra cuius fines sita est, praesertim si eadem non reperiantur in Breviario Romano, nec constet de Apostolica adprobatione; item debet se conformare quoad ritum Calendario Romano, et non illi Dioecesis. Ex Officiis vero pro aliis locis adprobatis, et ab Episcopo sine Apostolicae Sedis auctoritate ad suam Dioecesim extensis ea retinere tantummodo potest, quae ab antiquo iam usu huc usque celebrare consuevit, quaeque a Rubricis Breviarii Romani, et Decretis S. R. C. permittuntur 4330.
- Ecclesiae Cathedralis* titulo immutato fieri debet Officium ab utroque Clero de novo Titulari, ut Decreta praecipiant; de antiquo vero satis est, ut fiat sub rit. dup. min., etsi in Cathedrali fiat sub rit. dup. 1. class. 4361. ad 2.
- Ecclesia S. Georgii loci Vice-Pelago* Dioecesis Lucanae restituitur ad iura Plebaniae, quibus potiebatur ante unionem 4629.
- Ecclesiae S. Susannae Urbis* conceditur indultum speciale addendi orationem de Spiritu Sancto in Missa celebranda occasione vestitionis, aut professionis Monialium 4812.
- Ecclesiae* in Beatorum honores erigi nequeunt 4890.
- Ecclesiae Patrono* conceditur facultas aperiendi ianuam interiorem in eadem 4896.
- In *Ecclesia S. Laurentii in Paneperna Urbis* possunt cantari Vesperae de S. Birgitta ratione concursus populi, recitatis tamen in Choro Vesperis de S. Francisco Solano 4933.
- Ecclesiam novam* erigendi veniam tribuere spectat Episcopo, dummodo dos sufficiens pro cultu assignetur 4969.
- In *Ecclesia S. Michaelis in Foro Civitatis Lucanae* Caeremoniarum Magister porrigere debet Aspersorium Canonico Decano 4978. ad 3.
- Ecclesia*, quae militaribus stationibus inservierunt ob cautelam debent reconciliari 5077.
- Ecclesiae nomen* convenit loco sacro, qui est aedificatus, ut publico Fidelium usui deserviat 5215. ad 3.
- S. *Eliae V. Officium*.
- S. *Elisabeth V. Officium*.
- Epiphaniae* dies infra Octavam excludunt omnia Festa, praeterquam duplicia 1. class. Hinc si occurrat Festum Patroni minus principalis est transferendum 2080.
- Episcopo Oseen*. pontificaliter celebranti assistere debent Archidiaconus, et alter Diaconus parati cum Priore Canoniorum in officio Presbyteri assistentis 15. ad 12.
- Episcopus* compellere potest, etiam per censuras, ad observationem Rubricarum 15. ad 19.
- Episcopus* quo in loco excipiendus a Capitulo 31.
- Episcopus* cum duobus Canonicis, altero ab Ipso, altero a Capitulo eligendis, curare debet quae ad divina Officia, et Ecclesiae regimen pertinent 53.
- Episcopus* in ingressu ad suum Episcopatum equitare potest equum album, seu albo velamine coopertum 63.
- Episcopo Veronensi* mandatur, ut componat dissensiones exortas inter Capitulares, ne exoriantur scandala 80.
- Episcopus* quoad modum se gerendi cum Dignitatibus et Capitulo Cathedralis in functionibus Ecclesiasticis 81. ad 2.
- Episcopus Cardinalis in Austria* commendatur eo quia studuerat, ut a suo Clero exciperentur Breviarium et Missale Romanum 82.
- Episcopus* compellere potest per censuras, et multas ad sibi in Pontificalibus serviendum Dignitates et Canonicos 91.
- Episcopus* nequit iubere pauperi Ecclesiae, ut alteri commodet sacra paramenta 104.
- Episcopus* nequit obligare ullum Canonicum ad sibi inserviendum, nisi in Pontificalibus et cum Cappa pontificali 115. ad 2.
- Episcopo* petenti conceditur, ne permittat Parochos, sive Cappellanos sese intrromittere in ministerio Incensi et Aquae benedictae super Cadaveribus, interveniente Cathedrali Capitulo 115. ad 5.

- Episcopo Acheruntino* mandatur, ut a quibusdam novitatibus se absteineat, et de iisdem rationem reddat 132.
- Episcopus* adstringere nequit ad servitium Chori illum, qui alicui beneficio Choralis renuntiavit 135.
- Episcopus* iubere potest, ne cogatur Capitulum dum horae canonicae persolvuntur sub poena amissionis distributionum: 147 *ad* 1., potest incipere visitationem ab Ecclesia, quae magis ei libet, salvis aliarum iuribus. *Ibidem ad* 2., potest hortari, non cogere Parochos, ut sacra suppellectilia praebeant Sacerdotibus in eorum Ecclesiis Sacra facientibus. *Ibidem ad* 3. (Vide etiam 3473.), nec cogere Regulares, ut commemorationem faciant Episcopi loci. *Ibidem ad* 4., potest iubere, ut nihil sit circa Altaria, quod offensionem, et scandalum pariat. *Ibidem ad* 5., potest iubere, ut amoveantur sedes laicorum a Presbyterio. *Ibidem ad* 6.
- Episcopus* potest secum ducere binos Canonicos pro condendis legibus Synodalibus, dummodo hi non absint longiori tempore a Concilio permissio 160. *ad* 1., si tempus hoc sit nimis angustum, prorogatur, sed non indefinite 161.
- Episcopus* potest iubere, ne a novis provisio persolvatur certa summa in possessione, si haec sit in Canonicorum profectum; secus si in Ecclesiae utilitatem 160. *ad* 5.
- Episcopus* absentiam Canonicorum potest ad Concilii praescriptum reducere, non obstante contrario usu 172. *ad* 1.
- Episcopus* nequit cogere Canonicos, ut Cappam induant sine expresso Sedis Apostolicae indulto 227. *ad* 3., prohibere potest Canonicis, ne omnes simul, vel maiori in parte fruantur vacatione a Concilio permissa. *Ibidem ad* 7.
- Episcopus* accedens ad Ecclesiam Abbatialem, et Collegiatam exemptam, privative debet confessionem facere, incensum imponere, benedicere etc. 232. *ad* 5., item accedens ad Ecclesiam Regularium 2732. *ad* 2.
- Episcopus* potest pro arbitrio moderare scamna, et sedes laicorum in Ecclesia 256. *ad* 3.
- Episcopus* nequit tamquam Iudex, definire dubia, quae circa ritus, et caeremonias versantur 263. *ad* 1., aut ritus immutare 2537. *ad* 2.
- Episcopus*, dimissa Episcopatus administratione, non amittit ius antianitatis; ideo praecedit alios post ipsum electos 299.
- Episcopo* competit indicere Processiones, et determinare horas eas ducendi, et omnes vocati tenentur interesse 317.
- Episcopo* non licet ad Dioecesim extendere Officium, quod ab immemorabili recitabatur in Cathedrali 338.
- Episcopus* concionaturus non convenit, ut ab loci Ordinario, etiam Cardinali, benedictionem petat 343.
- Episcopus* in sua Dioecesi praefendus aliis antiquioribus, uno excepto Metropolitano: debet tamen advenas, et peregrinos in sua Dioecesi honorare, et ex urbanitate dexteram, et locum digniorem eis cedere 400.
- Episcopi* praecedentia petenda est a tempore electionis, et promotionis, ita ut qui antiquior est, praecedat 404. 2848., et strictim a die Decreti Consistorialis super expeditione Ecclesiae 1293.
- Episcopo* non licet aliquid circa Insignia Dignitatum, Canonicorum, aliorumque Ministrorum immutare sine licentia Sedis Apostolicae: si secus fecerit, cuncta in pristinum restituantur 460. 465. 748. 882.
- Episcopus* in omnibus suae Dioecesis Ecclesiis, quantumvis exemptis, et privilegiatis, est honorandus; qui renunt ad id praestandum, censuris compellendi 477.
- Episcopo*, Canonicis, et Clero, qui ob aeris intemperiem, vel ob aliam quamcumque causam secesserunt a Cathedrali transferentes residentiam ad simplicem Ecclesiam sitam intra limites unice Oppidi Paroeciae, licet cum propria Cruce, et sine licentia Parochi Processiones ducere ad quaecumque Ecclesias, et per totum Oppidum, prout facerent residentes in Cathedrali 509.
- Episcopus* in sua Dioecesi privativum ius habet indicendi publicas Processiones, et per edictum ad illas convocandi 528. *ad* 1., item iubendi, ne aliquae fiant ex devotione Populi, et Confraternitatum. *Ibidem ad* 2.
- Episcopo* accedenti ad Ecclesiam Monialium sub iurisdictione Abbatis Regularis paranda est sedes in digniore parte Chori, cum ornatu congruo, et gradibus: Abbati vero sedes cameralis absque ornatu, et gradu a sinistris Episcopi, aut in alia Chori, vel Ecclesiae parte 530.
- Episcopus* in sua Dioecesi privativum ius habet erigendi de novo Confraternitates, et earum statuta confirmandi 548.
- Episcopus* in aliena Dioecesi non licet sibi pannum cum pulvinari sternere, neque ei competit deosculatio Textus Evangelii 561., ab eodem fieri debet reverentia Archiepiscopo uti maiori. *Ib.*
- Episcopi* est pro sua prudentia abusus circa ritus,

et caeremonias corrigere, et cuncta ad formam Caeremonialis revocare 583.

Episcopi in Italia, Cardinalibus praesentibus, solent Mozzettam deponere: ad id tenentur, si res sit de Cardinali Legato 601.

Episcopus in decernendis, dirigendis, deducendis Processionibus exquirat consilium Capituli, non consensum 614.

Episcopus, vel Archiepiscopus si conveniat cum aliis Gubernatoribus, qui non sunt Praelati, stare debet, dum alii genuflectunt 622. *ad 2.*

Episcopi non licet addere Calendariis Officia Sanctorum, nisi ad praescriptum Rubricarum, et iuxta Apostolicae Sedis, et S. R. C. concessionnes 740. 892.

Episcopo licet accedere ad Ecclesiam exemptam etiam Ordinis Hierosolymitani ad faciendas Processiones, et ibi Baldachinum erigere, ac Pontificalia exercere 752.

Episcopi, vel Regularium Praesides nequeunt elevare Festa Calendarij ad nobiliorem ritum sine licentia Sedis Apostolicae 772. *ad 8.*

Episcopus iubere potest, ut in Ecclesia accendantur duo lumina super Altare, quotiescumque expositum est Sacramentum pro Communione Fidelium 777. *ad 1.*

Episcopi defuncti cadaver deferri non licet sub Baldachino 916., positum in feretro deferendum est a Beneficiatis 1815.

Episcopi est dare, vel negare licentiam Sacerdotibus legendi in fine Missae sacris paramentis indutis Passionem Domini secundum Joannem ad evitandas tempestates 982., quod si id fieri vetet, eius praecepto parendum est, et inobedientes coercendi sunt, etiam auctoritate S. C. 1720.

Episcopus quoad habitum praesente Nuntio Apostolico cum facultate Legati 1191.

Episcopus nequit praecipere, ut servetur de praecepto Festum Patroni, qui non fuit electus servatis servandis, ac proinde praeceptum non tenet 1255.

Episcopus commorans in aliquo suae Dioecesis Oppido, potest in Ecclesia Parochiali erigere sedem cum Baldachino 1378. *ad 4.*, sed exigere nequit, ut Parochus sibi Missam privatam audienti praebet librum Evangeliorum, et pacem ad osculum; eum ad Ecclesiam venientem excipiat e domo, et paramenta ministret pro Cappellanis. *Ibidem ad 1. 2. et 3.*

Episcopi arbitrio relinquuntur subdelegare Sacerdotem pro benedicendis agris; neque vigore Brevis adstringitur ad eligendum digniorem 1398.

Episcopi advenis non licere, etiam cum licentia Dioecesani benedicere Calices, Patenas etc. privatim, et sine solemnitate in casu proposito S. R. C. respondit 1400.

Episcopus commorans in aliquo suae Dioecesis Oppido satisfacit obligationi horarum Canonicarum recitans Officium proprium illius loci 1437.

Episcopus celebrans in aliqua Civitatis Ecclesia potest paramenta sumere de Cathedrali 1441. *ad 5.*

Episcopus potest pro lubitu quemlibet delegare ad effectum benedicendi Ecclesiam, non autem consecrandi 1545.

Episcopus nequit, inconsulta Sede Apostolica, statuere certam diem pro sede Festi perpetuo translati 1563.

Episcopus nequit permittere Monialibus sibi subiectis, et utentibus Breviario Romano, ut recitent nova respectivi Ordinis Officia, nisi constet adprobata fuisse a Sede Apostolica 1570. *ad 1.*

Episcopo non licet deferre Sanctissimum Sacramentum in sede portatili 1659.

Episcopus nequit Stolae usum permittere singulis Cappellanis Congregationis SSmi Sacramenti in solemnibus Processione Corporis Christi 1764. *ad 3.*

Episcopus infra suae Dioecesis ambitum praefendus omnibus Archiepiscopis, et Episcopis, etiam senioribus: extra vero, servandus est ordo antianitatis 1792.

Episcopus impeditus nequit delegare suum Vicarium Episcopali characterе insignitum ad explendas functiones, quae competunt Dignitatibus, et illas tantum potest ei demandare, quae a solo Episcopo fieri possunt 1802.

Episcopus in aliena Dioecesi, et extra locum suae iurisdictionis assistenti concionibus debetur dignior locus, magisque ornatus 1866.

Episcopo petenti facultatem asservandi Fera VI. in Coena Domini Sacramentum, ut posset Fera VI. privatim celebrare, S. R. C. respondit: Satis consultum per Caeremoniale, si velit Episcopus ea die celebrare 1952.

Episcopus potest indicere Festum principalis Patroni de praecepto in vim Constitutionis Urbanae; quo vero ad Vigiliam cauto opus est, ne subditi novo graventur onere 2075.

Episcopo podagra laboranti denegatur facultas consecrandi Sacra Olea, et Moniales, Missam celebrante Vicario, seu alia Dignitate, ipso vero sedente, et legente formulam Consecrationis;

- et quatenus nequeat has peragere functiones, potius debet abstinere 2114., denegatur pariter petenti facultatem conficiendi Sacra Olea in Cappella sui palatii ob salutis incommoda 2150.
- Episcopus* in oratione Rogationum ad aliquam Regularium Ecclesiam accedens, excipiendus est a tota Communitate 2168.
- Episcopus* potest erigere Baldachinum in Regularium Ecclesiam, interessendo functionibus sacris, et concioni 2272. *ad 1.*, accedens ad Ecclesiam Abbatialem, recipere debet Aspersionum ab Abbate, non a Dignitate Cathedralis 2317., si de mane ibi assistat, et non in Vesperis, Baldachinum deponi debet. *Ibidem.* S. C. praefata Decreta confirmat 2374.
- Episcopo* in casu necessitatis licet assumere ad servitium Altaris Ministros ordinis inferioris, etiamsi non sint de Capitulo 2322.
- Episcopus* in peragenda visitatione conformare se debet Caeremoniali 2333. *ad 1.*
- Episcopus* visitans Ecclesias exemptas tamquam Delegatus Apostolicus conformare se debet solito quoad usum Baldachini 2339.
- Episcopi* est tollere abusus, si qui irrepserunt in Ecclesiis Regularium 2444. *ad 5.*
- Episcopus* procedere potest contra renuentes accedere ad Processiones pro publico bono, et de mandato SSm̄i indictas 2457.
- Episcopo* iubenti quaedam ad maius dignitatis, et Ecclesiae decus Canonici Cathedralis parere debent: secus in poenas ab eo comminatas incurrunr 2662.
- Episcopus* in recitatione Officii debet se conformare ritui propriae Ecclesiae, etiamsi ab ea absit 2828. *ad 3.*
- Episcopus* cum Cappa assistens debet sibi biretum imponere, et deponere 249. 840. 1375. *ad 2.* 1540. *ad 1.* 1567. *ad 1.* 2707. *ad 4.*
- Episcopo* in aliena Dioecesi non competunt praerogativa, quae in propria ei conveniunt 250.
- Episcopus* satis est, ut manu benedicat Canonicos ante ipsum transeuntes, dum assistit Divinis, tecto capite 227. *ad 5.*
- Episcopus* potest in Ecclesia exempta suos Canonicos assumere, et cum iisdem celebrando, circulos habere 232. *ad 1.*
- Episcopo* solemniter celebranti, vel Ordinationes facienti, vel non, saltem quinque illae personae debent assistere, quas enumerat liber Caeremonialis 319. Ordinationes facienti cum Missa plana quinam assistere, et ministrare debeant? 351. *ad 2.*
- Episcopus* celebrans, non convenit, ut Praelatos, Canonicos, et alios quoscumque thurificet, vel ad singulos accedens eos aqua benedicta aspergat. Consuetudo contraria ut abusus damnatur 471.
- Episcopo* venienti ad Ecclesiam dum aliqua hora in Choro recitatur, sat est, ut quatuor, vel quinque Canonici obviam procedant, et maior pars in Choro permaneat 505. *ad 1.*, quod pariter servandum est, si advenerit Missa inchoata, vel, audita concione, recedat ante finem Missae. *Ibidem ad 2. et 3.*, si discedat finita Missa, quin inchoata sit hora sexta, omnes Canonici comitari eum debent usque ad ianuam, statimque ad Chorum redire horas reliquas persoluturi. *Ibidem ad 4.*, si ultra conductam horam moratur, eo non expectato, inchoari potest Officium. *Ibidem ad 5.*, inito Officio sat est, ut Canonici eum associent usque ad ianuam Ecclesiae, vel ad primum atrium domus, si haec est Ecclesiae contigua. *Ibidem ad 6.*
- Episcopo* capitulariter associato venienti ad Ecclesiam cum Cappa, nulla debetur assistentia 593.
- Episcopus* nequit exigere, ut extra Cathedralem, Canonicis absentibus, sibi fiat circulus a quibusdamque Presbyteris, et Clericis 633.
- Episcopus* in Processione, in qua defertur quaedam Imago B. M. V., si velit incedere non cum suo Capitulo, sed associatus a sua familia, Vicario, et quibusdam Presbyteris ad id vocatis, ire debet non ante, sed post Imaginem, itaut haec proxima sit Capitulo, sine intermedio 676., si in comitatu aliqui sint in dignitate Ecclesiastica constituti, sed non de corpore Capituli, incedere debent in habitu post Episcopum, Vicarius vero potest incedere cum Capitulo 691., si Processionibus intersit Cappa indutus, nulla ei debetur assistentia Diaconorum 166.
- Episcopus* nequit eligere Rectorem Chori in praerogativa illius, cui competit, sed S. Sedes consulenda, si abusus irrepserint 761. 776.
- Episcopus* satis est, ut Cappam induat in cubiculo, in quo excipitur a Canonicis 777. *ad 4.* 1567. *ad 6.*
- Episcopus* nequit sub poena excommunicationis iubere, ne Canonici, qui in defectu assistentium ei inserviunt, advenientibus Canonicis assistentibus, locum cedant 783.
- Episcopus* cum Cappa, et bireto, solus in Processionibus incedere debet 21. *ad 4.* 789. *ad 1.*, si in Processionibus deferatur aliqua Imago,

- vel Reliquia, incedere debet post eam, nisi contraria adsit consuetudo. *Ibidem ad 2.* 1254.
- Episcopo* non licet thronum Episcopalem elevare cum quinque gradibus prope Altare Sacramenti, quod habet quatuor gradus, neque sterni facere tapete in sui throni gradibus, si illi Altaris sint nudi 917. 928.
- Episcopus* tenetur praenunciare Canonicis per diem ante, quando vult celebrare Pontificalia 1008. *ad 3.*
- Episcopus* uti potest in Cathedrali ministris eiusdem; extra potest, dummodo non fiat cum praeiudicio servitii Ecclesiae 1008. *ad 5.*
- Episcopo* solemniter celebranti semper inservire debent, qui de Capitulo sunt 1019.
- Episcopus* assistens Divinis Officiis cum Rochetto, et Mozzetta, sedere debet non in Sede pontificali, sed in primo stallo sine assistentia 1074. 1577. 2502. *ad 2.*, neque ei debetur assistentia, si intersit Completorio 370.
- Episcopo* extra Cathedralem celebranti debetur assistentia a digniore de Capitulo, non autem a Vicario 1172., ita etiam, si celebrat in aliqua Ecclesia occasione visitationis, debet assistentiam habere suorum Canonicorum, non autem digniorum eiusdem Ecclesiae 1464. *ad 2.*
- Episcopo* concionanti debetur tantummodo assistentia, quando id agit cum Pluviali, et Mitra 1485.
- Episcopus* Processioni interveniens cum Cappa, potest per ministrum deferri facere intortitium 1519. *ad 1.*, sed Canonici tenentur per se deferre intortitia. *Ibidem ad 2.*, volens assistere concioni cum Cappa, Canonicorum assistentiam exigere potest 1578
- Episcopus* in Ecclesiae limine debet primum aspergere Capitulum, (nisi adsit alter Episcopus) dein Vicarium, ultimo Magistratum 1588., celebrans Pontificalia extra Cathedralem potest assumere tres, quatuorve Canonicos pro assistentia 1711., adduntur duo, qui fungantur Officiis Diaconi, et Subdiaconi 1741.
- Episcopus* potest Feria V. in Coena Domini iubere Canonicis, et aliis de gremio Ecclesiae, ne privatim Missam celebrent, sed Communionem ab eius manu recipiant, non obstante qualibet contraria consuetudine 1734. *ad 1.*
- Episcopus* dum Pontificalia celebrat iubere potest, ne in eadem Ecclesia celebrentur Missae privatae 1766., potest Magistratum thuris honore privare in poenam reuentioniae eum e palatio ad Ecclesiam associandi 1772.
- Episcopus* extra suam Dioecesim Pontificalia exercens uti debet Faldistorio, nec ei licet sedere in Cathedra sub Baldachino, etiam annuente Episcopo loci 1776. 3738.
- Episcopus*, deficientibus Diaconis, et Canonicis Presbyteris, cogere potest Dignitates, ut in munere Diaconi assistentis inserviant 1803.
- Episcopus* cessare debet a privata benedictione in Processione Corporis Christi 1862., quoad usum Baculi in eadem Processione, servari debet Caeremoniale *cap. 17. lib. 1. Ibidem.*
- Episcopus* Cappa indutus nequit dare dexteram Gubernatori, eumque admittere in eodem genuflexorio, in quo ipse genuflectit. Contraria consuetudo abusus est 2009.; praesente Gubernatore Ecclesiastico Provinciae Praeside abstinere non debet ab elargienda benedictione tam publica, quam privata 2160. 2182.
- Episcopus* cogere potest Parochos ad sibi praestandum solitam assistentiam in Vesperis, et Missis pontificalibus: caveat tamen, ne quid detrimenti veniat Animarum servitio 2129.
- Episcopus* discedens a Choro cum Cappa post Vesperas saltem a quatuor Canonicis est associandus 2151. 2536.
- Episcopus* assistens Missae legit Evangelium capite cooperto, et praemittit - *munda cor meum - et - iube Domine benedicere -* 2637. *ad 7.*, dum ipse legit Evangelium, Canonicus assistens caput detegere debet. *Ibidem ad 8.*, incedens in Processionibus, quae fiunt per Ecclesiam, si sit paratus, Mitram deferat; sin minus detecto capite incedat. *Ibidem ad 9.*, thurificandus post Evangelium, si assistat Pluviali indutus 2707. *ad 1.*, sedet in thurificatione Altaris. *Ibidem ad 2.*, dum publicantur Indulgentiae quando sedere, aut stare debeat? *Ibidem ad 3.*
- Episcopus* in Supplicationibus incedat medius inter Dignitates, et Canonicos assistentes, non autem inter Gubernatorem, et Syndicum, qui sequi debent 2805. *ad 8.*
- Episcopus* unum tantum Annulum deferre debet, sed admitti potest circulus ad sustinendum Annulum pontificalem 2381. *ad 1. et 2.*, dum Missam privatam celebrat, Cappellanus debet parare Calicem, vinum, et aquam imponere. *Ibidem ad 3.*, dum Pontificalia agit, a Cappellano sustinenda est cauda. *Ibidem ad 4.*, in propria Dioecesi non habet usum mantelletti, nisi in casibus a Caeremoniale expressis. *Ibidem ad 5. et 6.*, in tribus diebus Passionis uti debet Cappa. *Ibidem ad 5.*, per integram Feriam VI. in Parasceve nequit benedicere. *Ibidem ad 8. et 9.*, dum Communionem mini-

- strat etiam extra Dioecesim conveniens est, ut manum praebet ad osculum. *Ibidem ad 10.*, extra Dioecesim cauda ei sustinenda non est, si forte incidat cum Episcopo loci. *Ibidem ad 11.*
- Episcopo* pontificaliter celebranti num duo Canonici Pluviali induti inservire debeant pro praecentoribus? 2502. *ad 1.*, assistenti concioni debetur Canonice assistentia, si talis sit Ecclesiae consuetudo. *Ibidem ad 3.*
- Episcopus* potest tempore circuli aliquos dispensare, ne deficiant Cantores in Choro 2502. *ad 4.*
- Episcopus* Missae solemnem adstante, nequeunt Dignitates, et Canonici e Choro discedere, nisi eo discedente 2514. *ad 6.*
- Episcopus*, data benedictione post concionem, iterum eam debet impertiri, expleta Missa 2805. *ad 5.*, assistens cum Cappa, vel Pluviali, debet facere confessionem a dexteris Celebrantis, qui ei respondet ut minister. *Ibidem ad 6.*
- Episcopus* Delegatus ad visitandum locum pium Sedi Apostolicae immediate subiectum in aliena Dioecesi, nequit deferre Rochettum discooperatum in via, aut dare benedictionem 2495. *ad 1.*, extra locum pium suae visitationi subiectum debet cedere locum Episcopo Dioecetano, nisi is vicissim ei cedat. *Ibidem ad 2.*, in ianua loci ab eo visitandi potest exercere actus iurisdictionis, et exigere obsequia Visitatori debita. *Ibidem ad 3.*
- Episcopus* Missam planam in Cathedrali celebraturus debet habere duos Canonicos assistentes 205., si, celebrata Missa, velit ad Chorum pergere, satis est, ut a praedictis duobus Canonicis associetur. *Ibidem*; non potest cogere Canonicos ad sibi assistendum, si accedere velit ad aliam Ecclesiam, nisi pontificaliter celebraturus sit ob aliquam solemnitatem, vel Episcopales functiones expleturus. *Ibidem*; quo in casu curare debet, ne Cathedrali servitium desit. *Ibidem*; sed accedens ad Cathedrali curare debet, ne ratione associationis Ecclesia omnino deseratur 227. *ad 1.*, expleturus vero pontificales functiones extra Cathedrali cogere potest Canonicos ad sibi assistendum 228.
- Episcopus* assistens Officio tenebrarum intonans Antiphonam ad *Benedictus* surgere debet 2883. *ad 10.*
- Episcopus* in Processione SS^mi Sacramenti nequit incedere sub eodem Baldachino cum Sacerdote illud deferente; aut sibi deferre facere particularem umbellam 2935. *ad 1.*, quod si ipse deferat Sacramentum, nequit sub eodem Baldachino uti umbella extensa, et a suo famulo delata. *Ibidem ad 2.*
- Episcopus* potest concedere licentiam alicui Plebano, quamvis contradicente loci Collegiata, faciendi Processionem in solemnitate Corporis Christi, etiam per limites alterius Paroeciae, sed in ea tantum parte, quam ad decentem circuitionem Processionis iudicaverit expedire 2937.
- Episcopo* peragenti sacras functiones in Sabbato Sancto, quando, et quomodo debeatur assistentia Diaconorum? 2946. *ad 1.*
- Episcopus* peragens functiones Sabbati Sancti, et pergens ad benedictionem Fontis, simul cum Planeta exuere debet Dalmaticam, et Tunicellam, et sumere Pluviale. Si baptizandi sunt infantes congruo tempore, alba paramenta sumere debet; expleto vero Baptismate, iterum induit violacea, ad Altare progreditur, ubi deposito Pluviali, et retenta Stola, ad Litanias procumbit 2946. *ad 2.*, ne toties paramenta mutare cogatur, alteri demandare praeventive potest benedictionem ignis. *Ibidem*; ad Litanias cum Mitra procumbere debet. *Ibid. ad 3.*
- Episcopo* pergenti e sua sede ad Altare pro conferendis Ordinibus, conveniens est, ut ministrent Diaconus Evangelii, et Subdiaconus Epistolae, non autem Diaconi assistentes 2946. *ad 5.*
- Episcopo* in primo Ingressu ad aliquod suae Dioecesis Oppidum, quoniam praebere debeat Crucem ad osculandum, et thuris honorem? 2948.
- Episcopo* perlustrante Ecclesias Civitatis, et Dioecesis, servanda adamussim sunt quae praescribit Pontificale Romanum 2994. *ad 1.*
- Episcopus* potest opportunis remediis demandare observantiam Decretorum S. R. C. 2994. *ad 7.*
- Episcopus* aliquod suae Dioecesis Oppidum perlustraturus, non tenetur ingredi cum Pluviali, et Mitra 3009.
- Episcopus* nequit iubere Canonicis, quin inchoent Divina Officia ante ipsius adventum, utque perveniente post illa inchopta, ea ab initio repetant 3026. *ad 8.*
- Episcopus* potest sibi erigere Baldachinum extra Presbyterium pro audienda concione 3079.
- Episcopo* non licet Officia perpetuo transferre, aut de novo concedere, quum servari debeant Rubricae, et S. C. Decreta 3095.
- Episcopo* concionanti in ambone, dummodo id fiat in Cathedrali, cum Pluviali, et Mitra, debetur Canonice assistentia 3103. *ad 1.*, celebranti extra Cathedrali tres tantum ei tenentur as-

sistere. *Ibid.* ad 2., non tenentur, si Episcopus, vel Ordinationes, vel alias functiones peragat extra Cathedrallem. *Ibidem* ad 3., pontificaliter celebraturum Episcopum tenetur Capitulum usque ad aulam accedere ad eum excipiendum; in reditu sat est, ut comitentur usque ad atrium, seu portam Palatii. *Ibidem* ad 4.

Episcopus nequit eximere Capitulum ab ulla associatione sibi debita 3132.

Episcopus ob aegritudines impotens ad assistendum in sua sede cum Pluviali, aut Cappa, sed assistens in sede portatili cum suo habitu ordinario, nequit osculari Evangelium, benedicere incensum, aliasque peragere functiones fieri solitas ab Episcopis sacris paramentis indutis 3171.

Episcopum posse aliquam Ecclesiam visitare ante suum solemnem ingressum S. R. C. declarat 3190.

Episcopi est praefluire quo, quando, quomodo dirigendae, traducendae, aut transferendae sint Processiones tam ordinariae, quam extraordinariae de consilio tantum, non de consensu Capituli 3201. ad 1. et 2., quod intelligendum est de publicis tam ordinariis, quam extraordinariis, non autem de privatis a Capitulo fieri consuetis 3349. ad 1., quae private transferuntur a Capitulo cum approbatione tamen Episcopi 3369. 3395.; pertinet etiam ad Vicarium, de mandato tamen Episcopi 3201. ad 3. 3349. ad 3.

Episcopus potest pro sui lubitu mutare ambitum Processionis, quam singulis annis ducere solent Regulares, etiam invito Parocho, per cuius limites transitus fieri debet 3252.

Episcopus nequit iubere, ne in Ecclesiis extra Cathedrallem, ipso absente, dentur pulvinaria Canonice capitulariter accedentibus 3318. ad 1., nequit aliquos Canonicos cogere, ut sibi inserviant in Missa privata extra Cathedrallem. *Ibidem* ad 5. V. etiam 3333. ad 5., nequit iubere, ut coram se cogatur Capitulum pro electione Officialium. *Ibidem* ad 9. V. etiam 3333. ad 9., aut eligere Magistrum caeremoniarum Capituli. *Ibidem* ad 10., in praeciendis, ac dirigendis publicis Processionibus, tenetur Capituli consilium exquirere. *Ibidem* ad 11.

Episcopus Loci Ordinarius potest, imo debet componere lites praecedentiae inter Regulares, compellendo etiam sub censuris etc. 3331. ad 6. et 7.

Episcopus num possit variare tabellam pro Divinis Officiis persolvendis fieri solitam? 3342. ad 3.

Episcopus assistens in Pontificalibus, cum perventum fuerit ad Praefationem, et Celebrans incipit - *Per omnia saecula saeculorum etc.*, surgere debet sine Mitra 3351.

Episcopus potest corrigere defectus, et abusus in sua Cathedrali cumulative cum Decano, vel alio Capitulari 3370. ad 1. 3396. ad 1. 3443. ad 1., praesente Episcopo, ad hunc pertinet praescribere quantum temporis durare debeant sermones in Cathedrali 3370. ad 4., potest *Episcopus* prohibere, ne quid in Cathedrali vernacula lingua cantetur, quod ab ipso, vel ab eius Vicario Generali non fuerit approbatum 3443. ad 3.

Episcopus, quoad Reliquias adprobandas, ac publicae venerationi exponendas, uti debet iure suo iuxta cap. 2. §. *in posterum*, de Reliq., et Venerat. SSrum 3392. ad 4.

Episcopus iure suo uti debet adversus Canonicos reuentes eum associare, sed nequit eos multare in distributionibus quotidianis 3425.

Episcopus Missae assistens Cappa indutus thurificandus est tantum post oblata 3551. ad 5.

Episcopus si aliquos introduxerit usus, consentientibus Canonice, hi possunt continuari, dummodo non obstet Caeremoniale Episcoporum 3551. ad 6. et 11.

Episcopus quoad locum in Processionibus, quibus interest sola Cappa indutus, conformare se debet Caeremoniali 3551. ad 12., dum Cathedrallem ingreditur, dignior ei debet Aspersionum porrigere cum osculo manus, prout osculum manus debetur a porrigente acerram, et thuribulum. *Ibid.* ad 13., etiamsi Episcopus deferat Chirothecas. *Ibidem* ad 14., ad Ecclesiam Regularium accedens incipere debet aspersionem ab eo, a quo Aspersionum accepit, prout in Cathedrali. *Ibidem* ad 15. et 16.

Episcopus Feria VI. in Parasceve procedere debet ad adorationem Crucis in medio duorum Diaconorum: Presbyter vero in medio duorum Canonice digniorum 3551. ad 26.

Episcopo pontificaliter celebranti duo Canonice assistere debent, donec alii quinque in Sacratio sumant paramenta 3597. ad 6.

Episcopus iure suo uti debet in omnibus, quae pertinent ad disciplinam Chori 3597. ad 9. et 10.

Episcopus ingrediens Ecclesiam Abbatialem recipere debet Aspersionum ab Abbate, quem benedicit cum populo, dummodo incedat in habitu etiam viatorio 3598. ad 7.

Episcopus assistens in Faldistorio benedictioni

- SSm̄i Sacramenti, debet thus imponere, si Cappa sit indutus, si vero simplici Rochetto, et Mozzetta, id pertinet ad Hebdomadariū 3642. *ad 1.*, in primo casu, scilicet assistenti Episcopo cum Cappa, non Dignitas, sed dignior Canonicus debet ministrare naviculam. *Ibidem ad 2.*
- Episcopo* aegrotanti quis debeat Sacramenta ministrare, ac eo defuncto officia celebrare? 3593. *ad 1.*
- Episcopus* accedens ad Cathedralē in Solemnitatibus, ad effectum assistendi functionibus Ecclesiasticis tenetur deferre Cappam magnam 3687. *ad 5.*, nequit peragere functiones solemnes maioris Hebdomadae extra Cathedralē. *Ibidem ad 7.*, sedens cum Mitra, et admonens Ordinandos, quoad gestationem Baculi, servare debet Pontificale Romanum 3774. *ad 4.*
- Episcopus* nequit transferre ad aliam diem Festum Dedicationis Cathedralis; et translatio per eum facta non sustinetur 3777. *ad 1.*
- Episcopus* benedicens Palmas, et Missae assistens num legere debeat Epistolam, et Evangelium *Cum appropinquasset, vel Altera die?* 3786. *ad 1.*, debet stare ad cantum Passionis, nec licet unquam sedere: quod si stare nequeat, abstineat ab interessendo Missae. *Ibidem ad 3.*, celebrans tertiam Missam in Nativitate Domini debet genuflectere ad *Verbum caro etc.*, dum Diaconus Evangelium canit, non autem dum ipse legit. *Ibidem ad 5.*, celebrans pro eligenda Abbatissa in Festo duplici, vel Dominica, nequit legere Missam de Spiritu Sancto. *Ibidem ad 6.*
- Episcopi* uti debent vestibus violaceis in ipsa die Annunciationis occurrente in Quadragesima (excipitur tamen tota Hebdomada maior) licet transferatur; non autem in die translationis, si reponatur in Quadragesima 3809. *ad 1.*
- Episcopus* non paratus Sacro assistens semel thurificandus est post oblata 3810. *ad 2.*
- Episcopus* nequit in qualibet suae Diocesis Ecclesia habere Cathedralē fixam cum Baldachino 3837.
- Episcopus* potest licentiam impertiri Confraternitati ducendi Processionem infra Octavam Corporis Christi per limites Parochiarum: satius tamen est, ut ab hisce concedendis licentiis abstineat 3852.
- Episcopo* licet habere thronum cum quatuor gradibus, et suppedaneo 3878. *ad 7.*, et subtus sedem, in qua audit conciones, unum gradum cum suppedaneo. *Ibidem ad 8.*, subtus Falditorium unum tabulatum ad formam Caeremonialis. *Ibidem ad 9.*
- Episcopo* accedenti ad Cathedralē pro celebranda Missa privata tenentur occurrere aliqui Canonici, ac ei Aspersorium porrigere 3886. *ad 4.*, si hi renuant, iuris remediis compellendi. *Ibidem ad 5.*
- Episcopus* nequit concedere Insignia Canonicis, Presbyteris etc., et concessio facta non sustinetur 4000 *ad 1. et 2.*
- Episcopo* visitanti Ecclesiam Parochialem Monachorum, tenentur Abbas Cotta, Stola, et Pluviali indutus cum aliquot Monachis obviam ire usque ad ianuam Ecclesiae, eique porrigere Aspersorium 4036. *ad 1.*
- Episcopus* iubere potest, ne Gubernator sedeat in sede coramea etc. occasione concionum in Ecclesiis Saecularibus; et iure delegato potest prohibere Regularibus, ne in eorum Ecclesiis huiusmodi sedem eidem concedant 4076.
- Episcopus* Urbevetanus Choro assistere debet cum Cappa in altera ex duabus sedibus existentibus in Choro congrue aptandis, et prope Episcopum sedere debent Dignitates, et Canonici iuxta ordinem 4062. *ad 1.*, quoad assistentiam Canonicorum. *Ibidem ad 2.*, potest praescribere leges pro horis celebrandi Missas privatas in Cathedrali, sed cum consensu Capituli. *Ibidem ad 3.*, quae celebrandae erunt ab iis, qui tenentur ex obligatione, et ab aliis de Capitulo, qui eleemosynam recipiunt. *Ibidem ad 4.*, non Episcopo cum Cappa assistenti, sed Celebranti debetur thurificatio post Evangelium. *Ibidem ad 6.*, nequit ei elevari thronum cum quinque gradibus. *Ibidem ad 7.*
- Episcopus* nequit Abbatibus, aliisque Praelatis Episcopo inferioribus exercitium Pontificalium habentibus limitate pro suis Ecclesiis, licentiam impertiri ea exercendi in Ecclesiis, sive Saecularibus, sive Regularibus ipsi Abbati non subiectis 4089.
- Episcopo* Pontificalia peragenti extra Cathedralē non tenetur Capitulum assistere, debent tamen tot Canonici, quot sunt ad functionem necessariam 4103. *ad 5.*, et in arbitrio Episcopi est eos deferre in suo curru. *Ibidem ad 6.*, cogi nequeunt Canonici ad ei assistendum dum privatim celebrat in Cathedrali. *Ibidem ad 9.* 4163. *ad 9.*
- Episcopo* nulla lege vetitum est, quin propria utatur sede cum desuper umbraculo, dum Divinis assistit, vel per se ipsum peragit Sacra, palam exposito SSm̄o Sacramento; dummodo genu-

- flexiones tunc praescriptas, debitasque reverentias non omittat, atque detecto capite assistat 4125.
- De Episcopo* translato celebranda est Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die, quo Pontifex eum tali Ecclesiae praefecit; et annuntiandum erit hoc Festum eum termino *Translationis* 4119. *ad* 11.
- Episcopus* iure ordinario nequit delegare ad benedictionem sacrarum Supellectilium, et Campanarum 4159. *ad* 5. *et* 6.
- Episcopo* Pontificalia exercentia in Collegiata, vel alia Ecclesia debetur assistentia Canonicorum Cathedralis 4193. *ad* 1.
- Episcopus* nequit generales Ordinationes peragere extra Cathedralis 4193. *ad* 2.
- Episcopus* consecrandus quoad actiones Missae, quam celebrat cum Consecrante, se conformare debet Pontificali Romano 4205. *ad* 4.
- Episcopi* nequeunt sine speciali Indulto licentiam impertiri pro legenda Missa in Oratorio privatis 4205. *ad* 7.
- Episcopus* concedendo licentiam pro expositione SSimi Sacramenti, num possit ad libitum apponere conditionem exquirendi consensum Parochi? 4222.
- Episcopus* Missam pontificalem celebraturus debet intonare Tertiam, et in fine cantare Orationem 4235. *ad* 4.
- Episcopus* potest cogere Parochos aliqua poena pecuniaria ad benedictionem Ignis, et Cerei in Sabbato Sancto 4252. *ad* 4.
- Episcopo* pueros, plebemque docenti Christianam Doctrinam non debetur assistentia Canonicorum 4285.
- Episcopus* Feria V. in Coena Domini in peragendo Mandato, seu pedum lotione, habere debet assistentiam a Caeremoniali praescriptam 4317. *ad* 8.; ut etiam servandum est Caeremoniale, dum ad Cathedralis accedit Sacramenta Confirmationis, aut Ordinis collaturus. *Ibid.* *ad* 9. Ei debetur assistentia suorum Canonicorum dum pontificaliter celebrat, vel Divinis assistit publice in aliqua Ecclesia Parochiali, aut Conventuali Civitatis, ita tamen ut Cathedralis suo non fraudetur servitio. *Ibidem* *ad* 10. *et* 11.
- Episcopo* praecipiente, ne continetur Processio fieri solita Feria VI. maioris Hebdomadae, parendum est 4328.
- Episcopo* processionaliter deferenti Sanctissimum Sacramentum debetur assistentia duorum Canonicorum, qui ad id cogi possunt, si renuant 4419. *ad* 2. *et* 3.
- Episcopus* invigilare debet, ut serventur Rubricae, et Decreta, ei tamen non datur facultas decidendi Dubia, quae quandoque excitantur, sed recurrendum ad Sacram Rit. Congregationem pro decisione 4495. *ad* dub. 2. *Calendaristae*.
- Episcoporum assistentium* praecedentia dum Solio assistunt, et collegialiter conveniunt, petenda a vocatione ad assistentiam, non autem a promotione ad Episcopatum 4525.
- Episcopi hospites* domi parentum vel extraneorum, si velint in eo celebrare, subiiciuntur conditionibus, et limitationibus Indulti; queunt tamen uti privilegio Altaris portatilis. Verumtamen iisdem conceditur, ut valeant in eodem Oratorio domestico, sine praeiudicio privilegii habitantibus concessi, celebrare et celebrari facere loco et vice Arae viatoriae 4597. *ad* 1. *et* 5., nec non conceditur, ut Sacro ab ipsis peracto, possint in eo alterum audire. *Ibidem* *ad* 2., declaratur has Missas valere dumtaxat familiaribus necessariis, non autem aliis domesticis. *Ibidem* *ad* 3., poterit Episcopus in eo celebrare, aut celebrari facere etiam in diebus exceptis. *Ibidem* *ad* 4. Vide *subiectam adnotationem*.
- Episcopus* quandoque tenetur celebrare ex praeepto, quandoque ex decentia et congruentia 4565. *ad* 8. Vide *subiectam adnotationem*; celebrare debet Anniversarium ultimi Antecessoris. *Ibidem* *ad* 9., *et* 4603. *ad* 4. Vide *subiectas adnotationes*.
- Episcopi* stricte tenentur oportunitis remediis providere, ut Rubricae et Decreta S. R. C. rite serventur. Si qua dubia occurrant, petenda est ab eadem S. C. declaratio 4590. *ad* 1. Vide *subiectam adnotationem*.
- Episcopus* benedicit Canonicos dum ad suam Sedem accedit, vel ab ea recedit 4669. *ad* 19.
- Episcopus* aegrotans, antequam Sacrum Viaticum recipiat, profitetur Fidem Catholicam iuxta formulam praescriptam 4669. *ad* 24.
- Episcopo* accedenti ad Chorum Regularium an danda sit thurificatio? 4681. *ad* 3.
- Episcopo Titulari*, qui sit Canonicus, quidnam ei competat? 4709. 4716.
- Episcopus*, qui in sua Dioecesi habet privilegium Altaris portatilis, si sit morbo impeditus, iubere potest, ut alter Sacerdos celebret super idem Altare 4776.
- Episcopus* benedicens populo cum reliquia S. Crucis debet deponere Mitram et pileolum 4815. *ad* 7., si benedicat eum reliquia alicuius Sancti Mitram deponit. *Ibidem*.

- Episcopo* Missam Pontificalem pro Defunctis celebranti assistere debent duo Diaconi assistentes sacris paramentis induti 4815. *ad* 13. q. 1.
- Episcopus*, qui confert Ordines, debet etiam Missam celebrare 4819.
- Episcopo Tarvisino* rescribitur, ut compellat Clerum ad parendum Decreto S. R. C. 4825.
- Episcopus*, postquam paramenta pontificalia induit pro Missa, si in eodem Altare sit celebraturus, non imponit thus in thuribulum 4827. *ad* 2.
- Episcopus* debet recitare Officium iuxta Calendarium suae Dioecesis 4852. *ad* 1.
- Episcopo* cuidam indulgetur facultas addendi in Missa quamlibet collectam de iis, quae prostant in Missali 4852. *ad* 2.
- Episcopus* tenetur se conformare colori Ecclesiae, in qua Missam celebrat 4980., etiamsi sit in actu visitationis 5216.
- Episcopo* functionibus assistenti cum Mozzetta extra Cathedralem debetur assistentia duorum Canonice: attamen extra Cathedralem raro fiat, ne Ecclesia servitio debito fraudetur 504. *ad* 1.
- Episcopus* assistens Missae solemniter in primo Stallo Chori, et Mozzetta indutus non benedicit incensum, thurificatur solum post Oblata, non benedicit aquam, Subdiaconus osculatur manum Celebrantis, Diaconus petit benedictionem a Celebrante, liber Evangelii osculandus porrigitur Celebranti, benedictio in fine Missae datur a Celebrante, et Indulgentiae non publicantur 5004. *ad* 2.
- Episcopus* potest quacumque die Cappa indutus assistere Missae solemniter, aliisque Officiis in Cathedrali 5004. *ad* 5.
- Episcopo* paralyti laboranti permittitur, quod Hostiam frangat supra Patenam 5006.
- Episcopus* assistens Missae solemniter sive paratus, sive non, deponit Mitram, et Pileolum a Consecratione ad Communionem 5017. *ad* 3.
- Episcopus* in sua Dioecesi adhibere debet Cappam iuxta Caeremoniale 5040.
- Episcopo Mutinensi* speciale conceditur indultum elargiendi benedictionem Apostolicam diebus statutis, licet Missam solemnem non celebraverit 5060.
- Episcopus* assistens Missae solemniter benedicens aquam in Calicem infundendam dicit orationem: *Deus qui humanae substantiae etc.* 5102. *ad* 9.
- Episcopus* benedicens cum SSmo Sacramento nequit cantare ✠. *Sit nomen Domini benedictum etc.* et praxis opposita reprobat 5212.

ad 2. et 3., nec potest uti Chirothecis loco veli humeralis, vel etiam velum praedictum assumendo. *Ibidem ad* 4.

- Episcopus administrator* in functionibus ecclesiasticis pontificalibus exercendis non gaudet omnibus illis praecipientibus, et praerogativis, quibus fruuntur Episcopi in propriis Dioecibus 3952. *ad* 1., nequit sedere in Cathedra Episcopali, sed in Missis, et Vesperis solemnibus uti debet Faldistorio. *Ibidem ad* 2., nequit Indulgentiam elargiri 40. dierum sine speciali Apostolica facultate. *Ibidem ad* 3., dum assistit Missae solemniter ab alio cantatae sedere debet in primo Stallo Chori, nec Canonici tenentur ad circulos. *Ibidem ad* 4., nequit celebrari Anniversarium eius Consecrationis, neque eius nomen memorari debet in Canone a Sacerdotibus celebrantibus. *Ibidem ad* 5., non ei competit septimum candelabrum dum Missam pontificaliter cantat. *Ibidem ad* 6., neque debent Canonici sacra paramenta sumere dum Missam pontificaliter cantat. *Ibidem ad* 7., potest pro lubitu Cappam magnam induere vel in aedibus superioribus Episcopatus, vel in ingressu Ecclesiae, aut Presbyterii. *Ibidem ad* 8.; decet tamen, ut omnes Canonici ad eum exequendum accedant comitaturi ab aedibus ad Cathedralem. *Ibidem ad* 9.
- Episcopo administratori Ecclesiae Septempedanae*, attenta Episcopi Ordinarii dimissione, indulgetur facultas celebrandi Pontificalia in Sede Episcopali 5091.
- Episcopus administrator* nequit dirigere gregi sibi in administrationem commisso Epistolam pastoraalem 5140. *ad* 1., nequit uti Mozzetta, sed Mantelletto supra Rochettum. *Ibidem ad* 2., in Pontificalibus uti debet Faldistorio. *Ibidem ad* 3., in Choro sedens tamquam Praepositus cedere debet primum Stallum primae Dignitati. *Ibidem ad* 4., in Processionibus incedit in loco digniori, etiam post Sacerdotem, qui defert Venerabile Sacramentum, quin fructus propriae Praebendae amittat. *Ibidem ad* 5. et 6., nequit assistere Missae solemniter Pluviali vel Cappa indutus, sed stare debet cum Mantelletto, et in Pontificalibus nequit habere Diaconos assistentes. *Ibidem ad* 7., nequit benedicere Candelas, Cineres, Palmas, et Fontem, quin deinde Missam celebret. *Ibidem ad* 9., non habet usum Galeri cum floccis coloris viridis. *Ibidem ad* 10., potest uti Caudataro pro retinenda fimbria vestis talaris. *Ibidem ad* 11.

Episcopus Regularis tenetur recitare Officium Brevariarii Romani, non illud suae Religionis, scilicet iuxta formam, et de Sanctis suae Diocesis 265. *ad 1. et 2. et 903.*, debet deferre Cappam coloris habitus suae Religionis, reuens coerendus 1035., non potest uti habitu serico ut *Episcopi de Clero Saeculari* 2653. 3605. *ad 1.*, nequit uti Rocchetto, pileolo violaceo, et fasciis violaceis in pallio 3687. *ad 4.*

Episcopus Suffraganeus Bisuntin. praecedere debet Decanum eiusdem Ecclesiae in expositione Sacros. Sudarii D. N. I. C. 25.

Episcopus Suffraganeus debet processionaliter obviam ire Archiepiscopo solemniter incedenti 101.

Episcopo Suffraganeo tenentur Canonici assistere dum ipse functiones peragit nomine Episcopi 235. 238. *ad 2.*, non tamen debetur assistentia duarum Dignitatum, vel Canonicorum, quae soli convenit Ordinario 310. 354., licet pro more Ecclesiarum plusquam de iure competit ei tribuatur 456.

Episcopus Suffraganeus non est excipiendus ab eius cubiculo; sat est, ut aliqui Canonici obviam procedant ad ianuam Ecclesiae, et dignior ei porrigat Aspersionem 354., sedere debet in Faldistorio a cornu Epistolae. *Ibidem*, dum pontificaliter celebrat, non debent Dignitates, et Canonici paramenta sumere, nec apponendum septimum Candelabrum. *Ibidem*, assistentia Canonicorum ei debetur in habitu Canonicali in Ordinationibus, Consecrationibus Altarium, et Ecclesiarum, sumentibus sacra paramenta tot Dignitatibus, et Canonicis, quot sunt necessarii iuxta Rubricas Pontificalis. *Ibidem*.

Episcopo Suffraganeo non licet deferre Mozzetam, praesente Metropolitano 610.

Episcopi Suffraganei simul convenientes cum Archiepiscopo 1899.

Episcopo Suffraganeo septuagenario, morbisque vexato petenti, ut Sacros Ordines conferre posset, alio Sacerdote Missam celebrante, S. R. C. nihil indulgendum esse respondit, etsi alter Episcopus haberi nequiret, nisi ultra trecentum milliaria incommodi itineris 1902. 2034.

Episcopo Suffraganeo celebranti solemniter praeter Canonicos Diaconum, et Subdiaconum, debetur alter Canonicus Assistens, et Ecclesiam ingredienti sat est, ut aliqui Canonici occurrant 701. *ad 2. et 3.*

Episcopus Suffraganeus coram Patriarcha conve-

nit, ut sedeat, iuxta dispositionem Paridis de Crassis in suo Caeremoniali lib. 1. cap. 17. 793., idipsum de quocumque Suffraganeo, et Episcopo Administratore 706. *ad 1.*

Episcopi Suffraganei Administratoris est absolutio- nem generalem facere, et benedictionem Concionatori impertiri, neque id licet Decano, praesente Suffraganeo 706. *ad 2.*, eidem debetur honor priusquam detur Governatori Civitatis. *Ibidem ad 3.*

Episcopus Suffraganeus tam in Choro, quam extra habet praecedentiam supra omnes Dignitates, et Canonicos 1377. 1859. 4273. *ad 1.*, debetur ei trina thurificatio, absente Ordinario 4273. *ad 2.*, dum solemniter celebrat non debet Praelatos, et Canonicos thurificare; consuetudo contraria damnatur 1506., potest incedere cum Rocchetto, et Mozzetta, permittente loci Ordinario 1356.

Episcopi Suffraganei, et exteris danda est praecedentia supra Dignitates, et Canonicos Metropolitananae 1969.

Episcopi Suffraganei non licet ad Altare inservire Primati solemniter celebranti 2911.

Episcopo Suffraganeo celebranti coram proprio Episcopo non debentur honorificentiae debitae Episcopo Dioecesano 2971.

Episcopi Suffraganei accedentes ad Metropolitanam in functionibus solemnibus, aut pro audiendis concionibus, possunt sibi parare sedem cum postergali, pulvinari, et tapete violacei coloris 3080.

Episcopo Suffraganeo deferenti SSmum Sacramentum in solemnibus Processione debetur honor thuris, et osculum Evangelii iuxta morem loci, etsi intersit cum Cappa Episcopus Ordinarius 3402.

Episcopus Suffraganeus pontificaliter celebraturus, si cum Cappa accedat, debet se parare in Faldistorio, secus in Sacristia 3490. *ad 1. et 2.*, nequit deferri facere caudam Cappae per alium, sed tenetur involutam deferre sub brachio sinistro. *Ibidem ad 3. et 4.*, nequit per Civitatem uti mantello oblongo coloris violacei cum signis rubeis supra vestem nigram vulgo *Zimarra*. *Ibidem ad 6.*, nec potest sibi deferri facere, et elevare umbellam sericam viridis coloris. *Ibidem ad 7.*, potest de licentia Episcopi deferre Cappam, quo casu duo Canonici eum excipiant, et reducant ad ianuam, dignior porrigat Aspersionem, quo Suffraganeus se tantum aspergat 3491. *ad 1.*, non ei tamen debetur genuflexorium cum pulvinari ad orandum

- ante Sacramentum. *Ibidem ad 2.* Concioni assistens in presbyterio distincte salutandus est a Concionatore ante Canonicos, et Magistratum. *Ibidem ad 4.* Quae rescripta respiciunt Suffraganeum Ecclesiae Veliternae.
- Episcopo Suffraganeo* nullo modo competit usus Baldachini 3609., quod militat etiam extra Dioecesim, nec prodest licentia Ordinarii 3738.
- Episcopus Suffraganeus*, et simul Archidiaconus, ac Canonicus Metropolitanae Choro interesse debet in habitu Episcopali 3666.
- Episcopus Suffraganeus* in Civitate Metropolitana degens potest deferre Rochettum sub Mantellecto occasione celebrandi Sacrum, visitandi cives etc. 3824. *ad 1.*, nequit tamen extra domum per Civitatem deferre longum Pallium, hoc est *Mantellone, e Zimarra. Ibidem ad 2.*, potest in propria domo Sacrum facere, et Metropolitanus id ei nequit prohibere. *Ibid. ad 3.*
- Episcopus Titularis*, qui simul sit Dignitas, vel Canonicus praecedere debet alios omnes, etsi Canonicatu antiquiores, et digniores 276. 546. 606. 1859. 2955. 2982. 4231., etiamsi aliqua Dignitas iurisdictionem habeat 2039.
- Episcopi Titulares Canonici*, ubi plures sunt, debent sedere iuxta ordinem promotionis supra ceteros: in ferendis vero suffragiis servandus est ordo admissionis ad Dignitatem, vel Canonicatum 1867.
- Episcopus Titularis Canonicus* iisdem gaudet prerogativis, quibus fruuntur Episcopi Canonici Patriarchalium Urbis 2608. 2629. 2648. 2689. 2700. 2715., quod si Archiepiscopus solemniter celebret, et Episcopus Canonicus non assistat in suo stallo, sed inter alios Episcopos, amittit distributiones 2648. 2689. *ad 5.*
- Episcopus Titularis Canonicus* pacem recipere debet ab eodem ministro parato, qui eam Choro distribuit, non autem a Presbytero assistente Episcopo locali, nec antequam Episcopus localis eam praebeat Canonicis assistentibus in throno 3976. *ad 1.*, quod procedit etiam in thurificatione. *Ibidem ad 8.*, tenetur in Vesperis, et Missis cantatis cum assistentia Episcopi localis descendere e stallo cum reliquis Canonicis pro consuetis circulis. *Ibidem ad 2.*, exercente Episcopo locali Pontificalia, Episcopus Titularis debet deferre Pluviale; poterit etiam uti Mitra de consensu Ordinarii, quae debet esse lineae, eamque suis ipse manibus imponere, et amovere debet. *Ibidem ad 3. 4.*
5. et 6., abstinere debet a celebratione Missarum, et Vesperarum de turno in propria Hebdomada, et subrogare tenetur alium: in solemnioribus vero Festis de licentia Episcopi celebrans uti debet Faldistorio, et indumentis pontificalibus. *Ibidem ad 7.*
- Episcopi Titulares, et Suffraganei*, simulque Canonici Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis quoad ordinem sedendi in Choro, et incedendi in Processionibus 4408.
- Epistola in Missa*, quae cantatur sine Diacono, et Subdiacono, cantanda est ab aliquo Lectore Superpelliceo induto 3416. *ad 1.*
- Epistola in Missa solemnium*, extra casum absolutae, et praecisae necessitatis, non est cantanda a Clerico in minoribus constituto, et Episcopo praecipitur, ut huiusmodi abusum abscondi curet, ubi invaluit. Quod si agatur de Canonicis, deficiente Subdiacono, alter supplere debet, etiamsi Presbyter sit 4418.
- Epistola Encyclica* ad omnes Archiepiscopos, et Episcopos super observantia Decretorum Alexandri VII. circa usum Pontificalium relate ad Abbates, et Praelatos Episcopo inferiores 4155.
- Epistola et Evangelium* graeco idiomate inhibetur in Missis pontificalibus Archiepiscopi Barenensis 4855.
- Epistola et Evangelium*, quae aliquando in Proprio Sanctorum assignantur sumenda ex alia Missa, vel etiam tota Missa nequit variari arbitrio Celebrantis 4930. *ad 1. et 2.*
- Epistola: Viduas honora etc.* legenda est quando assignatur a Rubricis Missalis 4930. *ad 5.*
- Equites Hierosolimitani* tenentur recitare Officium cum octava Dedicationis Ecclesiae Maioris Conventus, sed non item tenentur Cappellani de obedientia, et Moniales S. Ursulae eiusdem Ordinis 3836.; ad petitionem vero pro extensione ad omnes Equites, aliosque Religiosos utriusque sexus ubique locorum existentes, S. C. respondit: Negative quoad extensionem ubique locorum 3991. *ad 4.*
- Eremitae Camaldulenses* degentes extra Civitates, et loca murata tenentur ad Officia de Patrono principali loci, Regni, seu Provinciae, de Titulari Cathedralis sub rit. dup. primae classis sed sine Octava, nec non ad Officium Dedicationis Cathedralis sub ritu dup. 2. class., sed sine Octava 3803.

S. Ermenegildi Festum. Quale Evangelium dicendum sit, si huiusmodi Festum celebraretur tempore Paschali? 2419. ad 9. 2645.

Evangelii Liber non est deferendus ad osculandum Pro-Regi, aut Regio Governatori 27. 39. 46. 247. 541. ad 1., nec Domino loci 302. 411. 445. 2487., nec Praesidi 2551. 3032., quocumque honorifico titulo is sit insignitus 1343. V. de hoc generale Decretum 3155. 3156., prohibitio extenditur etiam ad Missas, quae celebrantur in proprio palatio 3276., permittitur Priori Religionis Hierosolymitanae in sua Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem habenti, sed non aliis Religiosis antianis, qui id ipsum praetendebant 391., quid de Confalonerio Reipublicae, si mos vigeat ei praebendi Evangelium ad osculandum? 1004. 1014. neque tradi debet Regiis Ministris; et Regulares, qui id faciunt, cohibendi 1358. 3265.

Evangelium canendum aut in ambone, aut in plano Presbyterii iuxta Missale Romanum 32. ad 2.

Evangelium deferendum Episcopo ante intonationem Symboli, et quare? 32. ad 3.

Evangelium quomodo, et a quo cantandum sit in Missa sine Ministris Sacris? 2424. 2567.

Ad Evangelium, et Vesperas adhibendi sunt duo Ceroferarii, prout etiam in accessu e Sacristia ad Altare 2399. ad 6.

Evangelium in benedictione Palmarum a Celebrante absque Diacono canendum in cornu Epistolae 3423.

Evangelium Dominicae VI. post Pentecosten si assignatum sit pro aliquo Sancto, legendum integraliter, non autem usque ad verba - lex pendet, et Prophetiae 4044. ad tit. de Antiph. dub. 2.

Evangelium respondere debet Homiliae Officii diei, ac proinde quando in Missa: *In Virtute*: legendum est Evangelium: *Nolite arbitrari*: nec secus notetur, Lectiones III. Nocturni sumendae sunt ex Octavario Romano 4495. ad 9.

Evangelium: Si quis vult: legendum est in Missa: *In virtute*, quando assignatur in Rubricis Missalis, nec variari potest arbitrio Celebrantis 4930. ad 3.

Eucharistiae Sacramentum asservari concessum in quadam Ecclesia non Parochiali etc. et cum quibus conditionibus? 51.

Eucharistia servanda est in uno tantum Altari ab Episcopo designando, non in duobus 3392. ad 3.

Eucharistia num distribuenda sit in Missa de Requite? 3025. ad 2. 3575. ad 11. 3833. ad 4. 4119. ad 4. Vide etiam *Communio*.

Eucharistiae administratio, et celebratio Missae in Feria V. Coenae Domini in Collegiata S. Petri Terrae Corinaldi Senogallien. Dioecesis, impedito Archipresbytero, pertinent ad Dignitates, seu Canonicos, non autem ad Mansionarium Curatum, qui tamen assistere debet pro distribuendis schedulis 4207. ad 4.

Eucharistiae Sacramentum ministrandi Nocte Nativitatis Domini Monialibus denegatur Indultum 4295. 4297. 4304. 4306. 4346.

Eucharistia distribui potest Fidelibus in Sabbato Sancto inter Missarum Solemnia, et per hanc Communionem satisfi praeepto Paschali 4499.

Eucharistiam dum Fidelibus administrat Episcopus, adhibere nequit formulam, quae in Pontificali praescribitur pro Ordinatis 5186. ad 3.

Examinatores Synodales tempore, quo in examine sunt occupati, non lucrantur distributiones: affertur ratio 339. ad 2.

Exequiae super cadaveribus in Ecclesiis Regularium ad eosdem Regulares pertinent: a domo vero defuncti usque ad Ecclesiae ianuam ad Parochum 576. 596. 1549. 1574. 1576. 2375. 2444. ad 6. 2902., neque Capitulo Cathedralis licet sibi munus usurpare faciendi huiusmodi exequias in alienis Ecclesiis, nisi plene, evidenterque constet de immemorabili 913. 980., excluditur etiam proprius defuncti Parochus, non obstante quacumque consuetudine 956. 1099.

Exequiae supra defunctum in Ecclesia Collegiata pertinent ad Dignitatem, non ad Parochum 2286. ad 7.

Exequiae super cadavere Canonici Cathedralis pertinent ad Parochum Ecclesiae, in qua est tumulandum, etiamsi in associatione interfuerit Capitulum 2442.

Exequiis expletis, concludi omnia debent prout praescribit Rituale Romanum, sed in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum nihil superaddendum 3073. ad 11.

Exequiae etsi solemnissimae, et pro magnis Principibus exigendae sunt ad formam Decretorum generalium: ideo non admittunt Missas private Requite in duplicibus 3220.

Exequiae permittuntur in Ecclesia Archigimnasii Sapientiae diebus Carnis privii, etiamsi occur-

- rat Festum duplex, attentis validissimis peculiaribus circumstantiis 3996.
- Exequiae* Summorum Pontificum, Episcoporum, Regum etc. peragi debent in Cathedrali; quoad alias Ecclesias arbitrio Episcopi 4022. *ad* 1. et 2., absolutiones vero circa castrum doloris fieri debent a solis Canonicis Cathedralis, non autem ab illis Collegiatarum, si intersint. *Ibidem ad* 3. 4. et 5.
- Exequiae*. Improbatur abusus exponendi Sanctissimum Sacramentum, occasione celebrandi exequias pro aliqua privata persona, vel in die obitus, vel depositionis, vel Anniversariis, vel in aliis quibuscumque diebus, et praecipitur Episcopo, ut omne conferat studium ad eum eliminandum. Non tamen damnatur, imo probatur mos exponendi SSmum Sacramentum, occasione solemnium exequiarum alicuius magni Principis etc., etiamsi Ecclesia pannis lugubribus sit vestita, et ad Altaria minora adhibeantur Pallia nigri coloris, dummodo nil lugubre sit in maiori Sacello, et Ara maxima, ibique ornatus etiam quoad colorem respondeat cultui debito Sanctissimo Sacramento 4490.
- Exequiae* nequeunt in Ecclesia exteriori Monialium publice peragi in triduo Passionis, etiam praesente corpore Monialis defunctae intra claustra 4050. 5219. *ad* 1.
- In Exequiis Sacerdotum* canenda sunt in absolutione Responsoria et preces iuxta Rituale 5080. *ad* 12.
- In Exequiis* cantato Officio et Missa supra cadaver, permitti potest, ubi viget consuetudo, ut cantetur aliud Officium tantum absque Missa 5050. *ad* 13.
- In Exequiis Defunctorum*, quae fiunt Veronae, ubi adest consuetudo, ut cadaver prius ad Ecclesiam delatum, noctu ad Coemeterium absque ulla pompa transferatur, praescribitur in casu servandum esse ordinem Ritualis Romani quoad canticum *Benedictus*, et antiphonam *In Paradisum etc.* 5217. *ad* 1. et 2.
- In Exequiis Sacerdotum*, si cadaver non adest, Subdiaconus in absolutione stare non debet inter feretrum et Altare 5219. *ad* 3.
- Exorcismi* fieri non debent domi etiam nobilium, si id Episcopus prohibeat, etsi in aliquo casu a Rubrica Ritualis permittatur 2357.
- Expositio* SSmī Sacramenti pro Oratione quadraginta horarum non est de iuribus Parochialibus 3670. *ad* 11., prout nec expositio Reliquiarum. *Ibidem ad* 12.
- Expositio* pro Oratione quadraginta horarum debet esse continua etiam de nocte 1922., cessat tantummodo a Feria V. in Coena Domini ad Sabbatum Sanctum 2098.
- Extrema Unctio* administrari debet cum Superpelliceo et Stola iuxta Rituale 4623. *ad* 2. q. 2.
- Exultabunt Domino etc.* ad quem pertineat intonare in funeribus? 2521. 2576. *ad* 3.

F

- Faldistorium* 613. *ad* 3.
- Faldistorium* parari debet pro Episcopo pontificaliter celebrante, ut suis loco, et tempore genuflectat 4317. *ad* 6.
- Familiares Episcopi* admitti possunt intra Presbyterium, ubi collocatur credentia, non autem in sedibus Beneficiorum 923. *ad* 8.
- Famulis Episcopi* in associatione SSmī Sacramenti ad infirmos, et in aliis Processionibus competit praecedentia supra alios famulos 4060.
- Femur* non adnumerandum Reliquiis insignibus, ideo eiusdem ratione, etiamsi cetera occurrat requisita, nequit Episcopus Officium, et Missam indulgere 4600. Vide *subiectam adnotationem*.
- Fenestram* aperiri permittitur, ut Episcopus ex suis aedibus possit aspicere in Ecclesiam: sed limitatur concessio ad eius tantum usum 244.
- S. Ferdinandi Regis Conf. V. Officium*.
- Feria V. in Coena Domini* non est patenter exponenda Sacra Hostia in diem crastinam reservanda 3710. *ad* 7., in ostiolo capsulae ubi reconditur Sacra Hostia nequit apponi sigillum 4986. *ad* 1.
- Feria V. in Coena Domini* Mandatum, sive pedum lotio fieri debet in Cathedrali, etiamsi absit Episcopus 1029., fieri potest etiam ab aliqua Confraternitate, dummodo non fiat, nisi postquam eam expleverit Episcopus 2118., fieri tamen debet a solo Sacerdote celebrante, et a Sacris Ministris adiuto iuxta Ecclesiae ritum, non autem simul cum Guardianis 4529. Plura referuntur in *subiecta adnotatione*.

Feria V. in Coena Domini, praeter Missam solemnem, aliam lectam celebrare non licet 1746. 4309., potest tamen Episcopus Regularibus concedere unam Missam lectam pro Infirmis, qui nequeunt interesse Solemni 4361. ad 9., neque celebrari potest Missa lecta in iis Ecclesiis, in quibus non peraguntur reliquae functiones 4870. ad 1., potest tamen Superior regularis Missam celebrare privatim, et ianuis clausis, ut suos subditos communicet pro praeepto Paschali. *Ibidem* ad 2. Sacerdotes Canonici haud possunt privatim celebrare, sed debent ut alii de Clero Communionem sumere de manu Episcopi, vel Celebrantis. Si invaluerit consuetudo contraria, ut abusus remota 1734. ad 1. 3597. ad 14. 4353. 4816. ad 1., ita etiam Sacerdotes assistentes in benedictione Sacrorum Oleorum 1817. ad 1., etiamsi non sint de gremio Cathedralis 1846., si haec dies festiva sit de praeepto, puta, si occurrat Festum Annunciationis B. M. V., aut S. Iosephi, aliquae Missae lectae permittuntur ante Conventualem 2040. 3289. 3301. ad 13., sed hae Missae dicendae sunt de solemnitate diei cum *Gloria* et *Credo*, non autem de festo, de quo nihil fit 4526. ad 15. et 16., nec tamen licet pro lubitu alias praeter permissas celebrari in Ecclesiis Regularium, et Confraternitatum, ianuis semiapertis 3922., celebranda non est Missa pro asservanda Sacra Hostia in Sepulchro illis in Ecclesiis, in quibus non asservatur SSmum Sacramentum 1990.

Feria V. in Coena Domini, et biduo sequenti licet Regularibus, etiam contradicente Parocho, convocare Terrae Populum ope tabulae, quae dicitur *La troccola* 3883.

Feria V. in Coena Domini quoad Mandatum explenda in Cappella Pontificia. Vide *Presbyter Graeci ritus*.

Feria V. in Coena Domini Parochi rurales Clericis destituti petita venia ab Episcopo possunt celebrare Missam lectam in suis Paroeciis 4583. ad 1., si haberi possunt saltem tres vel quatuor Clerici, persolvendae sunt functiones Hebdomadae maioris servata forma parvi Ritualis editi iussu *Benedicti XIV. Ibidem*. Vide *subiectam adnotationem*.

Feria V. in Coena Domini non licet apponere velum album pendens e magna Cruce, quo cooperiatur capsula, in qua SSmum Sacramentum reconditur 4766. ad 1.

Feria V. in Coena Domini expositio SSmi Sacramenti iuxta consuetudinem appellatur *Sepul-*

chrum 4986. ad 2., reposito SSmo Sacramento nequit cantari ꝑ. *Sepulto Domino etc. Ibidem* ad 3.

Feria V. in Coena Domini pulpitem in quo haberi solet concio post Mandatum debet esse nudum 5013. ad 3.

Feria V. in Coena Domini Altaria sunt denudanda post Vesperas, et non post Mandatum 4672. ad 6., consuetudo vero ea denudandi a Sacerdote Cotta et Stola induto servari potest 5118.

Feria VI. in Parasceve circa thurificationem servari debet forma praescripta in illius diei rubricis 3436., hinc thurificanda sunt oblata, omitti debet thurificatio Crucis, et Altaris cum debitis genuflexionibus ratione Sacramenti, quod non est iterum thurificandum 3478. 3614. ad 1. 3754. ad 10., quoad Missam addenda non sunt verba - *facta genuflexione* - ante Rubricam - *immediate particulam sumit* - 3754. ad 3., in Processione gestantes hastas Baldachini deferre debent Superpelliceum, non Pluviale 4055. ad 3., in adoratione Crucis deponi debet a Celebrante, et Ministris etiam Manipulum. *Ibidem* ad 4., licet Canonicis Cathedralis, ubi mos est, solvere Cappas in adoratione Crucis 4178. ad 1., sed non licet adhibere Clericos, qui elevent Cappae extremitates 3597. ad 4., tamquam abusus reprobatus, ac omnino eliminandus est mos, qui in aliquibus Lusitaniae Ecclesiis vigeat, ducendi solemnem Processionem, in qua, sumpta a Sacerdote Communionem, deferebatur SSmum Sacramentum arca inclusum a quatuor Sacerdotibus ab Altare ad Sacellum, in quo pridie fuerat reconditum, ut ibi usque ad diem Resurrectionis asservaretur 3614. ad 1. V. etiam quoad Processiones huius diei 846. 951. 1198.

Feria VI. in Parasceve an, et quomodo, et a quo absolvi possit Missa Praesantificatorum, si Sacerdos, qui Sacram diei functionem inceperat, subita morte sublatus sit 4609. cum *subiecta adnotatione*.

Feria VI. in Parasceve reprobatur Processio cum SSmo Sacramento, quae locum habebat in civitate Andrien. 4647.

Feria VI. in Parasceve Diaconus deponere debet e capsula SSmum Sacramentum 4648. ad 1.

Feria VI. in Parasceve non licet reponere de sero in Ecclesia SSmum Sacramentum. Contrarius abusus eliminatur 4777. ad 4., nec licet post Missam Praesantificatorum exponere reliquam S. Crucis, eamque expositam retinere usque ad Missam Sabbati Sancti. *Ibidem* ad 5.

- Feria VI. in Parasceve* Canonici nequeunt paramenta induere nisi celebret Episcopus 4803. *ad 1.*, si sint Cappa induti possunt de consensu Episcopi dimittere vestis extremitatem. *Ibidem ad 2.*
- Feria VI. in Parasceve* Diaconus et Subdiaconus in adoratione Crucis pro consuetudine deponant calceamenta 4815. *ad 14. q. 5.* Celebrans genuflectit Cruci, postquam fuerit detecta 4866. *ad 2.*, adoranda est Crux iuxta Rubricas 4669. *ad 59.*
- Feria VI. in Parasceve* potest exponi reliquia S. Crucis, ubi adest consuetudo, dummodo reponatur inter candelabra Altaris maioris 5009. *ad 4.*
- Feria VI. in Parasceve* pulpitem, in quo habetur sermo de Passione, debet esse nudum 5013. *ad 4.*
- Feria VI. in Parasceve* in Regno Sabaudiae Pedemontis etc. nihil innovetur circa orationem pro Rege 5101., inter orationes praescriptas nequit addi oratio pro Episcopo. *Ibidem.*
- Feria VI. post Octavam Ascensionis* admittit translata 2961. *ad 3.* 3244. *ad 10.*, si in ea fiat Officium novem Lectionum non amittit commemorationem, dummodo tamen Festum non sit e solemnioribus a Rubrica exceptis 3718. *ad 6.*, si in ea incidat dies infra octavam Titularis, faciendum est de ea, et non de feria 5196. *ad 4.*
- Feria tertia Rogationum* in Missa non est dicenda secunda Oratio Dominicae 3754. *ad 5.*
- Feria IV. Cinerum* Sacerdos celebrans privatim expleta Missa potest distribuere Cineres adstantibus, non autem sibimet eas imponere 4707. *ad 5.*
- Feria tertia et quarta Rogationum* si incidat Festum primae classis fieri potest Processio, et cantari Missa Rogationum, in aliis vero Missis omittenda est commemoratio Rogationum 5183. *ad 12.*
- Feriae ante Festum Nativitatis Domini* in Regnis Hispaniarum non omittendae 2411.
- In Feriis* a rubrica notatis, si occurrat Festum IX. Lectionum, cantari debent duo Missae Conventuales 2828. *ad 4.*
- In Feriis Rogationum* si fiat Processio legenda est Missa Rogationum cum commemor. Festi; dicitur Praefatio octavae si incidant in dies infra aliquam Octavam, quae habeat Praefationem propriam eiusque commemor. addita fuerit in Missa 5196. *ad 5.* V. etiam *Litaniae, Rogationes.*
- Festorum dierum nomine* in Caeremoniali veniunt Dominicae quaecumque, et quodcumque Festum Chori ritus dup. mai. aut min. 3664. *ad 3.*
- Festa solemnia* quae sint, in quibus celebrare non licet in Oratoriis privatis 364. V. etiam *Missa in Oratoriis etc.*
- Festa de praecepto* a Sede Apostolica declarata, in toto Orbe servanda sunt 862. *ad 3.*, horum publicatio fieri debet a Parocho, non a Vicario foraneo 994.
- Festum de praecepto* non est introducendum; sed si Populus voluerit illud celebrare, abstinendo a servilibus, permittendum est, sed absque ullo poenarum incursu 1050., nova Festa de praecepto non introducenda 1267.
- Festorum translatio* ordinanda ad Rubricae praescriptum 1119. 2360. *ad 1.* 2368. 2719. V. etiam *Translatio.*
- Festa de praecepto* servanda recensentur, et reducuntur a sa. me. Urbano VIII. Constitutione, quae habetur sub num. 1411. Declaratio quoad Festa ex voto 1444., sed nihil innovatur circa Rubricas 1479. 1484. Quaedam dubia circa eandem Constitutionem solvuntur 1530.
- Festa solemnia*, in quibus celebrat Episcopus, exigenda ad formam Caeremonialis 1675.
- Festa sublata* per Constitutionem Urbani VIII. peragenda sunt in Choro eadem solemnitate, qua ante Constitutionem celebrabantur 1930., quoad Officium servanda est consuetudo 2604., spectat ad Episcopum declarare, utrum Festum servandum sit de praecepto 2831.
- Festum Patroni* Civitatis celebrandum etiam a Clero Regulari sed sine Octava 731., si transferendum aequae sit Festum Patroni, ac Titularis, prius agendum de digniori 989., de uno tantum principali Patrono servandum est de praecepto 1411. §. 2. *in fine.* Patroni Festum si cadat infra Octavam Nativitatis D.N.I.C. in die scilicet, in qua faciendum esset de Dominica, de illo faciendum est Officium cum commemoratione Dominicae 1700., quid si incidat in Octavam Epiphaniae? 2311.
- Festum Titularis* cadens in Octavam Paschatis, transferendum est iuxta Rubricas 1146.
- Festa duplicia translata* reponuntur infra Octavam simplicem; componuntur Rubricae 1431.
- Festum primae, vel secundae classis* gaudens Octava, occurrens infra Hebdomadas Paschatis, et Pentecostes, non est reponendum in Feria II. post Dominicam in Albis, vel Trinitatis, si in ea occurrat dupl. vel semidupl., sed transferendum iuxta Rubricas 1555. *ad 3.*

- Festum* in Civitate, et Dioecesi celebrari licet de iis tantum propriis Episcopis, qui sunt descripti in Martyrologio Romano sub rit. dupl. min. 1883.
- Festa particularia* celebrari solita in Cathedrali cum aliqua solemnitate nequeunt celebrari cum Symbolo in Missa. Rubrica explicatur 2152.
- Festa concessa* pro aliquo die Dominico, hoc impedito, eo anno omitti debent; permittit S. C. in aliquo casu unam Missam solemnem de eo, alia non praetermissa de Festo currenti 2223. *ad* 1.
- Festa solemnitas* fit die, quo cadit, etiamsi Officium transferatur 2451. *ad* 10.
- De Festo simplici* Missa dici nequit in Dominica; nihilominus ob Populi devotionem quandoque permittitur una Missa votiva solemnis 2542.
- Festum anniversarium* Beatificationis, et Canonizationis celebrari nequit cum Missa, et Officio 772. *ad* 6.
- Festum praescriptum* a testatore, qui etiam construi Altare mandavit, fieri nequit, nisi agatur de Sancto, qui sit in Calendario 772. *ad* 9.
- Festum duplex* occurrens ante Octavam non privilegiatam, transferri potest ad diem infra Octavam 2903. *ad* 2.
- Festa solemnia* quae sint, in quibus Episcopus ad libitum vel celebrare, vel Divinis Officiis cum Pluviali, seu Cappa assistere debet, et associationis honorem habere? 339. *ad* 1. 3166.
- Festum Patroni* ex solemnioribus est, et in eo pertinet celebrare ad Episcopum, quo absente, vel impedito spectat ad primam Dignitatem 575.
- Festa celebranda* sunt eo die, quo cadunt; quod si impeditus sit, transferenda sunt iuxta Rubricas, neque immutari possunt de licentia Ordinarii 3232. *ad* 3. *et* 4.
- Festum simplex* si occurrat Feria III. Rogationum, non sunt cantandae duo Missae conventionales 3477. *ad* 3.
- Festo dup. min.* occurrente, vel translato in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, Officium fieri debet de Festo: Missae vero sint de Requie 3565. *ad* 5.
- Festa ex voto* obligant tantum voventes 3651. *ad* 1.; nec Episcopus potest ea confirmare. *Ibidem* *ad* 2.
- Festum dup.* Chori, et Fori, et occurrens cum dup. aequalis ritus, et dignitatis Chori tantum, habet Vesperas aequaliter dimidiandas 3664. *ad* 13. 3853. *ad* 2.
- Festum dup.* particularis Ecclesiae, quod fit die 3. Novembris cum aliqua solemnitate, transferendum est, si ad hanc diem transferatur commemoratio omnium Fidelium defunctorum 3887.
- Festum Titularis* Ecclesiae Monialium, concurrens cum Festo Dedicationis Cathedralis habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Dedicationis 3949.
- Festa Sanctorum Martyrum* concurrentia cum Festis Confessorum, Virginum etc. aequalis ritus, non habent integras Vesperas, quia inter Martyres, Confessores, Virgines, non Virgines attendi non debet maior dignitas 3819. *ad* 1.
- Festum* nullum fixe ponendum est die 28. Ianuarii, quae debet esse vacua, ut ad eam transferri possit Officium SSmi Nominis Iesu si incidat in Dominicam Septuagesimae 4044. *ad* tit. de translationibus etc. dub. 1.; nec die 3. Februarii pro festo Purificationis, quando transferendum est 2961. *ad* 2. 4746. *ad* 15., nec die 2. Novembris, in qua cadit generalis commemoratio defunctorum 4947. *ad* 1.
- Festum Dioecesanum* de praecepto quoad forum, servandum est quoad Officium etiam a Regularibus, nisi apud eos occurrat eodem die Festum eiusdem classis, ritus, et mai. dignitatis 4044. *ad* tit. de translatione etc. dub. 5.
- Festa affixa Dominicis*, vel aliis certis diebus, quae sunt concessa pro locis, et Ecclesiis particularibus, non sunt transferenda, sed omitenda, si dies illae sint impeditae. Quando vero praedicta Officia sunt de praecepto pro aliquo Statu, sicuti sunt plura Officia B. M. V. concessa a sa. mem. Benedicto XIII. pro Statu Ecclesiastico affixa certis diebus, transferuntur 4044. *alia dub.* *ad* 10. Vide etiam num. 5213.
- Festa*, quae perpetuo a die obitus, ad aliam diem fixam translata sunt, annunciari debent iisdem diebus, et verbis in Martyrologio Romano descriptis. Quod si eorum transferuntur Officia, pridie quam celebrentur, potest nunciari Festum illius Sancti, de quo sequenti die agenda est solemnitas memoria 4044. *alia dub.* *ad* 14.
- Festa* plura si occurrant eadem die, in his agendis, vel reponendis, haec regula, et ordo servari debet, ut primum locum obtineat Festum Ecclesiae particularis, secundum Ordinis, vel Religionis, tertium Dioecesis, quartum Nationis, quintum Ecclesiae Universalis 4044. *ad* 1. V. etiam 3700. 4049. *ad* 1. 4474. *ad* 12.

- Festa duplicia*, quae a Populo fiunt de praecepto, retinent eundem ritum, quem alias habent, seclusa hac qualitate praecepti, nec ideo censenda sunt rit. dup. mai. 4119. ad 3.
- Festum de praecepto* concurrens in Vesperis cum Festo, quod non sit de praecepto, nequit habere integras Vesperas, nisi sit maioris ritus, vel dignitatis 4119. ad 3.
- Festa Sanctorum*, quae celebrantur cum Octava, si ab assignata die sint perpetuo amota, amittunt Octavam, quatenus de ea nihil supersit, vel celebranda sunt cum eiusdem residuo, si aliqui dies infra illam supererunt 4122. ad 1.
- Festa Patroni Principalis loci* celebranda sunt ab incolis, et Oppidi Suburbis, et de iis fieri debet Officium sub rit. dup. primae classis cum Octava ab omnibus de Clero saeculari. Secus vero si Patronus sit solius Parochiae, nam in hoc casu non erit Festum de praecepto servandum, et Officium primae classis cum Octava recitandum solummodo erit ab Sacerdotibus servitio Parochiae addictis 4131.
- Festa*, quae sunt rit. dup. intelliguntur rit. dup. min., nisi constet de diversa concessione 4134. ad 2.
- Festa secundaria* Patronorum minus principalium, si celebrentur cum solemnitate, habent in se naturam dup. mai.: qualitatem vero dup. min., si absque solemnitate peragantur: *Symbolum* autem in Missis dicendum non est, praeterquam in Ecclesiis, in quibus aut Sacra eorum Corpora, aut insignes Reliquiae asservantur 4134. ad 2.
- Festum proprium* alicuius Congregationis concurrens cum Festo Ordinis aequalis ritus, est praeponendum cum secundis Vesperis integris 4136. ad 3.
- Festa per annum duplicia*, quae solemniter celebrantur a Choro, et in Populo sunt feriata, in concurrentia cum aequalibus quoad ritum, et dignitatem, habere possunt integras Vesperas 4160. ad 2.
- Festum Titularis* celebrandum ab universa Dioecesi cum Octava 4176. ad 1.
- Festis simplicibus* non est assignanda alia dies 4181. ad 5. 4209., et Decretum quod circumferri dicitur permissivum translationis apocryphum est 4299. ad 11.
- Festa*, quae ex immemorabili consuetudine celebrantur, possunt continuari, si de Sanctis sint in Martyrologio Romano descriptis: sin minus, nequeunt 4181. ad 5.
- Festum secundae classis* habens Octavam, cadens in Dominica impedita Festo altioris ritus, sed sine Octava, si omnes Hebdomadae dies sint impediti, nequit celebrari in subsequenti Dominica, quae est eiusdem Festi Octava, sed reponi in prima die non impedita post dictam Dominicam 4242.
- Festa*, quae in Regno Poloniae concessum est transferri ad Dominicas infra eorum Octavas ad populi commoditatem, si in hisce Dominicis accidat impedimentum, non sunt ad aliam exsequentibus Dominicis transferenda, sed celebrari debent in diebus propriis, in quibus celebranda essent, si non adesset privilegium 4272.
- Festum solemne* in parvo Oppido celebrari solitum cum apparatu in Ecclesia Regularium, nequit peragi eadem die in Ecclesia Collegiata cum eadem solemnitate. Novendiales tamen permittuntur in utraque Ecclesia, dummodo fiant horis diversis 4318.
- Festum Titularis* Cathedralis fieri debet ab utroque Clero sub rit. dup. primae classis tam in Civitate, quam in Dioecesi 4360. ad 5.
- Festum* a Regularibus affixum certae diei, illa perpetuo impedita, in qua alias celebrari debisset, non est amplius amovendum 4378. ad 12.
- Festum secundarium* mobile occurrens cum Festo de praecepto, simplicem habere debet commemorationem, dummodo sit de praecepto, et non ad libitum 4395. ad 13.
- Festis solemnioribus* non adnumerantur dies expositionis SSmi Sacramenti pro oratione quadraginta horarum, et Octava SSmi Corporis Christi 4383. ad 1., adnumerantur solemnioribus Nativitas S. Ioannis Baptistae, et duo Festi dies, qui Paschatem, et Pentecosten subsequuntur 4384. ad 1. in *Epistola*. Functionibus vero solemnioribus, Missa Feriae V. Coenae Domini, Missa et Vesperae tam Sabbati Sancti, quam alterius ante Pentecosten. *Ibidem*.
- Festa duplicia*, quae occurrunt in Dominicis privilegiatis, vel aliis diebus Festo solemnioris ritus impeditis, si desint prope anni finem dies simplices, vel feriales, transferri posse S. R. C. aliquando particularibus Ecclesiis permisit ad dies ritus semidup. ita tamen, ut de Sancto, qui locum cedit fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum IX. Lectione historica 4474. ad 20.
- Festum* gaudens Octava, si transferri contingat, et dies non impedita occurrat, priusquam Octava

finem habeat, in repositione praeferendum est aliis Festis etiam maioris ritus, et dignitatis, quae tamen, vel non gaudent Octava, vel reponuntur extra ipsorum Octavas 4487. 4493. ad 4. 4594. ad 3.

Festorum exuberante numero attento, conceditur Episcopis Santanderien., et Tuden., ut aliquas Octavas minus solemnes suppressere valeant, et aliqua Festa secundaria duplicia, vel semiduplicia ad ritum simplicem reducere 4448. ad 11. 12. 13. et 14. 4495. ad 2. et 3., iniungitur tamen, ut sublatis Octavis, et Festis secundariis, quoad alia, quae supersunt Officia forsitan amovenda, et transferenda, Rubricarum regulae teneantur; prout etiam quoad commemorationem, et IX. Lectionem de Festis simplicis 4495. ad 4. et 5.

Festa servandi cum utroque praecepto regula sumenda est ex Constitutione Urbani VIII. 4497.

Festum, etsi principalis Patroni, occurrens in Feria IV. Cinerum, vel Dominica prima Quadragesimae, transferendum non est ad diem immediate sequentem, si in ea reponendum sit aliud Festum aequalis ritus, et dignitatis, sed transferri debet iuxta ordinem Calendarii 4500. ad 8.

Festum, quod in propria Ecclesia celebratur cum solemnitate non est propterea transferendum ante alia Festa aequalis ritus, et dignitatis prius translata; etiamsi simul cum Festo transferatur solemnitas: nam Rubrica Breviarii de translatione Festorum intelligenda est solummodo de solemniori quoad ritum, et dignitatem 4500. ad 13. 14. et 15.

Festum Patroni Principalis Civitatis, non est necessario servandum sub utroque praecepto in locis particularibus Dioecesis carentibus proprio Patrono. Neque abroganda est immemorabilis consuetudo, quod in Civitate, et Dioecesi huiusmodi Festum praeceptivum sit quoad Missam, non autem quoad abstinentiam a servilibus 4501. ad 1. et 2.

Festa, quae in universa Ecclesia sunt de praecepto, ubique servari debent; quod si in aliqua Civitate, et Dioecesi quaedam ex his numquam fuerint de praecepto servata, S. C. citra approbationem consuetudinis, respondit, consulendum SSmo pro dispensatione 4501. ad 3.

Festa, quae occurrunt in diebus, in quibus fit de Titularibus, redigenda non sunt ad ritum simplicem, excepto casu, quod in toto anni decursu dies deficient pro eorum repositione. Multo minus redigi debet ad ritum simplicem

dies Octava, de qua faciendum est Officium, et quatenus opus sit, simplificandum Festum occurrens, licet maioris ritus, et dignitatis, dummodo non sit primae, vel secundae classis 4508. ad 3.

Festa secundaria, quae ob multipliciter Officiorum supprimuntur, ut etiam simplicia per accidens, retinent commemorationem in Missa, utrisque Vesperis, et Laudibus, ac nonam lectionem ad Matutinum 4448. ad 11. 12. 13. et 14. 4474. ad 19., 4478. ad 8. et 9. 4508. ad 1. et 2.

Festorum reductio in utriusque Siciliae Regnis Apostolica auctoritate concessa sub certis regulis legendis in Literis, quae habentur sub numeris 4551. et 3442. videlicet: 1. Enumerantur Festa quae servanda sunt. 2. Festa Patronorum ad proximam Dominicam transferuntur. 3. Vigiliae, quae praefata Festa praecedunt, omnino de more servantur in Sabbato proxime antecedente praefatam Dominicam. 4. Quoad alia festa solvuntur populi nedum ab obligatione abstinendi a servilibus, verum etiam ab onere audiendi Sacrum; quoad Vigiliis, si quae Festis habeantur adnexae, hae commutantur cum ieiunio servando in singulis Feriis sextis, et Sabbatis Adventus. 5. Iniungitur commemoratio omnium Apostolorum et Martyrum die 29. Iunii. 6. Declaratur nihil esse innovandum quoad Chorum et Ecclesiasticas functiones, quae fieri debent ut prius, etiam in festis sublatis. 7. In Literis vero declaratoris num. 4552. facultas fit Ordinariis locorum retinendi Festa Patronorum in propriis diebus, re prius mature perpensa, collatisque consiliis cum respectivis Capitulis, si populorum vota id efflagitent. 7. Dubia quae exoriuntur ad Sac. Congreg. decidenda deferantur.

In Festis abrogatis nihil innovandum quoad Missam a Parochis celebrandam pro populo, aliasque Ecclesiasticas functiones 4554. ad 4., quoad festa vero Patronorum transferenda ad Dominicam, transferuntur etiam solemnitas quoad Chorum. *Ibidem*. Vide etiam num. 4555. 4556. 4557. 4558.

Festa accidentaliter impedita, numquam transferuntur ad Dominicam 4558. V. *adnotationem*. *Festum simplex* si elevetur ad ritum dup., utrum suam sedem retinere debeat, translato alio duplici, quod eam occupaverat, vel potius novum duplex, quamvis ut simplex antiquius sit transferendum 4561. ad 1.

- Festa ritus dup. vel semidup. quae occurrunt in diebus impeditis, quin in fine anni dies supersint pro repositione, vel omittenda, vel simplificanda sunt iuxta diversas exigentias servata forma aliorum Decretorum 4594. ad 8. 4810. etiam cum nona lectione historica 5084. ad 2. et 3. Vide etiam num. 4378.*
- Festum Patroni principalis, quod vigore Brevis reductionis Festorum pro utriusque Siciliae Regno debet transferri in proximam Dominicam, tamquam diem assignatam; quod si haec sit prima Adventus, anticipandum erit in ultima post Pent., ac si haec esset dies propria 4596.*
- In Festo Patroni Dioecesis non tenentur audire Sacrum, et abstinere a servilibus, qui in proprio loco habent particularem Patronum 4642. ad 1. 4669. ad 41.*
- In Festis abrogatis neque Sacerdotes, neque Laici tenentur interesse Sacro 4689. ad 3.*
- In Festis, quae ex indulto reponuntur ad diem Dominicam, quinam ordo servandus in Missis, quae de iisdem festis celebrantur? 4721.*
- In Festis abrogatis nihil innovetur quoad Chorum, scilicet vigiliam, solemnitatem etc. 4746. ad 14. q. 5.*
- Festorum reductio pro Dioecesi Feretrana 4759., extensio eorundem 4773.*
- Festa Fundatorum Ordinis tantum habent Symbolum in Missa 4772. ad 3.*
- Festa Patroni Dioecesis universae, et Patroni peculiaris servanda sunt 4799. ad 2.*
- Festo Patroni occurrente cum festo SS. Redemptoris eiusdem ritus, transferendum est festum SS. Redemptoris quia secundarium 4842. ad 4.*
- Festa, quae habent Octavam, si transferantur, amittunt Octavam 4842. ad 5.*
- Festum Patroni, de cuius patronatu legitime constat, elevandum ad duplex 1. classis 4904. ad 2.*
- Festo Patroni occurrente cum festo alterius Sancti eiusdem ritus cum magna pompa et apparatu celebrato, faciendum est de Patrono 4937.*
- Festa abrogata celebranda sunt in Choro die propria, etiamsi aliquando impediuntur ab aliqua ex Dominicis privilegiatis, vel ab aliquo ex festis mobilibus 5041.*
- Festum Patroni, quod in Dominica sequenti celebrandum erit, si haec Dominica ab alio Festo impediatur, amandetur ad aliam Dominicam 5102. ad 15.*
- Festa abrogata in Dioecesium, in quibus celebrantur Dominica sequenti cum unica Missa solemniori, in Ecclesiis, in quibus non solet Missa conventualis celebrari, addantur in Missa de festo translato commemorationes Officii currentis 5137. ad 1. Missae Conventualis obligatio respicit tantum Cathedralis et Collegiatae. Ibidem ad 2. Missa votiva solemnioris festivitatis ut supra cantanda est in omnibus Ecclesiis, et Oratoriis publicis, si ibi Missa cantetur in aliis Festis. Ibidem ad 3., in Ecclesiis vero Regularium et Monialium servetur consuetudo. Ibidem ad 4.*
- Festa primaria Sanctorum praeferenda festis secundariis Domini, et B. M. V. 5183. ad 2. q. 1., festa vero secundaria, si saltem sint ritus duplicis maioris, habent praecedentiam. Ibidem ad 2. q. 2.*
- Festum gaudens Octava, si transferendum sit infra octavam Corporis Christi, reponendum erit in prima die libera infra Octavam, et non in die Octava festi eiusdem, si haec incidat infra eandem Octavam Corporis Christi 5196. ad 2.*
- Festum Patroni Dioecesis celebrandum sub praeepto in iis locis tantum, in quibus non adest specialis Patronus 5207. ad 1. et 2.*
- Festum Patroni Civitatis vel Oppidi, si destituatur titulo ab Apostolica sede impetrato, non est servandum de praeepto 5207. ad 3.*
- Festum Titularis Ecclesiae Parochialis dirutae a Parocho, qui ob dictum casum transtulit beneficium curatum ad aliam Ecclesiam sitam in districtu, nequit celebrari sub ritu dupl. 1. classis cum Octava, sed eo ritu quo gaudet in Dioecesi 5214.*
- Festa Patronorum Ecclesiarum Parochialium Dioecesis Suessionen. si in Calendario Dioecetano in alia die, ab ea, qua prius celebrabantur, nunc sunt assignata, intelliguntur translata pro iis Parochiis tantum, quarum Sancti translati non sunt Patroni 5215. ad 2.*
- Festum Patroni Ecclesiae, in qua antiquitus exstabat quoddam Monasterium, per plura tempora solemniter celebratum, indulget S. R. C. ut fiat sub ritu secundae classis cum Octava 4899.*
- Festa secundaria Domini, et B. M. V. in concurrentia aequalis ritus gaudent praecedentia 5030. ad 2.*
- Festum translatum reponi posse in die immediate sequenti non impedita, etiamsi aliud Festum maioris dignitatis prius translatum, sit reponendum S. R. C. respondit 2903. ad 6. Id autem quomodo intelligendum sit, patet ex generali Decreto, quo sancitum est, duplicia translata reponenda esse iuxta ordinem Calendarii, falsamque esse opinionem illorum, qui putant*

Festum reponi posse in die immediate sequenti ante alia Festa prius translata, cum Rubrica solis semiduplicibus occurrentibus in Dominica infra Octavam non privilegiatam providere voluerit 3409., in repositione ritus attendi debet, et Calendarii ordo spectandus est, nec quaerendum, utrum Martyr Pontifex dignior sit non Pontifice, et sic de aliis 3571. 3751. *ad 7.*: nam dignitas in ordine ad translationem oritur tantummodo vel ex dignitate classis, vel ex dignitate personae: hinc, si duo occurrant Festa aequalis ritus transferenda, deficiente regula petenda ex dignitate classis, recurrendum est ad aliam dignitatis personae. Quod si ambo hae qualitates deficiant in occurrentia Festorum omnino parium, faciendum est Officium Calendarii particularis, translato Festo Calendarii universalis 3841. V. etiam 4366. *ad 5.*

Festum si transferatur, non censentur translatae Indulgentiae 3637. *ad 3.* V. etiam *Indulgentia.*

Festo translato quoad Forum, et Chorum, debent solemniter pulsari campanae, ut in die festo: secus vero, si translatio fiat quoad Chorum tantum 3800. *ad 3.*

Festa, quae transferuntur ob perpetuum impedimentum 3819. *ad 2.*, perpetuo translata (si sint rit. dup.) celebranda sunt in assignatis diebus, etiam in occurso Dominicæ 3841. 3903., iis propterea assignanda est certa sedes postmodum non varianda 4039. *ad 3.* V. etiam 4053., ubi laudatur quoddam generale Decretum, quod in registis datum non fuit reperire. Sedes esse debet prima dies non impedita 4049. *ad 4.* 4129. 4161. 4171., etiamsi sint semiduplicia, transferri possunt infra Octavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de Octava, tamquam in dies proprias 4150. *ad 2.* 4160. *ad 3.* 4171. *ad 2.* 4202. *ad 2.*, nequeunt infra Octavas, quae excludunt tam translata, quam occurrentia. *Ibidem.*

Festa perpetuo translata a propria ad aliam diem praenuncianda sunt in Martyrologio ea ipsa die, in qua celebrantur 4119. *ad 9.*

Festum aliquod iam translatum, si iterum moveri loco debeat, non est opus, ut cetera alia Festa post illud translata loco denuo moveantur, nisi forte ex integro Calendarium reformari vellet 4160. *ad 4.*

Festa fixa assignata alicui Dominicæ cum facultate ea transferendi ad aliam Dominicam non impeditam, nequeunt celebrari in aliis Hebdomadae diebus 4516. *ad 4.*

Festa perpetuo translata ad Dominicam infra Octavam, mobilibus non adnumeranda 4553. *ad 2.* Vide *subiectam adnotationem.*

Festo perpetuo translato ad proximorem Dominicam, translata censetur etiam vigilia in Sabbatum praecedens 4553. *ad 3.*, translata intelligitur etiam Octava: regula traditur quoad Lectiones pro diebus infra Octavam, in dubiis recurrendum ad Sacr. Rit. Cong. *Ibidem ad 4.* Vide etiam num 4554. *ad 2.*, ad eandem Dominicam transferuntur praerogativae, ac privilegia omnia adnexa Festis Patronorum principalium. *Ibid.*, scilicet 4553. *ad 5.*, translationi impedimentum ponunt Dominicæ 1. et 2. classis, et Festa 1. classis maioris dignitatis. Si dentur casus, recurrendum ad Sacr. Rit. Cong., quae providebit. *Ibidem ad 6.* Videnda *adnotatio quae subiicitur.* Vide etiam num. 4554. *ad 3.*, cum dies, ex qua Festum ad Dominicam perpetuo transfertur, vacua remaneat, recitandum in ea erit Officium de Feria; nisi aliquod translatum sit reponendum. *Ibidem ad 7.*, alia Festa, quae a respectivis Ordinariis assignata fuerunt aliis diebus ob occurrentiam cum Patrono principali, sublato impedimento, restitui poterunt, nisi ex hoc sequatur non levis perturbatio, et confusio in ordinando Calendario. *Ibidem ad 8.*, translato in perpetuum Festo ad Dominicam, in Sabbato praecedenti istud annunciandum in Martyrologio, et feria sexta annuncianda vigilia, si haec sit adnexa. *Ibidem ad 9.* In Martyrologio die 28. Iunii addi poterit - *Item commemoratio omnium Sanctorum Apostolorum et Sanctorum Martyrum - Ibidem ad 10.*, quae commemoratio eadem illa erit, quae praescripta fuit in Statu Romano occasione reductionis Festorum. *Ibidem ad 11.*, civitates et loca, in quibus proprius non est principalis Patronus, pari solemnitate servare tenentur Festum Patroni principalis Dioecesis. *Ibidem ad 12.*, casu, quo Festum alicuius Patroni principalis nequeat ad proximam Dominicam transferri, recurrendum ad Sacr. Rit. Congr., quae providebit. *Ibidem ad 13.*

Festa, quae in aliqua Civitate vel Loco utriusque Siciliae Regni alio titulo, quam Patronatus, ex Apostolica concessione gaudebant ritu dup. 1. classis cum Octava, non sunt ex dispositione Brevis transferenda ad Dominicam, nec ritus solemnitatem amittunt, sed hunc retinent in propria die: cessabit vero praeceptum audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus 4554. *ad 1.* Vide *subiectam adnotationem.*

- Festa translata ad Dominicam proximam in Galliis quomodo exequenda etiam quoad Octavas?* 4658., quomodo vero celebranda quando Dominica subsequens est impedita 4802.
- Festa affixa Dominicis computanda sunt iuxta computum civilem* 4746. *ad* 11.
- In Festo translato ad Dominicam ex indulto Missa non est canenda more votivo* 4746. *ad* 14.
- q. 1. Vesperae quomodo celebrandae?* *Ibidem ad* q. 4., si duo Festa translata simul occurrant reponenda in eadem Dominica quinam ordo servandus? *Ibidem ad* q. 4746. *ad* 11. 9. *et* 10.
- Festa translata ad Dominicam, quando occurrunt alia festa, qua ratione in Galliis, aliisque regionibus celebranda sunt?* 4985. *ad* 3.
- Festorum translatio in Galliis quomodo ordinanda?* 5071. *ad* 1., qua ratione illa Festa celebranda sunt in Choro? *Ibidem ad* 2.
- Festum duplex translatum reponi nequit in Dominica iuxta Decreta S. R. C., quibus non derogat aliud Decretum in una Venetiarum diei 7. Decembris 1754. ad* 2., quo ratione concursus populi conceditur ex gratia translatio alicuius Festi cum Octava ad sequentem Dominicam 5196. *ad* 3.
- Festa affixa Dominicis, quae in aliqua Dioecesi perpetuo sunt impedita, non possunt per Episcopum assignari in alia die non impedita, sed recurrendum ad S. R. C. pro translatione ad primam diem liberam* 5182. *ad* 1. *et* 2., si non possunt statuta die celebrari, eo anno sunt omittenda, nisi data fuerit facultas ea transferendi. *Ibidem ad* 3. *et* 4. V. etiam *Officium*.
- Festo Dedicationis translato ad Dominicam, qua incidit Festum Patroni, faciendum est de Dedicatione: cantari tamen potest Missa votiva sollemnis de Patrono, non omissa altera de Dedicatione, ubi adest obligatio Missam quotidie canendi* 5215. *ad* 1.
- Festa ad libitum quoad translationem* 2443. 2446. 2556. 2565. Decretum generale, quo, revocato altero praecedente, praecipitur, et declaratur Festa Sanctorum ad libitum non esse transferenda 2671. 2763. 2844. *ad* 5. 2859. *ad* 5. 2887. 3074. *ad* 1. 2. *et* 3. 3098. *ad* 7. 3142.
- Festa ad libitum concessa sub rit. dupl. possunt celebrari etiam in Dominicis per annum* 2862. *ad* 1., quod si incidant in Dominicis per annum privilegiatis, eo anno omitti debent. *Ibidem ad* 2., item si concurrant cum quocumque dup. de praecepto 2972. *ad* 1., aliud habetur generale Decretum, in quo plures distinguuntur casus 2976. V. etiam 2999. *ad* 1., aliqua dubia enodantur 3005. *ad* 1. 2. *et* 3. 3031. 3051., si assignata sit dies perpetuo impedita pariter omitti debent 3664. *ad* 5. 3703. *ad* 5., sed ad S. R. C. recurrendum pro assignatione alterius diei 3040. *ad* 1., prout in casu assignavit 3136., ad libitum censentur Officia concessa cum verbis - *recitari posse, fieri posse* - 3040. *ad* 2.
- Festa semidup. ad libitum, sed in Breviario notata ut simplicia, si omittenda sint, fieri tamen de iisdem debet commemoratio* 2859. *ad* 7.
- Festa ad libitum, si cadant in Octava, vel infra Octavas, omitti debent, nisi adsit speciale Indultum* 3120. *ad* 5. *et* 6. 3172. *ad* 1.
- Festa ad libitum perpetuo impedita quandoque S. C. permittit, ut ab Ordinariis transferantur ad diem non impeditam, exceptis Dominicis, et Octavis, non immutata tamen qualitate ad libitum* 4181. *ad* 3., et supplicandum S. R. C. pro assignatione diei fixae 3991. *ad* 2.
- Festum Transitus S. Iosephi Sponsi B. M. V. vetitum celebrari die 20. Iulii 1628. 2073. 2081.*
- Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae celebrariibus adnumeratur, ita ut in eo nequeat cantari unica Missa de Requite, etiam praesente cadavere* 4391., hoc Festum, uti et illud Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, excludit omnia Festa occurrentia, praeterquam illud SSmi Corporis Christi 4143. *ad* 5., si hoc Festum, vel aliud e solemnioribus occurrat cum solemnitate Corporis Christi, illud tantummodo S. Ioannis transfertur singulari privilegio in sequentem diem, amoto quocumque alio occurrente; et in secundis Vesperis SSmi Corporis Christi fit commemoratio S. Ioannis: cetera vero Festa sollemniora occurrentia in dicta die Corporis Christi, transferuntur infra Octavam in primam diem non impeditam 4044. *reliqua Dubia ad* 9., hoc Festum uti et alterum *Decollationis* ubi Sanctus Patronus est, vel Titularis, in Missis gaudet *Symbolo*, alibi vero non, nisi adesset Reliquia insignis 4143. *ad* 6. Festum Nativitatis in Ecclesia Parochiali, sub hoc titulo Castri Malleani, Dioecesis Nepeesinae, nequit anticipari, etiam posito praetense Indulto 3913. Festum translationis eius Cinerum celebrandum cum paramentis coloris rubri 1738., praevalet Dedicationi 3163. *ad* 1.
- Festa Quadraginta Martyrum celebrandum 10. Martii, ut in propria sede tamquam primo non impedito, postquam dimotum fuit a proprio*

loco ob elevationem ritus S. Franciscæ Romanæ 2013.

Festum S. Antonii Palavini quod a Minoribus fit sub rit. dup. secundæ classis, si incidat cum Festo Corporis Christi, transferri debere post Octavam S. R. C. respondit 2284. *ad 2.*

Festum S. Francisci de Paula, quod ex privilegio transfertur in primam diem non impeditam post Dominicam in Albis, casu, quo transferatur etiam illud Annunciationis B. M. Virginis, de hoc fieri debet prima die, illud transferendum in diem proximam, etsi pro Minimis sit altioris ritus 2548., incidens in Feriam VI. maioris Hebdomadæ permittitur transferri in Feriam II. post Dominicam in Albis, cum obligatione illud servandi pro illis locis, in quibus servari solet, sed sine Octava 3737., vel ad primam diem non impeditam iuxta Rubricas, sed arbitrio Episcopi 3337. 3352. 3353.

Festum S. Bartholomæi celebrandum 24. vel 25. Augusti iuxta consuetudinem 2564.

Festum S. Sebastiani, ubi is est Patronus minus principalis, non separandum a Festo S. Fabiani 3499.

Festum S. Stephani Regis signatum die 2. Septembris, quatenus hæc sit impedita Festo Sanctorum Angelorum Custodum, reponendum est die sequenti, quæ non sit impedita, non autem transferendum ultra Octavam 3664. *ad 6.*

Festum Sanctorum Nerei, et Achillei si transferatur extra tempus Paschale, qualis debeat esse Missa? 3754. *ad 7.*

Festum Annunciationis, et Purificationis B. M. V. si titulus sit, vel principalis patronatus honore fulgeat, celebrari potest etiam in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, 2. 3. 4. Quadragesimæ 461. V. etiam S. Maria.

Festum Assumptionis B. M. V. habendum pro Titulari illarum Ecclesiarum, quæ titulo gaudent B. M. V., absque tamen denominatione Mysteriorum, de quo Festum speciale celebratur 4427. *ad 1. et 2.*

Festum Patrocinii, Desponsationis, Expectationis partus, Translationis Almae Domus Lauretanae, celebranda sub rit. dup. mai. 4054. *ad 2.*

Festum Patrocinii B. M. V. concurrens cum Octava Sanctorum transfertur 4442. *ad 5.*, transfertur etiam Indulgentia, si hæc sit concessa fidelibus, qui Missæ conventuali Festi Patrocinii intersunt. *Ibidem ad 6.*, in aliquo casu S. C. respondit Patrocinii Festum eo anno esse omittendum, celebrari tamen posse duas Missas alteram de Octava, alteram de Festo 3547.,

si transferatur, et concurrat in Vesperis cum Festo Expectationis Partus, totum fit de præcedenti, nihil de subsequenti 4393. *ad 12.*

Festum Sanctissimi Rosarii eadens in Dominica impedita Festo Dedicationis Ecclesiae, nequit transferri ad proximam Dominicam, sed debet ad primam diem non impeditam 4300. *ad 1.*

Festum Septem Dolorum B. M. V. celebrandum sub rit. dup. mai. 2594. *ad 1.*, si occurrat Festum altioris ritus, de illo septem Dolorum fiat in Sabbato, eo impedito, non est ulterius transferendum, sed eo anno omittendum 2594. *ad 2. 3. et 5.* 2595. *ad 2.* 2664. *ad 2. et 3.* 2883. *ad 2. et 3.* 3040. *ad 5.* 3973. *ad 1.*, si concurrat cum Festo Annunciationis in primis, vel secundis Vesperis, de Festo septem Dolorum fieri non debet commemoratio 2594. *ad 4.* 2883. *ad 1.* 4119. *ad 10.*, non esse recitandum *Te Deum* in Officio, et Hymnum *Gloria in Excelsis* in Missa, ac adhibendum colorem violaceum S. C. primum respondit 2594. *ad 7.* 2595. *ad 2.* 2602. *ad 2.*; verum, re maturius discussa, in aliam partem abiit sententiam, ac edixit, adhibendum esse colorem album, dicendum *Te Deum* in Officio, cum nona lectione, et commemoratione Feriæ, ac *Gloria in Excelsis* in Missa 2622. 2656. *ad 1.* 2664. *ad 1.*, aliqua dubia excitata, ac resoluta quoad Festum septem Dolorum 2888., in Congregatione, in qua tamquam Patrona principalis B. M. V. sub hoc titulo veneratur, S. C. negat de hac fieri, si incidat cum Festo Annunciationis 3411., quo casu eadem S. C. indulget, ut de Festo septem Dolorum fieret die antecedenti 3413., in Ecclesia sub hoc titulo dicata, in qua proinde Festum septem Dolorum est primæ classis celebrandum est, etiamsi incidat cum Festo S. Ioseph, quod propterea erit transferendum, alibi vero faciendum de S. Iosepho, et Festum Dolorum eo anno omittendum 2973. *ad 1.* (hoc in casu omittendum forte, quia sequens Sabbatum erat impeditum, vel ob aliam causam, quam ignoramus).

Festum Septem Dolorum celebrandum in Dominicis Austriacis Dominica tertia Septembris, cum sit de præcepto; potest transferri, si Dominica tertia sit impedita 4198. *ad 3.*, item in Regnis Hispaniarum 4442. *ad 3.*, extensum ad Ecclesiam universalem, cum facultate illud transferendi in aliam Dominicam non impeditam Festo altioris ritus, si tertia Septembris sit impedita 4513.

- Festum B. M. V. titulo Auxilium Christianorum* a Pio VII. institutum 4514.
- Festum S. Mariae de Remedio* indultum cum Officio, et Missa Religiosis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, revocatur 3989.
- Festum Sanctissimi Corporis Christi* solemnioribus, quae Episcopalia dicuntur, adnumeratur 1721., in hoc Festo, dum reponitur SSmum Sacramentum, servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum, non autem Ritualis Romani 2223. *ad 7.*, si infra eius Octavam duplicia concurrant, de uno faciendum est Officium, alterum transferendum post Octavam 2928. *ad 2.*
- Festum Sanctissimi Nominis Iesu* celebrari posse a PP. Societatis Iesu die prima Ianuarii S. R. C. respondit 3958.
- Festum S. Crucis Ecclesiae Titularis*, si concurrat cum Festo Dedicacionis eiusdem, praefertendum est huic, quod propterea transferri debet; et quatenus reponatur in die sequenti, Vesperae erunt de Titulari praecedente, cum commemoratione Dedicacionis subsequentis 3795. *ad 1. et 2.*, ubi non est Titulus, incidens in Dominicam, in qua celebratur Festum Dedicacionis Ecclesiae, licet sit secundae classis, reponi tamen nequit in sequenti die, sed transferendum ad primam non impeditam 4044. *reliqua Dubia ad 8.*
- Festum S. Benedicti* apud Cassinenses, si ex privilegio transferatur ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, vel alio tempore ex indulto celebretur, habere nequit Octavam. Cum tamen sit primae classis, praecedit Festo Annunciationis B. M. V. pariter translato 3222. *ad dubium 2.* quaesiti, 3345. (intellige, nisi Festum Annunciationis transferatur simul cum praeepto), translatis simul Festis S. Ioseph, et S. Benedicti, de hoc primum fieri debet repositio utpote primae classis apud Monachos eius Instituti 3702.; deinde vero, forte ut perpetuo Feria secunda post Dominicam in Albis inserviret pro sola repositione Festi Annunciationis B. M. V., Benedictinis indultum est, ut Festum S. Benedicti transferre possent ad Feriam tertiam, tamquam in diem propriam, translato quocumque alio Festo etiam aequalis ritus in eo occurrente 3973. *ad 2.*, hoc Festum non est celebrandum de praeepto a populo Dioecesis Nullius Montis Casini 3042. *ad 2.*
- Festum Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi* cadens in Sabbatum in Albis quoad Ecclesiam titularem 2369., si transferendum sit post tempus Paschale, Missa celebranda est ut in Missali, iis demptis, quae tempori Paschali conveniunt 3657., si occurrat in Dominica, pro utentibus Breviario Monastico, Responsorium ultimum ponatur loco penultimi, quod est de Dominica 4044. *reliqua Dubia ad 7.*, hoc Festum, quod ob perpetuum impedimentum alicubi fiebat die 5. Mai., et deinde translatum ad diem 11. quia dies 5. assignata fuerat novo Festo S. Pii V., S. R. C. declaravit ad diem 5. esse restituendum, et Festum S. Pii V. transferendum ad diem 11. tamquam propriam 4127. V. S. *Ioseph.*
- Festo S. Silvestri Papae* translato, quia in Cathedrali Placentina Provinciae Compostellanae die 31. Decembris fit Officium B. Paulinae V. et M., et translato etiam Officio S. Thomae Cantauriensis; hoc licet sit rit. semidup., reponendum est in Vigilia Epiphaniae iuxta indultum Gregorii XV. et non illud S. Silvestri, licet ritus dup. min. 3891.
- Festum S. Francisci Xaverii* quod Vallettae ex fundatione solemniter celebrari debebat cum Vesperis, et Missa in Pontificalibus, sed peragi nequibat in propria Sede, S. C. respondit, non posse pro lubitu ad aliam diem transferri, sed perpetuo celebrandum esse die 10. Decembris 3991. *ad 3.*
- Festum S. Ioannis Nepomuceni* vel celebretur tempore Paschali, vel post, semper habet Evangelium *Nihil est opertum etc.* cum sua Homilia, 4044. de lect. 3. noct. *Dub. 1.*
- Festum S. Lucae Evangelistae* si occurrat in Dominica, in qua similiter occurrit Festum Sacrarum Reliquiarum eiusdem ritus secundae classis, non est transferendum, sed transferatur illud Sacrarum Reliquiarum ad primam diem non impeditam 4044. *reliqua Dubia ad 13.*
- Festum S. Emiliani Abbatis*, si in secundis Vesperis concurrat cum Festo omnium Sanctorum Ordinis, habere nihilominus debet commemorationem in Vesperis, quamvis sit unus ex illis, quorum Festum incipit celebrari 4044. *reliqua Dubia ad 15.*
- Festum S. Mauri* apud Monachos dup. secundae classis transferendum ad primam diem non impeditam, si occurrat cum Festo Sanctissimi Nominis Iesu 4044. *reliqua Dubia ad 16.*
- Festum principale S. Romualdi* apud Camaldulenses est in die dormitionis eius, quod propterea celebrandum est cum Octava, non autem Fe-

stum secundarium translationis eius Corporis 4136. *ad 6.*

Festum Sanctorum Cornelii, et Cypriani a propria sede perpetuo amoto, potest assignari ut propria dies 22. Septembris, licet infra Octavam Dedicationis 4165.

Festum S. Thomae Apostoli, si occurrat in Dominica IV. Adventus, nec supersit dies libera pro eius repositione, potest de eo fieri in die Festo semidup. vel etiam dup. quod redigatur ad rit. simp. cum commemoratione in utrisque Vesperis, et Laudibus, et IX. Lectione ad Matutinum (Decretum generale) 4491. *ad 2.*, quod militat etiam relate ad Festum S. Andreae Apostoli 4500. *ad 11. et 12.*, et extenditur privilegium ad omnia duplicia secundae classis 4492. *ad 2.*, in Decreto generali adnexo. Neque tamen ea licet transferre ad diem immediate sequentem, translato quocumque Festo aequalis ritus, sed minoris dignitatis 4500. *ad 11.*

Festum S. Thomae Cantauriensis non omittendum, si occurrat Dominica infra Octavam Nativitatis die 29. Decembris, sed in Hispaniis, impedita die 30. ob Festum secundarium S. Iacobi, transferendum est ad diem 5. Ianuarii sequentis ex speciali concessione, et Indulto Gregorii XV. 4501. *ad 4.* 4503. *ad 2.*, si sit rit. dup., de eo fit ubi est rit. dup., etsi cadat in Dominica, quae tunc sola gaudet commemoratione 2943. *ad 7.*

Festa Sanctorum Didaci de Alcalá, et Margaritae de Cortona elevatae fuisse ad rit. dup. min. a sa. me. Pio VI. S. C. non constat 4500. *ad 18.*

In Festis de Sanctis Episcopis Brixiae celebrandis servandus est ritus praescriptus a S. Carolo Borromaeo, dum ad illam Ecclesiam visitandam accessit 4500. *ad 2. et 3.*

Festa S. Ioannis Baptistae, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Ecclesiae Titularis, Patroni principalis, et omnium Sanctorum excludunt Missam de Requie etiam praesente Cadavere 4526. *ad 44.*

Festum S. Antonii Patavini, quod celebratur in Lusitania sub ritu dupl. 1. classis cum octava, si occurrat in Festo SSm̃i Corporis Christi, cuius Octava privilegio gaudet instar Epiphaniae, nullaque dies ante Anni finem vacua supersit pro repositione, transferri permittitur in proximis semiduplex, et in huius defectu in proximis duplex 4538. *ad 1.* Vide *adnotationem*, quae subiicitur.

Festum Septem Dolorum B. M. V. Moderatur Decretum 18. Septembr. 1814., illudque magis declaratur, ac quaestionibus, quae oriri pos-

sunt, consulitur 4541. Decretum generale. Vide etiam 4553. *ad 14.*

Festum S. Antonii Patavini, quod in utriusque Siciliae Regnis gaudet ritu dupl. 1. class., nihilominus in sola Civitate Neapolis eius Festum servandum est sub utroque praecepto, et ubi est Patronus principalis transferri debet ad proximam Dominicam, ad formam Brevium reductionis Festorum in iisdem Regnis. Alibi vero celebrari debet in propria die, sed sine praecepto audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus 4594. *ad 1. V. subiectam adnotationem.*

Festum Sacri Cordis Iesu concurrens in primis Vesperis cum secundis Octavae SSm̃i Corporis Christi per accidens simplicatae, nulla gaudet commemoratione, quae debetur dumtaxat Octavae simplicatae 4604. *ad 2.* Vide *subiectam adnotationem*, in qua contraria argumenta expenduntur et refutantur.

In Festo Nativitatis Domini ad celebrationem Matutini, Missae et Laudum servantur Rubricae quoad horam 4656. Laudes in nocte sunt decantandae non obstante immemorabili consuetudine 4672. *ad 1.* Vide *subiectam adnotationem*; permittitur autem ut legantur in Cathedrali Pisana attentis peculiaribus circumstantiis. *Ibidem ad 2.*

Festo Septem Dolorum B. M. V. sub ritu dupl. mai. concesso Dominica III. Septembr. ex Decreto diei 18. Septemb. 1814. non abrogantur peculiaria Decreta, quibus concessum fuit ut idem Festum celebratur sub ritu dupl. 2. Class. cum Octava 4682. *ad 1.*, si vero aliqua Dioecesis suscepit Officium illud quoad ritum, non potest amplius immutari, quamvis prius illi concessum fuerit ritu maiori. *Ibidem ad 2.*, si celebratur sub ritu 2. class., et occurrat cum Festo S. Matthaei Apost. faciendum est de S. Matthaeo. *Ibidem ad 2. quaest. 1.*, die Octava occurrente cum Festo de mercede faciendum est de Octava. *Ibidem ad quaest. 2.*

In Festo S. Anastasii M. quatenus Missa dicenda? 4787. *ad 2.*

Festo Visitationis B. M. V. occurrente cum alio Festo eiusdem sub alio Titulo faciendum est de Visitatione 4791.

In Festo Sacri Cordis Iesu pro Civitate Venetiarum hymni concludi debent ut in Festis B. M. V. 4842. *ad 8.*

In Festo S. Francisci Caracciolo habetur Missa propria 4859. *ad 5.*

Festo D. N. I. C. secundario occurrente cum Officio Patroni minus principalis, agendum est

- de digniori, in concursu vero servetur tabella de concurrentia 4859. ad 6.
- Festo Sanctorum Innocentium* occurrente cum Dedicatione Ecclesiae faciendum est de SS. Innocentibus, et supplicandum pro commutatione Festi Dedicationis 4859. ad 8.
- Festis SSmi Redemptoris et Patrocinii S. Ioseph.* occurrentibus cum Festis S. Marci, SS. Philippi et Iacobi, ac Inventionis S. Crucis, et aliorum eiusdem ritus, de his recitandum erit Officium 4859. ad 12. 5117. 5154.
- Festum Annuntiationis B. M. V.* occurrens in altera ex Dominicis Quadragesimae, vel in Hebdomada maiori quomodo celebrari debet in civitate Aniciensi? 4873.
- Festo Ssrum Petri, et Pauli* translato in Galliis ad Dominicam proximam occurrente cum Festo Sacri Cordis Iesu, de quo agendum erit? 4898. ad 3.
- In *Festo S. Petri Chrysologi* Ψ . *Communio* in Missa erit: - *Domine quinque talenta etc.* - 4904. ad 1.
- Festum Commemorationis S. Pauli Ap.* quo ritu celebrandum est in propria Ecclesia? 4920. ad 1.
- Festis Ss. Petri et Pauli, et Commemorationis S. Pauli Titularis* translatis ad Dominicam sequentem in quadam Ecclesia Parochiali Dioecesis Mechliniensis, Missa celebranda erit de Ss. Petro et Paulo 4920. ad 2.
- Festo Sacri Cordis Iesu* occurrente cum Festo S. Barnabae Ap. eiusdem ritus, faciendum est de S. Barnaba, quia est Festum primum; in concursu vero Vesperae erunt de Sacro Corde Iesu 4921. ad 1.
- In *Festo S. Gregorii VII. Papae* habetur Missa propria in Missali assignata 4921. ad 5.
- In *Festo S. Wenceslai M.* legenda est homilia in Breviario assignata 4930. ad 4.
- Festum S. Francisci de Paula* in Regno Siciliae celebrandum est Dominica 2. post Pascha; si vero impediatur a Festo Patroni transferendum est ad aliam Dominicam 4931., in eodem Festo recitetur Officium ut in Breviario Romano, et Praefatio Missae ut in Missali Romano 5017. ad 1. et 2.
- In *Festo S. Aniceti P. M.*, quando transfertur extra tempus Paschale, legendum est Evangelium: - *Si quis vult etc.* - 4935.
- Festum S. Francisci Xaverii* pro pia Unione Propagationis Fidei 4960.
- In *Festo Assumptionis B. M. V.* in Missa ad Ψ . *Communio* non est inclinandum caput ad verba - *optimam partem elegit sibi Maria etc.* - 4985. ad 11.
- Festo Patrocinii S. Ioseph* occurrente cum Festo S. Vitalis M. eiusdem ritus, faciendum est de S. Vitale, quia est Festum primum 4992.
- Festum S. Francisci de Paula* a Regularibus Dioecesis Arianensis celebrandum est die 2. Aprilis sine Octava 5032. ad 17.
- Festo Ssrum Petri et Pauli* occurrente in die Octava SSmi Corporis Christi, commemoratio diei Octavae debet praecedere commemorationi omnium Ssrum Apostolorum, ubi est concessa 5045.
- Festo S. Ioannis Baptistae* translato ad sequentem Dominicam, et occurrente cum Festo Sanctorum Petri et Pauli pariter ad Dominicam translato, in Ecclesia S. Ioannis celebretur Festum proprium 5049. ad 3.
- Festo S. Marci Evang.* occurrente infra Hebdomadam Paschae servetur peculiaris Rubrica 5071. ad 3.
- Festum S. Iosephi* occurrente cum Festo Pretios. Sanguinis D. N. I. C. utroque ritus dup. 1. classis, faciendum est de S. Iosepho, translato altero Officio intra Quadragesimam tantum iuxta Rubricas 5084. ad 1.
- In *Festo SSmi Corporis Christi* ubi extra Octavam celebratur, Missa recitatur de Officio occurrente, nisi adsit peculiare Indultum 5102. ad 13.
- Festum SSmi Corporis Christi* ubi gaudet Octava privilegiata ad instar Epiphaniae excludit ceteras Octavas ante Festum inchoatas 5106., in die Octava habet tantum commemorationem si in eam incidat Festum Ssrum Apost. Petri et Pauli 5131. ad 2.
- Festum Sacri Cordis Iesu* sub ritu duplici maiori celebratum occurrens cum alio Festo eiusdem ritus transferatur 4921. 5114. ad 5., in translatione competit praecedentia super alia Officia eiusdem ritus pariter translata. *Ibidem* ad 6., occurrens cum commem. S. Pauli non transfertur. *Ibidem* ad 7.; quo casu Commem. S. Pauli non erit reponenda infra Octavam, si adsit Officium duplex maius pariter translatum. *Ibidem* ad 8.
- Festum Commemorationis S. Pauli* gaudet praecedentia supra Officia duplicia in translatione facienda tam infra, quam extra Octavam 5114. ad 9., quo casu ordinetur Officium sicut praescribitur a Rubrica pro Ecclesia propria. *Ibidem* ad 10. Rubrica tamen pro eius translatione respicit tantum Festum eiusdem, et non

- Officium duplex maius translatum 5116. *ad* 4., si incidat in Octavam SSmi Corporis Christi, vel ob quaecumque aliam causam, reponitur infra ipsam Octavam iuxta Rubricam peculiarem, dummodo non sint reponenda alia Officia maioris ritus 5115. *ad* 2. et 3.
- Festum SSmi Nominis Iesu* occurrens in Dominica Septuagesimae reponatur die 28. Ianuarii translato iuxta Rubricas Officio ea die assignato 5116. *ad* 1.
- In Festo SSmi Redemptoris* adhibendus est color albus 5131. *ad* 1.
- Festum B. M. V.* alicui diei mensis fixe assignatum occurrens cum altero Officio eiusdem B. M. V. quod est mobile, sed Dominicae affixum, praefendum, et in concurrentia faciendum est de occurrente sine ulla commem. sequentis 5135. *ad* 1.
- Festo B. M. V.* alicui Dominicae assignato occurrente cum die Octava alterius Festi B. M. V. omittendum est Officium de Octava, et faciendum de occurrente 5135. *ad* 2.
- Festo Septem Dolorum B. M. V.* occurrente cum Festo S. Matthaei Apost. et Evang. faciendum est de S. Matthaeo 5135. *ad* 3. Vide etiam Decretum generale.
- Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.* celebrandum in toto Orbe Dominica 1. Iulii sub ritu dup. 2. cl., si non sit impedita a Festo altioris vel aequalis ritus; quo casu transferendum erit in sequentem diem, dummodo in ea non occurrat Festum eiusdem ritus; numquam autem omittendum, quamvis ex privilegio alia etiam anni die celebretur. Decretum generale 5143.
- Festum Visitationis B. M. V.* celebrandum in toto Orbe sub ritu duplici 2. classis indixit Pius IX. per Decretum generale 5144., occurrens cum Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. est praefendum, amandando Officium Pretiosissimi Sanguinis ad diem sequentem vel ad proximam si sit impedita 5157. *ad* 9. 5191. *ad* 1., in concurrentia servantur Rubricae. *Ibidem ad* 2.
- Festum Purificationis B. M. V.* in casu translationis ponendum est die 4. Februarii tamquam in sede propria, si die 3. praecedenti occurrat Festum dup. primae classis 5151. *ad* 1.
- Festum Ssrum Apostolorum Petri et Pauli* occurrens cum Anniversario Dedicationis cuiusdam Ecclesiae praefendum est 5155. *ad* 1. Officium Dedicationis amandandum ad primam diem liberam iuxta Rubricas. *Ibidem ad* 2., neque commemoratio S. Pauli Apostoli est a die 30. Iunii removenda. *Ibidem ad* 3.
- Festum S. Andreae Avellini* an sit celebrandum sub ritu duplici in Ecclesia universali S. R. C. numquam decrevit 5157. *ad* 4. (Cum universaliter receptum sit sub eo ritu, non videtur immutandum).
- Festum Septem Dolorum* Dioecibus Hetruriae concessum sub ritu dup. 2. class. cum Octava, si occurrat cum Festo aequalis vel alterius ritus transferendum est ad sequentem Dominicam etiam cum Octava 5161.
- Festum S. Stephani Protom.* die 26. Decembris habere debet secundas Vesperas a Capitulo de eodem Sancto cum Comm. S. Ioannis Ap. sequentis ex particulari Rubrica Breviarii 5183. *ad* 5. q. 1.
- Festum Commemorationis S. Pauli Apost.* habere debet secundas Vesperas de eodem a Capitulo de die octava S. Ioannis Bapt. cum comm. SS. Apost. iuxta peculiarem Rubricam Breviarii, et non integras Vesperas de eodem, vel de SS. Apost. Petro et Paulo simul, cum comm. sequentis 5183. *ad* 5., q. 2. et 3.
- Festum B. M. V. de Mercede* iam fixe assignatum pro quibusdam locis Dioecesis Mechlinien. die 25. Septembris loco diei 24. impeditae a die octava S. Lamberti Patroni principalis non est amovendum pro celebrando Festo S. Thomae a Villanova noviter concessa ea die 25. toti Dioecesi, quod erit ad primam diem liberam transferendum 5191. *ad* 2.
- Festum Septem Dolorum B. M. V.* quod fit in Dioecesi Aretina sub ritu duplici 2. classis cum octava occurrens cum aliis Festis eiusdem ritus, an sit transferendum, et quando? standum generali Decreto respondit S. R. C. 5194. *ad* 1. 2. 3. et 4.
- Festum Sacri Cordis Iesu* uti secundarium transferendum est, quando concurrat cum alio Festo eiusdem ritus, quod sit primum 5194. *ad* 5.
- Festum Patrocinii B. M. V.* affixum Dominicae nequit transferri, sed omitti. Dioecesi Succession. assignatum Dominica quarta Octobris conceditur ex gratia ut in primam diem liberam transferatur 5215. *ad* 4.
- Fidelium Animae etc.* omitti non debet in fine cuiuslibet horae, etiamsi immediate sequatur Missa 4124.
- Fons Baptismalis* erigendus, et quae designanda sit Ecclesia inter alias Paroecias in quadam terra Dioecesis Sarzanen. 113.

Fontis Baptismalis benedictio fieri potest in omnibus Ecclesiis illum fixum habentibus 1037., fieri debet a Celebrante, praesentibus Hebdomadariis curam animarum exercentibus 2096., fieri debet Sabbato Sancto, et Vigilia Pentecostes 4252. *ad 1.*, in ministerio quatuor saltem Clerici adhibendi sunt. *Ibidem ad 2.*, qui Fontem benedicendi facultatem habent, et ante benedictionem Olea Sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim, et separatim in aquam mittere poterunt. *Ibidem ad 3.*

Fontis Benedictio, et Missa in Sabbato Sancto sunt actus divisibiles 386.

Fontis Baptismalis benedictio et administratio Baptismatis in Collegiata S. Petri Corinaldi, Dioecesis Senogallien., impedito Archipresbytero, pertinet ad Dignitatem, vel Celebrantem 4207. *ad 5.*

Fontis Baptismalis erectio conceditur Ecclesiae S. Donati in quodam Oppido Dioecesis S. Miniati, sed sine praedictio Ecclesiae Matricis 4798.

In *Fontis Benedictio* infundi debent in aquam baptismalem Olea Sacra nondum renovata, si attentis omnibus temporum circumstantiis difficulter recipi possint Olea noviter consecrata 4820. *ad 1.*; quo casu Baptisma conferri debet cum aqua recens consecrata, licet in ipsam infusa sint Olea praecedentis anni. *Ibidem ad 2.* Aqua sic benedicta in Sabbato Sancto, debet servari usque ad Vigiliam Pentecostes, in quo benedicuntur Fons cum novis Oleis, si sint recepta. *Ibidem ad 3.*, infantes in casu praedicto ungenti sunt cum Oleis anni praeteriti. *Ibidem ad 4.*

Fontis Benedictio in Ecclesia Collegiata spectat ad Canonicum hebdomadarium 5021.

Formale, seu Pectorale ornamentum est privativum Episcopi, nec eo uti possunt Dignitates, aut Canonici Cathedralissollemniter celebrantes. 4235. *ad 10.*

S. *Francisci de Paula V. Festum.*

S. *Francisci Caracciolo V. Festum.*

S. *Francisci Salesii V. Officium.*

S. *Francisci Xaverii V. Festum.*

S. *Francisci Assisiensis.* De inventione eius Corporis, eiusque identitate habetur Apostolica Constitutio 4569.

Functiones Episcopales, absente, vel impedito Episcopo, pertinent ad primam Dignitatem, et hac impedita, ad alias ordine successivo

et omnibus Dignitatibus impeditis, ad Canonicum digniorem 262. 275. 292. 348. *ad 2.* 366. 440. 482. 483. 485. 591. 597. 687. *ad 3.* 692. 739. 759. 820. 924. 938. 975. 998. *ad 1.* 1013. *ad 1. et 3.* 1015. 1073. 1082. 1174. 1185. 1226. 1276. 1283. 1300. 1414. 1448. *ad 1. 2. et 3.* 1480. 1539. *ad 1.* 1561. 1637. 1668. *ad 1.* 1673. 2299. 2513. 2520. 2527. 2683. 2710. 2997. 3612. *ad 2.* 3665. 3855. *ad 4.* 3900. (Pro Ecclesia Cathedrali Setina responsum fuit functiones huiusmodi, impedito Episcopo, et Archipresbytero, competere Canonico digniori, iuxta solitum, non autem Archidiacono, vel Praeposito 4423.) Neque Episcopus potest has alteri sibi beneviso Canonico, aut Dignitati demandare 604. 1013. *ad 2.*, 1356., prout nec potest Dignitas, aut Canonicus impeditus 1253. 1273., ita est servandum, nisi probeatur consuetudo immemorabilis, quod fiat a Dignitatibus per turnum 656., numquam vero pertinent ad Vicarium Generalem 335. *ad 1.* 482. 611. 695. 930. 1148. *ad 1.* 1173. 1177. 1979., etiamsi habeat sui favore consuetudinem, et Decretum Synodale 1972. *ad 1.* neque competunt Vicario Capitulari, Sede Vacante 702. 736., aut Hebdomadario, sed semper primae Dignitati 4479. 4481.

Functiones huiusmodi enumerantur 421. 440. 2603., et recensentur lib. 1. cap. 26. §. quo casu, et lib. 2. cap. 34. Caeremonialis 1379.

Functiones Episcopales fieri debent in Cathedrali, non autem in Collegiata, si ibi Episcopus resident, et in casu insufficientiae Presbyterorum sunt aliunde conducendi 2453.

Functiones solennes in Ecclesia simplici spectant ad eiusdem Ecclesiae Rectorem, non ad loci Archipresbyterum, nec ad Parochum, intra cuius Parochiae limites sita est Ecclesia 1275., 4691. *ad 1.* in Ecclesia Parochiali pertinent ad eiusdem Parochum, qualibet contraria consuetudine non obstante 1299. 4691. *ad 2.*

Functiones peragenda a prima Dignitate, hac impedita, pertinent ad secundam, non autem ad Canonicum antiquiorem, vel Hebdomadarium 3719. 3942. 3962.

Fundationes sive in honorem Sanctorum, sive in defunctorum suffragium possunt adimpleri celebrando Missam de die, quando Missae a fundatoribus praeceptae ab occurrente solemnitate primae, vel secundae class., aut die festivo quoad Forum impediuntur 4119. *ad 6.*

Foundationes pro celebratione Missae omnibus diebus festivis B. M. V. non sunt intelligendae tantummodo de Festis de praecepto, sed complectuntur dies omnes, in quibus fit Officium B. M. V. sub dup. mai. vel altiori ritu tam in Ecclesia universalis, quam in Dioecesi 4230. 4298., foundationes vero Missarum votivarum, et de Requie pro certis diebus, impleri poterunt diebus impeditis, celebrando tot numero Missas de die, quot praescriptae sunt in fundatione, absque ulla commemoratione. 4331.

Fundatoribus Cappellae erectae in Ecclesia Parochiali, licet apponere in ea inscriptiones, et imagines virorum illustrium de Familia 1292.

Funus associaturi regulariter in Paroeciam convenire debent, nisi consuetudo vigeat accedendi ad aliam Ecclesiam 4592. *ad 1.*, hinc ubi consuetudo est conveniendi in Cathedrali servari debet. *Ibidem ad 2.* (Vide etiam num. 50.) praesertim si Capitulum intersit *Ibidem ad 4. et 5.*, haud licet expectare per vias. *Ibidem ad 3.* Vide *adnotationes quae sequuntur.*

Funera, nisi alia vigeat laudabilis consuetudo immemorabilis, exigenda sunt ad formam iuris communis, videlicet quod quando quis in una Parochia moritur, et alia in Ecclesia tumulatur, benedictionem in domo defuncti faciat proprius Parochus, qui Stolum deferens usque ad ianuam Ecclesiae, in qua corpus deponendum est, aliis omnibus praecedit. In Ecclesia vero sepeliente Officium faciat, ac praeeminentiam habeat, qui eam regit Ecclesiam 493. 2909., unica elevanda est Crux, et improbatur permissio facta ab Episcopo deferendi aliam Regularium ad sinistram Collegiatae 1211.

Funus associantes omnes incedere debent sub Cruce Cathedralis, vel Collegiatae, si alterutrum Capitulum intersit; sin minus, sub Cruce Ecclesiae sepelientis 1536. *ad 2.*, nequeunt ad illud venire, nisi vocati 1281. 1282., licet quoad elevandam Crucem praelatio supra Parochos competat Cathedralibus, et Collegiatis, in reliquis tamen Parochis competentia iura reservantur. Decretum hoc generale est. 2103.

In Funeribus ducendis preces et psalmi decantari debent, ut Rituale praescribit, circumscripto cuiusdam Vicarii Decreto, qui Regularibus prohibuerat 1918.

In Funeribus, et Anniversariis praetermitti non

debet recitatio Nocturni. Transgressores poenitentia 2199., quaedam consuetudines declarantur, quae ab funeribus, et exequiis eliminantur, utpote illicitae, repugnantes Rubricis, et moribus Ecclesiae 2811. *ad 1. 2. et 3. 4., et 6.*, ut etiam damnatur abusus faciendi Officium de adultis cum Missa de Angelis, etiam in duplicibus in exequiis parvulorum 2811. *ad 5.*, si exequiae parvulorum contingant in ultimo triduo maioris Hebdomadae potest omitti *Gloria Patri* ad psalmos 2812. *ad 6.* 4175. *ad 7.*, inducendo funere alicuius praestantissimi viri, licet ut aliquot nobiles culcitrae fimbrias sustineant, quoad Ecclesiasticos prohibetur 2962., reprobatum abusus collocandi cadavera Archipresbyterorum induta Pluviali in sede, et non in feretro 4043.

Funus alias de funeribus. V. 3420.

Funera Sacerdotum exigenda sunt ad formam Ritualis Romani, neque licet in associatione, loco Antiphonae *Exultabunt*, et Psalmi *Miserere*, incipere Officium ab Invitatorio, proseguendo per viam etc. 4114. 4133.

In Funere, quod defertur ad Ecclesiam a Parochiali diversam, non Parochus, sed alius Sacerdos eiusdem Ecclesiae Cotta, et Stola, vel etiam Pluviali indutus prosequi debet Officium a Rituali praescriptum, sine praecedente iurium Parocho competentium 4184.

In Funere ducendo praecedentia debent illi, qui Stolum induit 4695., si adsint plures Parochi debent praecedentia Parocho defuncti, qui Stola indutus Cadaver aspergat Aqua benedicta, antequam e domo efferatur, et Antiphonam *Exultabunt Domino* intonabit 4673. *ad 2.*

In Funere ducendo, si adsit Capitulum Collegiatae, debent praecedentia Capitulo supra Parochum defuncti 4877. *ad 1.*

In Funere debetur quarta funeraria Ecclesiae tumulanti 4998. 5022.

In Funere ducendo Parochus Stolum supra Superpelliceum tantummodo induet sine aliis paramentis, et sine Ministris paratis 5050. *ad 10.*

In Funeribus Mansionarius, qui vices agit Parochi, debet incedere cum Stola 5107. *ad 2.*

In Funeribus Cadavere ad Ecclesiam delato per curriculum, uti mos est in Dioecesi Briocensi, Sacerdos, qui in Ecclesia recitat preces, quae dicendae essent in funere ducendo, si immediate post Officium defunctorum debeat Missam celebrare, nequit induere Albam loco Superpellicei, nisi simul induat Stolum una cum Pluviali 5221. *ad 1.* Stola autem assumenda

est ab eo tantum, qui exequias peregit. *Ibidem* ad 2. Missa de Requite cantari potest a Sacerdote diverso ab illo, qui Officium persolvit. *Ibidem* ad 3.; congruum est ut Absolutio ad Tumulum fiat a Sacerdote, qui Missam celebravit. *Ibidem* ad 4.

G.

Generalis Armorum Avenionensium, si occurrat obviam habere Episcopum, sinistram tenere debet 118.

Generales Ordinum Regularium excipiendi ab Episcopo, ut excipiuntur Praelati 2918. ad 1.

Generali Magistro Ordinis Praedicatorum committitur, ut vetat usum Palmatoriae Priori et Sub-Priori Coenobii eiusdem Ordinis in Civitate Pinnen. existentii 4845., ad instantiam eiusdem Generalis datur Decretum pro facta Officii concessione 5023., item aliud Decretum pro Festo Conceptionis B. M. V. ab Alumnis eiusdem Ordinis celebrando 5051.

S. *Genesis M. V. Officium.*

Genuslectere debent omnes de Choro ad confessionem in Missa solemnii, praeterquam Canonici 1311., sed etiam Praelati, et Canonici ad Orationes in Missis ferialibus, vigiliarum, et de Requite 3279.

Genuslectere num debent, an stare Sacerdos dum thurificat Crucem? Vide *Reliquia*.

Genuslectere debent Canonici, qui propter defectum Cantorum canunt Symbolum, solum quando illud recitans Celebrans genuslectit, et canendo adstare legili 5177. ad 1.

Genusflexio a Sacerdote celebrato facienda est in transitu ante Altare, in quo expositum est V. Sacramentum 1086., fieri debet utroque genu 1627. ad 6., fieri debet etiam in transitu ante Altare, in quo Sacramentum asservatur tabernaculo inclusum appenso palmis circiter octo a superficie, ac si immediate collocatum esset super Altare 2005.

Genusflexio ubi conveniat in Officio? 2345. ad 14.

Genusflexio fieri non debet a Canonici Divina persolventibus, etiamsi a Clero conspiciantur Altaria, in quibus celebrantur Missae privatae ad elevationem Sacramenti: ne tamen id fiat cum offensione populi, omittenda est pulsatio campanulae 2397.

Genusflexio iterari non debet, dum Sacerdos surgit

ad dicendum Orationes, priusquam benedicat populum cum Sacramento 3487. 3489.

Genusflexio num fieri debeat, dum Processio Sanctissimi Sacramenti ducitur per Ecclesiam ab iis, qui ante incedunt, in occursu, et transitu eiusdem Sacramenti? 2943. ad 8., quid si in aliis Processionibus contingat transire ante Altare, dum elevatur Sacra Hostia, aut Calix? *Ibidem* ad 9.

Genusflexio ad Invitorium, Symbolum, et alia, quae genusflexionem requirunt, ab iis, qui canunt, fieri debet, dum verba, quae canunt, genusflexionem exigunt, si mora brevis sit: quando autem mora est longa, ne plurium vocum unisona modulatio inflectatur, genusflexio facienda est sub finem verborum 4072. ad 5.

Genusflexio fieri debet ab iis, qui alias caput inclinant dum cantatur ψ . *Et incarnatus est* non in die, sed in Missa Annunciationis, dum Festum transfertur 2228. 3590. ad 3. 3754. ad 17.

Genusflexio unico genu facienda est in Missis privatis ad ψ . *Et incarnatus est etc.* 4549. ad 10. Vide *subiectam adnotationem*.

Genusflexorium situm in Presbyterio pro Domino loci omnino amovendum 2589., non est parandum in medio Ecclesiae cum strato, et pulvinaribus, vel Ecclesia sit saecularis, vel regularis 3068.

Genusflexoria cum stratis et pulvinis in Ecclesiis non parentur, nisi pro personis Regali vel Cardinalitia dignitate fulgentibus 4590. ad 11. Vide *subiectam adnotationem*.

Gloria in excelsis Deo etc. dicitur in Missis votivis de S. M. tam in Sabbatis Feriarum, quam in Sabbatis Adventus 351. ad 11. 410.

Graecis Presbyteris petentibus, ut possent uti pane fermentato, sed cocto ad modum Hostiarum, quibus Latini utuntur, S. R. C. respondit: *Nihil esse innovandum* 619.

Gubernator Beneventi quoad thurificationem 11. *Gubernator* in habitu Ecclesiastico, scilicet Rochetto, et Mantelletto, dum Divinis assistit, thurificandus est immediate post Episcopum 201., nequit genuslectere in eodem Genusflexorio cum Episcopo, sed in scamno cum Magistratu. Decretum generale 1975., quoad sedem 2365. 3654., praesente Episcopo Cardinali thurificandus duplici ductu 2815., nequit incedere ad

dexteram Episcopi Cappa induti, etiamsi sit in aedibus Episcopi 2591. 2614.

Gubernatores Praelati, et Protonotarii Apostolici Titulares in Missis privatis debent sequi morem simplicium Sacerdotum 2720

Gubernatori Praelato accedenti ad aliquam Ecclesiam tradi non debet Aspersionum, sed sat est, quod ministretur Aqua benedicta ab aliquo Sacerdote, seu Ministro per Aspersionis contactum 3689.

Gubernatore Regio Provinciae non est deferendus liber Evangeliorum ad osculum 247., neque ei licet habere pro se, et uxore Genuflexorium cum tapete etc. ac sedem intra Presbyterium absque speciali licentia Sedis Apostolicae 1714. 1715.

Gubernatori, praesente Episcopo, pax danda est post Canonicos eidem Episcopo assistentes, absente vero immediate post Vicarium 314. 357., quod etiam procedit, quamvis Gubernator sit uxoratus 361.

Gubernator, et Electi a quo thurificandi? 995., nequit habere sedem in Presbyterio 1268. 2389. 2696.

Gubernator debitis remediis cogendus ad interessendum cum Magistratu Missis solemnibus, Divinisque Officiis in Cathedrali, et ad consueta obsequia Episcopo praestanda 357. 2037.

Gubernatores Capitulares adiuncti Vicario Capitulari, Sede vacante, nullam habent praecedentiam, sed sedere, et incedere debent in loco suae receptionis 185.

Gubernator thurificandus est duplici ductu post Vicarium 2712. 3099. 3100.

Gubernator, si intersit sacris Functionibus in habitu talari, etiam absente Magistratu, debet thurificari 2087.

Gubernatori Ducis Segobricen. non decere respondit S. R. C. usum pulvinaris serici, et nigri in Cappella maiori Cathedralis Feriis V. et VI. maioris Hebdomadae 3895.

Gubernator Ecclesiasticus Provinciae Praeses non habens facultatem Legati a latere, sedere debet in sede supra Magistratum, sed sine Baldachino, et solio, non habet praecedentiam supra Episcopum, qui ei ad Cathedrali venienti obviam ire non debet 2160. 2182. Canonici ei debent obsequia praestare, et duo ex iisdem eum ad ianuam excipere, et associare. *Ibidem*, debet ipse ad Episcopum accedere, et cum osculo manus accipere Candelam, et Palmam. *Ibidem*, eo praesente Episcopus non impeditur ab elargienda Benedictione tam publica, quam privata. *Ibidem*.

Gubernator thurificandus ad formam Caeremonialis stare debet detecto capite 3092. *ad 1. et 2.*, non ei competit stratum intra Presbyterium. *Ibidem ad 3.*

Gubernator Praelatus non est thurificandus a Presbytero assistente, qui thurificavit Episcopum 3107. *ad 1.*

Gubernator nequit galero operire caput, dum Episcopus Mitram assumit 3453., neque biretum deferre, etsi Clericus sit, ut sibi imponat dum Clerus bireto caput tegit 3461. *ad 2.*

Gubernator, et Electi Civitatis Episcopo pontificaliter celebrante nequeunt sedere in sede quartam ex sex gradibus Chori coequante, aut habere sedes holosericis villosis rubeis cooperatas cum pulvinaribus, et Genuflexorio 3682. *ad 5. 6. et 8.*, nequeunt caput pileo operire, dum Episcopus sedet cum Mitra. *Ibidem ad 7.*, thurificandi non sunt eodem tempore, quo thurificantur Canonici parati, etiamsi contraria vigeat consuetudo, sed expleta Canonicorum thurificatione. *Ibidem ad 9.*, duplici tamen ductu. *Ibidem ad 10.*, numquam triplici. *Ibidem ad 11.*, tolerari potest quod thurificentur a Diacono. *Ibidem ad 12.*, nec in Ecclesiis Saecularium, et exemptis licet eis osculum Missalis, non obstante consuetudine. *Ibidem ad 14.* nequeunt sedere iuxta Presbyterium ante Altare maius. *Ibidem ad 14.* Vide etiam 3711.

H

Ad Hanc igitur etc. quomodo manus Sacerdotis componi debeant? 2241. *ad 5.*

Hebdomadarius debet retinere Pluviale in Vesperis a principio usque ad finem 56.

Hebdomadarius Canonicus debet occupare primum locum in Choro, sed si sit ordinis inferioris, accedere in medio Chori 316., sedes esse debet prima a parte Chori 661., paratus nedum sedere debet in primo stallo, sed omnia sibi convenientia peragere 651. 2248. *ad 2.* 2377., gaudet prima sede, non obstante contraria consuetudine 652., dicturus nonam Lectionem non discedit a prima sede, quam occupat 1920. 1921. *ad 1.*, adveniente Canonico, et ab eo salutatus, debet assurgere 1966. *ad 3.*

Hebdomadarius non debet uti Stola 2241. *ad 3.* 4698. 5027. Vide etiam *Stola*.

Hebdomadarius Canonicus praecminentiam habet etiam supra Dignitates 2006., signum dare

- debet pro incipiendis Matutinis, et Vesperis 2248. *ad* 3. 2313.
- Hebdomadarius* sive sit Canonicus, sive Beneficiatus, debet cuncta dicere, quae ad Hebdomadarium pertinent 1203. 1749. 1760. 1768., contraria quaevis consuetudo abusiva est, et damnanda 1749., ad benedictiones Lectionum stare debet 2095. 2097., ad eum spectat intonare Officium 2942.
- Hebdomadarius* non Canonicus, si sit paratus, quem locum habere debeat? 1985.
- Hebdomadario* Missam ante, vel post celebranti, S. R. C. attribuit delationem SS^mi Sacramenti in casu etc. 1861.
- Hebdomadarius* paratus ratione paramentorum praecedit etiam Dignitates 2985. 2989. 3030.
- Hebdomadarii*, non autem Canonici, celebrare debent Missam conventualem, etiam adstante Episcopo, iis diebus, in quibus ad eos id pertinet 3000.
- Hebdomadarius* post aspersionem Aquae benedictae die Dominico potest in medio Altaris ante gradus deponere Pluviale, et assumere Casulam, dummodo hanc non accipiat de Altari 3516. *ad* 3.
- Hebdomadario*, sive Dignitate, vel Canonico redeunte post celebrationem ad Chorum, sat est, ut Episcopus Signum Crucis producat super eum 3551. *ad* 24.
- Hebdomadario Curato*, ubi plures sunt, qui hoc munus in eadem Ecclesia exercent, Horasque canonicas in Choro persolvunt, debetur primus locus, sive hoc munus exercent eum, vel sine paramentis; licet horum alter sit Decanus, alique in Choro sedeant iuxta antianitatem 3889.
- Hebdomadarii Metropolitanae Neapolis* in associandis cadaveribus non incedentes cum Capitulo, aut collegialiter, tenentur incedere cum Cotta, et Bireto, prout alii Confratres 3712.
- Hebdomadarii Metropolitanae Capuanae* non tenentur cum Pluviali assistere in throno, celebrante Episcopo, 4059. *ad* 3.
- Hebdomadario* celebranti sine Pluviali competit primum stallum inter Hebdomadarios, et legile nudum, etiam dissentiente Capitulo 4059. *ad* 4.
- Hebdomadarius* faciens officium Presbyteri assistentis non est thurificandus ante Canonicos 4059. *ad* 5.
- Hebdomadarius* nequit intonare initium Horae sequentis, nisi postquam Sacerdos Evangelium S. Ioannis terminaverit 4233. *ad* 8., ubi consuetudo viget, ut Hebdomadarius, absente, vel impedito Episcopo, peragat benedictionem Cinerum, et Missam cantet in capite ieiunii, servanda est. *Ibidem ad* 9.
- Haeredes Defunctorum* possunt, et debent vocare Religiosos ad associandum funus, ac eorum numerum determinare 1196., neque id relinquendum Parochorum arbitrio, non obstante Statuto Synodali 1363., sine praeiudicio in reliquis Iurium Parochialium 1478.
- Homilia ad Evangelium* in Officio desumenda est ex proprio Sanctorum, si habeatur respondens Evangelio, quod legitur in Missa, vel ex Octavario Romano. Quod si in illo non reperiatur, istud verò desit, legenda in Officio Homilia Evangelii, quae habetur in Communi; in Missa vero idem Evangelium, cuius Homilia recitata est in Officio 4474. *ad* 8.
- Homilia* in Matutino quo habitu, et a quo debeat decantari? 4681. *ad* 1.
- Homophorion*, seu *Periphorion Graecorum* simplex esse ornamentum pro Episcopis Graecis unitis: Archiepiscopis vero tradendum esse pallium S. R. C. respondit 1390. 1420.
- Horis Canonicis* interesse volens Episcopus, expectandus est, is tamen properare curet 999. *ad* 1. 1456.
- Horae Canonicae*, dum persolvuntur in Choro, absonum est, ut alii in eadem Ecclesia diversas recitent preces 1967.
- Hospitalis* aggregati Ecclesiae Lateranensi de Urbe Rectores nequeunt exercere functiones, et munia ad Parochos pertinentia, sine expressa Ordinarii, et Parochi licentia 447.
- Hostiae pars inferior*, non superior, rescindi debet ad *Pax Domini sit semper vobiscum* 2241. *ad* 6.
- Hostia* asservanda a Feria V. ad Feriam VI. maioris Hebdomadae, non exponi debet patenter 3710. *ad* 7.
- In Hostia* consecranda an deceat quod sit sculpta imago Crucifixi? 4723.
- Hymni proprii* sine gravi causa non concedendi, sed adhibendi Hymni de Communi 106.
- Hymnus* quomodo terminandus in secundis Vesperis, dum Officium votivum B. M. V. in Sabbatis fit rit. semidup. 177.

- Hymni* eiusdem metri in Octavis Assumptionis, et Nativitatis, qui concludi debebant *Gloria tibi Domine* (nunc *Iesu tibi sit gloria*,) cani debent in tono B. M. V. 618. *ad* 1.
- Hymnus* septem gaudiorum non imprimendus in Officio parvo B. M. V. 1655.
- Hymni* in Festo Expectationis Partus quomodo concludendi, quale esse debeat Responsorium ad Primam? 1555. *ad* 6. 2244. 2506. *ad* 1. et 2. 3295. *ad* 4. 4039. *ad* 4. 4049. *ad* 7. 4056. *ad* 7. 4080. *ad* 6. 4746. *ad* 13.
- Hymnus Angelicus* in Missa solemniter est vocibus modulandus. Consuetudo, quod sub Organo sine vocibus moduletur, reprobatum 1734. *ad* 2. prout etiam *Symbolum* 1817. *ad* 3.
- Hymnus Angelicus*, et *Symbolum* dici nequeunt in Missa solemniter votiva cum paramentis violaceis 2363. *ad* 6.
- Hymnorum conclusio* num tempore Passionis varianda sit? 2145.
- Hymni*-*Veni Creator etc.*, *Ave Maris Stella etc.*, *Tantum ergo etc.*, dum occurrunt in Officio, exigunt genuflexionem ad integram stropham 15. *ad* 20. 2345. *ad* 14. 2805. *ad* 7.
- In *Hymno*-*Iste Confessor etc.* non mutatur tertius versus, si contingat festum Confessoris transferri ad diem immediate sequentem 2988. *ad* 6., mutatur tamen, si assignata sit dies fixa, quae non est dies obitus, licet Officium fiat de die obitus 3586. *ad* 5.
- Hymnus Angelorum custodum* quoad conclusionem 3565. *ad* 4.
- Hymnus* proprius Vesperarum S. Venantii Mart. si omitti debeat in Vesperis, num possit coniungi cum *Hymno* Matutini, ita ut ex duobus fiat unus? 3664. *ad* 9.
- Hymni* quoad conclusionem 3704. *ad* 4. 5183. *ad* 11., conclusio quae est propria, admittitur ad horas minores in festis Domini, et B. M. V. tantum 4669. *ad* 57.
- Hymnum Te Deum etc.* in Officio parvo B. M. V. Sac. Rit. Congr. recitari debere respondit a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam, et a Dominica Resurrectionis usque ad Adventum; in Adventu autem, et a Septuagesima usque ad Pascha, non nisi in Festis eiusdem B. M. V. 3905. *ad* 1., ubi quotidie recitandum est ex fundatione, recurrente Festo Annunciationis, dici debet prout in Adventu. *Ibidem* *ad* 2.
- Hymno Te Deum etc.* in gratiarum actionem recitato, quinam versiculi et orationes dicendae? 5111. *ad* 3.
- Hymnus in Festo S. Hermenegildi*, si non recitetur in Vesperis, ponendus est in Matutino, et *Hymnus* Matutini in Laudibus 4044. *ad* *Tit. de Hymnis*.
- Hymni* in Officio infra Octavam Conceptionis B. M. V. quomodo concludendi? 4044. *alia dubia ad* 12.
- Hymni proprii*, *Responsoria*, *Antiphonae etc.*, quae habentur in aliquibus Officiis de praeccepto, dici omnino debent, nec sumi possunt a Communi SSrum 4044. *reliqua dubia ad* 23.
- Hymni proprii*, qui recitantur in Festo S. Theresiae, recitandi etiam sunt in Festo Transverberationis, sed in *Hymno* Matutini loco versus - *Haec est dies, qua candidae* - legi debet - *Felix dies etc.* 4080. *ad* 3.
- Hymnus*-*Iste Confessor etc.* servat versus *Meruit beatas*, si Festum habens Octavam non ultra illam transferatur, quod pariter servandum est per totam Octavam, quia haec nihil est aliud, nisi extensio eiusdem Festi 4119. *ad* 8., in Festo translato stygmatum S. Francisci nulla fieri debet mutatio, bene vero in festo S. Ioa-chim Dominica infra Octavam Assumptionis celebrando. *Ibidem*, ubi retinentur *Hymni* antiqui, si recitetur Officium translatum de Sancto Confessore, non est necessario variandus tertius versus; et unaquaeque Ecclesia in eo variando, aut retinendo, suam sequi potest consuetudinem 4299. *ad* 10.
- Hymnus historicus* si non recitatus fuit in Vesperis uniatur *Hymno* Matutini 4669. *ad* 47., si in secundis Vesperis adsit *Hymnus* proprius, et non possit recitari, recitandum est ad Laudes. Si quod Officium habeat *Hymnum* proprium pro primis Vesperis, idem *Hymnus* recitetur etiam in secundis 4746. *ad* 8.
- Hymnus*-*Veni Creator etc.* quomodo concludendus diversis Anni temporibus? 4681. *ad* 2. 4694. *ad* 4. 4819. *ad* 11.
- Hymnus Completorii* terminatur cum strophis Ascensionis, si concurrant secundae Vesperae Octavae eiusdem cum primis Vesperis alicuius Festi B. M. V. 4746. *ad* 9.
- In *Hymno*-*Veni Creator etc.* *ad* *ŷ. Emitte etc.* nihil immutatur in precibus pro novo Episcopo eligendo 5177. *ad* 2.
- S. Iacobi Apostoli V. Officium.
S. Ianuarii V. Officium.

- Ieiunium V. Vigilia.*
Ieiunium in consecratione Ecclesiae est strictae obligationis pro Episcopo consecrante, iisque tantum, qui petunt Ecclesiam sibi consecrari, idemque ieiunium indicendum est die praecedente consecrationi 4400. *ad 1. et 2.*
- Ieiunium* cum abstinentia alicubi adnexum Litanis maioribus in Festo S. Marci, si hoc occurrat in Hebdomada Paschatis, servandum, vel transferendum iuxta consuetudinem, moremque Regionis 3710. *ad 5.*
- Imagines B. M. V. et Sanctorum* quomodo induendae, quae vestium forma prohibita? Urbani VIII. haec super re Constitutio 1403. 1433. 1526.
- Imagines, et Cruces* omnino velari debent Sabbato Passionis, nec interea detegi, etsi occurrat Festum Patroni, Titularis, aut Dedicacionis Ecclesiae 1613. *ad 2. et 3.*, quod intelligitur de Imaginibus quorumcumque Sanctorum 2241. *ad 2.*, cooperiendae tempore a Rubricae praescripto 2049., idest a primis Vesperis Sabbati Passionis, et non in Dominica post Evangelium Missae sollemnis 4669. *ad 36.*, detegendae Sabbato Sancto ad *Gloria in excelsis Deo*, si comode potest: sin minus, post eius diei Officium 2194. 5126. *ad 3.*
- Imaginem* quamdam ab Ecclesia amoveri, ac deturpari S. R. C. iussit 1829.
- Imagines Sanctorum* inter candelabra dispositae in Altari thurificandae sunt, nec est necesse, quod habeant inclusas Reliquias 4153. *ad 4.*
- Imago B. M. V.* in Supplicationibus delata thurificanda est duplici tantum ductu 4437.
- Imago Sancti* sine speciali indulto removeri nequit ab Altari, cuius nomini dedicatum fuit 4793. *ad 6.* 4804.
- Imagines* nequeunt deferri sub Baldachino in Processionibus 4889.
- Inclinatio capitis* facienda vel ex Rubrica vel ex praxi, dum quaedam pronunciantur in Missa et Officio 4526. *ad 38. 39. et 40.*
- Ad Incarnatus est etc.* in Missis privatis genuflectendum unico genu 4549. *ad 10.* Vide *subiectam adnotationem*; in solemnibus vero, qui sedent non genuflectunt, exceptis diebus Nativitatis Domini, et Annunciationis B. M. V. 5121. *ad 2.* 5218. *ad 1.*, quod intelligendum est de Canonicis tantum; nam qui non sunt Canonici, quamvis sedeant, debent genuflectere nisi adsit contraria consuetudo. *Ibidem ad 2.*
- Incensatio V. Thurificatio.*
Incensum V. Thus.
- Indulgentiae* non sunt concedendae, nisi intuitu SS., qui sunt in Martyrologio descripti 2704.
- Indulgentia* non transfertur, translato Festo 2903. *ad 7.* 3222. *ad 3.* 4122. *ad 2.* 5013. *ad 1.*
- Indulgentiae* publicandae sunt ad formam Concilii 3751. *ad 10.*
- Indulgentia* transfertur, si concessa sit non pro aliqua determinata die, sed interessentibus Missae alicuius Festi mobilis, quod ob impedimentum est reponendum, ut accidit in Dioecesi Barchinonen., ubi quandoque Festum Patrocinii B. M. V. ob occursum Octavae transfertur ad aliam diem 4442. *ad 6.*
- Pro Indulgentia* acquirenda a visitantibus Altare determinatum, necesse est ut Altare sit consecratum 4669. *ad 56. g. 1.*, potest tamen apponi altera Imago Sancti ob eundem finem, sed de licentia Episcopi. *Ibidem.*
- Indultum* concessum Abbatibus, et quibusdam Superioribus Ordinum Regularium benedicendi sacras vestes, reconciliandi Caemeterium etc., valet dumtaxat pro Ecclesiis propriis 952., limitatur ad ea, in quibus non adhibetur sacra unctio. *Ibidem.*
- Indultum* habens celebrandi Pontificalia ubique de licentia Ordinariorum potest etiam post Pontificalia benedictionem populo elargiri 984., item potest paramenta sumere de Altari, et habere Ministrum de candela inservientem 985., quod intelligitur de Missa Pontificali tantum. Vide *Abbas. Praelati Episcopo inferiores.*
- Indultum* conceditur in casu particulari celebrandi unam Missam de requie quotidie, sed quaedam tempora, et dies excipiuntur 1646.
- Indultorum* verba intelligenda sunt, prout iacent, et in casu dubio petenda est a Sede Apostolica declaratio 2451. *ad 5.*
- Indultum* concessum Ecclesiae, et Clero Spoletano transferendi Officia ad libitum, comprehendit totam Dioecesim 3398.
- Indultum* recitandi Officia Ordinis S. Augustini non comprehendit Officia SSrum Congregationis Lateranensis 3427.
- Indultum* celebrandi cum cantu singulis Sabbatis Missam votivam de Conceptione B. M. V.,

- etiam in duplicibus, exceptis illis, quae sunt 1. vel 2. class., in omnibus Ecclesiis Minorum S. Francisci de Observantia cum clausula Non omnia conventuali de die - non inducit obligationem quoad eas Ecclesias, in quibus nulla obligatio est cantandi Missam conventualem 4364.
- Indultum* concessum a sa. me. Pio VI. urgentissimis de causis Dioecesis Regni Poloniae, quae sunt sub ditione Regis Borussiae, transferendi plura Festa de praecepto ad proximos dies Dominicos, declaratur, et plures difficultates enodantur 4444. 4445.
- Indultum* concessum Episcopo Santanderien. reformandi proprium Calendarium, non ita est intelligendum, ut aliis etiam Episcopis id ipsum liceat; sed si opportunam reformationem hii duxerint, transmittere debent exemplar Calendarii reformandi, ut examini S. R. C. subiciatur 4501. ad 6.
- Indultum* concessum Capitulo Boven. persolvendi horas canonicas de mane tempore hyemali, dummodo post meridiem Completorio finis imponatur 4568.
- Indultum* retinendi stallum dumtaxat Canonico de novo Canonicatu proviso, quas secum ferat praeeminentias in casu etc.? 4619. Vide *subiectam adnotationem*.
- Indultum* celebrandi Pontificalia pro certis diebus nequit extendi ad alios in Indulto non comprehensos 4641. *enm adnotatione*.
- Infantes* sepeliendi sunt in gentilitio Sepulchro, si illud parentes habent, secus in Sepulchro parvulorum 1261., item in quacumque Regularium Ecclesia ad parentum placitum 590., sed nomine parentum intelligitur tantummodo Pater 2342.
- Initia Prophetarum* Minorum Hebdomada V. mensis Novembris dicenda sunt etiam in Officio habente lectiones proprias, quamquam uno die tria initia recitanda sint 4393. ad 13.
- Initia Librorum* S. Scripturae in primo Nocturno resumenda sunt die sequenti, si impediatur die propria 4746. ad 5.
- Inquisitor* generalis Hispalensis Cardinalis equitans ad actus solemnes Inquisitionis quomodo se gerere debet? 10.
- Insignia Canonicalia* deferri nequeunt, nisi in propria Ecclesia 1619. 1626. 2861.; habentibus vero usum Cappae, et Rochetti, non licet cum hisce Insigniis Conciones habere, Poenitentiae, et Baptismi Sacramenta ministrare, nisi in propria Ecclesia, etiamsi gaudeant indulto iisdem utendi in functionibus, aliisque Officiis tam in propria, quam in alienis Ecclesiis 1626. Indultum huiusmodi obtinet in functionibus, in quibus Capitulum intervenit, uti Corpus, non autem in iis, quae sunt ab aliquo Canonico, veluti sunt Conciones, et Sacramentorum administratio. Vide super hoc Decretum generale num. 4537.
- Insignia Pontificalia*. Canonici decorati Insigniis Pontificalibus nequeunt iisdem uti, nisi servata forma privilegii. Ad tollendos abusus S. C. declaravit, quando, et quomodo eadem adhiberi possint, et quae ab eadem ea de re decreta sunt, Apostolica Constitutione a Pio VII. fuerunt approbata et confirmata. Quamobrem ab omnibus qui eo gaudent privilegio, omnino servari debent. Quod si aliqua Capitula amplioribus privilegiis aucta fuisse arbitrentur, ea ad S. R. C. deducenda erunt, ut quod permittendum, vel reformandum sit, decernatur. Constitutio Apostolica, qua eadem Decreta confirmantur, legitur post eiusdem S. C. responsa.
- Insignia honorifica*, veluti sunt usus Rochetti, Cappae, Mozzettae concessae Participantibus, Portionariis etc. alicuius Cathedralis Ecclesiae, ipsos non liberant ab iis muneribus, obsequiis, et officiis, ad quae tenebantur, priusquam novis illis ditarentur distinctivis 4593. cum *subiectis adnotationibus*.
- Intonare Officium* in Choro spectat ad Hebdomadarii exclusive quoad alios 2942.
- Instructio* Clementina pro Oratione 40. horarum extra Urbem non obligat, sed laudandi sunt, qui ei se conformant 4203.
- Introitus* nequit a cantoribus incipi, antequam Sacerdos ad Altare perveniat 4233. ad 7.
- Invitatorium* tempore Passionis 2506. ad 3. 3029. ad 1. 3347.
- Invitatorium* tempore Passionis quoad repetitionem, dum omittitur *Gloria Patri* etc. 3347.
- Invitatorium* dici non debet in Officio defunctorum, dum unicum legitur Nocturnum 4536. ad 13. In subiecta nota res magis illustratur, et diversae Auctorum sententiae expenduntur. Vide etiam num. 4887.
- S. *Ioachim* V. *Officium*.

- S. *Ioannis Baptistae* Nativitatis Festum celebrioribus adnumeratur, itaut in eo nequeat cantari unica Missa de Requite, etiam corpore praesente 4391. V. *Festum*.
- Ioannes*, quinam ex Sanctis huius nominis ille sit, qui legitur in Canone post Consecrationem? Vide *Canon*.
- S. *Ioannis Eleemosinarii* V. *Oratio*
- S. *Ioannis Nepomuceni* V. *Festum*.
- S. *Joseph* Festum de praecepto 598.
- S. *Joseph* transitus recolitur die 19. Martii, nec recolendum die 20. Iulii; nam Ioseph Iustus, qui sub hac die notatur, non est S. Ioseph Sponsus B. M. V., sed Ioseph Iustus, qui missus est in sortem cum S. Mathia 1628. 2073., ideo Festum, quod ab aliquibus erronee sub eo die celebrabatur, eliminandum esse decrevit S. R. C., prout sa. me. Innocentius X. eliminari iussit 2081.
- S. *Ioseph* Festum si cadat in maiori Hebdomada, nedum de eo nihil fieri debet, sed nec una Missa cantari, aut privatim dici: ita etiam nec consueta fieri processio 2250. ad 1.
- S. *Ioseph* Festum si transferatur, reponi debere ante illud Annunciationis iuxta Rubricas aliquando S. R. C. respondit 3196. ad 1. Verumtamen, re maturius discussa, dein generali Decreto statutum est, quod Annunciationis Festum occurrens in maiori Hebdomada transferatur ad feriam II. post Dominicam in Albis, tamquam in sedem propriam, posthabito etiam Festo S. Ioseph, quod erit ulterius transferendum 3202. 3204. 3281., si Festa translata Annunciationis, et S. Ioseph concurrant in Vesperis, hae integrae esse debent de Annunciatione cum commemoratione S. Ioseph 3196. ad 2., si occurrat Festum S. Ioseph cum Feria V. in Coena Domini, ac propterea quoad Officium transferendum sit, servandum tamen est quoad praeceptum, ideo aliquae Missae privatae permittuntur in Ecclesiis ante Missam conventualem, ut ex Decreto generali 3289. 3295. ad 1., in eius Officio a Minoribus de Observantia S. Francisci recitandae sunt lectiones secundi Nocturni desumptae ex S. Bernardo in Breviario Romano impressae, non autem ex S. Bernardino assignatae pro secundo Nocturno in Festo Patrocinii 4278.
- S. *Ioseph* Festum Patrocinii pro Dioecesi Hispanensi si celebrari nequeat in Dominica 3. post

Pascha alio Festo impedita, S. R. C. transferri posse indulsit, assignata ab Episcopo certa alia die, quae non sit Dominica fixa 4039. ad 2. (Agebatur de impedimento non accidentali, sed perpetuo, idcirco necessaria erat immutatio, secus numquam de eo fieri potuisset). Ubi celebratur sub ritu dup. secundae classis, si occurrat cum Festo altioris ritus, vel maioris dignitatis, transferendum ad primam diem non impeditam, excepta Dominica 4110. ad 1. 4366. 1. 4442. ad 3., ubi celebratur sub ritu dup. min., occurrente impedimento, omittitur 4271., quandoque tamen omittendum esse edixit, etiamsi celebretur sub. ritu dup. 2. classis 4143. ad 3., occurrens cum Festis S. Marci, vel SSrum Apostolorum Philippi, et Iacobi quandoque respondit praefendum esse 4143. ad 1. et 2., alias Festis Apostolorum non esse praefendum dixit 4110. ad 2. 4366. ad 2., ea ratione potissimum, quia agitur de Festo secundario, et non primario 4401. ad 17. et 18., si concurrat in Vesperis, has integras esse debere de S. Iosepho in casu particulari S. R. C. respondit, iussit tamen deleri verba, quae legebantur in dubio: *atque illi*: (scilicet Festo Apostolorum) *praeferatur* 4366. ad 3., maiorem quippe dignitatem attendendam esse censuit in concursu Festi antecedentis, vel subsequentis, quod finem habet, vel incipit; non autem in occurso; quia, cum de duobus eadem die fieri nequeat, Festum primum aequalis ritus praevalere debet, in occurso cum Festo maioris quidem dignitatis, sed secundario. Atque hoc pacto conciliari posse videntur Decreta, quae specietenus pugnantia apparent. Verumtamen postea, re maturius explorata, censuit in paritate ritus, tam in occurrentia, quam in concurrentia maiorem dignitatem attendendam non esse, sed Festum primum SS. Apostolorum praefendum esse secundario Patrocinii S. Ioseph 4395. ad 11. 4491. 5117. ad 7., quoad translationem vero quandoque concessam, quandoque negatam, casus particulares attendi debent, et termini concessionum: praeterea qualitas impedimenti vel perpetui, vel accidentalis. Ubi enim assignata dies perpetuo est impedita, congruit, ut alia designetur, ne indulum suo careat effectu; quod non accidit, si impedimentum est accidentale, quia hoc in casu regula servanda est, quod Festa alicui mobili Dominicae affixa, hac accidentaliter impedita, eo anno omitti debeant. Sed quaestio omnis cessat, postquam

S. R. C. sub die 11. Ianuarii 1749. declaravit, Festum Patrocinii, non obstantibus Decretis, quae afferri possunt in contrarium, in tota Hispania transferendum esse, quatenus Dominica assignata sit impedita, addita sequenti amplissima expressione. *Et haec declaratio facta pro Regnis Hispaniae valet etiam pro aliis Regnis, quibus idem Officium concessum est* 4198. ad 2.

S. *Ioseph Festum Patrocinii* a Dominica 3. post Pascha translatum pro Ecclesiis Portugalliae ad Dominicam 2. Octobris cum novo Officio, potest a Regularibus ibi existentibus celebrari cum novo Officio, ut fit a reliquo Clero in die noviter assignata 4395. ad 10.

S. *Ioseph Festum Patrocinii*, quod apud Carmelitas est primae classis, cedere debet Festo aequalis ritus Patroni principalis Dioecesis, ac proinde transferri, licet illud Patrocinii celebretur cum magno apparatu, ac pompa; non item aliud Patroni. Quod si ambo transferri debeant ob occursum Titularis Ecclesiae, servandus est ordo Rubricae de translatione Festorum 4487. ad 5., si transferatur extra tempus Paschale Antiphonae sumendae sunt ex Officio diei Festi, quod celebratur die 19. Martii 4442. ad 4.

S. *Ioseph commemoratio* fieri non debet, nisi ab iis, quibus indultum est, in Festo Desponsationis B. M. V. 4044. ad Tit. de commemorat. 4049. 4056. ad 3.

S. *Ioseph* nomen Canonici addendum non est, sed, ut in Oratione *A cunctis* legi valeat, permittitur 4520.

S. *Ioseph* in Patronum electus habet Symbolum in Missa 4988. ad 1.

Iubilaeum ad quindecim dies duraturum, publicatum prima Dominica mensis, finiendum iuxta concessionem in tertia Dominica, integram includere hanc tertiam Dominicam declaratur 773.

Iuramentum praestari posse diebus festivis a Medicis, occasione recipiendi lauream doctoralem S. R. C. declarat 2893.

Ius benedicendi novas naves non est de Parochialibus 2549.

K

Kalendarium V. Calendarium.

Laicalis Potestas ne praecedat Episcopum, nisi in Congregationibus Status, in quibus Rector praesidere debet 116.

Laicis non licet tempore divinae psalmodiae in Presbyterio stare, vel sedere, nec in Processionibus mixtim incedere cum Clero 233. 257. 413. 2215. ad 2. 2269. 2320. 2372. 2414. ad 1.

Laicis, quamvis Regii Praesides sint, non licet habere sedes in Presbyterio 1238. 1394.

Laici nullum ius acquirunt super sedibus, et scamnis retentis in Ecclesiis; et Episcopus potest ex causa de his disponere 1418.

Laicis Regularibus candelabra, et Crucem deferentibus nullo modo permittendus est usus Albae, Dalmaticae, Pluvialis, et similium 1972. ad 6.

Laicus minister, sive Ostiarius non debet inter Clericos incedere, sed praere ante Crucem, quacumque consuetudine in contrarium non obstante 239.

Laici, quacumque Dignitate fulgeant, associantes Processiones, in quibus deferuntur Sanctorum Reliquiae, non sunt thurificandi a Sacerdote Pluviali induto, quemadmodum thurificari solet Episcopus, si intersit, post thurificationem Reliquiarum 3086.

Lamentationes, et Lectiones secundi, et tertii Nocturni in Officio tenebrarum, si nequeunt haberi cantores, debent cantari a Canonicis, incipiendo a iunioribus 582.

Lampas retinenda est intra, et ante Altare Sanctissimi Sacramenti, ut continuo ardeat. Mos illam retinendi longe ab Altare reprobatur 3525.

Lampades ex oleo imminere non debent mensae Altaris, sed lateraliter collocandae sunt 4578. ad 7.

Lateranenses Canonici regulares in publicis Processionibus debent deferre Crucem cum velo appenso, ut fit ab aliis Regularibus 526.

In Latii Provincia a die 27. Octobris ad Dominicam sequentem transfertur obligatio audiendi Sacrum 4929.

Laudes in Cathedralibus persolvendae sunt cum cantu post primam Missam in nocte Nativi-

- tatis Domini, nisi aliqua urgente causa Apostolica Sedes indulgeat ut eadem simpliciter legi possint 4582. 4672. ad 1. et 2. Vide *subiectas adnotationes*.
- Laudes* quo ritu decantandae in Solemnitatibus? 4672. ad 3. et 4., recitari nequeunt a Cappellani tempore IX. Lectionis, et Hymni *Te Deum* etc. Consuetudo contraria reprobatur. *Ibidem* ad 5. Vide *subiectam adnotationem*.
- Lectiones* duo primae terti Nocturni, quando Matutinum solemniter celebratur ab Episcopo, cantandae sunt a duobus Canonicis, qui eidem assistunt, nec ab aliis sub quovis praetextu consuetudinis 532.
- Lectionem nonam* canente digniori Presbytero, dignior de Choro debet benedictionem imperitari verbis illis - *Ad societatem* etc., et abusus est, ac corruptela omnino damnanda, quod Chorus absque benedictione respondeat. *Amen* 1968.
- Lectionem de Festo simplici* infra Octavam Corporis Christi legendam esse S. R. C. primum responderat 2013. ad 1.; sed, re maturius discussa, et animadvertens disparitatem Rubricae inter Octavam Ascensionis, et illam Corporis Christi, in aliam abiit sententiam, nec lectionem de Sancto simplici legendam esse sancivit 2483. 2747. ad 1.; verum id intelligitur, si fiat de Octava; nam si occurrat Festum duplex, legitur nona lectio de simplici 2561. ad 1. 2872. 3301. ad 9. 3718. ad 7., non legitur nec in Officio Dominicae infra Octavam, ubi haec excludit omnia duplicia, nisi sint 1. class. 4476.
- Lectio nona* de Sancto simplici legi debet sine titulo 3459. ad 2.
- Lectiones* primi Nocturni in Festis Beatorum, quae fiunt sub ritu dup. mai. debent sumi de Comuni 2284. ad 6.
- Lectiones* primi Nocturni in Officio Tenebrarum a quibusnam cantandae? 2497. Vide etiam 582.
- Lectiones* propriae non admittantur pro Regularibus, nisi decretae a Capitulo generali 2895. ad 1., neque pro Monialibus Ordinario subiectis, nisi petitiones fiant ab ipso Ordinario. *Ibidem* ad 2., ita etiam Ordinariorum instantiae accedere debent petitionibus Communitatum. *Ibidem* ad 3.
- Lectiones* de Scriptura occurrente dici debent in Officio ritus dup. min. iuxta concessionem, etsi Festum celebretur solemniter, et de praecepto 3301. ad 10.
- Lectiones* de Scriptura si eadem die sumantur ex pluribus initiis, prout accidit mense Novembri, satis est unicam legere pro unoquoque initio: haud tamen licet sub unica die poni plusquam tria initia 3477. ad 11. et 12., idcirco si multiplicia sint Officia, quae habent lectiones proprias, omitti possunt initia, quae nequeunt habere locum. *Ibidem* ad 13.
- Lectiones* primi Nocturni in Festo S. Theresiae sunt de Scriptura occurrente 4119. ad 12., in Octava Dedicacionis Ecclesiae de Comuni. *Ibidem*.
- Lectiones* de initio Libri Exodi, quae leguntur Dominica IV. Quadragesimae, si legi nequeant ob occursum Festi dup. 1. class., reassumendae sunt infra Hebdomadam, si fiat de Festo novem lectionum, in quo legendae essent in primo Nocturno de Scriptura occurrente, quatenus Festum extra Quadragesimam occurrisset 4039. ad 6.
- Lectiones* in Officio votivo S. Scholasticae singulis mensibus recitando, si in uno mense recitari nequiverint, non sunt recitandae in mense sequenti 4044. ad *Tit. de Off. S. Scholasticae*.
- Lectiones* primi Nocturni in Officio S. Ioannis Chrysostomi, si fiat extra Quadragesimam, erunt de Scriptura occurrente. Item in Officio S. Ioannis de Matha: non autem sic in Officio S. Anselmi, quod, quocumque tempore recitetur, semper habet lectiones de Comuni *Doctorem Sapientiam* etc. 4044. ad *Tit. de Benedict. et lect. Dub. 9.*, quando lectiones assignantur propriae, vel de Comuni, non sunt omittendae, ut reponatur aliquod initium libri, quod reponendum erit infra Hebdomadam in Officio ritus inferioris, minoris dignitatis, et solemnitatis. *Ibidem*, semper lectiones esse debent de Scriptura occurrente, nisi habeatur concessio specialis pro recitandis aliis lectionibus. *Ibidem*.
- Lectiones* de Scriptura in Octava Ascensionis ab utentibus Officio Monastico exigendae sunt iuxta dispositionem Breviarii Monastici, et si aliquod initium legi nequeat, eo anno omitatur 4044. de *Benedict. et lect. Dub. 4.*, servandus est ordo Breviarii Romani quoad lectiones Hebdomadae V. Octobris, si hic mensis habeat tantummodo quatuor Dominicas. *Ibidem* ad 4., in lectione VIII. Officii S. Gregorii VII. expungendus dies obitus. *Ibidem* ad 6., quoad Evangelium, et respectivas Homilias, quae aliquando diversificant, servandus est ordo Breviarii Nationalis Monastici. *Ibi-*

- dem circa lection. 3. noct. Dub. 2.*, quae Homilia recitari debeat in Officio S. Raphaelis Archangeli Dominica 3. post Pascha? *Ibidem Dub. 3.*, quod Evangelium cum Homilia in Festo S. Petri martyr. translato post tempus Paschale? *Ibidem Dub. 6.*, lectiones, et Evangelium in Vigilia Omnium Sanctorum, si haec anticipetur die 30. Octobris, quo fit a Monachis Officium Sacrarum Reliquiarum, debent esse de Homilia S. Ambrosii ad Evangelium - *Descendens de Monte etc. Ibidem ad 8.*
- Lectionum initia* quomodo sint reponenda, si legi nequeant in diebus, in quibus notantur, 4044., *alia Dubia ad 5.*
- Lectiones* in Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi, si occurrat infra Hebdomadam IV. post Pascha, in primo Nocturno erunt illae, quae notantur sub ea Feria, et initium Epistolae ponatur suo loco in Dominica IV. 4044., *alia Dubia ad 7.*
- Lectiones primi Nocturni* in Sabbato, in quo occurrit Officium novem lectionum cum commemoratione Dominicæ anticipatae post Epiphaniam, quales esse debeant? 4366. *ad 4.* 4378. *ad 10.*
- Lectiones primi Nocturni* in Officio rit. dup. min. semper esse debent de Scriptura occurrente, nisi constet de speciali concessione 4448. *ad 20.* 4478. *ad 3.* 4669. *ad 48.* 4787. *ad 6.* 7. 8. *et 9.* 4849. *ad 1.*
- Lectiones* quænam legendæ infra Octavam S. Ioannis Baptistæ, sive quinam ordo tenendus in iis legendis, si aliqui dies fuerint impediti? 4526. *ad 5.*
- Lectiones primi Nocturni* in Officio S. Eulaliæ dup. min. esse debent de Scriptura occurrente, etsi Responsoria sint propria 4549. *ad 4.* Vide *subiectam adnotationem.*
- Lectiones et Homiliae* legendæ sunt, quæ in proprio Breviario assignantur 4549. *ad 5.*
- Lectiones primi Nocturni* positæ in Comuni dicendæ in Festis Sanctorum occurrentium tempore Quadragesimæ, recitandæ sunt, quæ habentur in primo vel secundo loco, prout sunt illæ tertiæ Nocturni 4746. *ad 4.*
- Lectio octava* iungatur nonæ si lectio sit historica, et omitti deberet ob occursum nonæ lectionis de Homilia 4746. *ad 6.* 4767. *ad 2.*
- Lectiones secundi et tertiæ Nocturni* in die Octava Sanctorum, si non adsint propriae, sumendæ sunt ex Octavario Romano 4767. *ad 1.*
- Lectiones* quænam legendæ sunt in die Octava alicuius Festi, de quo numquam recitatum est Officium infra Octavam? 4787. *ad 5.*
- Lectiones primi Nocturni* sunt de Comuni in Officiis, quæ habent Responsoria propria 4787. *ad 10.*
- Pro Lectionibus primi Nocturni* standum est concessionis verbis 5064. *ad 2.*
- Lectiones secundi et tertiæ Nocturni* in die Octava S. Mariæ Magdalenæ sumi debent ex Octavario Romano in Festo eiusdem Sanctæ 5146. *ad 1.*
- Lectiones primi Nocturni* in festo S. Raymundi Nonnati ritus duplicis, et in Festo S. Stanislai Kostkæ sunt de Scriptura occurrente 5157. *ad 1. et 2.* 5180. *ad 10.*
- Lectiones secundi et tertiæ Nocturni* diebus infra Octavas, vel Octavarum Sanctorum Titularium, vel Patronorum desumi possunt ex Octavario Romano, quando non habentur in Breviario Romano 5227.
- Lector in Lectionibus* ad Officium potest tenere manus vel super legile, vel iunctas ante pectus 4767. *ad 3.*
- Legatum* relictum cum onere celebrandi qualibet Dominica Missam de Resurrectione Domini, nequit adimpleri, et per SSmum commutatur voluntas 854., ita etiam Legatum relictum cum onere celebrandi Missam de S. Rocho in Ecclesia, in qua iuxta Decreta de eo fieri non licet 2555.
- Legatum* relictum cum onere recitandi quotidie post Completorium psalmum *De profundis* cum Oratione *Inclina*, debet adimpleri 1257.
- Legatum* relictum cum onere recitandi singulis Feriis sextis, absoluta Missa, Passionem Domini secundum Ioannem, implendum est, sed exutis vestibus Sacerdotalibus, cum sola Cotta in Altari, vel in Sacristia 2490.
- Legata Pia* relicta cum onere celebrandi aliquod Officium sub altiori ritu, eo, qui notatur in Calendario, non vitiantur, licet adimpleri nequeat apposita conditio quoad ritum Ecclesiasticum; et tantummodo possit quoad pompam extrinsecam 1501., et tuta conscientia retineri possunt huiusmodi Legata recitando Officia iuxta ordinem Breviarii Romani 1579.
- Legati Pii*, cuius fundatio ignoratur, recitandi post Missam Conventualem Domini Passionem a Festo Resurrectionis ad Festum S. Lucae, onus reformatur, et modus in posterum servan-

- du* praescribitur 4567. Vide *subiectam adnotationem*.
- Legato Cardinali* porrigendum est Aspersorium a Digniore Ecclesiae, quam ingreditur 946.
- S. Leocadia*. Aliqua dubia enodantur quoad eius Festum, quod peragitur in Ecclesia Toletana 16.
- De Licentia* quadam piscatoribus concessa 143.
- Liber Benedictionum* auctore Bernardo Sannig. reprobatur 4681. *ad 5*.
- Libri* a Sede Apostolica approbati adhibendi sunt in Functionibus et Benedictionibus, et in iis tantum formulis, quae Rituali Romani sunt omnino conformes 4681. *ad 5*.
- In Librorum Liturgicorum* editione servantur Constitutiones et Decreta Summorum Pontificum 4690. 4701. Vide de hoc Decretum generale 4730.
- De Libris Liturgicis*, in quorum editione non fuerunt servatae conditiones ab Apostolicis Constitutionibus requisitae, edixit S. R. C. servari generale Decretum diei 26. Aprilis 1834. 4957. 5066.
- Litaniae* non approbantur praeter consuetas impressas in Breviario, et alias de B. M. V. prout recitantur in Alma Domo Lauretana 374. *ad 16*. 751. 894. 932. 1212. 1410. 1900. 2197. 4857. *ad 3*., neque in illis Sanctorum addi possunt eorum nomina, quorum Reliquiae in Ecclesia asservantur 585., aut Titularium, et Patronorum 906. 1782. 1999., aut Sanctorum Ordinis 1708., aliquando tamen S. R. C. respondit, tolerari posse, quod iuxta morem regionis addatur in Litaniis, et *Confiteor* nomen Fundatoris 2702., quandoque Litaniis Lauretanis addatur: *Regina Sacratissimi Rosarii* 2741., pro Regnis Hispaniarum indultum, ut adderetur *Mater immaculata* post *ŷ*. *Mater intemerata* 4339., de regula tamen est, quod nulla facienda sit additio intuitu specialis devotionis 2181. 2270., nisi doceatur de Apostolico indulto 3025. *ad 3*.
- Litaniae* de SS. Nomine Iesu ex gravissimis causis, et peculiaribus rationibus approbantur 1553.
- Litaniae* in honorem S. Antonii prohibentur, et Episcopo iniungitur, ut formulas omnes tam impressas, quam Mss. colligat, et ad S. R. C. transmittat 1775., in honorem S. Annae reprobatae 3043.
- Litaniae* abbreviatae decantari non licet 2681.
- Litaniae* maiores, et Processio recitandae, et respective facienda in die S. Marci, si hoc Festum occurrat in Dominica Paschatis Resurrectionis, transferri debent in Feriam 3. proxime sequentem 709. 2340., infra Octavam non transferuntur. Si vero alicubi annexam habeant abstinentiam, quoad hanc servanda est consuetudo regionis 3710. *ad 5*., ab iis, qui non intersunt Processionibus, nequeunt anticipari die praecedenti post recitatum Matutinum, sed recitari debent in eadem die, in qua cadunt 4378. *ad 16*., non duplicantur nisi in Processione 5185. *ad 2*.
- Litaniis Sanctorum* nullum versiculum addere licet, nisi constet de Apostolica concessione. Ita etiam prohibentur formulae omnes vel impressae, vel Mss. Litaniarum, nisi documentis appareat adprobata fuisse 4578. *ad 8*.
- Litaniae* non aliae recitentur in Oratione 40. Horarum praeter impressas typis Camerae Apostolicae, vel iisdem omnino conformes 4578. *ad 8*.
- Litaniae*, quae assignantur pro Sabbato Sancto Paschae, et Pentecostes, nequeunt aliis temporibus recitari 4714. *ad 1*.
- In Litaniis Sanctorum* recitari debent *ŷŷ*. *A peste, fame, et bello*. *A flagello terraemotus*; post *ŷ*. *A fulgure etc.* 5111. *ad 1*.
- Litterae Apostolicae* ad locorum Ordinarios, quibus declaratur et moderatur assertum privilegii Sodalitatis S. Mariae de Campo Sancto communicandi indiscriminatim facultatem utendi Ara portatili 4548. Vide *subiectam adnotationem*.
- Litterae Apostolicae* reductionis Festorum pro utriusque Siciliae Regnis 4551. 4552.
- Litterae Apostolicae* de Prothonotariis V. *Constitutio*.
- Locumtenens* Archiepiscopi debet sedere in Choro in loco suae receptionis, nec ei convenit sedes distincta cum pulvino, in habitu communi, nec thuris, et pacis honor ante Dignitates, et Canonicos 464.
- S. Lucae Evangelistae V. Festum*.
- Luminaria* duo cum oleo permittenda non sunt loco Candelarum, dum horae Canonicae persolvuntur in Choro diebus ferialibus 3597. *ad 15*.

- M**
- Magistris Caeremoniarum Apostolicarum* in aequitationibus conceditur usus Pilei semipontificalis, eo quod ipsi Prothonotariorum Apostolicorum non participantium, et Secretorum Pontificis Cubiculariorum praerogativis fulgeant 1499., fisdem debentur a Causarum Postulatoribus in Sanctorum Canonizatione pictae tabulae Sanctos ipsos repraesentantes 4892.
- Magister Caeremoniarum* non habet certum locum in Processionibus, sed discurrere debet, ut necessarius ordo servetur 163., in aliis functionibus in egressu a Sacristia ad Altare comitendo Celebrantem et Ministros etc. locum tenere debet a Libro Caeremoniali praescriptum 4536. ad 2. Vide *appositam adnotationem*.
- Magister Caeremoniarum* debet assistere apud Celebrantem, vel sedere ad eius pedes: dum vero eius assistentia non requiritur, sedeat in loco sibi conveniente 419. 537. 1110. 3581. 4536. ad 8. et 9., cum *subiecta adnotatione*.
- Magister Caeremoniarum* quoad stipendium, et electionem 1127.
- Magister Caeremoniarum* nequit comitari Acolytum thurificatorum Magistratum saecularem 1807. Resolutio contraria 2272. ad 2.
- Magister Caeremoniarum* non repugnat, quod sit Canonicus 3300.
- Magister Caeremoniarum* assistere debet cum Cotta 2399. ad 7., ei competit usus vestis violaceae, sed non sericae materiae, nec cum globulis rubei coloris 2130., duo in Cathedralibus esse debent, quorum alter assistat soli Episcopo, alter Dignitatibus, et Canonicis 3328.
- Magister Caeremoniarum*, non autem Acolytus debet recipere biretum a primo assistente Canonico celebrante in Vesperis, tempore, quo a Celebrante thurificantur Altaria etc. 3505.
- Magister Caeremoniarum Collegiatae S. Antonini Placentiae* nequit associare Capitulum cum habitu violaceo, et cum gestatione ferulae in Processionibus publicis, quibus interest Capitulum Cathedralis 3980. ad 1.
- Magistri Caeremoniarum* electio competit Capitulo, confirmatio spectat ad Episcopum, qui potest eam denegare, quin teneatur causas exprimere 4023. ad 1. et 2., nec tamen sic electus censendus est privative deputatus ad assistendum tam intra, quam extra Cathedrallem Episcopum, qui potest alium pro se, suisque functionibus seligere. *Ibidem* ad 3. et 4., atque illi ab Episcopo electo omnes Capitulares tenentur obedire quoad ea, quae circa Divinum cultum versantur. *Ibidem* ad 5. Vide etiam 4028. ad 1. et 2., cum sit Director et non famulus Canonicorum 4536. ad 11. Vide *subiectam adnotationem*. Potest uti veste violacea tantum in functionibus Episcopalibus ex dispositione Caeremonialis, non ex dispositione Capituli 4028. ad 3., dum assistit Missis solemnibus, et aliis functionibus nequit uti pileolo 4024.
- Magister Caeremoniarum* tenetur ab Episcopo exquirere, utrum, et quando velit accedere ad Ecclesiam assistendi causa Officiis Divinis, in quibus Episcopus solet assistere 4103. ad 3.
- Magistris Caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis* solummodo competit, et non aliis usus vestis violaceae, et gestatio ferulae 4153. ad 7. 4226. ad 9.
- Magister Caeremoniarum* genuflectere debet ad γ . *Et incarnatus est etc.* quando cantatur a Choro, quamvis ipse stet pro monendo Celebrante de inclinatione facienda 5208. ad 3.
- Magister Cappellae* nullo modo debet incedere cum Beneficiatis, sed ire debet cum Cantoribus 434. 435.
- Magister Sacri Palatii* nequit permittere impressionem librorum circa caeremonias, Officia, et ritus, sine expressa licentia S. R. C. 581.
- Magistratus* obsequia erga Episcopum, et Ecclesiam Cathedrallem, de loco ipsi debito; de pacis, et thuris honore ei exhibendo 88. 127. 271. 357. 856. 864. 1405. 2160. 2182. 2663. 4015., locum habere nequit in Presbyterio 1394. 3240., quomodo ei pax danda, et thuris honor? 1106. 1223. 1250. 3314.
- Magistratus* dare debet praeeminentiam Canonicis Cathedralis assistentibus cum habitu Canonicali Divinis Officiis, et concioni tam in propria, quam in alia quacumque Ecclesia 424., sed thurificandus ante Canonicos, dum hi assistunt non collegialiter, sed uti singuli, eisque praecedit 741. 997.
- Magistratus* in Vesperis thurificandus est ab altero ex Beneficiatis Pluviali indutis 923. ad 2.
- Magistratus* nequit occupare locum Capituli, et Cleri, qui debet esse dignior immediate post Episcopum 1401. ad 1., in distributione ei faciendae Candelarum, Cinerum, Palmarum, Processionibus, adoratione Crucis, servandum est Caeremoniale Episcoporum. *Ibidem* ad 2. 3. 4.

5. 6. 7. et 8. 4703., nec valet consuetudo contraria, forsitan inducta, quae abusus declaratur 1962.
- Magistratus* cogendus ad praestandum debita obsequia opportunis remediis 357. 1401. *ad* 9. 1624., et ad interessendum functionibus Ecclesiae 128. 129. 137. 3207. 3218. *ad* 2. 3410.
- Magistratus* antiqua consuetudo incedendi in Processione SS^mi Sacramenti, non ut Caeremoniale praescribit, sed ante, vel post Baldachinum, est servanda 503.
- Magistratus, et Iurati*, qui non sunt de maioribus, et perpetuis, in omnibus, et per omnia cedere debent Canonicis Cathedralis 511. 512.
- Magistratus* nequit exigere a Celebrante reverentiam ante initium, et in fine Missae 1455. 3218. *ad* 1., sed si mos vigeat, salutandus ex urbanitate in accessu, et regressu 2819.
- Magistratus* thurificandus duplici ductu post Canonicos, Gubernator vero pariter duplici post Vicarium 1296. 1811. 2020. 2436. 2378., in parvis Oppidis, in Paroeciis etc. post omnes de Clero 2528. 2535. 2798., thurificandus ab Acolytho nedum post Canonicos, sed etiam post Subdiaconum paratum 2494. *ad* 1. Vide etiam 3207. 3211. *ad* 2.
- Magistratus* genuflectere debet, dum Episcopus impertitur solemnem benedictionem 1312. 2777. 2789. *ad* 1. 2796. 2817. *ad* 1., ut etiam, dum accipit Candelam, Cineres, et Palmam 2637. *ad* 6. 2789. *ad* 3.
- Magistratus*, dum accedit ad palatium Episcopale pro Episcopo excipiendo, nequit exigere, ut pulsetur campanula, et cogendus ad solita obsequia 1826., et alio quolibet cessante praetextu 2148.
- Magistratus* renuens ad Ecclesiam accedere, ne locum cedat Canonicis, ad consueta obsequia praestanda cogendus est 1880. 1892., cogi tamen nequit aliis diebus ultra solitos 2201., neque Syndici cogendi ad dandam aquam manibus Episcopi, sed ad hoc praestandum obsequium hortandi sunt 2217.
- Magistratus* quae non conveniunt, non obstante inita transactione 1911., non ei concedenda est dextera ab Episcopo, etiamsi sit in aedibus Episcopalis 2068.
- Magistratus* locum habere nequit in Presbyterio 2036., nequit compelli ad operiendum humeros velo, dum aquam ministrat, aut ad sustinendum Pluvialis fimbrias. *Ibidem*, cogi tamen potest ad consueta officia praestanda 2037. 2108. 2244. 2780. 2796., licet, ut duo ex Ma-
- gistratus dignioribus associantes Episcopum hinc inde ab eius latere incedant 157., quamquam nequeat cogi ad interessendum in manuum ablutione, Episcopo solemner celebrante, laudandus tamen est, si faciat 1537.
- Magistratus* thurificandus non est per Diaconum, licet afferatur consuetudo, neque per Canonicum, quamvis Episcopus id iusserit; satis est, ut fiat per Sacristam 2100., neque ei indulgendum, ut confessionem faciat cum Subdiacono, et ab altero Subdiacono, qui ad hunc effectum paratur, thus, et pacem recipiat; nec valet usus, qui omnino est eliminandus 2155., neque ei licet recipere Cineres in capite ieiunii, adorare Crucem Feria VI. in Parasceve, et Eucharistia refici Feria V. in Coena Domini ante Sacerdotes paratos 2770. *ad* 4., ei pariter non licet quidquam innovare circa sedes, stratum, et pulvinaria 1800. 2211.
- Magistratus* salutandus non est in transitu a Celebrante, sacrisque Ministris detecto capite, sed capite tecto 2245., ab aliis vero non indutis sacris vestibus salutari debet capite detecto 2255.
- Magistratus* solita obsequia praestare debet Episcopo prima vice visitationem instituenti; in aliis visitationibus laudandus, si faciat, sed non cogendus 2292., sedere debet in scamno non in sedibus 2354., nequit sedere in Presbyterio, non obstante contraria consuetudine 2406. 2489. 2578., debet incedere ante Crucem Cleri, non post Episcopum, dum is civitatem, vel oppidum visitat 2553., accedere debet ad Cathedralem Feria IV. Cinerum, Feria VI. in Parasceve 2588., mercenarii, qui simul conveniunt cum Magistratu nullo modo sunt thurificandi 2494. *ad* 3. et 4.
- Magistratus* potest ante se per famulum deferre clavam, dummodo consuetudo sit legitime praescripta 1972. *ad* 2.
- Magistratus* quoad associationem Episcopi 3269.
- Magistratus* nequit impediri, quominus accedat ad Ecclesias, ut sacris intersit Functionibus 2731. *ad* 2. 2750. *ad* 1. et 2., ei assignandus est locus pro audiendis concionibus 2731. *ad* 3., extra Cathedralem Divinis assistens debet praestare Episcopo solita obsequia 2750. *ad* 3., et thurificandus, ut in Cathedrali. *Ibidem ad* 4.
- Magistratus* accedens ad excipiendum Episcopum, non potest sibi usurpare manum dexteram; si hac de causa renuat accedere, cogendus iuris remediis 3081., in actu visitationis incedere debet non post Episcopum, sed ante Crucem

- 3084., cogendus ab observantiam Caeremonialis 3099.
- Magistratus*, alique nobiles viri adstantes Divinis, nequeunt pileo operire caput, dum Ecclesiastici illud operiunt bireto 3107. *ad* 2. 3230.
- Magistratus* in primo ingressu Episcopi tenetur servare modum, et formam, ut praescribit Liber Caeremonialis 3108.
- Magistratus* nequit incedere capite tecto, dum defert hastas Baldachini in Processionibus, cum sacris Reliquiis 3169. 3185.
- Magistratus* locum habere nequit in Presbyterio, non obstante transactione inita inter ipsum, et Capitulum, quae non sustinetur 3182. *ad* 1. *et* 2., neque potest uti sedibus cum tapete, suppedaneo, et pulvinari. *Ibidem ad* 3. 3211. *ad* 3.; attamen quoad Magistratum Barensen S. R. C., moderato decreto, indulgit postea sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis 3229. Vide etiam 3307. Decreta, quae iubent, ne Magistratus locum habeat in Presbyterio, non limitantur ad solam Ecclesiam Cathedrali, vel ad solum Magistratum, sed extenduntur ad omnes Ecclesias etiam Regularium, et in prohibitione comprehendunt quoscumque laicos 3213.
- Magistratus Spoletano* in casu tantum, quo Episcopus peragat Pontificalia, S. R. C. indulgit sedile a latere Altaris maioris, attento quod locus assignatus non comprehenditur in Presbyterio 3264.
- Magistratus*, qui adstitit Missae Pontificali, expectare debet benedictionem Episcopi, antequam discedat 3336.
- Magistratus inferiori* nequit Episcopus concedere thurificationem duplici ductu 3401. *ad* 1.
- Magistratus* nequit quidquam innovare circa panum, in quo genuflectit in actu associationis Episcopi 3410., quod Decretum respicit in specie Magistratum Camerini. Et quoniam Episcopi iussionibus minime obtemperabat; duo S. R. C. Cardinales ad id deputati quaedam ediderunt Decreta a Governatore, et Magistratu omnino servanda, quae leguntur sub num. 3468. 3469. Vide etiam 3498.
- Magistratus, Iudices*, ac ceteri laici de Collegio locum habere nequeunt in Synodo 3549. *ad* 7.
- Magistratus* tenetur interesse Festis solemnioribus in Cathedrali, et Processionibus, associare Episcopum etc. 3606.
- Magistratus* ut a Diacono thurificetur, stante antiqua consuetudine, permitti posse S. R. C. respondit 3683.
- Magistratus* permittendus non est locus sedendi in Presbyterio, licet in humiliori parte, et a Clero separato 3695.
- Magistratus* ministrans aquam pro lotione manuum Episcopi solemniter celebrantis, in eundo, et redeundo nedum Altari, sed etiam Episcopo facere debet genuflexionem 3717. *ad* 1., accedere debet ad abacum pro accipiendis pelvi, et urceo cum aqua. *Ibid. ad* 2., uti debet velo serico humerali. *Ibid. ad* 3., si adsit consuetudo cogi potest ad huiusmodi obsequia. *Ibid. ad* 4.
- Magistratus* tenetur accedere ad Ecclesias Confraternitatum, et Regularium, quibus solet interesse 3861. *ad* 3.
- Magistratus*, etiam absente Governatore, debet excipere ab aula Episcopum, et comitari tam in accessu, quam in recessu, dum Cappa indutus ad Ecclesiam venit, et ei obviam ire usque ad ianuam, dum accedit habitu Episcopali praelatio indutus 3878. *ad* 1. 2. *et* 3., non ei licet incedere hinc inde, sed post Episcopum. *Ibidem ad* 4., nec genuflectere in eodem genuflexorio cum Episcopo. *Ibidem ad* 5., non ei debetur reverentia a Celebrante, priusquam is ab Altari discedat. *Ibidem ad* 6.
- Magistratus Velitarum* in Festo S. Francisci Xaverii potest incedere cum clava, et comitatu, ut in festivitatibus quatuor Patronorum 3915. *ad* 1., nullibi thurificandus est duplici ductu. *Ibidem ad* 2., recipere debet osculum pacis cum instrumento. *Ibidem ad* 3., nequit exigere reverentiam a Sacerdote post finem Missae. *Ibidem ad* 4., accedente in habitu ad interessendum Missae privatae, debent accendi in Altari quatuor Candelae. *Ibidem ad* 5., nequit immediate post Canonicos ante Beneficiatos admitti ad Crucis adorationem, et ad Cineres. *Ibidem ad* 6., in Processionibus singuli de Magistratu debent suis manibus intortitia deferre. *Ibidem ad* 7., licitus est sonitus tubarum tam in accessu ad Ecclesiam, quam in elevatione Sacramenti ad Missam, sed extra ianuam. *Ibidem ad* 8. *et* 9., nequit scamnum poni intra Presbyterium. *Ibidem ad* 10., in aliquibus Ecclesiis poni poterit a cornu Evangelii, arbitrio tamen Emi Episcopi. *Ibidem ad* 11., idem Magistratus cogendus ad deferendum solitas oblationes in consuetis festivitatibus, et ad solutiones earum, quae omissae fuerunt 3935.

nisi quando ceu Mansionarius incedit, et si Choro intersit, gaudet distributionibus, nisi aliter fuerit in Constitutionibus provisum 5201.

Vide alia V. *Beneficiati. Cappellani.*

Manus Sacerdotis ad - Hanc igitur - debent ita extendi, ut Palmae sint apertae pollice dextero supra sinistrum in modum crucis super manus, non vero infra manus. Et Cruces, quae fiunt super oblata, non sunt faciendae manu transversa, sed recta in transversa parte Crucis 2241. *ad 4. et 5.*

Manutergium supra Calicem deferre non licet 3661.

S. *Marci V. Festum.*

S. *Mariae Virg. Annunciationis Festum* incidens in Feriam V. Coenae Domini servat praeceptum audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus; ideo in omnibus Ecclesiis aliquae permittuntur Missae praeter solemnem 2040. 3893. (Decretum generale). Ubi indultum est, ut transferri possit cum Octava post Pascha, si incidat in Hebdomadam maiorem fiat Feria II. post Dominicam in Albis 2149. 2233. 4197., si transferatur, genuflectendum est in die translationis ad Vers. *Et Incarnatus est etc.* 2228. 3590. *ad 3.* 3754. *ad 17.*, si occurrat in Dominica privilegiata, transferatur ad diem immediate sequentem, quocumque Festo etiam aequalis ritus, non autem altioris in ea occurrente 4197., si transferenda sint Festa S. Iosephi, et Annunciationis B. M. V., prius reponendum est illud Annunciationis 3005. *ad 6.*, sed quamquam in hoc varia fuerit sententia 2988. *ad 5.* 3196. *ad 1.*, nihilominus demum statutum est, ut Festum Annunciationis cadens in maiori Hebdomada transferatur ad Feriam II. post Dominicam in Albis, posthabito quocumque alio Festo aequalis ritus, imo cum praecepto, si translatio fiat, quia occurrerat cum Feria VI. in Parasceve, vel Sabbato Sancto 3202. Decretum generale, quod magis declaratur per alterum sub. num. 3204. *et 3282.*, translato tamen Festo non intelligitur translata Indulgentia, sed supplicandum SSmo pro declaratione, vel pro translatione 3590. *ad 1.*, nec censetur translata Octava pro iis, qui ea gaudent. *Ibidem ad 2.*, translatum Festum cum praecepto nedum excludit duplicia, et semiduplicia occurrentia, sed etiam duplex 1. class. translatum 3637. *ad 1. et 2.*, incidens in Fe-

riam III. Paschatis non transfertur cum praecepto 3653., si Festa Annunciationis, et S. Iosephi concurrant in Vesperis, hae integrae esse debent de Annunciatione cum commemoratione S. Iosephi 3196. *ad 2.*, denegat S. R. C. unicam Missam solemnem de Annunciatione pro Ecclesia Monialium de Annunciatione nuncupatarum, si Festum occurrat in maiori Hebdomada 3466., si Festum hoc occurrat in triduo maioris Hebdomadae, Paschate, et duobus diebus sequentibus, nec clausis ianuis celebrari licet unicam Missam de Annunciatione in alma Domo Lauretana 308. *ad 2.*, si transferatur simul cum praecepto audiendi Sacrum praefertur cuicumque duplici etiam 1. class. eo die occurrenti. Si vero transferatur absque praecepto, praefertur cuicumque translato, etiam primae class., non autem Festis maioris ritus ea die occurrentibus 4119. *ad 1.*, si translatum concurrat in Vesperis cum Officio S. Marci aequalis ritus, habet integras Vesperas ratione dignitatis. *Ibidem ad 3.*, in Regno Portugalliae, ubi dies propria B. M. V. sub titulo Gaudiorum, quod celebratur sub ritu dup. 2. class., omitti debet, si ad eam diem transferendum sit Festum Annunciationis 4257., ubi est Titularis, si transferatur ad Feriam II. post Dominicam in Albis celebrandum non est cum Octava, excepto casu, quod translatio fiat infra Octavam, nam tunc facienda est in diebus, quae super sunt 4487. *ad 1.* Vide etiam num. 4527. ubi declaratur, quod in casu translationis ad Feriam II. post Dominicam in Albis quoad Chorum et Forum praefertur omnibus aliis Festis etiam occurrentibus superioris ritus. *Ibidem ad 1.*, si ea die occurrat Festum Patroni principalis transferendum hoc est iuxta Rubricas, nisi Apostolica Sedes indulserit translationem in proximam Feriam III., vel aliam certam diem. *Ibidem ad 2.*, ubi, quando, quomodo, a quibus fieri possit de Octava Annunciationis dum transfertur ad Feriam II. post Dominicam in Albis, quoad Chorum et Forum, vel quoad Chorum tantum? *Ibidem ad 3.*, in hoc casu ubi petendae Lectiones sint pro Octava, declaratur. *Ibidem ad 4.* Vide etiam num. 4528. Decretum generale.

S. *Mariae Virg. Festum Purificationis* si occurrat in Dominica Septuagesimae, aut alia privilegiata, ac proinde sit transferendum, haud gaudet in translatione Antiphona *Alma Redemptoris etc.*, quae cessare omnino debet ad Completorium diei 2. Februar. 2938., dicenda

- proinde post eam diem Antiphona; *Ave Regina Coelorum etc.*, et in suffragiis Oratio cum versiculis, ut in reliquo anni tempore 3710. *ad 1.*, 3718. *ad 1.*, transferri debet Officium ad diem sequentem, nisi sit titulus Ecclesiae 2961. *ad 1.*, ideo dies tertia Februarii assignanda non est pro Festo perpetuo translato. *Ibidem ad 2.*, quatenus vero dies 3. Februarii esset impedita, nihilominus, translato quocumque alio Festo, quod non sit altioris ritus, fieri debet de Purificatione, ne continuatio Mysteriorum Incarnationis diu protrahatur 4181. *ad 2.*, habetur super hoc Decretum generale 4197., si vero die 3. Februarii occurrat Festum dup. 1. class., de Purificatione fiat die 4. tamquam in sede propria 5151. *ad 1.*, incidens in Dominicam privilegiatam, nec in Ecclesiis dicatis B. M. V. sub alio titulo Festum celebrari potest cum Missa, quae erit de Dominica 3701. *ad 9.* 4055. *ad 2.*, iis in Dioecesibus, in quibus est primae classis, ac proinde celebratur etiam in Dominicis privilegiatis, nequit celebrari a Regularibus in gratiam populi ad eorum Ecclesias accedentis 3710. *ad 3.*
- S. *Mariae Virg. SSmi Nominis Festum* postquam iussum fuit celebrandum esse Dominica infra Octavam Nativitatis, cessant praecedentes concessionem particulares pro die 17. Septembris, et recitandum est Officium noviter adprobatum, non autem aliud, quod prius in aliquibus locis recitabatur. Neutiquam vero facienda est commemoratio Octavae Nativitatis 3054. *ad 1.* 3069. *ad 1.* 3098. *ad 1. et 2.*, si Festum Nativitatis cadat in Sabbato, facienda non est commemoratio SSmi Nominis in secundis Vesperis 3069. *ad 2.*, prout fieri non debet commemoratio Octavae, si Festum SSmi Nominis incidat in ipsam diem octavam 3399., si hoc Festum occurrat cum Festo exaltationis Sanctissimae Crucis, transferendum 3115., iis in locis, in quibus celebrabatur Festum die 17. Septembris, ut hoc cessavit per assignationem Dominicae infra Octavam Nativitatis, ita etiam cessarunt Indulgentiae pro illa die concessae 3054. *ad 2.*, in casu translationis ad mensem Octobris habet IX. Lectionem de Officio in Sabbato iuxta mensem ad quem transfertur, quamvis Rubrica assignet sumendam esse ex mense Septembris 5157. *ad 3.*
- S. *Mariae Festum expectationis partus.* Qualis esse debeat quarta Antiphona in Vesperis? 2859. *ad 4.*, qualis hymnorum conclusio, et \dot{y} . *ad Primam?* 1555. *ad 6.* 3295. *ad 4.*
- S. *Mariae sub titulo Angelorum Officium* in Ecclesiis hoc titulo decoratis, die 2. Augusti fieri debet de S. Maria, non autem de Dedicatione 3221. *ad 1.*
- S. *Mariae Virg. Festa*, si habent Octavam, quae occurrat cum Festo dup. min., habent integras Vesperas 3244. *ad 1.*
- S. *Mariae Virg. Festum de Patrocinio* celebrandum Dominica secunda Novembris; omittendum, si occurrat cum octava omnium Sanctorum 3295. *ad 2.*, si contingat transferri ad Adventum, nihil in Missa et in Officio commutandum, nisi Antiphona IX. ad Matutinum, et Graduale in Missa 4549. *ad 6.*, in Antiphonis et Responsoriis dicendum: *Tuum Sanctum Patrocinium.* *Ibidem.* Vide quod *subiicitur.* Vide etiam *Festum.*
- S. *Mariae de Mercede Festum*, postquam ad universam Ecclesiam indultum est, huic quoad diem assignatum se debent conformare illi, qui prius ex peculiari indulto alio die illud celebrabant 3412. *ad 2.*
- S. *Mariae sub titulo septem Dolorum V. Festum.*
S. *Mariae sub titulo Auxilii Christianorum V. Festum.*
S. *Mariae sub titulo de Remedio V. Festum.*
S. *Mariae Festum de Maternitate V. Festum. Officium.*
- Martyrologium* legendum statim post \dot{y} . *Benedicamus Domino*, quin Missa intromittatur 32. *ad 4.*
In Martyrologio apponendi sunt tantummodo Sancti Canonizati, non autem Beati 738., quod confirmatum fuit per Decretum generale 2927.
- Martyrologium*, quod cantari debet in Vigilia Nativitatis Domini, nequit ullo modo transferri ad ipsam diem Nativitatis mutato colore, sub praetextu maioris solemnitatis 3759., quo ritu erit canendum in eadem Vigilia? 4672. *ad 21.*
In Martyrologii lectione annuntianda sunt Officia votiva et translata 4767. *ad 4. et 5.*, item Officium quod celebratur, et in reliquis legendum prout iacet 4985. *ad 10.*
- Mater Immaculata* additur in Litanis Lauretans pro Regnis, et Dominiis Hispaniarum 4339.
- Matrici Ecclesiae* ius competit pulsandi primum campanas in Sabbato Sancto, etiam ante Collegiatam, licet haec in reliquis gaudeat praerogativa, et praerogativa etiam supra Matricem 565., in aliquo casu particulari S. R. C. attribuit Matrici simpliciori Parochiali ceteras praerogativas

- rogativas supra Collegiatam: ut videre est sub num. 2209.
- Matricitatem* S. R. C. adiudicat Ecclesiae Parochiali Portus Salvi Civitatis Vallettae Melitae adversus Parochialem naufragii S. Pauli 3957. *ad 1.*, ac propterea praecedentiam eius Parocho. *Ibidem ad 2.*, ad quem competit Processio in die Corporis Christi post Vesperas. *Ibidem ad 8.*, nequit tamen haec circumduci intra limites alterius Parochiae, irrequisito Parocho. *Ibidem ad 9.*, nequeunt cogi Religiosi Ordinis S. Dominici ad illi interessendum. *Ibidem ad 10.* Alia quae respiciunt eandem Ecclesiam Portus Salvi habentur sub num. 4013.
- Matrimoniorum* publicatio facienda tam in propria Paroecia, quam in Cathedrali 4315. *ad 6.*
- Matutinum defunctorum V. Defunctorum matutinum.*
- Matutini* recitandi tempus ab Ecclesia praescriptum non est alterandum a Monachis Monasterii S. Victoriani 55.
- Matutinum* in Ecclesia Segobrien recitari de mane permittitur dumtaxat per Octavam Corporis Christi 107.
- Matutinum* in solemnioribus tantum admittit usum Pluvialium 2791. *ad 1.*
- Matutinum* in Choro recitare non licet pro die sequenti post Completorium non obstante causa non levi 102. 105. 111., neque post Completorium in Quadragesima 4062. *ad 10.*, neque id licet occasione Processionum, et Festivitarum absque licentia Episcopi 4246. *ad 2.*
- In *Matutinis tenebrarum* numerus Cereorum debet esse conformis Caeremoniali 4672. *ad 6.*
- S. Mauri V. Festum.
- Mazzerii, sive Virgarii* Magistratus Barchinonensis in Processione SSmi Corporis Christi incedere debent non ante, sed hinc inde prope Baldachinum 4139. *ad 2.*
- Melitensium* Equitum magno Priori non debetur osculum Evangelii, nec Celebrans debet cum eo facere confessionem 3550. *ad 1.*, in ingressu Ecclesiae excipiendus non est sub Pallio, seu Baldachino. *Ibidem ad 3.*, non ei debetur genuflexio, et osculum manus a Sacerdotibus Ecclesiae sibi subiectae. *Ibidem ad 4.*, neque Thronus. *Ibidem ad 5.*
- Metropolitanus* accedens ad Ecclesias sibi Suffraganeas potest elevare Crucem, et Mozzettam deferre, imo prohibere eiusdem usum Suffraganeis, ipso praesente. Potest etiam in propria domo erigere Altare ad tempus 2210.
- Militiae armatae* Processioni interessentes nequeunt incedere inter Clerum, et capsam Reliquiarum, sed hinc inde a lateribus capsae 2897.
- Minister Laicus*, cui incumbit onus dirigendi Processiones, locum proprie non occupat, hinc potest discurrere ante, post, vel inter Clericos, ut necessitas, vel opportunitas exigit 395.
- Ministri Patriarchalium* associantes cum Stola funus ad alteram ex Patriarchalibus praecedentiam habere debent super defuncti Parochum 708. 2376.
- Missa conventualis* omnino est celebranda de Officio currenti, nec excusat Missa votiva ex dotatione, vel pro defunctis, vel alia lecta in aurora celebrata. Si secus fiat, non satisfit, nec licite distributiones percipi possunt 441. 3186. *ad 1.*, improbanda, neque ideo attendenda consuetudo contraria 448. S. C. declarat Decretum relatum sub num. 441. esse intelligendum de illis diebus, in quibus ex Rubricis duae Missae cantandae sunt; in reliquis diebus Missam lectam de Festo occurrente celebratam in aurora sufficere, dummodo tamen vera sit consuetudo immemorabilis 507. Ceterum Missa conventualis numquam omitti debet, licet aliae sint Missae votivae celebrandae ex fundatione 631. *ad 2.* 669. 670. 671. *ad 1.* 851. *ad 1. et 2.* 1123., vel satisfaciendum sit Anniversario 750., aut alia de causa Missa de requie sit celebranda 4414. *ad 1.*, nec consuetudo contraria induci potest 671. *ad 3.* 1396., ideo si ex Rubricae praescripto duo Missae conventuales cantandae sint, altera omitti nequit sub praetextu insufficientiae temporis ob alias Missas votivas, ex fundatione cantandas 4237. *ad 10.*, et satius est votivas legere, quam alteram ex conventualibus. *Ibid. ad 11.*
- Missa conventualis*, quae pertinet ad primam Dignitatem in solemnioribus, nequit demandari alteri beneviso, aut Hebdomadario, sed, ipsa nolente, vel impedita, pertinet ad illum, qui ei proxime succedit 1608., hinc Missae per Archipresbyterum celebrandae, eo impedito, celebrari debent ab aliis Dignitatibus ordine

- successivo, non ab alio per Archipresbyterum substituendo 183.
- Missae conventuales* in diebus solemnibus spectant ad Dignitates, et Canonicos, non autem ad Vicarium generalem, qui nec cogere potest Dignitates, ut sibi celebranti assistant 186. 187., ad Dignitatem pertinent, si Episcopus sit impeditus 285., ita etiam Processiones, et aliae functiones, quae essent ab Episcopo peragendae 292. Vide etiam *V. Functiones*.
- Missa conventualis*, si absolutis horis Canonicis, statim dicatur, licet sine cantu, et sine consuetis caeremoniis, immediate est incipienda, quin dicatur Antiphona, quae iuxta temporum rationem dici debet post Officium 3710. ad 8.
- Missa conventualis* quoad horam celebranda est iuxta Rubricas sub tit. 15. num. 2. 15. ad 7. 4038. ad 1. 4536. ad 1. Vide *appositam adnotationem*, 4586. 4669. ad 27. 4857. ad 1. 5228. ad 1.
- Missa conventualis*, si plures ex Rubricae praescripto celebrandae sint in Cathedrali, omnes celebrari debent cum cantu, nec licet alteram ad modum privatae legere 4062. ad 11.
- Missae tam conventuales, quam pro defunctis* cantandae sunt horis a Rubrica statutis, nec valet consuetudo contraria, etsi immemorabilis 4086. 4277. 4293.
- In *Missa conventuali* (iuxta Festi, et ritus exigentiam) *Gloria, Credo, Graduale, Offertorium, Praefatio, et Pater noster* semper cani debent 4233. ad 2.
- Missae duae conventuales* quando a Regularibus celebrandae? 4401. ad 1. 4478. ad 4.
- Missa conventualis de Feria* numquam omittenda in Quadragesima, quatuor Temporibus, et Vigiliis, etiamsi occurrat Festum duplex, aut semiduplex, aut dies Octavae sub praetextu faciendi Capitulum, aut qualibet alia ex causa 631. ad 3. 669., quandoque permissum fuit, ut, cantata Missa conventuali de die, altera posset celebrari sine cantu cum interventu tamen Canonicorum 919.; ceterum in occurso Festi dup. vel semidupl. vel Octavae cum Feriis a Rubrica notatis duo Missae cantandae sunt 851. ad 1. et 2. 889. 963. 981. 4542. ad 5., tenuitas Praebendarum non excusat 1612.
- Missa conventualis de Feria* dicenda est post Nonam 3575. ad 1. 4542. ad 5. Vide *adnotationem, quae subiicitur*, ut etiam Missa in benedictione Cinerum, et sollemnis de Requie in die commemorationis omnium fidelium defunctorum 3575. ad 2. et 4.
- Missae conventuales* pro benefactoribus applicandae oneri quomodo satisfieri debeat celebrante pontificaliter Episcopo? 4669. ad 20.
- Missa conventualis* sine cantu celebrari potest cum Organo, et fanalibus ad elevationem 5183. ad 18.
- Missam pro Populo* Episcopus applicare tenetur post adeptam possessionem 4669. ad 22.
- Missa* non est celebranda ante lectionem Martyrologii, sed post recitationem Primae 32. ad 4.
- In *Missa feriali*, etiamsi dicatur infra aliquam Octavam, semper est genuflectendum in Choro 4044. *reliqua Dubia* ad 32., occurrente aliquo Festo duplici, vel semiduplici, Missa ferialis nequit celebrari post Primam, sed servanda est dispositio Rubricae 4136. ad 3.
- Missa pro Ordinatione generali*, quae sit temporibus a iure statutis, debet esse de Feria: in particulari, et extraordinaria extra tempora de Festo occurrente 2749. ad 7. 4153. ad 2., si fiat in temporibus pro Ordinatione generali praescriptis, etsi occurrat Festum duplex, nulla de hoc fieri debet commemoratio in Missa feriali pro Ordinibus conferendis, sed in hac dicenda est collecta pro Ordinandis praeter consueta suffragia 1862. 3774. ad 1. 3995. ad 1. 2. 3. et 4. 4091. ad 3., haec Missa debet esse sollemnis cum Ministris, praesente Clero 3491. ad 3. 3774. ad 2., quod si Episcopus Missam privatam sine cantu celebret, nihilominus dicere debet Missam de Feria 4320. ad 1., nullatenus ferenda, sed omnino abolenda est consuetudo celebrandi statutis pro Ordinatione temporibus Missam lectam de Festo occurrente, si Episcopus privatim Ordinationem peragat. *Ibidem* ad 2., si conferatur uni tantum Ordo Subdiaconatus, uni Diaconatus, noviter promoti nequeunt cantare Epistolam, et Evangelium, ut fit in Ordinationibus generalibus 3774. ad 3. si in Sabbato Sancto Episcopus privatim peragat Ordinationem in suo privato Oratorio debet incipere Missam a Prophetiis 4153. ad 1., quod tamen S. C. improbat 3621.
- In *Missis ferialibus* a Dominica Passionis ad sequentes Ferias, si dicenda sit secunda Oratio de simplici, omittitur altera designata a Rubrica 2013. ad 2.
- Missa Feria VI. in Parasceve* spectat ad Hebdomadarium, non ad primam Dignitatem 2593.
- Missa Feria VI. in Parasceve* nequit a Diacono absolvi, si nequiverit Sacerdos, qui inchoavit Sacrificium subita morte interemptus, neque

- praesto fuerit Sacerdos non ieiunus, quid faciendum? 4609. cum *subiecta adnotatione*.
- Missae de Feria* cantanda est post Processionem in die festo S. Marci, nisi Processio finem habeat in Ecclesia eidem Sancto dicata 3301. ad 17.
- Missam feriatem Rogationum* in Ecclesiis Regularium occasione generalis Processionis, etsi S. R. C. primum respondisset pertinere ad Capitulum Collegiatae: dein in binis aliis propositionibus, recedendo a decisio, ad Regulares spectare edixit 4029.
- Missae feriatibus Rogationum* celebrari posse permittitur ante Processionem pro commoditate populi 4044. *reliqua Dubia ad 24.*
- Missae in Litanis maioribus*, et Feriis Rogationum, num et quae esse debeat in Ecclesiis Regularium, in quibus vel nulla celebratur Missa conventualis, vel una tantum? 4361. ad 4. 5. et 6., quae in Missa Rogationum Orationes dicendae sint? 4401. ad 2. 4478. ad 4.
- In Missis* vel de Sanctis, vel de Feriis omnino servandae sunt regulae Missalis in sedendo, stando, vel genuflectendo 923. ad 6.
- Missam solemnem* celebrantes non debent confessionem facere a cornu Epistolae, adstante Rege, vel magno Principe 1445.
- Missae duae solennes* eadem die, eademque in Ecclesia celebrandae non sunt de eodem Sancto, cuius Festum agitur 1645. 1647. 4777. ad 8. 5102. ad 18.
- Missae solennes* infra Octavam alicuius Sancti nequit de eo celebrari, licet de licentia Episcopi fiat Processio ad eius Ecclesiam 2071.
- Missam solemnem* prosequi non licet, dum cantatur *Symbolum* 2515. ad 11. 3377.
- Missam solemnem* de Patronis in casu particulari S. R. C. indulget pro prima Dominica Quadragesimae 2523.
- Missae solennes* celebranda est iuxta Rubricas, nec licet adiungere aliquos Presbyteros cum Pluviali pro facienda confessione, et praeintonatione Hymni Angelici, et Symboli 3025. ad 4.
- In Missa solenni* qui cantant in Choro, stare debent 3573.
- Missae una solennis* de Titulari cantari potest diebus impeditis in Ecclesiis, in quibus Missa quotidie non cantatur 3704. ad 3.
- Missae solennes* in Cathedrali occasione natalis Regis, reportatae victoriae, publicationis pacis etc., Episcopo non celebrante, competunt primae Dignitati 3884. ad 1.
- Missae duae solennes* permittuntur de eodem Festo, ad satisfaciendum duplici obligationi in Cathedrali Gadicensi, una videlicet pro foundatione post Primam, altera Conventualis post Tertiam 4227. ad 3.
- In Missa solenni* ad elevationem Sacrae Hostiae, et Calicis, cani potest vel *Tantum ergo etc.* vel aliqua Antiphona propria tanti Sacramenti 4233. ad 6., *ÿ. Benedictus qui venit etc.* cantari debet post elevationem 4669. ad 33.
- Missae una solennis* cantari potest de Festo translato in Dominicis, ad quas in Regno Poloniae transferuntur Festa occurrentia infra Hebdomadam ob populi commoditatem, non omitta tamen illa de Festo occurrente, si a Regularibus non idem celebretur Officium 4361. ad 11.
- In Missa solenni* Celebrans capite detecto procedit e scamno ad Altare, et caput detegere debet, quando Rubrica praecipit inclinandum esse caput 4672. ad 13.
- In Missa solenni* non permittenda duo Missalia, unum scilicet a cornu Epistolae, aliud a cornu Evangelii 4526. ad 13., quae a Sacerdote non secreto, sed submissa voce pronuntianda sunt, audiri debent a Ministris. *Ibidem* ad 14.
- Missae solennes* celebranda in aurora Nativitatis D. N. I. C. in Ecclesiis Cathedralibus, non est omittenda, quin prosit contraria consuetudo. In casu particulari Summus Pontifex indulsit, ut protrahi possit ad unam, alteramve horam post solis ortum 4603. ad 1. *In subiecta adnotatione* declaratur Rubrica.
- In Missa prima solenni* novi Sacerdotis quatenus munia spectant ad Patrum? 4807., eadem Missa si est privata celebrari potest cum Organo, et fanalibus ad elevationem 5183. ad 18.
- In Missa solenni* tempore Canonis cantari potest *rythmus - Divinum mysterium etc.* - dummodo non omittatur cantus Trisagii, infra Octavam Corporis Christi 4836.
- In Missis solennibus* ritus dupl. 1. et 2. class. tantum omittuntur aliae orationes 4879.
- In Missis solennibus de Feria* adhibendi sunt Ceroferarii, et Incensum 5012. ad 1.
- Missae solennis de Sancto*, cuius Officium est transferendum, nequit celebrari, nec addi potest comm. in Missa solenni de die 5183. ad 13. et 29.
- In Missa* quae canitur absque Ministris Sacerdos sedere potest, dum cantatur *Gloria*, et *Credo*, sed in scamno ornato remissiori apparatu ab illo qui Canonicis exhibetur 5205.

- Missae lecta cum Ministris Sacris, seu cum Diacono et Subdiacono prohibetur* 5211. *ad* 1.
- Missae sollemniss in Festivitate Corporis Christi celebranda est ante Processionem* 2167.
- Missae sollemniss de SSmo Sacramento* quando, et quomodo cantanda in illis Ecclesiis, in quibus ex privilegio Apostolico transfertur sollemnitas in aliquam diem Dominicam, aut festivam? 2542. *ad* 5.
- Missae cantari, aut celebrari non debet in Altari, in quo expositum est Sanctissimum Sacramentum, nisi sit pro eo reponendo. At si ex necessitate celebranda ibi esset, populus benedicendus est more solito, et non cum Sacramento* 2542. *ad* 6.
- Missae de Sanctissimo Sacramento* dicenda cum exponitur pro Oratione 40. horarum, debet esse illa, quae habetur circa finem Missalis, non autem festiva SSmi Corporis Christi, cum unica Oratione, Gloria, et Credo 2362. *ad* 7. *et* 8., secus si incidat infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi. *Ibidem*, tempore Paschali addendum Alleluia. *Ibidem*, quid in dupl. 1. vel 2. classis? *Ibidem ad* 9.
- Missae in die Festo SSmi Corporis Christi potest celebrari post Nonam, infra Octavam celebranda post Tertiam* 2856. *ad* 6. *et* 7.
- Missae pro expositione, et repositione SSmi Sacramenti in Dominica Palmarum, et tribus sequentibus Feriis, debet esse de tempore* 3146.
- Missae in Altari, in quo expositum est SSmum Sacramentum, si sit de die, celebrari debet in paramentis coloris Officio convenientis* 4223. *ad* 3.
- In Missa, quae celebratur coram SSmo Sacramento publicae venerationi exposito, sed velato, vel in Pyxide, fieri debent omnes genuflexiones, quae ad formam Rubricae fiunt, dum expositum est in Ostensorio* 4237. *ad* 13.
- Missae de die celebrata sollemniter in Altari, in quo expositum est SSmum Sacramentum in Dominicis privilegiatis, et duplicibus primae, et secundae classis, dicenda est cum commemoratione SSmi Sacramenti sub unica conclusione* 4387.
- Missae in Dominica infra Octavam Corporis Christi, in qua fit sollemniss Processio per diversas Parochias, et Ecclesias Civitatis debet esse de Dominica, aut de Festo occurrente cum commemoratione Sacramenti* 4469. *ad* 6.
- Missae sollemniss de SSmo Sacramento, quae in Paroeciis Civitatis, et Dioecesis Compostellanae celebrari solet post Octavam Corporis Christi, si sit ad instar votivae, celebranda est sine commemoratione Dominicae, et Sancti occurrentis; secus vero si cum ea recitatur quoque Officium* 4507. *ad* 7.
- Missae unica sollemniss de SSmo Sacramento ex gratia conceditur in quadam Ecclesia Parochiali Dioecesis Asturien. die, qua in ea recollitur Festum SSmi Corporis Christi* 5146. *ad* 2.
- Missae lectas celebrari licet in propriis Regularium Ecclesiis in sollemnitate SSmi Corporis Christi ante completam Missam sollemnem, et consuetam Processionem* 3186.
- Missae contra Paganos occasione Orationis* 40. horarum in Quadragesima, quatuor Temporibus etc. celebranda est post Nonam, et post Missam de Feria pariter celebrandam post Nonam 3564.
- Missae per annum, et turnum distribuendae sunt iuxta consuetudinem Ecclesiae vel a prima Dignitate, vel ab eo, ad quem de iure, aut consuetudine spectat* 363.
- Missam celebrare licet cuilibet Sacerdoti orto iam die* 100.
- Missae celebrandae ab Archidiacono Tarentino designantur* 110. *ad* 3., ad eundem pertinet dirigere Processiones tam intra, quam extra Civitatem. *Ibidem ad* 4., item Episcopo distribuere et benedicere Candelas in die Purificationis. *Ibidem ad* 5.
- Missae privatae celebrandae non sunt in Altari maiore, dum in Choro cantantur horae canonicae: ita etiam si fieri potest neque in Altaribus, quae sita sunt e conspectu Chori* 588. 5224. *ad* 11.
- Missae celebratio in diebus festivis in propria Ecclesia non potest impediri ante Missam paroecialem* 805. 1259. 1355. 2310., quod intelligendum est de Cappellis, et Oratoriis sitis in loco ab ipsa Paroecia separato; nam si sita sint in ipsa Paroecia, possunt prohiberi 1017. 1461., nec Parocho licet id Regularibus interdiceret 1018. 1308.
- Missae privatae a Canonicis, et aliis Choro additis celebrari nequeunt tempore Chori, nisi ex necessitate, vel Superiorum iussu* 923. *ad* 4.
- Missae celebrandae sunt in Altari designato a Fundatore: inobservantes cogendi* 1611. *ad* 1.
- Missae celebrari potest in Palatii Episcopali Sacello, absente Episcopo, vel sede vacante, et audientes satisfaciunt praecepto* 2103. 2107. 5200.
- Missarum celebratio ante auroram, vel post me-*

- ridiem vetita, permittenda tamen arbitrio Episcopi 2423. *ad* 2.
- Missae de currenti* in duplicibus cum applicatione satisfieri debet oneri imposito in vim perpetui legati 2709.
- Missae de Festo currenti*, non de Sancto Patrono celebranda est in die, in qua aliqui Parochi simul convenientes collationes faciunt 2795.
- Missae privatae* statim post decantatam solemnem in nocte Nativitatis Domini celebrandae non sunt 1319. 1360. 1391. 2806. 2969. 3607., huiusmodi prohibitio ligat omnes non habentes privilegium in contrarium 3105. 3648. *ad* 3., prout celebrari nequeunt in Sabbato Sancto 2451. *ad* 11., hinc Sabbato Sancto Missa in aurora sine praeiudicio Missae conventualis vetita 2366. Vide V. *Sabbatum Sanctum*.
- Missae privatae* in Festo Nativitatis Domini celebrandae non sunt ante auroram sine indulto Apostolico, et contraria consuetudo damnatur, eamque ab Episcopis abseindendam esse iubet S. R. C. 4404.
- Missae in Sabbato Sancto* celebrandae congruit, ut benedictio ignis, et Cerei praecedat; Prophetiae vero numquam omitti debent 4252. *ad* 4.
- Missa privata* in semiduplici, et simplici, nec non in Feria privilegiata, et infra Octavam non respuit collectam pro particulari defuncto ultimo loco recitandam, non omissa tamen ulla ex collectis praescriptis 3073. *ad* 6.
- Missa de semiduplici* tempore Passionis quot Orationes admittat? 3301. *ad* 15.
- Missae de Beatis* in Ecclesiis Monialium nequeunt celebrari a Sacerdotibus devotionis gratia ibi celebrantibus, qui propterea Missam legere debent de die, quatenus color paramentorum respondeat; secus alibi celebrandum 3588. *ad* 2. et 3.
- Missae ab Episcopo pontificaliter celebratae* nec ab ipso, nec per alium describendae sunt in libro ex Decreto Alexandri VII. in Sacristia retinendo 3587.
- Missa*, quoad fieri potest, debet convenire cum Officio; ideo S. R. C. rogata: num Sacerdotes, qui recitant de Festo duplici, convenientes ad Ecclesiam, in qua fit de semiduplici, possint ibi dicere Missam privatam defunctorum? Respondit negative 4181. *ad* 13. 4645. *ad* 6.
- Missae Sacrificium* intermitteri non debet, ut interrim dicantur preces tempore publicae necessitatis 2811. *ad* 9.
- Missa de Sancto* si occurrat in Quadragesima, quatuor Temporibus, Vigiliis etc. dici debet post Tertiam, ferialis vero post Nonam 3558.
- Missa de Sancto*, qui gaudet ritu simplici, vel non est descriptus in Calendario Dioecesano celebrari non potest 4669. *ad* 56. q. 7.
- In *Missa* servandae rubricae quoad capituli inclinationem 4669. *ad* 28., ex quibus etiam apparet quomodo faciendae est. *Ibidem* *ad* 29., servandae pariter cum Crucis signum faciendum est in fine *Gloria in excelsis*, *Credo*, *Sanctus* etc. *Ibidem* *ad* 30.
- In *Missis privatis* non permittendum ut Minister aperiat Missale ad designandam Missam 4526. *ad* 11., nec licet ut Minister praeparet Calicem, aquam infundat, abstergat, etc., etiamsi sit Sacerdos, vel in Sacris constitutus. *Ibidem* *ad* 12.
- Missa de Beatis* ab illis, qui de iisdem recitant Officium ex privilegio, celebranda non est in Ecclesia, quae tali privilegio non gaudet 4526. *ad* 17.
- Missa quoad colorem indumentorum*. Decreta, quae praescribunt, ut Sacerdos se conformet saltem quoad colorem, sic intelligenda sunt, ut rubeus nequeat adhiberi pro Confessore, nec albus pro Martyre 4526. *ad* 18. et 19., veluti decisum iam fuerat in Varsavien. 7. Maii 1764. *ad* 13. 4669. *ad* 31. 4842. *ad* 7., in Oratorio privato semper concordare debet cum Officio proprio 4669. *ad* 31., in Ecclesia permittitur Missa votiva, si ritus Ecclesiae id permittat 5116. *ad* 3.
- Missa Sanctorum Martyrum*, cuius Introitus est: *Gaudeamus omnes in Domino* etc., si Festum transferatur ad tempus paschale, retinet eundem Introitum; quatenus tamen propria etiam sint Epistola, et Evangelium: secus vero si praeter Introitum nihil proprii habeat 4080. *ad* 1., si huiusmodi Missa habeat Evangelium proprium, retinendum est etiam tempore paschali. *Ibidem* *ad* 2.
- In *Missa de Virgine* post Septuagesimam repetendus non est *Ÿ. Vultum tuum* etc. 4526. *ad* 24. 4936.
- Missa* nequit celebrari a Sacerdote, qui complevit Sacrificium ab altero subita morte extincto interruptum, etiamsi a purificatione se abstinuerit 4601. Vide in *subiectis adnotationibus Theologorum vota*.
- Missa* nequit celebrari extra Ecclesiam ob concursum populi, qui ibi confluit certis diebus 4788.

- Missæ pro sponso, et sponsa* num dicenda in duplicibus non de præcepto? 2327. S. R. C. primum respondit dicendam non esse, dum occurrit Festum duplex per annum, sed celebrari debere Missam conformem Officio cum commemoratione pro sponso 4299. *ad 3.*, verumtamen, re maturius discussa, hæc repudiata sententia, edixit in celebratione nuptiarum, quæ fit extra diem Dominicum, vel alium diem de præcepto, seu in quo occurrat Festum duplex 1. vel 2. class., etiamsi fiat Officium duplex per annum sive mai., sive min., dicendam esse Missam pro sponso, et sponsa: in diebus vero exceptis, ut supra, Missam de Dominica, vel Festo cum commemoratione pro sponso, et sponsa 4415. (Decretum generale) 5190. *ad 1.*, benedictiones vero non sunt impediendæ nisi in Missa et omittendæ sunt etiam cum Missa temporibus vetitis. *Ibidem ad 1. et 3.*, eadem Missa, dici nequit, et simul omittendæ sunt benedictiones nuptiales, si mulier sit vidua 4299. *ad 4.* Vide etiam 4491. *ad 10.*
- Missæ pro sponso, et sponsa* celebranda est ut in votivis sine *Gloria* et *Credo*, et cum *Benedicamus Domino* 4544. Declaratur magis Decretum generale 20. Decembris 1783. præsertim in *subiecta adnotatione.*
- Missæ pro sponso et sponsa* celebrari nequit in Octava Epiphaniæ, et Vigilia Pentecosten; item nec in Octava Corporis Christi iis in locis, in quibus eadem gaudet privilegio ad instar Octavæ Epiphaniæ 4587. *ad 5.*, si Missa celebretur de die, commemoratio pro sponso et sponsa fieri nequit sub unica conclusione. *Ibidem ad 6.*, sed faciendæ primo loco post alias de præcepto. *Ibidem ad 7. et 8.* Vide *appositas adnotationes.*
- Missæ pro sponso et sponsa* dici nequit si Matrimonia celebrentur diebus vetitis, neque addi potest pro eis oratio in Missa currenti, neque preces pro benedictione Nuptiarum recitandæ sunt, quæ preces elapso tempore vetito non sunt resumendæ neque in Missa neque extra Missam 4868.
- Missæ pro sponso et sponsa* si celebretur cum cantu non est addendum Symbolum 4869., in Paroeciis, ubi unus tantum est Sacerdos, Dominicis, festisque diebus Missæ occurrenti addatur *commem. pro sponso et sponsa. Ibidem.*
- Missæ*, quæ circumferuntur S. Gregorii non adprobatae, item de Patre Æterno, et de quindecim auxiliatoribus prohibita 740. §. *Missæ* 892., intelligitur de Missis non adprobatis, quæ circumferuntur nomine S. Gregorii, non autem de 30. Missis pro defunctis, quarum meminit S. Doctor in Lib. Dialogorum 772. *in fine.*
- Missæ* de Divino Sacerdotio D. N. I. C. non adprobatae 2087.
- Missæ sollemnis* de Annunciatione B. M. V. celebranda non est, si Festum occurrat in Dominica Palmarum 1816.
- Missæ* in Festo Sanctorum Innocentium celebranda non est cum colore rubro, et cum *Gloria* 2205. (nisi occurrat in Dominica).
- Missæ* de septem Doloribus B. M. V. Vide *Festum.*
- Missam* de inventione Corporis S. Protectoris Civitatis S. R. C. celebrari indulget in die Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi, altera non omitta de Sanctis Apostolis 2695.
- Missæ* in Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi translato post tempus Paschale, quomodo ordinanda? 3754.
- In *Missæ S. Vincentii M.* pro Regno Hispaniarum addendum est Symbolum ex privilegio 4787. *ad 1.*
- Missæ* quænam legenda, quando Officia ob elevationem Festi dividuntur 4787. *ad 3. et 4.*
- Missæ Vigiliæ Immaculatae Conceptionis B. M. V.* approbata pro Fratribus Ordinis Minorum dicenda est post Nonam, et Oratio Secretæ non immutetur 5183. *ad 8. et 9.*
- Missæ de Feria vel de Vigilia* occurrente Festo ritus semiduplicis celebrari nequit more votivo cum *commem. Festi* 5210.
- Missæ.* Num, nec ne eadem die duæ diversæ Missæ queant celebrari in eadem Ecclesia, ut satisfiat Monialibus diversi Instituti, quæ in eodem Monasterio degunt? 4511.
- Missæ* in Oratoriis privatis prohibentur tantum in die Festo, et non in Dominica, ad quam solemniter transfertur 4746. *ad 14. q. 8.*
- Missæ sollemnes et privatae* in levamen defunctorum, pro quibus oblata est stipes a Fidelibus in concione habita tempore Quadragesimæ, quibus diebus, et quo ritu celebrandæ sunt? 4765.
- Missæ defunctorum* ex Testatorum voluntate tollerari posse in duplicibus non de præcepto S. R. C. respondit 359. 639.
- Missam de Requie* aliquando S. R. C. permisit qualibet Feria VI. in Altari privilegiato, etiam in duplici non de præcepto, non omitta conven-

- tuali de die 835.: verumtamen per Decretum generale in duplicibus Missae privatae de Requite prohibentur 2177. 2178.
- Missae solennis de Requite* cantari debet, prout iacet in Missali, nec licet aliquid omittere de graduali 923. ad 5.
- Missae de Angelis* nullo modo permittenda est, imo prohibenda loco Missae de Requite praesente cadavere 960.
- Missae pro Defunctis* dicenda non est Feria secunda post Dominicam Passionis, nec Oratio *Fidelium* in Missa de Feria, sed alia a Rubricis praescripta 1462. ad 4.
- In Missis defunctorum* infra Octavam Ascensionis dici debet *Communicantes* commune 1509.
- Missae pro defuncto*, ut in die obitus, celebranda est ultra Missam de die, praesente cadavere, recurrente commemoratione omnium Fidelium defunctorum 1554. ad 4.
- Missae defunctorum* celebrari non licet in Altari privilegiato in duplicibus, aliisque diebus exceptis, non obstante contraria consuetudine 1611. ad 4. 1709.
- Missae pro defuncto* in die depositionis, etiam absente corpore, celebrari potest in duplicibus non de praecepto 1732.
- Missae privatae pro defunctis* qualibet die dici possunt, praeter quam in duplicibus, et diebus Dominicis ad formam Rubricarum 1959., si incidant in Festum duplex, celebrentur de Festo occurrente cum applicatione Sacrificii 2171., super quo habetur Decretum generale a SSmo approbatum 2178., quod Decretum servandum est, non obstante antiqua consuetudine cantandi unam Missam de requie qualibet Feria III. 2341., indultum Alexandri VII. confirmatum a Clemente IX., quod in quolibet Altari privilegiato Missae de Festo occurrente in duplicibus valeant, ac si fuissent de requie, extenditur ad dies omnes, in quibus iuxta Rubricas dici nequit Missa pro defunctis 3158., ideo S. R. C. non obstante antiqua consuetudine respondit in una *Elboren.* servandum esse Decretum de non celebrandis Missis privatis de requie in Festis duplicibus 3283. Cum autem haec Decreta generalia, et recentiora sint, per eadem derogatum videtur antiquioribus indultis pro Ecclesiis particularibus, ac praesertim in *Ragusina* relat. sub num. 1643.
- Missae una de Requite* cantanda in qualibet Hebdomada ex lege foundationis, num celebrari possit infra Octavam Corporis Christi? 2282.
- Missae de Requite* dici nequit in Ecclesia Regularium, in qua sit Festum duplex non de praecepto, a Sacerdote saeculari, qui recitavit Officium semiduplex, aut simplex, vel de Feria 2438. Decreta generalia prohibentia Missas de requie in duplicibus nedum respiciunt Festa Ecclesiae universalis, sed etiam propria Ordinum Regularium pro eorum Ecclesiis 3176.
- Missae solennis de Requite* num celebrari possit in duplicibus 1. classis, praesente corpore? 3477. ad 8.
- Missae de Requite* pro anniversario, vel depositione defuncti non excusat a Missa conventuali 3477. ad 10.
- Missae de Requite* ex voluntate consanguineorum defuncti non celebrandae in duplicibus 2501.
- Missae tam de Requite, quam Volivae* infra Octavam Corporis Christi vetitae 2505., nec celebrandae sunt, etiamsi occurrat Anniversarium, sed tantum permittitur una cantata, praesente Corpore 2561. ad 2., item vetitae in duplicibus, infra Octavam Epiphaniae, Hebdomada maiori, Feria IV. Cinerum, Vigilia Pentecostes, et Nativitatis 2595. ad 3. 2753.
- Missae tres* in commemoratione omnium Fidelium defunctorum celebrari non licet, quin valeat consuetudo non firmata Apostolico Indulto. Iuris remediis, ac etiam interdico coercendi, qui secus fecerint 2762. 2866.
- Missae de Requite* celebrantes contra Rubricarum, et Decretorum praescripta coercendi ab Ordinariis, et poenis iuxta culpam plectendi, vel Saeculares sint, vel Regulares 3029. ad 2.
- Missae de Requite* congruentius non celebrandae in Ecclesia, ubi expositum est Sacramentum occasione 40. horarum 3422., regulariter id nequit, etiamsi agatur de Missa cantata pro adimplenda mente testatoris, vel de Anniversario satisfaciendo 3073. ad 5.
- Missae de Requite* celebrari vetuit S. R. C. infra Octavam Epiphaniae ad illorum suffragium, qui occubuerunt occasione terraemotus die 11. Ianuarii Cataniae sequuti 3449.
- Missae* quae celebranda sit in Anniversario, vel depositione simplicis Sacerdotis? 3536.
- Missae de Requite*, quae propriae non sunt Anniversaria, cantentur in illis diebus, in quibus Festa occurrunt ritus simpl. vel semidup., numquam tamen pro iisdem applicari poterunt Missae conventuales 3782.
- Missae de Requite* ex sola devotione nequeunt cantari in duplicibus 3602. 3604. ad 1., nisi adsit speciale Indultum 5079. ad 1.

- Missa de Requie* celebrari potest ab eo, qui recitavit Officium sub rit. dup. 3703. *ad 7.*
- Missae cantatae de Requie*, ubi obligatio est, si celebrari nequeunt vigore Decretorum S. R. C., celebrandae sunt Missae de Officio currenti cum applicatione Sacrificii in hora diversa a Missa conventuali 3744. 3794.
- Missa de Requie* cantari nequit in duplicibus, licet defunctus iusserit plura Officia defunctorum pro parentibus, benefactoribus etc., et licet aliqua Confraternitas in vim statutorum debeat pro quolibet consodali cantare Officium defunctorum cum Missa 3813.
- Missa in die commemorationis* omnium Fidelium etc. applicari possunt ad libitum Sacerdotis 3819. *ad 5.* 4119. *ad 4.*
- Missa pro commemoratione* omnium Fidelium etc. alicuius Ordinis Regularis dicenda est ut in Anniversario 3936. *ad 1.*, in die obitus, et Anniversarii Fratrum Sacerdotum dicenda Oratio, ut in die obitus. *Ibidem ad 2.*
- Missae de Requie* celebrari possunt a Sacerdotibus confluentibus ad Ecclesiam, cuius Rector, aut Parochus ea die celebravit Officium duplex ad libitum 3251.
- Missa de Requie* celebrari nequeunt nedum in duplicibus, verum etiam in diebus, in quibus nec de duplicibus fieri potest 3301. *ad 14.*
- Missam de Requie* solitam celebrari a laicali Confraternitate qualibet Feria II. pro anima cuiuslibet confratris nuperrime defuncti S. R. C. celebrari indulget in duplicibus, quae non sint 1. et 2. classis, aut de praecepto 4116. Vide etiam 4199.
- Missa unica cantata de Requie* celebrari potest, praesente corpore, Feria II. post Dominicam Paschae, et Pentecosten. Nequit celebrari in duplici 1. classis etiam non festivo, si corpus praesens non est, aut pridie sepultum 4119. *ad 4.*
- In *Missis quotidianis* pro defunctis possunt plures dici Orationes quam tres, dummodo sint numero impares; loco Orationis *Deus veniê largitor* etc. potest alia subrogari pro *Patre*, et *Matre* etc., dummodo ultimo loco dicatur Oratio *Fidelium* etc. 4119. *ad 4.* 4782. *ad 7.* 4815. *ad 11. q. 1.* 5208. *ad 10.*
- In *Missis de Requie* non ministratur Communio populo per modum Sacramenti extrahendo Pyxidem e Tabernaculo, sed per modum Sacrificii ex particulis in eadem Missa consecratis 4119. *ad 4.*
- Missae de Requie* Mediolani celebrandae non sunt in iis diebus, in quibus iuxta ritum Ambrosianum prohibetur fieri de duplici, sive de solemni 4148. *ad 1.* Missae vero pro enunciatis diebus praescriptae ad Altaria privilegiata celebratae animabus defunctorum suffragantur, ac si celebrarentur de requie. *Ibidem ad 2.*
- Missae privatae de Requie* extra Altare, ubi expositum est SSmum Sacramentum, possunt celebrari, dummodo Oratio non sit ex publica causa 4181. *ad 9.*
- Missae privatae de Requie*, etiam praesente corpore, nequeunt dici in duplicibus, aliisque diebus a Rubrica exceptis 4719., quaecumque consuetudo in contrarium abusus declaratur: Missa tamen unica solemnis cantari potest etiam in Dominicis, festisque diebus, non tamen solemnioribus primae classis 4223. *ad 12.* Vide etiam 4153. *ad 3.* 4175. *ad 7.* 4748. *ad 6.* 4968. *ad 1. et 2.*, ut etiam potest in maiori Hebdomada, excepto ultimo triduo intra Octavam Paschae et Pentecostes, et in duplicibus 1. classis non celebribus 4223. *ad 13.*
- Missa in funere*, vel anniversario Sacerdotis dici poterit altera ex illis, quae in Missali sunt primo, vel secundo loco positae, dummodo Oratio sit designata: scilicet: *Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes* etc. 4223. *ad 14.*
- Missa de Requie*, etiam praesente cadavere, dicenda non est, sed transferenda ad aliam diem, et celebranda de Festo occurrente in Dominicis, et aliis diebus festivis de praecepto iis in locis, in quibus unica Missa celebratur 4448. *ad 7.*
- Missae de Requie* pro parentibus Fratrum Provinciae cantari solitae qualibet Feria secunda, cantari nequeunt in duplicibus etiam non festivis 4244. *ad 2.*, possunt tamen pro benefactoribus defunctis in die obitus, etsi alibi tumultentur. *Ibidem ad 3.*, non autem extra diem obitus, vel Anniversarii. *Ibidem ad 4.*, item possunt, cum primum accipitur nuntium de morte alicuius in loco dissito, non tamen in duplicibus primae, vel secundae classis, aliisque festivis de praecepto, quae licet sint ritus dup. mai. adnexum habent onus audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus. *Ibidem ad 5.*
- Missae cantatae de Requie* a defunctis relictae sine praefixione dierum, celebrari debent diebus a Rubricis permissis 4336. *ad 1.*, in diebus 3. 7., et 30., celebrari possunt, etiamsi fiat de duplici per annum cum limitatione ad unam Missam cum cantu, et praefati dies numerari

possunt tam ab obitu, quam a depositione iuxta diversam Ecclesiarum consuetudinem. *Ibidem ad 2.* Vide etiam 197. *ad 5.* et 4410.

Missa de Requie, quae cantatur, cum primum accipitur nuntium de defuncto in loco distincto differri potest ad primam diem non impeditam 4323. *ad 2.*, potest celebrari in Vigilia Epiphaniae, sed non in Octavis privilegiatis. *Ibidem ad 3.*, potest unica Missa cantata celebrari a Franciscanis in Festo S. Clarae, quod apud eos est primae classis, praesente corpore, dummodo tamen non sit Ecclesiae Titularis. *Ibidem ad 4.*

Missa de Requie pro defunctis vage sumptis dici debet ut in quotidianis 4401. *ad 5.* et 6.

Missam unieam solemnem de Requie celebrandi Indultum concessum fuit in Hetruriae Dominis etiam diebus festis, si cadaver tumulatum non fuit, et servetur in loco decenti proximiori Ecclesiae, apposito tamen in Ecclesia Lodicis, seu nigri panni signo ab eo diverso, quod adhibetur in Anniversario, ut fideles intelligent Missam hisce diebus offerri in expiationem animae illius defuncti, cuius corpus nondum fuit terrae traditum 4402. 4859. *ad 7.*, requiruntur saltem Ministri parati. *Ibidem.* Vide etiam num. 4526. *ad 43.* 5217. *ad 3.*

Missa in die commemorationis omnium fidelium defunctorum etc., si celebranda sit pro unico particulari defuncto, poterit ab illis, qui gaudent privilegio dicendi ea die tres Missas, qualemcumque celebrari ex illis a Benedicto XIV. praescriptis 4414. *ad 2.*

Missa de Requie cantari potest, praesente cadavere, in duplicibus 1. classis non festis de praecepto, licet cum apparatu, et pompa exteriori celebratis, dummodo non sit Festum Titularis; immo, et in festis etiam de praecepto quoad Ecclesias, quae talem non habent extrinsecam solemnitatem 4507. *ad 1.*, multo magis in duplicibus secundae classis, quamvis cum solemnitate celebratis. *Ibidem ad 2.* Vide etiam num. 4660. 5219. *ad 2.*

Missa de Requie non est cantanda, si in Altari laterali sit expositum SSmum Sacramentum 4650. Vide *subiectam adnotationem.*

Missa de Requie, praesente cadavere; nequit celebrari in Sabbato Sancto post Missam solemnem de die 4668.

Missa de Requie praesente cadavere, prohibetur diebus Festis solemnioribus 4985. *ad 12.*, et hoc intelligitur tum in ipso die Festi, tum in

Dominica, ad quam ipsa solemnitas solet amandari pro populi commoditate iis in locis, in quibus ex Indulto Apostolico nonnulla Festa sunt abrogata 4746. *ad 14.* q. 6.

Missa de Requie in die obitus licite celebrari potest pro nuper defuncto, etiamsi cadaver praesens non sit, et ob aliquam rationabilem causam pridie fuerit tumulatum, dummodo non sit duplex 1. aut 2. class. aut festivum de praecepto 4526. *ad 43.* 4822. *ad 1.* et 2., 4840. *ad 1.* 4888.

Missa de Requie, absente cadavere, nequit celebrari diebus impeditis 4782. *ad 9.*

Missam de Requie celebrare an liceat cum paramentis violaceis, ut ministretur Communio cum particulis praeconsecratis? 4815. *ad 3.* q. 2. 5111. *ad 11.*

In Missa de Requie pro aliquo defuncto celebrata potest dici unica oratio cum Sequentia 4815. *ad 11.* q. 2.

In Missa de Requie pro defuncto Sacerdote quae Missa et Orationes dicendae? 4815. *ad 11.* q. 3.

Missae de Requie cum assistentia Capituli celebrandae sunt post Primam 4854.

Missa una de Requie supra defuncti pauperis cadaver an possit celebrari sine cantu? 4891., ubi adest consuetudo celebrandi Missam privatam supra defuncti pauperis cadaver, retineri potest 4897. *ad 1.* 4921. *ad 6.*

Missa de Requie celebranda prima die mensis est praeceptiva pro Cathedralibus et Collegiatis 5063. *ad 1.*, debet pro Benefactoribus generatim applicari. *Ibidem ad 2.*, dicenda est cum una vel tribus Orationibus pro lubitu. *Ibidem ad 3.*, tempore Adventus, Quadragesimae et Paschae est omittenda. *Ibidem ad 4.*

In Missa de Requie cani debent ψ . *Absolve etc.*, et Sequentia *Dies irae etc.* 5083., item omnia quae suffragium respiciunt 5118. *ad 2.*, omitti possunt a Cantoribus aliquae strophae Sequentiae 5208. *ad 12.*

In Missa de Requie non sunt recitanda verba *Per Evangelica dicta etc.* - post Evangelium 5111. *ad 12.*

Missa de Requie cantari nequit in duplicibus absque Apostolico Indulto. Contraria praxis eliminauda 5146. *ad 5.*

In Missa quotidiana de Requie, quae cum Ministris solemniter decantatur, unica Oratio est dicenda, excepta prima die mensis et Feria secunda 5183. *ad 22.* 5208. *ad 11.*

Missa de Requie cantanda est cum quatuor saltem cereis accensis super Altare 5208. *ad 7.*

In Missa de Requie privata cum unica Oratione dicenda est Sequentia - Dies irae etc. - 5208. ad 12.

Missa Votiva de B. M. V. in Sabbatis 351. ad 11. 410. 3191., extra diem Sabbati sine Gloria 672. 4847. ad 1., non obstante contraria consuetudine 3280., in ea semper adhibendus color albus 4847. ad 2.

Missa votiva quando celebrari debeat cum Gloria, et Credo: qui adhibendus est color: utrum liceat in eius solemnitate Organa pulsari? 351. ad 14.

Missae solennes de B. M. V. singulis Sabbatis, et aliis diebus, qui non sint de praecepto, pro defunctis ex dispositione Testatorum celebrari possunt, non ommissa alia de Festo currenti 359.

Missae votivae acceptandae non sunt, nisi pro iis diebus in quibus celebrari possunt 489., item acceptatae transferantur ad dies, in quibus celebrare eas licet. Ibidem., si ob multitudinem non sufficiant dies non impediti, Pontifex aliquando in casu particulari dispensat, ut pro Missis iam acceptatis sufficiat valor Missae currentis tam pro vivis, quam pro defunctis. Ibidem., et 3029. ad 6.

Missae votivae dici nequeunt in diebus, in quibus vetitum est fieri de Festo duplici 707. ad 3., celebrandae non sunt nisi ad formam Rubricarum 855.

Missa votiva celebranda vigore legati qualibet Feria V. permittitur, dummodo non omittatur conventualis 962.

Missae votivae ex obligatione dicendae, si occurrant in diebus festivis de praecepto, transferendae sunt in alteram diem non impeditam 1009.

Missa votiva nullo modo dicenda in Dominica Palmarum 1554. ad 1., de B. M. V. dici nequit in Vigilia Pentecostes 1627. ad 1.

Missa, quae praemittitur Processioni fieri solitae Dominica III. singulis mensibus, debet celebrari de Dominica, vel Festo currenti cum commemoratione Sacramenti 1692.

Missae votivae etiam de Sanctis Patronis dici debent sine Gloria, et Credo. Contrarius abusus omnino eliminandus 1839.

Missa de S. Maria in Sabbato, dum celebrari potest, dicenda est de tempore, non autem propria de Conceptione, etiamsi sub hoc titulo sit loci Patrona, et sic celebrari consueverit 2484.

Missae votivae celebrandae horis a Rubrica praescriptis 2399. ad 5.

Missa votiva de S. M. ex onere celebranda in Vigilia Assumptionis, congruum est ut sit de Vigilia 2133. dicenda est unica Missa de eadem Vigilia, ubi ex consuetudine solet in Sabbatis cantari Missa votiva 5122.

Missa votiva aliquando ex Rubrica esse potest Conventualis, non item Anniversarium ex obligatione 2345. ad 5.

Missa secunda de Passione Domini cum Gloria, et Credo in Altari SSmi Crucifixi singulis diebus Dominicis praeter Pascha Resurrectionis, et Pentecosten, nec concedi, nec tolerari potest 2121.

Missam de Cruce non licet celebrari Feria VI. infra Octavam Nativitatis D. N. I. C., quaecumque obligatione, et consuetudine non obstante 2459.

Missa votiva de aliquo Sancto pro re gravi admittit hymnum Angelicum, et Symbolum 2417. ad 3.

Missae votivae de B. M. V., (etiamsi, et quatenus in alma Domo Lauretana celebrantur ex privilegio in Festis duplicibus Sanctorum Apostolorum, et infra Octavas) dici nequeunt cum Credo, nisi solennes sint pro re gravi 2674. ad 1., in fine semper legendum est Evangelium S. Ioannis. Ibidem ad 2., nec celebrari debent infra Octavas Festivitatum eiusdem B. M. V. Ibidem ad 3.

Missae votivae de B. M. V. Hispani celebrari solitae per novem dies ante Nativitatem Domini, ut repugnantes Rubricis interdiciuntur 2811. ad 7.

Missae votivae de B. M. V. etiam pro re gravi sumi debent ex votivis in fine Missalis iuxta temporum ordinem, non autem ex propriis solemnitatibus 2859. ad 8. 2903. ad 1.

Missa votiva de Passione D. N. I. C. celebranda cum indumentis coloris violacei, nec in ea organa pulsanda 2859. ad 9.

Missae votivae, quae permittuntur decantari in Hispaniis ad honorem B. M. V. ante Nativitatem Domini, dici debent cum tribus Orationibus sine Gloria, et Credo 2972. ad 2. et 3.

Missa votiva de SS. Sacramento, vel de Festo duplici celebranda non est cum Symbolo, eo quia celebratur in Ecclesia, in qua expositum est Ven. Sacramentum, nisi ei conveniat ob aliam rationem 3073. ad 3., in expositione 40. horarum potest in Missis fieri commemoratio

- de SSmo Sacramento, exclusis duplicibus 1. vel 2. class. *Ibidem ad 4.*
- Missae votivae* singulis Sabbatis in aliqua Ecclesia cantari solitae, etiam in occurso Festi duplicis, permittuntur, dummodo consuetudo sit immemorabilis 3073. *ad 13.*, et dummodo non omittatur Missa conventualis. *Ibidem.*
- Missa votiva de S. M.* celebranda sine *Credo* ad formam Rubricae 3144.
- Missa votiva de SS. Sacramento* celebranda est sine *Sequentia*, et sine *Symbolo*, et cum *Orationibus* temporis congruentibus 3183. *ad 3.* 4464. *ad 1. et 2.*
- Missae votivae B. M. V.* ex legato celebrandae qualibet Feria 3. dici nequeunt cum *Gloria*, et *Credo* 3195.
- Missa votiva*, etsi celebretur solemniter cum musicorum concentu, nequit habere *Gloria*, et *Credo*, nisi sit pro re gravi, et publica causa. Item festiva, quae solum habet *Gloria*, cani nequit cum *Credo* 3232. *ad 1. et 2.*
- Missae*, quae celebrantur in aliquo novemdiali, exigi debent ad formam votivarum 3232. *ad 5. et 6.*
- Missa votiva de Spiritu Sancto* dici nequit in vestitione, et professione Monialium, occurrentibus duplicibus, et Dominicis 3631., quod militat etiam quoad Episcopum celebrantem pro eligenda Abbatissa 3786. *ad 6.*
- Missae votivae, et de requie* prohibentur infra Octavam Nativitatis; quod si aliqua votiva solemniter pro re gravi dicenda sit, et haec habeat praefationem propriam, haec est dicenda 3754. *ad 2.*
- In *Missa votiva de SS. Sacramento* tertia Oratio sit, quae secundo loco dicenda esset ratione temporis occurrentis, non autem illa, quae assignata est secundo loco infra Octavam Corporis Christi 3723.
- Missa votiva* si celebretur in die, in quo fit Officium ex privilegio pariter votivum, sed ab hoc diversa, nisi habeat praefationem propriam, habere debet illam de communi, non autem propriam Missae respondentis Officio 3788. *ad 1.*
- Missa solemniter de Festo*, sine alia conventuali de die, permittitur, si Festum Titularis transferri debeat, ubi non est obligatio cantandi Missam quotidie 3814. *ad 1.*
- Missam votivam* ad instar solemniter pro re gravi de B. M. V. Sacra Congregatio celebrari indulget singulis diebus in novemdiali ante Nativitatem 3863. in Catanien. 3890. 3919. 3921.
- Missae votivae, et de requie*, interdicuntur in Vigilia Epiphaniae 3918.
- In *Missa votiva*, quae ex fundatione cantatur praeter conventualem, non est facienda commemoratio Festi occurrentis 4049. et 4056. *ad 10.*
- Missa votiva* solemniter de Passione D. N. I. C. quae iubetur singulis Feriis VI. in adimplementum Legati, non est celebranda, si fiat de Festo duplici, sed commutanda cum Missa de die applicata iuxta intentionem Fundatoris 3969.
- Missa votiva*, quae aliquando celebratur infra Octavam, ordinanda sic est; ut prima Oratio sit propria de Missa, secunda de Octava, tertia de Feria (si de ea facienda sit commemoratio), et non recitetur Evangelium Feriae in fine, sed illud S. Ioannis 4044. *reliqua Dubia ad 33.*
- Missa votiva Rorate de B. M. V.*, quam in quadam Synodo constitutum est celebrari singulis diebus in Adventu, haud celebranda est in Dominicis, et duplicibus 4134. *ad 4.*, dein vero S. R. C. indulget, ut celebrari posset, exceptis solemnioribus festivitatibus, dummodo canatur sine *Symbolo*, et solum cum *Gloria* in Sabbatis, et infra Octavam eiusdem B. M. V. non omitta conventuali 4160. *ad 8.*, in Ecclesiis minoribus, in quibus unica celebratur Missa, non potest omitti illa currentis de praeccepto, ut celebretur votiva. *Ibidem ad 9.*, haec autem Missa etsi solemniter celebretur, et cum populi concursu, adnumeranda non est votivis pro re gravi 4223. *ad 6.*
- Missae votivae* celebrari nequeunt in duplicibus, in quibus licet cantare Missam de requie, praesente Corpore; potest tamen unica Missa solemniter celebrari pro re gravi auctoritate Ordinarii, nec omitta conventuali de Festo occurrente 4175. *ad 2.*
- Missam votivam B. M. V.*, quae ex immemorabili consuetudine omnium prima celebrari quotidie solet in Ecclesiis Benedictinorum Moraviae, exceptis dumtaxat diebus Nativitatis D. N. I. C. Paschatis, et Pentecostes, S. R. C. non reprobavit, sed cum quibusdam exceptionibus, et limitationibus continuari posse indulget 4201.
- Missam votivam* petentibus de Assumptione B. M. V., de Conceptione etc. non est satisfaciendum iuxta petitionem, quia non sunt violandae Rubricae ob imperitiam laicorum; et sat erit celebrare alteram ex Missis votivis iuxta tem-

- poris congruentiam 4223. *ad* 7., ita etiam fieri debet, si vel ex fundatione, vel ex alia quacumque causa huiusmodi Missae praescriptae fuerint 4237. *ad* 5.
- Missae sollemnis* pro re gravi debet habere unicam Orationem, etsi dicatur in Ecclesia, ubi non cantatur Missa conventualis, et occurrat Missa privilegiata, vel Feria, vel aliquod Festum 4223. *ad* 9.
- Missae votivae* concessae semel in mense, vel Hebdomada, quae celebrantur cum *Gloria in excelsis*, nequeunt habere Symbolum 4227. *ad* 1.
- Missae votivae* dum prohibentur, intelligi debent vetitae etiam illae, quae ex fundatione cantari solent, hisque substitui possunt Missae de Festo, ac satisfieri fundationi cum Missa lecta loco cantatae, ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda, et adprobanda 4237. *ad* 6. 7. et 8., neque licet has Missas votivas cantare diebus ferialibus infra Octavas privilegatas. *Ibidem ad* 9.
- Missae votivae Sanctorum*, sub quorum titulo erectae sunt sodalitates, nequeunt cantari in duplicibus etiam non festivis, non obstante antiqua consuetudine, et concursu populi, qui eam exoptat 4244. *ad* 1.
- Missae votiva B. M. V.* pro re etiam gravi cum interventu Cleri, assistentia Magistratus, concursu populi, nequit celebrari in Festis, et Dominicis primae classis, et ferenda tantummodo commemoratio in Missa conventuali 4342.
- Missae votiva B. M. V.* ubi ex indulto fit Officium eius SS^mi Nominis semel in mense, et singulis sabbatis de Conceptione, concordare debet cum Officio, mutato Graduali, et addito Tractu post Septuagesimam 4361. *ad* 3., nequit tamen in Sabbatis celebrari votiva quaecumque de S. Maria, occurrentibus duplicibus primae, et secundae classis, non obstante contraria immemorabili consuetudine. *Ibidem ad* 13., illa de Conceptione in singulis Sabbatis Franciscanis concessa celebranda est sine *Credo*, et cum Orationibus a Rubricis praescriptis pro votivis 4378. *ad* 15., videlicet in Feriis, simplicibus, et semiduplicibus tres dicendae sunt Orationes, duo in duplicibus, et semper hymnus Angelicus ratione Sabbati 4447. *ad* 1., in ea semper adhibendus est color albus, etiam si Officium fiat de Martyre 4395. *ad* 4. Vide etiam num. 4847. *ad* 2., si occurrat in Sabbato aliquod Festum B. M. V., vel dies infra Octavam eiusdem, celebranda est Missa festivitatis, et de infra Octavam tamquam non votiva, si de infra Octavam fiat Officium; si vero occurrat Festum, de quo fieri debeat Officium, Missa pariter erit de infra Octavam, sed more votivo 4447. *ad* 2. Vide etiam num. 4670. *ad* 1. et 2.
- Missae votivae sollemnes* pro re gravi dici nequeunt in duplic. 1. classis, Dominicis privilegiatis, Feriis Cinerum, et maioris Hebdomadae, Vigiliis Pentecostes, et Nativitatis Domini: in reliquis possunt 4393. *ad* 20.
- In *Missis votivis* sollemnibus sine gravi causa quoad Ecclesias, quae non tenentur ad Missam conventualem, facienda est commemoratio Festi occurrentis 4474. *ad* 17.
- Missae votiva de Sanctissimo Sacramento* ab iis, qui gaudent Indulto eam celebrandi singulis Feriis V., dicenda est sine Sequentia, et sine Symbolo 4464. *ad* 1. et 2.
- Missae votiva de B. M. V.* celebranda ex Indulto a Sacerdote caecutiente, quo ritu, quibus diebus, quo paramento etc. dicenda sit? Vide *Sacerdos*.
- Missae votiva de SS. Trinitate*, vel eiusdem commemoratio, ad reddendas gratias pro donis, et privilegiis concessis B. M. V. indulta pro una Urbis Ecclesia, et extensa ad alias Dioeceses sub quibusdam regulis, conditionibus, et limitationibus 4519.
- Missae votiva lecta*, etsi ex indulto celebretur etiam in sollemnioribus Anni diebus debet carere Symbolo 4560. *ad* 10. Vide *notam, quae subiicitur*.
- Missae votiva sollemnis* pro re gravi celebrari potest diebus Dominicis, et in duplicibus 2. classis 4806. *ad* 1., non vero in Festis sollemnibus primae classis 5183. *ad* 26.
- De *Missis votivis* celebrandis in diebus ritus semiduplicis, vel in Feriis 4897. *ad* 7.
- Missalis et Breviarii* innovatio pro Ecclesia Cenomanensi facta annis 1748. et 1749. incon-sulta Sede Apostolica declaratur illicita 5165. *ad* 1., nec legitima evadit ob consuetudinem unius saeculi, ita ut non possit tuta conscientia servari. *Ibidem ad* 2., pro conscientia recur-rendum ad Constitutiones Breviario Romano appositas. *Ibidem ad* 3., quae etiam de ceteris libris liturgicis sunt intelligenda. *Ibidem ad* 4.
- Missionariis Oceaniae* permittitur usus Candela-rum, quae ex adipe Coeti conficiuntur in Sa-crosancto Missae Sacrificio celebrando 5150.

Mitra a Canonicis eius usum habentibus deferri nequit in capite, dum Sacris induti intersunt solemnī Processioni SSmī Corporis Christi, non obstante consuetudine contraria, quae abusus declaratur 2984. 4224. *ad* 13., adhiberi potest in solemnī celebratione Missarum, etiam Episcopo non celebrante, absente, vel sede vacante 3052., ubi plura declarantur dubia ad hanc materiam spectantia.

Mitra ab Episcopo in pontificalibus assistente deponenda est, antequam surgat ad Praefationem 3351.

Mitrae usus pro Canonicis redigendus est ad trinitates Constitutionis Pii PP. VII. 5085. *ad* 1., in Processione vero SSmī Corporis Christi eam manu deferant sine ullo ministro. *Ibidem ad* 2.

Mitratus Episcopus (quae verba occurrunt in Caemioniale, ubi dicitur Episcopum Mitratum ter in Missa esse thurificandum) intelligitur de Episcopo assistente cum Pluviali, et Mitra 3418. Vide etiam V. *Abbas. Canonici Cathedralis. Praelati Episcopo inferiores.*

Monachi an, et ad quas Processiones sint cogendi? 151.

Monachi, et Canonici regulares etiam exempti compelli possunt ab Episcopo ad Processiones indictas pro publico bono, vel publico honore 409. 3013., quod intelligitur de omnibus, et quibuscumque Regularibus 426. 504.

Monachis semper, et ubique debetur praecedentia supra Mendicantes, non obstante qualibet protestatione reservationis iurium per Mendicantes emissa 571.

Monachi utentes Breviario Benedictino reformato, tenentur recitare Officia SSrum addita in Calendario Romano post acceptationem dicti Breviarii Benedictini 1166.

Monachis non permittitur usus bireti presbyteralis, etiamsi Doctoratu sint insigniti 1629.

Monachi non tenentur ad Processiones, a quibus vigore privilegiorum sunt exempti, si correctioni, et visitationi Episcopi non subiiciuntur 1905.

Monachi nequeunt renuere a praestandis obsequiis Episcopo ad ipsorum Ecclesiam accedenti pro exercendis Pontificalibus Ordinibus, non iurisdictionis 2070.

Monachi Cassinenses tenentur accedere ad Processionem Corporis Christi, etsi sint numero pauci 3033.

Monachi Coelestini ad quas Processiones compelli possint? 2708. *ad* 1., nequeunt cogi ad asso-

cianda cadavera ad eorum Ecclesiam deferenda; sed quatenus intersint, debent ad Cathedralē accedere, et procedere sub eius Cruce. *Ibidem ad* 2.

Monachis Cassinensibus non competit usus Baldachini, nisi in tribus tantum Solemnitatibus, et signanter non licet in vestitione Monialium 1949.

Monachis, aliisque Regularibus non licet in funeribus erigere propriam Crucem, interveniente Capitulo Cathedralis 2263.

Monachi Cassinenses quomodo tenentur excipere Episcopum processionaliter ad eorum Ecclesiam accedentem; et num erigere teneantur Baldachinum, si Pontificalibus, vel Cappa indutus Missae solemnī adesse velit? 3364.

Monachi Benedictini degentes in Hospitio S. Calisti, (quorum aliqui tempore aestivo pergunt ad Basilicam S. Pauli ad persolvendum horas canonicas matutinas, et Missam conventualem celebrandum) in praefato hospitio tenentur celebrare Festum S. Calisti sub rit. dup. primae classis cum octava: non item in Basilica S. Pauli; qui vero in hac matutinas horas persolverunt, debent in vespere idem continuare Officium, licet has persolvant in Hospitio S. Calisti 3462., postea S. C. censuit servari posse contrariam consuetudinem 4972.

Monachi S. Basilii oppidi Stili Squillacen. Diocesis tenentur accedere tam ad Processiones ordinarias, quam ad extraordinarias, et quatenus deferant Reliquias, hae deferendae sunt per Monachum incedentem in loco digniori 3655. 3780.

Monachi Cassinenses Monasterii S. Xisti Civitatis Placentinae non tenentur accedere ad Processionem SSmī Sacramenti, quae fieri solet a Cathedrali in Octava Corporis Christi 4087.

Moniales possunt celebrare Officia de Sanctis propriis: Missa tamen ab eorum Cappellanis celebranda est cum Missali Romano 772. *ad* 11.

Moniales nequeunt ad confessionem mutare verba *Fratres*: in *Sorores*: *Te Pater*: in *Te Mater*, quae recitanda sunt prout in Breviario 827., et ad Completorium dicere debent: *Fratres sobrii estote etc.* 2656.

Monialium praecedentia petenda est a Professione, non ab Officiis, neque ab aetate 1266. 1879., prius professa praecedat alteri prius in Monasterium receptae 1349.

Moniales utentes Breviario Monastico, sed Ordinario subiectae tenentur dumtaxat ad Officia

- de Patronis Civitatis 1517. Titularis Ecclesiae Cathedralis, et ex convenientia ad Officium Dedicationis eiusdem 3040. *ad 6.*, quae habent ritum proprium, quoad Officia Dedicationis Cathedralis, Patroni Regni, et Civitatis debent conformari cum Calendario loci 2419. *ad 6.*, utentes Breviario Romano nequeunt recitare Officia propria earum Ordinis iuxta Rubricas Breviarii Romani sine Apostolicae Sedis Indulto 1730. aut assumere eadem Officia cum Psalmis, Hymnis, et Lectionibus propriis 2773.
- Moniales* debent Episcopum initio visitationis sub Baldachino sedentem revereri cum genuflexione, et singulae benedictionem ab eo accipere, non attenta prohibitione eis facta a Superioribus Instituti, quod profitentur 1994.
- In Monialium Ecclesiis* nequit exponi Sanctissimum Sacramentum sine licentia Ordinarii, quae pariter requiritur ad agendas Processiones 2162. Officium facere super cadaveribus ibi sepeliendis spectat ad Confessarium, seu Cappellanum, non autem ad Capitulum Cathedralis 1318., fallit tamen in aliquo casu particulari 2162.
- In Monialium vestitione* ut abusus est omnino tollenda consuetudo cantandi Missam solemnem de Spiritu Sancto, occurrente Dominica, vel Festo duplici 3029. *ad 5.*
- Moniales*, quae gaudent indulto recitandi Officia Sanctorum Ordinis Benedictini, et Cisterciensis, sed cum Breviario Romano, debent sumere Lectiones secundi Nocturni ex Communi, si propriae non habeantur in Breviario Romano 3087. *ad 1.*, nequeunt recitare Officium votivum S. Benedicti solis Monachis indultum. *Ibidem ad 2.*
- Moniales Ordinario subiectae*, quae proprii Ordinis Calendario utuntur, nequeunt facere Officia de Sanctis Dioecesanis, praeter expressa, et indulta 3098. *ad 3.*
- Monialium Confessariis* permittendum non est, ut Feria III. maioris Hebdomadae ingrediantur Monasterii septa ad aspergendum aqua benedicta Monialium cubicula 3514.
- Moniales*, quibus concessum est indultum recitandi Officia Ordinis S. Augustini, nequeunt vi huius concessionis recitare etiam Officia Canoniorum Lateranensium 3568.
- Moniales Cappuccinae*, etsi Ordinario subiectae, possunt uti Calendario Ordinis Cappuccinorum 3152. *ad 2.*
- Moniales Cappuccinae* utentes Calendario Ordinis tenentur addere Officia Patroni, Dedicationis Cathedralis, et alia concessa utrique Clero Dioecesis 4767. *ad 5.*
- Monialium Confessarii, et Cappellani*, qui gaudent indulto celebrandi Missas Sanctorum, de quibus Moniales faciunt Officium, nequeunt uti Missali, quo Religiosi respectivi Ordinis utuntur, sed adhibere omnino debent Missale Romanum 3383.
- Monialium Ordinis S. Benedicti Confessarii, et Cappellani* nequeunt in Missa Commemorationis omnium Sanctorum Ordinis addere in Introitu: *sub honore Sanctorum omnium Ordinis nostri:* prout fit a Benedictinis 3467.
- Monialibus* imponi debet Consecrationis velum ad formam Pontificalis: Episcopo competit dirigere modum egressus ad Ecclesiam exteriorem, et regressus in Monasterium 3476. 3492.
- Moniales Ordinario subiectae* sine speciali indulto nequeunt celebrare Festum Patroni principalis, et Dedicationis Cathedralis cum Octava 3617. *ad 1. et 2.*
- Moniales* comprehenduntur sub Decreto vetante Regularibus usum Breviarii Dioecesanis sine Apostolico Indulto 3622. *ad 1.*
- Monialibus* non licet in Dominica Palmarum, et Feria VI. in Parasceve canere in Passione partem ad turbam spectantem, quod ab Episcopo prohibendum est sub poenis etc. 3745.
- Monialium Cappellani, et Confessarii*, qui gaudent indulto celebrandi Missas convenientes Officio, quod a Monialibus recitatur, sed cum Missali Romano, nequeunt Missas Sanctorum Ordinis celebrare a typographis Missali Romano additas absque eo, quod constet de Licentia S. R. C. 3765.
- Moniales*, quae ex Constitutionibus tenentur recitare Officia tam Ordinis, quam Dioecesis, si nequeunt infra annum omnibus satisfacere, praeferre debent illa proprii Ordinis 3798.
- Moniales Ordinario subiectae*, utentes Calendario Dioecetano, et simul habentes privilegium recitandi Officia Ss. Ordinis S. Augustini, possunt recitare Officium votivum dicti Sancti semel in mense, die non impedito. Quod si occurrat Sanctus Dioecesis etiam translatus, eo mense omitti debet Officium votivum S. Augustini 3943.
- Monialium Cadavera* asportanda non esse ad Ecclesiam Prioriae S. Petri in Silice Civitatis Volaterrae, S. C. respondit 4096.
- Moniales Ordinaris subiectae* non tenentur ad Officia Dioecesana, exceptis illis de Patrono principali, Titulari, et Dedicatione Cathedralis,

- sed sine Octava, nisi aliter indultum sit a Sede Apostolica 4162. 4686.
- Moniales Ordinis S. Augustini** licet Ordinario subiectae, uti possunt Breviario Augustiniano 4213.
- Monialium velatio**, quae consecratio dicitur, licet facienda sit in Ecclesia exteriori, permittitur iuxta arbitrium, et votum Ordinarii, ut fiat ad Fenestellam vestitionum quoad illas, quae ob salutis incommoda, et virium imbecillitatem, nequeunt ad Ecclesiam pergere, et in proprio cubiculo quoad aliam, quae laborat chronica infirmitate 4326.
- Monialium Confessariis** competit explere exequias in expositione, et depositione defunctorum Monialium 4496.
- Moniales Ordinario subiectae** nequeunt continuare in antiqua consuetudine recitandi Officium de omnibus Festis Dioecesanis, et servandum est Decretum S. R. C. diei 15. Iulii 1769. (referatur sub num. 4348.) 4501. ad 9.
- Monialibus Ordinis S. Clarae Civitatis Tarentinae** confirmatur privilegium recipiendi Velum benedictionis iuxta Pontificale Romanum 4676. Vide subiectam adnotationem.
- Monialibus Ordinis SS. Salvatoris Monasterii S. Birgittae Civitatis vulgo Vittoria**, Dioecesis Calaguritanae tribuitur facultas elevandi ad dupl. 2. class. absque Octava Festum filiae S. Birgittae 4715. ad 1., canendi unam Missam tantum in honorem S. Benedicti M. absque Officio. *Ibidem* ad 2., denegatur autem earum Confessario, ut in Officio se conformet Calendario eiusdem Monasterii. *Ibidem* ad 6.
- Monialibus Ordinum Carmelitarum et Visitationis** nec non Puellis Charitatis Dioecesis Baltimorensis rescribitur, ut triduo maioris Hebdomadae Missa una celebretur in earum Oratoriis solum quousque illae functiones peragi nequeant iuxta dispositum Memorialis Rituum 4837.
- Monialibus Adorationis perpetuae SS. Sacramenti** dubia diluuntur quoad Officii recitationem 4905.
- Moniales** de consensu Episcopi possunt aperire fenestram in Ecclesia Monasterio adiacenti, ut Missam audiant 4940.
- Moniales Ordinis S. Clarae Civitatis Havanae** addere possunt ad *Confiteor*, et in Officio nomen S. Clarae 5134.
- Moniales Ordinis S. Clarae Civitatis Massilien.** possunt anticipare psalmos graduales die praecedenti Feriae IV. Cinerum, non vero Officium parvum B. M. V., quod Officio feriali est unendum iuxta Rubricas 5148. ad 1., servare debent consuetudinem quoad $\Psi\Psi$. et psalmos dicendos ante solam comexionem in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae, et Ascensionis, quibus ieiunant. *Ibidem* ad 2., urgente necessitate recitent tantum primum ex 7. psalmis poenitentialibus cum alicui Moniali morti proximae extrema Unctio administratur. *Ibidem* ad 3., in delatione Monialis defunctae ad Chorum, si Officium differtur, post *R.* *Subvenite etc.* addi possunt preces cum Asperione. *Ibidem* ad 4., ad *Confiteor* addere possunt nomen S. Clarae. *Ibidem* ad 5., non vero in Litanis Rogationum, vel in aliis ex devotione. *Ibidem* ad 6., possunt retinere usum recitandi post Officium Litanias Sabbati Sancti cum quibusdam orationibus. *Ibidem* ad 7., non licet eis absque indulto addere Litanis Lauretanis alterum Deparae encomium - *Regina sine labe originali concepta.* - *Ibidem* ad 8., servari potest consuetudo, ut Abbatissa benedicat sorores in conclusione Capituli culparum ut in fine Primae, easque aspergat de sero. *Ibidem* ad 9.
- Mulieribus** non debetur honor pacis, et thuris inter Missarum Solemnia, sublata qualibet contraria consuetudine 543.
- Mulieribus** non est permissum comitari per elaustra Regularium Processiones fieri solitas sine expressa Sedis Apostolicae licentia 816. 904. 912. 1033. 1215. 2430. 2784. 2836. ad 3.; privilegia concessa revocantur 920.
- Mulier** urgente necessitate respondere potest Sacerdoti celebranti 4782. ad 10.
- Musica** in Ecclesiis reformanda, et ratio congrua invenienda ad alios abusos tollendos 1432.

N

- Natalitii dies** habendi sunt illi pro Festis Sanctorum in Calendario assignati, etsi vere non sint dies obitus 3007. ad 1.
- Nativitas S. Ioannis Baptistae V. S. Ioannis Baptistae Festum.**
- SS. Nerei, et Achillei V. Festum.**
Sanctissimi Nominis Iesu. V. Festum.
Sanctissimi Nominis Mariae. V. S. Mariae Officium.
- Nocte Nativitatis Domini** Missae privatae celebrandae non sunt post decantatam solemnem

1319. 1360. 1391. 2806. 2969., huiusmodi prohibitio ligat omnes non habentes privilegium in contrarium 3105. 3648. *ad* 3., nec licet Sacram Eucharistiam distribuere. *Ibidem*, nec Monialibus 4295. 4297. 4304. 4306. 4346.
- In Nolarum benedictione* Sacerdos ab Episcopo delegatus debet unctiones facere, et omnia servare quae in Pontificali praescribuntur 5189. *ad* 1. 2. 3. *et* 4., non omisso Evangelio per Diaconum decantando. *Ibidem ad* 5. *et* 6.
- Nomen Cardinalis Infantis Hispaniarum* Toletanae, et Hispalensis Ecclesiarum Administratoris, et Possessoris, licet Sacris destituti Ordinibus, exprimendum esse in Canone, Collecta, et Praeconio S. R. C. respondit 4135.
- Non intres in iudicium cum servo tuo etc.* variari non licet in funere mulieris, vel plurium defunctorum 3441. 4105.
- Novemdialia* ante Festum Nativitatis D. N. I. C. ratione consuetudinis, et concursus, celebrari permittit S. C. cum unica Missa solemniter votiva B. M. V., etiamsi occurrat Festum S. Thomae Apostoli, et in Dominica III. et IV. Adventus, non omissa conventuali 1931.
- Novitii* Ordinis Minimorum praecedentiam habent supra Fratres Conversos, et professos laicos 1937.
- Nuntius Apostolicus* quomodo se gerere debeat cum Archiepiscopo quoad honorificentias? 44.
- Nuntius Apostolicus* potest exercere Pontificalia, et populo benedicere sine licentia Ordinarium 1039.
- Nuptiarum benedictionem* in Missali praescriptam impertiri posse extra Missam respondit S. R. C. iis in locis, in quibus Nuptiae non benedicuntur cum Missa, neque sponsi adigi possunt ad recipiendam benedictionem in Missa 4840. *ad* 2.; quod Decretum postea revocavit 5190.
- O
- Oblationes*, quae fiunt a Magistratu in praecipuis Sanctorum Festivitatibus, recipiendae sunt a Celebrante infra Missam, si vero fiunt extra Missam, recipiantur ab Ecclesiae digniore 1865.
- Oblationes*, quae fiunt intra Missam, et retinentur ab Ecclesia Romana, sunt in Consecratione Episcoporum, Benedictione Abbatum, Ordinationibus, et similibus 2345. *ad* 18.
- Obligatio* audiendi Sacrum non reddit solemnitatem maiorem, sed relinquit Officium in suo ritu; quare reponendum erit prius Officium altioris ritus prae alio minoris, quamvis istud habeat praeceptum audiendi Sacrum: et est tantummodo praerogativa Festi Annuntiationis B. M. V., quod tam translatis, quam occurrentibus antefertur, quando simul cum Officio transfertur etiam praeceptum 4119. *ad* 1.
- In Occurrentia Festorum* faciendum est de digniori, vel solemniori quoad ritum, translatio vero de minus digno, vel minus solemniter 2928. *ad* 10., si occurrant eadem die plura Officia eiusdem ritus, haec regula servanda est, ut Officium fiat: 1. Ecclesiae particularis: 2. Ordinis, seu Religionis: 3. Dioecesis: 4. Nationis: 5. Ecclesiae universalis 4044. *reliqua Dubia ad* 1. 4110. *ad* 6. 4180.
- In Occurrentia duorum Festorum* aequalis ritus, eiusdemque dignitatis quod debeat praevalere? 4530. *ad* 3. 4538. 2., cum subiecta adnotatione.
- In Occurrentia Officii Patroni* minus principalis, cum altero aequalis ritus, sed dignitate maioris, transferendum illud Patroni 5030. *ad* 1.
- Oeconomus* Ecclesiae Brundusinae nullum ius habet in Ecclesia etc. 94.
- Oeconomus*, et Electi locorum in Ecclesiis adstantes disiuncti, et uti singuli non sunt thurificandi 1284.
- Oeconomus* deputato ad curam animarum in obitu Archipresbyteri non competunt honorificentiae debitae Archipresbytero, in quibus succedit dignior de Capitulo, iis tantummodo exceptis, quae versantur circa curam Animarum 3260.
- Officiales* cuiusdam Congregationis Presbyterorum assistentes Missae solemniter thurificandi unico ductu 3131.
- Octavae* cessare debent dum ante Natalem D. N. I. C. dicuntur Antiphonae maiores 1178. 1481.
- Octava pro defunctis* praesertim infra Octavam omnium Sanctorum celebrari nequit sine Apostolicae Sedis licentia 2421. 3372.

Octava Patroni si concurrat cum Octava S. Ioannis Baptistae, quaeritur, de qua fieri debeat? 2697.

Octava non competit Sancto, qui non sit Patronus principalis; consuetudo contraria abolenda 2722.

Octava Dedicacionis occurrens in secundis Vesperis cum dupl. min. habet Vesperas dimidiatas 2851.

Octava, quae ex consuetudine, sed sine titulo fit Hydrunti de Festo Visitationis B. M. V. cedit Octavae Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli 2900.

Octava dies occurrens cum duplici minori habet Vesperas dimidiatas. Excipe Octavas Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Corporis Christi 2928. *ad 12.*

Octava duplici maiori antefertur 3098. *ad 6.*

Octava S. Nicolai Patroni concurrens cum Octava Conceptionis B. M. V. de qua fieri debeat? 3133.

Octavae S. Ioannis Baptistae, Dedicacionis, S. Patroni, et Titularis simul concurrentes, de qua fieri debeat? 3163. *ad 2.*

Octava Dedicacionis concurrens cum Festo Visitationis B. M. V. ad Rubricae praescriptum praecedat 3163. *ad 3.*

Octava, quae cessare debet adveniente Quadragesima, finem habet post Nonam Feriae III. 3277.

Octava Sancti proprii occurrens cum Festo Praesentationis B. M. V., fieri debet, translato Festo Praesentationis iuxta Rubricas 3301. *ad 8.*

Octava omitti debet, si festum transferatur post eandem 3345. *ad 1.*

Octava omnium Sanctorum dignior declaratur Octava Dedicacionis Ecclesiae 3354.

Octava Corporis Christi excludit duplicia secundae class. 3521. *ad 3.*, infra Octavam locum habent duplicia 1. et 2. class. etiam translata. *Ibidem ad 2.* 5186. *ad 1.* 5196. *ad 1.*

Octava, et dies infra Octavam excludunt Festa ad libitum 3521. *ad 4.*

Octava Patroni principalis, si concurrat cum Octava Festi dupl. secundae class. B. M. V., faciendum infra Octavam de Patrono cum commemoratione de B. M. V. 3565. *ad 2.*

Octava incidens cum Festo SSm̄i Nominis Mariae praefertur 3565. *ad 3.*

Octavae duo si simul concurrant, videlicet Patroni loci, et Conceptionis B. M. V., Officium fieri debet de Patrono, cum commemoratione Octavae Conceptionis 3830.

Octavae duo si simul occurrant, in aequalitate ritus

attendi debet maior dignitas 4566. *ad 5.*, Vide *subiectam adnotationem.*

Octavae commemoratio non fit in secundis Vesperis concurrentibus cum primis Solemnitatis Ascensionis 3838.

Octava Dedicacionis occurrens cum Festo S. Annae 3931.

Octava si ex privilegio fiat tempore Quadragesimae, incidens in Hebdomada Passionis, nequit habere tertiam Orationem in Missa 3703. *ad 6.*

Octava Sanctissimae Trinitatis habet integras secundas Vesperas cum commemoratione sequentis, etiamsi Festum sequens sit dup. mai. 3706.

Octava non transfertur, sed suum habet, servatque locum, licet cadat in die festo S. Mariae ad Nives, vel SSm̄i Nominis Mariae 3760. 3981.

In *Octava Dedicacionis* repetendae sunt Lectiones 1. Nocturni, quae lectae fuerunt in die festo 4044. *alia Dubia ad 6.*

Octavae diei commemoratio, si de ea fieri nequeat Officium, facienda est ante commemorationem Dominicae, vel semiduplicis cuiuscumque concurrentis 4044. *alia Dubia ad 9.*

Octava S. Scholasticae apud Benedictinos impedit preces, quando de illa fit Officium. Quod si Octava occurrat Feria IV. Cinerum, dicantur preces, sed de Octava nihil fit, quae finem habet ad Vesperas Feriae III. 4044. *reliqua Dubia ad 4.* Vide etiam num. 4900. *ad 1.*, quod pariter militat quoad Octavam S. Benedicti cadentem in Dominicam Passionis 4044. *reliqua Dubia ad 5.*

Octava SS. Corporis Christi excludit Missas de requie, etiam in diebus 3. 7. et 30. ab obitu, ac Anniversario 4072. *ad 4.*

Octava inchoata ante Festum Corporis Christi, (si hoc Festum sit privilegiatum per totam Octavam ad instar Epiphaniae) hoc adveniente, cessat. Quod si infra Octavam occurrat Festum 1. class., de eo celebrandum Officium cum commemoratione Octavae Corporis Christi; infra cuius Octavam reliquis diebus fit de ipsa Octava Corporis Christi cum commemoratione Octavae concurrentis. Si vero infra Octavam Corporis Christi occurrat Festum secundae class. habens pariter Octavam, nihil de eo fit, sed transfertur post Octavam Corporis Christi, pereunte Octava Festi translati, si post Octavam diem reponatur 4110. *ad 8.*

In *Octava S. Petri ad Vincula, et Conversionis S. Pauli*, ubi haec Festa sunt Ecclesiae titularia, fieri debet commemoratio alterutrius distincta, prout in die festo 4119. *ad 10.*

Octava nequit perire, etiamsi occurrat cum Festo S. Annae, quod propterea est transferendum 4172. *ad* 3., in aliquo tamen casu ob Festi celebritatem, et Populi devotionem S. R. C. indulgit, ut fieret de S. Anna cum commemoratione Octavae 4160. *ad* 7.

Octava non elevat ritum, idcirco in paritate ritus tum maior dignitas, tum maior solemnitas celebrationis, populique concursus attendi debent 4198. *ad* 4.

In *Octavis Festorum B. M. V.*, etiamsi fieri non debeat commemoratio Octavae ob concursum dupl. primae classis, nihilominus in Missa dici debet Praefatio de B. M. V., et Hymnorum conclusio esse debet, *Iesu tibi sit gloria etc.* 4259. *ad* 2., (id intelligendum, nisi Festum habeat Praefationem propriam.)

Octava Festi 1. classis concurrens cum Octava Festi 2. class., in diebus infra Octavam habet Officium cum commemoratione Festi secundae classis, quamvis maior sit huius Festi dignitas 4259. *ad* 3.

Octavae Festorum B. M. V. si concurrant cum Festo ritus dup. min., vel dup. mai., an habere debeant Vesperas integras? 2943. *ad* 3. 3244. *ad* 1. 4175. *ad* 3.

Octavae Festorum aequalis ritus, quae simul concurrant, ita sunt exigendae, ut in diebus infra Octavam Officium fiat de digniori, commemoratio de minus digno 4286.

Octava SS. Corporis Christi, ubi est privilegiata, et excludit duplicia tam occurrentia, quam translata, non excludit nonam lectionem, et commemorationem Vigiliae in ea occurrentis, tam in Officio, quam in Missa 4449. *ad* 3., et in Cathedralibus, ac Collegiatis dicenda est Missa de Vigilia in paramentis violaceis ultra conventualem de Octava. *Ibidem ad* 4., in qua Missa de Octava vel lecta, vel cantata dicendae sunt tres Orationes a Rubricis praescriptae pro Octavis communibus. *Ibidem ad* 5., adveniente hac Octava aliae Octavae, si aliquae occurrant inchoatae, non cessant. *Ibid. ad* 6.

Octava SS. Corporis Christi in Hispaniis quatenus excludat omnia duplicia, tam occurrentia, quam translata, falsum est tamen, quod excludat etiam Festa Nativitatis S. Ioannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, quemadmodum putabatur iis in Regnis ex mendoso Apographo typis impresso Apostolici Brevis, in quo legebatur: *minime exceptis*: loco: *tantum exceptis*: 4448. *ad* 1. et 2., viden. cum n. 4472., ubi legitur Epistola hac

super re data ad Nuntium Apostolicum apud Regem Catholicum. Vide etiam 4486. 4487. *ad* 2.

Octava privilegiata Corporis Christi cum clausula: exceptis duplicibus primae, et secundae classis: ita est intelligenda, ut in exceptione comprehendantur etiam translata 4470., quantumvis privilegiata dies Octava habet in Vesperis simplicem commemorationem, si concurrat cum Festo 1., vel 2. classis 4478. *ad* 6.

Octava, etsi principalis Patroni, denegatur in Quadragesima 4500. *ad* 8.

Octava Dedicationis Cathedralis non extenditur ad universam Dioecesim 4508. *ad* 4.

Octava privilegiata SS. Corporis Christi ex Apostolico Indulto in Lusitaniae Regnis aquiratur Octavae Epiphaniae 4530. *ad* 1. 4538. *ad* 1., atque hic adnotandum, quod non omnibus idem privilegium conceditur. Ut plurimum potestas fit excludendi etiam duplicia occurrentia, dummodo non sint 1. vel 2. class., vel occurrentia dumtaxat, vel simul occurrentia et translata: et aliquando rationabilibus de causis permittitur, ut haec Octava ab illa Epiphaniae non differat. In casu de quo in dubio regula traditur quoad cessationem Octavae inchoatae ante Festum Corporis Christi. *Ibidem ad* 2. et 3. veluti decretum antea fuerat in *Wilnen. die* 22. *April.* 1741. *ad* 3. Vide *adnotationem ad Dub. 1. praefati Decreti* sub num. 4538.

Octava SS. Corporis Christi per accidens simplicata ob occursum Festi Nativitatis S. Ioannis Baptistae, habet commemorationem in secundis Vesperis, in quibus nihil fieri debet de sequenti Festo Sacri Cordis Iesu 4604. *ad* 2. Vide *subiectam adnotationem*, in qua contraria refutatur opinio.

Octavae dici Officium semper est faciendum etiam intra Octavas privilegiatas 4772. *ad* 2.

In *Octava SS. Nominis Mariae* in Ecclesiis eidem S. Nomi dicatis fieri debet de Festo Septem Dolorum omisso Officio diei Octavae 4900. *ad* 2.

Octava Annuntiationis B. M. V. incidens in Quadragesima non est celebranda, licet sit titularis Ecclesiae 4903.

In *Octava S. Ioannis Baptistae* servetur peculiaris Rubrica quoad lectiones tertii Nocturni 5064. *ad* 3., item pro Octava Dedicationis Ecclesiae. *Ibidem ad* 4.

In *Octava*, occurrente aliquo festo solemniori, faciendae est semper comm. diei Octavae in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa 5087.

In Octava SS. Corporis Christi, ubi celebratur ad instar Octavae Epiphaniae, si occurrat Dedicatio, vel Titulus propriae Ecclesiae, praevallet Officium Dedicacionis vel Tituli, uti duplex 1. classis 5180. ad 9.

In Octava S. Ioannis Apost. et Evang. Vesperae sunt de eadem cum commem. sequentis ex peculiari Rubrica Breviarii 5183. ad 6.

Octava SS. Corporis Christi concurrente cum primis Vesperis Sacri Cordis Iesu, ubi hoc celebratur sub ritu duplici 1. class. omitti debet comm. SS. Corporis Christi 5223. ad 4.

Offertorium et Postcommunio submissa voce recitanda, et non omittenda, quando pulsatur Organum in Missa solemni 5166. ad 3.

Officia particularia mature examinanda, et a S. C. adprobanda priusquam recitari possint 82. §. *Quanto all'aggiunta* §. Ceterum in iis omnia fiant de communi, et solum concedi possunt lectiones 2. Nocturni propriae. *Ibidem.*

Officia duo a quibusdam Sodalitatibus recitari solita reprobantur, et illa universalis Ecclesiae substituenda praecipiuntur 85.

Officium alicuius sancti libere recitari potest, si ad S. C. transmissum cognoscetur nihil absurdi in illud irrepsisse 122. ad 3.

Officium de Sanctis non Canonizatis S. R. C. recitari posse respondit, dummodo adsit immemorabilis consuetudo 263. ad 4. (Decretum hoc intelligendum de immemorabili consuetudine, quam postea admisit etiam Urbanus VIII. in suis generalibus Decretis.)

Officium ab immemorabili recitari solitum in Cathedrali nequit extendi ab Episcopo ad Diocesim 338.

Officium ratione Reliquiae insignis recitandum solummodo est in Ecclesia, in qua illa assernatur 553. ad 2.

Officia permittenda ab Episcopo sunt tantum illorum Sanctorum, qui sunt alicuius Ecclesiae Titulares, vel quorum Corpus adest, vel insignis Reliquia: cum limitatione tamen, quod de iis dumtaxat fieri possit in Ecclesia Titulari, vel in qua asservatur Corpus, vel Reliquia 669. 740. §. *Insuper* 892. 2166., quod intelligendum est non solum de Ecclesiis Parochialibus, et Regularibus, sed etiam Abbatialibus 769.

Officia non debentur propter solos titulos Altarium 769.

Officia de Sanctis Episcopis locorum continuanda

sunt, dummodo constet eosdem fuisse canonizatos, vel per tempus immemorabile celebratum de iisdem fuisse Officium cum Missa 772. ad 1., recitari poterunt tam in Civitate, quam in Dioecesi sub rit. dup. *Ibidem*; quoad Archiepiscopos in Civitate; et Dioecesi dumtaxat, non in Provincia. *Ibidem*, si Canonizatos fuisse non constet, vel non concurrat immemorabile, consulenda omnino est S. R. C. quoad Officium, et Missam 892.

Officia de Titularibus Cathedralium recitanda sub rit. dup. in tota Civitate, cum Octava in Cathedrali tantum 772. ad 2.

Officium tituli Ecclesiae unitae, quae non sit diruta, fieri debet, prout ante unionem; si est diruta, et unio est extractiva tituli, nihil: si accessoria, et cum translatione ad aliquod Altare, fiat sub rit. semidup. 772. ad 4.

Officium translationis unicum esse debet in sola Civitate, dummodo Reliquia sit insignis, et Patroni principalis, vel Episcopi loci: si Patroni, sub ritu dupl., si Episcopi loci, sub ritu semidupl.; numquam tamen cum Octava 772. ad 5.

Officium celebrandi concessa facultas in Bullis Canonizationum nequit ad exercitium deduci nisi modo, et forma, prout specialiter permittitur 788. ad 1., nec potest Episcopus permittere recitationem Officii de Sanctis Canonizatis, nisi sint in Calendario descripti, vel Patroni Ecclesiarum, aut nisi asserventur de eis Reliquiae insignes. *Ibidem* ad 2.

Officia particularia locorum, licite non sint in Breviario Romano, possunt licite recitari, si constet recitari consuevisse per annos biscentum ante Constitutionem S. Pii V. 1389.

Officium quoad satisfactionem 1437.

Officium simplex, aut de Feria in aliud brevius commutare sub occupationum praetextu non licet 1452.

Officium concessum pro prima die non impedita Officio novem lectionum, censetur impeditum Officio etiam translato 1435., secus respondit postea in casu, quod certa assignata sit Feria 2305.

Officium concessum pro aliqua die mobili, omitendum est, si in ea die occurrat Festum altioris ritus 1555. ad 2.

Officium Dominicæ, si reponendum est in Sabbato, servari debet Rubrica 4. Breviarii n. 4. quae satis clara est 1555. ad 1.

Officia non recitanda, nisi sint adprobata a Sede Apostolica 1611. ad 2. et 5. 2345. ad 16., non

- adprobata, sicut etiam commemorationes non adprobatas ne permittat Episcopus 1734. ad 3.
- Officia Sanctorum*, quae in Calendario Romano notantur, si fieri nequeant in diebus praescriptis, quia aliquo particulari Officio loci impedita, reponenda sunt ad formam Rubricarum 2173.
- Officia de Sanctis*, quorum habentur Corpora, recitanda non sunt, nisi ad formam Decretorum generalium 2413. ad 1.
- Officium* concessum pro aliquo Sancto Ecclesiae Cathedrali non extenditur ad Clerum Civitatis 2413. ad 2.
- Officium* semel assignatum alicui Dominicae variari nequit 2413. ad 3.
- Officium novem Lectionum* a propria die non est amovendum, nisi concurrat Officium altioris ritus 2451. ad 1. 2. et 3., quoad Officia Dioecesanâ, vel quae recitantur ratione Reliquiae, servanda sunt Decreta Urbani VIII. *Ibidem*.
- Officium semiduplex* Ordinis cedit duplici Dioecesano, si de hoc fieri debeat a Regularibus 2451. ad 6., in concursu translationis Sanctorum Ordinis, et Dioecesis aequalis ritus, facienda translatio ad praescriptum Rubricae. *Ibidem* ad 7.
- Officia Metropolitanae* celebranda non sunt ab Ecclesiis Suffraganeis 2692.
- Officia*, quae ob impedimenta celebrari nequeunt in fine anni, transferenda esse ad sequentem S. R. C. primum respondit 2812. ad 4. 2928. ad 1. 3497. ad 1., verum postea, re maturius discussa, haec repudiata sententia, respondit non esse transferenda, sed reducenda ad ritum simpl., cum commemoratione tamen in utrisque Vesperis, et nona lectione ad Matutinum ex illis secundi Nocturni ad modum unius 4039. ad 5. 4055. ad 7. 4070. 4071., quod intelligendum est non solum de semiduplicibus, sed etiam duplicibus sive ab accidentali, sive a perpetuo occurrente impedimento eorum celebratio fuerit impedita 4122. ad 3., novus vero annus intelligendus est de anno vulgari, et communi, qui incipit a Calendis Ianuarii, damnata cuiusdam vana interpretatione, qui arbitrabatur Decreta esse intelligenda non de principio anni communis, sed de anno computando a die Festi transferendi 4256.
- Officium* de digniori faciendum est, transferendum de minus digno, si ambo eadem die occurrant 2859. ad 6.
- Officium*, quod omissum est ex oblivione, aut inadvertentia in die, in quo recitari debebat, non est reponendum in alia die 2634.
- Officium* recitandum ratione Reliquiae, potest dumtaxat in Ecclesia, ubi asservatur 749. ad 4. 2844. ad 1.
- Officium* ratione Reliquiae alicuius Sancti, de quo una cum socio sit in Breviario Romano, quomodo sit disponendum? 2812. ad 2.
- Officia* concessa pro aliqua Dominica, si haec sit impedita, non transferuntur 2828. ad 2., sed omitti debent 3172. ad 3. 4223. ad 5.
- Officium* ab Episcopis, et Canonicis recitandum est iuxta ritum suarum Ecclesiarum, etiamsi ab his absint 2828. ad 3.
- Officium* statutis horis, datoque signo inchoandum est statim in Choro, non expectatis Vicario, aliisque 293.
- Officium in Choro* terminandum non est cum Antiphona, et Oratione B. M. V., etiamsi, expleta hora tertia, cunctandum sit per horam, priusquam Missa conventualis celebretur, ut interim expectetur Episcopus 1786.
- Officium* in Choro, a quo est inchoatum, absolvendum, etsi postea advenerit Hebdomadarius 1858.
- In *Officio simplici* de Virgine, quale esse debeat Responsorium? 1554. ad 5., qualis octava Benedictio de Angelis? 1555. ad 4.
- Officia semiduplex* ad libitum quacumque ex causa non transferuntur 2928. ad 3. et 4.
- Officium novem lectionum* occurrens in Dominica infra Octavam non privilegiatam, vel in altera die quocumque modo impedita, reponi potest in sequentem diem, si haec sit libera, quamvis habeantur alia Officia prius translata 2903. ad 6., 2928. ad 5., dummodo tamen Festa prius translata non sint altioris ritus 2943. ad 4., sed quamquam haec aliquando invaluerit opinio, longe aliter sentiendum est postquam per Decretum generale relat. sub num. 3409., declaratur hoc privilegium competere tantum semiduplicibus occurrentibus in Dominicam infra Octavam non privilegiatam.
- Officium* particulare assignatum pro die 25. *Februarii* transferendum est anno disextili, quia eo die fieri debet de S. Mathia: excipe tamen Titularem, et Patronum 2928. ad 9., quod militat etiam quoad alia Festa assignata diebus 26. 27. et 28., quae, ut illud S. Mathiae, ad sequentem diem transferuntur 2943. ad 6.
- Officia propria* alicuius Ordinis, si concurrant cum Festo Calendarii Ecclesiae universalis eiusdem ritus, praeferenda 2943. ad 1.
- Officium* dici nequit ratione Reliquiarum, si haec sint de Sanctis Martyribus non propriis, sed

- appellativis vulgo - *battezzate* - 2952. *ad* 2. 3192. *ad* 2., habetur generale Decretum, quo S. R. C. iubet, ne fiat Officium, nisi sit Reliquia insignis, et constet de identitate, et simul sit alicuius Sancti in Martyrologio descripti. Quod si non concurrant hae conditiones, cultum non aufert, vetat tamen Festum cum Officio, et Missa 3246.
- Officium* de Vigilia praescriptum in Breviario Romano omitti non debet, etiamsi vel ex privilegio, vel ex consuetudine non ieiunetur 2974.
- Officia concessa* sine expressione ritus censentur recitanda sub ritu dup. min. 3040.
- Officia de Sanctis* non canonizatis recitari non licet, aut de aliis ratione Reliquiae insignis, si eorum nomina non legantur in Martyrologio 3041.
- Officium duplex* 1. class. fieri debet de uno tantum Patrono, ubi sunt plures 3089. *ad* 4.
- Officia Sanctorum* in Calendario Romano descripta nequeunt perpetuo transferri ad aliam diem sine auctoritate Sedis Apostolicae 3098. *ad* 4.
- Officia*, quae recitantur ex antiqua consuetudine, nequeunt recitari, nisi servata forma Constitutionum S. Pii V. et Clementis VIII. 3228. *ad* 2.
- Officium de Sancto proprio* habens Octavam faciendum est, quamvis occurrat cum duplici Calendarii Romani, hoc translato ad primam diem non impeditam 3301. *ad* 1., si occurrat cum semiduplici, de hoc fiat die immediate sequenti, dummodo sit libera; secus transferatur post Octavam. *Ibidem*, si Officium Calendarii Romani sit duplex, vel semiduplex ad libitum omittatur. *Ibidem*, si ambo festa sint aequalis ritus, translatio fiat ad formam Rubricarum Tit. 10. num. 6. *Ibidem*.
- Officium* extensum ad Ecclesiam universalem non tollit indultum illud recitandi in aliquo Regno etc. sub altiori ritu 3412. *ad* 3.
- Officium de Dedicatione* alicuius Ecclesiae nequit recitari a Cappellanis, qui in eadem Sacrum facere solent 3447.
- Officium Dedicationis Ecclesiae*, quae non fuit consecrata, recitari nequit 4688. Vide *subiectam adnotationem*.
- Officium* institutum pro Ecclesia universali praefendum esse Officio Ecclesiae particularis, vel Ordinis eiusdem ritus S. R. C. responderat 3463. *ad* 1., 3497. *ad* 3., si duo haec Officia non sint eiusdem ritus, non posse Episcopum minus digno locum fixum assignare pariter edixit 3463. *ad* 2., si Festa particularia sint altioris ritus, praefenda illis Ecclesiae universalis ritus inferioris 3497. *ad* 3. Vide tamen posteriora Decreta, in quibus statutum est Officia particularia eiusdem ritus praefenda esse Officiis Ecclesiae universalis 3700. *ad* 3. 4056. *ad* 1., cum hoc ordine, quod primum locum obtineat Festum Ecclesiae particularis, 2. Ordinis, seu Religionis, 3. Dioecesis, 4. Nationis, 5. Ecclesiae universalis 4044. *reliqua Dubia ad* 1., quod si Officium Ecclesiae universalis sit de praeepto, de hoc fieri debet, translato Officio Ecclesiae particularis 4175. *ad* 2.
- In Officio omnium Sanctorum Ordinis*, in primis, vel secundis Vesperis, si recitatum fuerit, vel recitandum sit Officium alicuius Sancti eiusdem Ordinis, non est omittenda huius particularis Sancti commemoratio 3561. *ad* 4.
- Officium Dedicationis Cathedralis* recitari non debet in altera Concathedrali 3678.
- Officium Dedicationis Cathedralis* apud Regulares, concurrens cum Festo SS. Nominis Iesu sub eodem ritu, de quo fieri debeat? 3704. *ad* 2.
- Officium de Dominica* quando anticipandum est, excludit Officium ad libitum 3718. *ad* 5., habere debet lectiones proprias eiusdem Dominicae; et quatenus opus sit, dicenda sunt plura initia ad formam Rubricarum 4175. *ad* 6.
- Officio translato*, non intelligitur translatum praeeptum audiendi Sacrum; quod si Festum incidat in Feriam VI. in Parasceve, populus non tenetur interesse Missae illius diei 3739. Vide etiam 4020.
- Officium diei Octavae* si incidat cum Festo Sanctissimi Nominis Mariae, vel *ad Nives*, fit de Octava, translato altero SSmi Nominis iuxta Rubricas 3760. 3981.
- Officia particularia* concessa alicui Regno, Provinciae etc. cum clausulis: *recitari possint, et valeant*: vel: *recitari posse censuit*: postquam fuerint acceptata, non sunt amplius ad libitum 3991. *ad* 6. 4078.
- Officium noviter concessum* si innotescat elapsa iam die pro eius recitatione adsignata, recitari nihilominus debet, si adhuc supersint dies non impediti; secus pro eo anno omittitur 4095. *ad* 1., si inveniatur propriam diem iam occupatam ab alio Officio eiusdem, vel maioris ritus perpetuo translato, seu potius immutato, transferendum est. *Ibidem ad* 2. 4102. *ad* 1.
- Officium alicuius Sancti* etsi perpetuo assignatum Dominicae, si in ea perpetuo cadat aliqua Octava, de hac fieri debet, translato Officio Sancti ad aliam diem fixam 4110. *ad* 4.

Officia locis particularibus concessa, quantumvis Sanctorum in Romano Martyrologio descriptorum, Sede Apostolica inconsulta, nequeunt ab aliis recitari, nisi habito extensionis indulto 4110. *ad* 5. 4134. *ad* 1. 4181. *ad* 4.

Officium Titularis Ecclesiae Cathedralis, et Patroni principalis, ubi, et a quibus fieri debeat cum Octava? 4119. *ad* 8.

Officia, quae cadunt in diebus perpetuo impeditis, transferantur ad diem proximam non impeditam, quae sit eius sedes 4110. *ad* 7., iam translata, et affixa certis diebus non sunt deinceps amovenda, si iisdem diebus adsignentur Officia eiusdem ritus 4142., multo minus si nova Officia sint ritus inferioris 4223. *ad* 4.

Officium Reliquiarum assignatum pro certa aliqua Dominica, si haec sit impedita, S. R. C. permisit posse transferri 4181. *ad* 6.

Officia, quae ultra illud de die in Cathedrali Cadicen. aliquando recitantur ex voluntate fundatorum, retinere debent ritum temporis convenientem, addendo Antiphonis, Versiculis, et Responsoriis *Alleluia* tempore Paschali: Psalmi quoque Vesperarum erunt, ut iam alias designati in Festo, scilicet ut in primis, si primae decantandae sint Vesperae, ut in secundis, si secundae 4227. *ad* 2.

Officia de Sanctis Martyribus extractis ex arenariis num celebrari possint? 4229.

Officia concessa ratione Reliquiarum recitanda sunt dumtaxat in Ecclesia, in qua asservantur 4355. *ad* 3. 4. *et* 5., adhibenda paramenta coloris rubri 4357. *ad* 4.

Officium secundarium inventionis etc. nequit habere, nisi ritum duplex minus, quamvis in praeteritum celebrari consueverit sub ritu duplex secundae classis 4360. *ad* 4.

Officiis perpetuo translatis a Regularibus, qui habent proprium Calendarium, assignandi sunt dies, qui in eodem Calendario liberi sunt, quin amovenda sint illa Ordinis Officia, quibus assignati sunt dies proprii 4361. *ad* 1.

Pro Officio novem lectionum cadente in Sabbato, in quo foret anticipanda Dominica V. post Epiphaniam, lectiones 1. Nocturni esse debent de Epistola *ad Thessalonicenses* ex eodem Sabbato, non autem ex Epistola *ad Timotheum* ex Dominica V. 4366. *ad* 4., quod si anticipanda sit alia Dominica, haec regula tenenda est, quod lectiones esse debeant eiusdem Dominicae: dummodo in Sabbato antecedenti non occurrat initium alterius Epistolae S. Pauli 4378. *ad* 10.

Officia si plura sint transferenda; unum classicum, alterum duplex mai., et aliud duplex min., nullum ex his reponi debet in die Commemorationis defunctorum 4393. *ad* 7.

Officium duplex occurrens in die Commemorationis fidelium Defunctorum non transfertur, Missae tamen esse debent de requie 4530. *ad* 5., imo etiam fieri potest de translato eiusdem ritus dummodo tamen prope anni finem nulla dies vacua supersit pro repositione 4536. *ad* 10. In *subiecta adnotatione* aliqua Decreta, quae pugnantia videntur, attenta casuum differentia, conciliantur. Vide etiam num. 5223. *ad* 1.

Officia duo concessa pro duplici translatione S. Ianuarii, ambo sunt recitanda, neque ullo pacto licet ab alterutro abstineri 4413.

Officium Sanctorum septem Fratrum Martyrum separandum non est, ut fiat de uno tantum, quatenus de eo fieri non debeat sub ritu duplex 1. clas., vel 2. class.; sed de omnibus coniunctim peragendum sub ritu conveniente uni ex septem, cuius peculiaris Festivitas peragitur; translato iuxta Rubricas Festo Sanctorum Rufinae, et Secundae. Quod si de uno celebratur Festum duplex primae, vel secundae classis, docendum de casu particulari 4474. *ad* 9.

Officia, quae in universa Ecclesia recitari praecipiantur, omittenda non sunt sub praetextu multiplicis Officiorum Dioecesis. Quod si desint prope anni finem dies simplices, vel feriales, in quas reponantur duplicia translata, permittitur, ut reponantur in dies Festi semiduplicis, de quo tamen faciendum erit commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum IX. lectione historica ad Matutinum 4489.

Officia particularia concessa, utrum obligent, necne, desumi debet ex terminis Indulti. Quod si dubitari possit, num praeeptum importent, vel simplicem facultatem, in dubio recurrendum est ad S. R. C. quoad casus particulares 4501. *ad* 10. *et* 11.

Officia quamvis adprobata nefas est Calendario addere ad effectum vitandi ferias 4542. *ad* 2. *et* 3. cum *subiectis notis*.

Officium de Patroni principali proximae Dioecesis faciendum non est in loco, vel Dioecesi, quae ad illam non pertinet 4542. *ad* 7. cum *apposita nota*.

Officium, quod perperam translatum est, ad suam sedem restituendum est 4549. *ad* 7., quia regula, quae obtinet quoad occurrence plurius Festorum aequalis ritus et Dignitatis,

- valet quoad assignationem sedis, et nemo est a sua possessione deiciendus. Vide *subiectam adnotationem*.
- Officiis de novo concessis* assignanda est ab Episcopo dies prima non impedita, quatenus occurrant in diebus solemnioris vel aequalis ritus 4566. *ad 1.*, si contra factum est, corrigendus error iuxta Rubricas et Decreta, quin prosit contraria consuetudo. *Ibidem ad 2. et 3.* Vide *subiectas adnotationes*.
- Officia Sanctorum* quae in aliqua Congregatione, vel Ordine ex communicatione privilegiorum recitantur, num retineri possint? Si dubia exoriantur, in S. C. ea discuti debent, ut modum praescribat in posterum servandum 4581. *ad 1.*
- Officia specialiter concessa* eidem Congregationi, quae utitur Calendario Dioecetano, in paritate ritus num praeferenda sint Officiis Dioecesis? 4581. *ad 3.* Vide *adnotationem*.
- Officia translata* num reponi possint in diebus fixis pro Officio alicuius Sancti ad libitum? 4581. *ad 7.* Vide *appositam notam*.
- Officia semiduplicia* nequeunt transferri infra Octavas non privilegiatas 4666. 5113. *ad 2.*
- Officium particulare* non debet praeferi Officio Ecclesiae universalis, quod pro eadem die iam fuerat concessum 4669. *ad 40.*
- In Officii Divini privata recitatione* quid servandum quando occurrunt verba - *tibi Pater, te Pater etc.* in *Confiteor*? 4669. *ad 42.*, quid quoad signum Crucis, inclinationem capitis etc. *Ibidem ad 43.*
- Officium Patroni*, si occurrat die impedita transferendum est iuxta Rubricas 4728.
- Officia alicui dici vel Dominicae assignata* si impediuntur ab alio Officio maioris ritus omituntur 4669. *ad 39.* 4745. *ad 2.* 3769. 4782. *ad 11.* 4842. *ad 6.* 5114. *ad 3. et 11.*, quod si adest speciale indultum transferri possunt 4859. *ad 2. et 3.*, numquam vero ad annum sequentem 4859. *ad 4.*
- Officia noviter concessa* nequeunt anticipari circa anni initium 4784. *ad 1.*, nec assignari possunt diebus, in quibus celebranda sunt Officia semiduplicia, reducendo ista ad ritum simplicem. *Ibidem ad 2.*, quomodo assignandae dies, si in illis quae in concessione designantur pro Ecclesia universali, alterum Officium reperitur? 4985. *ad 4. g. 1.*, etiam inferioris ritus? *Ibidem q. 2. et 5183. ad 3. et 4.* Vide etiam num. 5026.
- Officia semiduplicia* nequeunt celebrari ad instar simplicium ut detur locus duplicibus translatis 4784. *ad 3.*
- Officium Dedicationis Ecclesiarum* alicuius Ordinis faciendum est quoque in iis Ecclesiis, quae non sunt consecratae 4811.
- Officium Contitularis* est celebrandum ritu 1. classis cum Octava 4849. *ad 2.*
- Officium de translatione Reliquiarum* alicuius Sancti conceditur solummodo pro Clero illius loci, in quo translatio peracta fuit 4864.
- Officio secundario* ritus duplicis, sed cum magno apparatu concurrente cum altero eiusdem ritus, sed minoris solemnitatis, potest primum habere integras Vesperas, si Officium sequens non fuerit maioris dignitatis 4878. *ad 1.*, in eodem Festo si eius Missa Symbolum non admittit, nequit illud recitari, nisi adsit insignis Reliquia. *Ibidem ad 2.*
- Officium de Sanctis translatis* a tempore Paschali fiat de communi, retentis iis quae sunt propria; sed in hoc casu pro Officio ordinando regula sumatur ex Evangelio et Oratione 4930. *ad 6. et 7.*
- In Officio Confessoris non Pontificis* ad Capitulum legi debet: *in pecunia et thesauris etc.* 4930. *ad 9.*
- In Officio Virginum* ad antiph. 3. primi Nocturni legendum est - *Sunamitis* - 4930. *ad 10.*
- In Officiis legenda* sunt tantum ea quae sunt concessa, licet adsint nonnulla pro aliis locis concessa 4982.
- Officia propria* alicuius Ecclesiae debent solummodo recitari ab iis, qui sunt illi adscripti ratione beneficii 4985. *ad 1.*
- Officium cum Octava* alicui Dominicae assignatum si impediatur a Festo altioris ritus, transferri potest ad diem Octavam, scilicet ad Dominicam sequentem 4992. *ad 2.*
- Officium alicui feriae affixum* in dubio an sit ad libitum vel de praecepto, si impediatur, non erit transferendum, sed omittendum 5032. *ad 6.*
- Officiis perpetuo translatis* nihil innovandum in dubio an bene ipsis dies fuerint assignati 5032. *ad 7.*
- Officia*, de quibus non constat legitima concessio, sunt omittenda, licet per plures annos fuerint recitata 5042. *ad 5.*
- Officia affixa feriis determinatis* numquam transferuntur 5114. *ad 3.*
- Officium*, quod perpetuo occurrit in die Octava alicuius Festi perpetuo transfertur in diem assignatam. Si vero aliquando nequeat perfici Octava, superveniente Quadragesima, Officium

- perpetuo translatum recitatur in die assignata, et non in die Octava 5124.
- Officia duplicia translata*, pro quibus non supersunt dies in fine Anni, non sunt transferenda ad dies Officii semiduplicis, sed celebranda die propria sub ritu simplici 5135. ad 5.
- Officium Dedicacionis vel Titularis* Ecclesiae Parochialis recitandum est solum a Clero eiusdem Ecclesiae 5152. ad 3.
- Officium duplex*, quod est transferendum iuxta Rubricas, nec intra Annum locum habet, reponi potest die 30. Decembris solum, si in casu agendum esset de die VI. infra Octavam Nativitatis 5159.
- Officia duo* de eodem Sancto, si concurrant in Vesperis, totum faciendum est de praecedenti, nihil de sequenti 5183. ad 2. q. 3.
- Officia duo* de Passione Domini si concurrant in Vesperis, in paritate ritus Vesperae integrae erunt de praecedenti, nihil de sequenti, si vero sequens erit potioris ritus, tunc totum erit de sequenti nil de praecedenti. In concursu, vel occurso unius ex praedictis Officiis, infra Octavam vel in die Octava alterius ex iisdem, omitti nequit comm. diei infra Octavam, vel diei Octavae, neque omitti potest comm. Octavae si concurrant cum Octava aliorum Festorum Domini, puta Ascensionis etc. Octava unius ex dictis Officiis concurrente cum festo alicuius Sancti ritus duplicis minoris, Vesperae integrae sunt de Octava cum comm. sequentis 5223. ad 2.
- Officium* facere super defunctis pertinet ad Parochum Ecclesiae, ad quam funus defertur, vel ad Regulares, quarum est Ecclesia tumulans 224. 327. 328. 831., etiamsi contraria sit loci consuetudo 1289.
- Officium mortuorum* num deceat in Choro recitari in Dominica? 112.
- Officium mortuorum* in semiduplici diei non debet, nisi ad effectum satisfaciendi menti testatoris 749.; in funeribus, et anniversariis non est recitandum ad libitum, sed iuxta Rubricae regulas 1351. 1382., praescriptum singulis mensibus omitti non debet, praetextu Officii votivi 1462. ad 1.
- Officium defunctorum*, Psalmi graduales, et poenitentiales omitti non debent in diebus, in quibus ex consuetudine dici solent in Choro 2043. Vide etiam num. 287. 401. 813., obligant in Choro tantum, et non sunt anticipanda, quia sunt onus diei 4874. ad 3.
- Officium mortuorum* quotidie recitandum ex dispositione testatoris acceptata, recitari debet, praeterquam in triduo Passionis, et duplicibus primae, et secundae classis. In his tamen faciendam esse commemorationem in *Memento* S. R. C. edixit 3180.
- Officia, et Missa pro defunctis* ex voluntate Testatorum quotidie celebrantur ad certas regulas iuxta Rubricas, et Decreta rediguntur 3669. 3724., quoad Officium, et Missam conventualem de requie in die prima mensis, si haec sit impedita, transferri debet 4167., in Officio defunctorum recitando servanda est Rubrica Breviarii Romani, et Ritualis, itaut post Vesperas, et Laudes omittantur Psalmi: *De profundis*, et *Lauda anima mea Dominum*, tantum in die commemorationis etc., et depositionis 3477. ad 15. 4044. *reliqua Dubia* ad 29. 4313. 4361. ad 12. 4393. ad 1., nequit autem omitti ultimum Responsorium cum precibus et oratione 4645. ad 4., numquam omitendum Invitatorium, dum integrum recitatur Officium 4085., omittitur dum unum recitatur Nocturnum 4505. ad 4., in *ñ. Libera me Domine* etc. quae verba sint repetenda in duplici asterisco? 4748. ad 8.
- In *Officio defunctorum* nihil immutandum, etsi pro uno tantum recitetur 4526. ad 41.
- Officium et Exequiae mortuorum* diebus 3. 7. et 30. persolvi possunt etiam occurrente duplici maiori 4645. ad 7.
- Officium votivum* celebrandum in aliqua Hebdomadae Feria non impedita Officio dupl., vel semidupl. extra Adventum, Quadragesimam, et Vigilias, dici nequit in semidupl., die Octava, et Feria 2. Rogationum etc. 2469. ad 1. 2. et 3.
- Officium votivum SS. Corporis Christi* recitetur, ut in die; Missa vero ad modum votivae 2284. ad 3., ex privilegio concessum Cathedrali pro singulis Feriis V. non impeditis, recitari potest ab iis tantum, qui sunt Choro addicti, vel in aliquo ministerio servitium praestant eidem Ecclesiae 2844. ad 4.
- Officia votiva* concessa pro certa aliqua Hebdomadae die, cum clausula: dummodo dicta dies non sit impedita Officio novem lectionum: recitari possunt, quamvis in eam diem reponendum esset Festum translatum; quod proinde ulterius debet transferri 2305.
- Officia concessa* semel in mense vel in Hebdomada non sunt de praeepto, sed ad libitum 2896.

- Officia votiva* concessa pro aliqua determinata Feria Hebdomadae, nequeunt celebrari in Quadragesima, Adventu, et Vigiliis 2904. *ad 1.*, omitti debent si ea die occurrat semiduplex. *Ibidem 2.*, aut dies infra Octavam. *Ibidem ad 3.*, item si in ea reponendum sit Festum duplex, aut semiduplex translatum. *Ibidem ad 4. et 5.*
- Officia votiva* omittenda non solum a die 17. Decembris, sed per integrum Adventum, Quadragesimam, quatuor Tempora, Vigiliis etc. Atque ita explicantur, et moderantur Decreta, et concessiones 2915. 3183. *ad 1. et 4.* 3222. *ad 1. 2. et 4.* 3868., quod etiam intelligi debet de Officio votivo SS. Sacramenti concesso pro Feria V. 2943. *ad 5.*
- Officium votivum* concessum semel in mense fieri nequit in die infra Octavam, quamvis eo in mense alius dies non supersit 2928. *ad 6.*, permittitur tamen, ut de eo fieri possit in die, in quo alias reponendum esset semiduplex translatum. *Ibidem ad 7.*
- Officia votiva* semel in Hebdomada, vel mense in posterum non indulgenda 4234. 4517.
- Officium votivum*, quod concessum est ut recitari possit die assignata in qualibet Hebdomada, dummodo non sit impedita ab Officio novem lectionem, nequit celebrari, si ea die transferendum sit aliud Officium licet semiduplex 4866. *ad 1.* 5088. *ad 1.*
- Officia votiva* quando et quomodo sunt celebranda? 4928. *ad 7.*
- In *Officio votivo S. Clarae* recitando semel in mense a Minoritis, Lectiones secundis, et tertii Nocturni esse debent ut in die festo 2988. *ad 8.*
- Officium votivum* concessum pro aliqua determinata Feria nequit impedi a duplici, vel semiduplici translato 3056. 3557. 3589., quod si concessum sit cum facultate illud transferendi in aliam diem non impeditam, fieri poterit etiam in Sabbato, in quo fieri deberet de S. M. 3222. *ad 3.*
- Officia votiva*, nisi intersit speciale privilegium Sedis Apostolicae, nequeunt recitari a Regularibus, non obstantibus decretis Definitorii generalis, et provincialis, ac communicatione privilegiorum 3263. *ad 1.*, si intersit Apostolicum Indultum, nequeunt recitari diebus impeditis Quadragesimae etc. *Ibidem ad 2.*
- Officium votivum S. Sacramenti* per annum recitari debet sine *Alleluia* 3320. 3925. *ad 2.* 4104.
- Officium votivum* concessum cum clausula: exceptis Adventu, et Quadragesima: nec recitari potest in Vigiliis 3428. *ad 1. et 4.* 3503. *ad 2.*, potest in Sabbato, si reliqui Hebdomadae dies sint impediti 3428. *ad 2.*, ut etiam 1. mensis non impedita, in qua recitandum esset Officium defunctorum. *Ibidem ad 3.*
- Officium votivum* alicuius Sancti, quod singulis mensibus recitatur, omittendum est iis in mensibus, in quibus recitatur de eodem Sancto ritu dupl. 3446. 4516. *ad 5.*
- In *Officiis votivis de Sanctis Bonaventura, Antonio Patavino, et Clara*, apud Minoritas non est attendendus ordo dignitatis 3496. *ad 5.*
- Officia votiva* non solum nequeunt recitari in Feriis Adventus etc. Vigiliis una cum, vel sine ieiunio, sed etiam in illa Feria, in qua iuxta Rubricas reponendum est Officium Dominicae, etiamsi in indulto facta non fuerit huiusmodi exceptio 3741. *ad 1.*, nec fieri debent, si recitandum sit Officium de duplici, aut semiduplici translato, aut de die infra Octavam. *Ibidem ad 3.*
- In *Officio votivo SSmae Conceptionis B. M. V.* quoad Antiphonam: *Post partum Virgo inviolata permansisti*: commutari nequit verbum *inviolata*: in alterum *immaculata* 4044. *reliqua Dubia ad 28.*
- Officia votiva S. Benedicti, S. Scholasticae, Sanctissimae Conceptionis, SSmi Sacramenti* pro Monachis Benedictinis intelligi debent cum solitis limitationibus 4044. *reliqua Dubia ad 27.*
- Officium votivum S. Syndonis* concessum pro universo Dominio Regis Sardiniae in qualibet Feria VI. non impedita, locum obtinet in Feriis VI. Quadragesimae, non autem in illis Adventus, quatuor Temporum, et Vigiliarum 4115.
- Officium votivum SSmi Sacramenti* sub ritu semidup. concurrens cum semidup. dividit Vesperas 4191.
- Officium votivum de Conceptione B. M. V.* est recitandum in Choro sub ritu tantum semidup. 4279. *ad 2.*
- Officium votivum S. Crucis* indultum pro singulis Feriis VI. non impeditis denegatur facultas celebrandi etiam tempore Adventus, et Quadragesimae 4291., idipsum decretum est quoad Officium Conceptionis B. M. V. 4296.
- Officia* concessa pro Regno fieri nequeunt in alio, etsi utrumque sit sub unius Regis dominio 263. *ad 3.*, concessa ad petitionem Regum fieri possunt a Regularibus, si ad eos exten-

datur indultum 3019. *ad 2.*, si huiusmodi Officia concurrant cum Festis proprii Calendarii servanda est Rubrica de translatione Festorum. *Ibidem ad 3.*, si sint eiusdem ritus, et dignitatis, illud praeferendum, quod fit cum maiori solemnitate, et concursu populi. *Ibidem ad 4.*, si Officia concessa sint pro aliqua determinata Dominica, hac impedita, omitti debent. *Ibidem ad 5.* Vide etiam 3040. *ad 4.* 3061., concessa ad petitionem Regis pro sua ditione, non sunt recitanda a Regularibus, qui in temporalibus non subsunt, etiamsi de gremio sint Dioecesium in eius Dominis sitarum 3639. Posteriora Decreta declarant huiusmodi Officia esse recitanda a Regularibus si sint praeceptiva, et etiam recitari debere si sint permissiva, usu tamen recepta 4474. *ad 5.*, si sint concessa absque ulla Cleri expressione comprehendunt etiam Clerum Regularem. *Ibidem ad 10.*

Officia concessa pro Regnis Hispaniarum num, quae, et sub quo ritu recitari possint in Dioecesi Bossanen. in Sardinia? 4355. *ad 1. et 2.* 4360. *ad 1. et 2.*

Officia concessa pro determinatis locis recitanda sunt ad formam Indultorum 3172. *ad 2.*, quoad Officia particularia concessa pro aliquo Regno, Ecclesia etc. quaedam proponuntur, et enodantur quaestiones 3038. 3040.

Officium concessum pro aliqua Civitate, vel Dioecesi non est a propria sede amovendum, si postea superveniat Officium eiusdem ritus Ecclesiae universalis, pro quo alia dies non impedita est assignanda 3181. *ad 2.*

Officia concessa pro Regnis Hispaniarum non sunt recitanda in Regno Lusitano 3521. *ad 1.*

Officium ad libitum transferendum non est si non fiat statuta die 2469. *ad 5.*, non recitandum in die infra Octavam, sed faciendum ut simplex, si sub hoc ritu sit de praecepto 2988. *ad 9.*, non licet Officium hoc recitare, si occurrat cum Festo Ordinis etc. 3073. *ad 10.*, vel infra Octavam non privilegiatam, nisi ex speciali concessione, veluti accidit quoad Officium S. Elisabeth infra Octavam Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli. *Ibidem ad 14.*, etiamsi semper cadat infra Octavam, transferendum non est 3463. *ad 3.*, prout quoque si cadat in alia die perpetuo impedita 3519., licet sit ritus dup. mai. fieri nequit, si occurrat cum Festo semidupl. de praecepto Ecclesiae universalis 3701. *ad 2.*

Officia Sanctorum ad libitum, quae incident in

dies perpetuo impeditos, nequeunt ab Ordinariis locorum figi, et locari perpetuo in alia die designanda, inconsulta S. R. C. 4119. *ad 7.*, quoad Officia ad libitum alia vide sub V. *Festa ad libitum.*

In Officio expectationis Partus B. M. V. qualis esse debeat hymnorum conclusio, et versiculus ad Primam? 1555. *ad 6.* 3295. *ad 4.*, quae benedictio ad VIII. lectionem tam in hoc Officio, quam in altero translationis Almae Domus Lauretanae? 4299. *ad 8.*

Officium S. M. V. de Monte Carmelo transferendum non est ad sequentem Dominicam 3477. *ad 1.*

Officium de Conceptione B. M. V. fieri debet in diebus infra Octavam alio Officio novem Lectionum non impeditis, etiamsi occurrat Vigilia, vel Feria quatuor Temporum, Missae vero sive cantatae, sive lectae dicendae sunt de Feria cum secunda Oratione de Octava, 3. vero Spiritu Sancto, quae semper dicitur infra Octavas Festorum B. M. V., verum si dies Octava occurrat in Feria IV. quatuor temporum, omnes Missae privatae dicantur de Octava cum commemoratione Feriae; Missa sollemnis post Tertiam sine commemoratione Feriae, cum de hac cantari debeat alia Missa post Nonam sine commemoratione Octavae, et cum Praefatione communi 4044. *reliqua Dubia ad 31.*, quae pariter regula tenenda est quoad Festa, quae gaudent Octava ex privilegio in Quadragesima. *Ibidem.*

Officium Patrocinii B. M. V. transferri posse conceditur, si omnes Dominicae Novembris sint impeditae 4102. *ad 1.*, huiusmodi Officium in Dominio Veneto affixum certae diei, non est amovendum etiam postquam eidem diei fuit assignatum aliud Officium, quod propterea transferri debet ad aliam diem non impeditam 4136. *ad 1.*

Officium B. M. V. sub titulo de succursu, quomodo sit ordinandum? 4478. *ad 10.*

Officium parvum B. M. V. non omittendum in diebus, in quibus ex consuetudine dici solet 356. 1734. *ad 3.* 4542. *ad 3. et 4.* Vide *subiectam adnotationem*: retinenda laudabilis consuetudo illud recitandi etiam in festis dupl. per annum, non autem in Octavis Paschatis et Pentecosten 4549. *ad 9.* cum nota quae subicitur: obligat in Choro tantum, et non potest anticipari, quia est onus diei 4874. *ad 3.*, dici omnino debet diebus ferialibus etiam tempore

- Paschali, non obstante contraria consuetudine 1817. *ad 2.*, et recitandum prout in Breviario Romano 618. *ad 2.*, etiamsi dici debeat in diebus ferialibus, et in festis ritus simplicis; non abrogata tamen consuetudine, quae in contrarium forte vigeret, in casu particulari S. R. C. tuto omitti posse respondit 4176. *ad 5.* Vide num. 287. 401. 813.
- Officium B. M. V.* sub speciali titulo, vel mysterio concessum alicui Ordini Regulari nequit extendi ad alios extra eum Ordinem, etiamsi Clerus specialiter veneretur B. M. V. sub eo titulo, vel mysterio 2414. *ad 2.*
- Officium Patroni principalis* celebrandum ad formam Constitutionis Urbanae, scilicet cum Octava a Clero Saeculari, sine Octava a Regulari. Si incidat cum Festo duplici notato in Calendario, de hoc fiat translatio 2185.
- Officium S. Clarae V.* cum Missa eiusdem conceditur Ecclesiae Toletanae 16.
- Officium S. Vincentii*, ubi is est Patronus, vel Titularis fit duplex, et dividitur ab Officio S. Anastasii: secus de utroque fieri debet iuxta Rubricas 334.
- Officium S. Rochi* fit tantum in Ecclesiis eius nomine dedicatis 822., quod intelligendum de locis, in quibus huiusmodi Ecclesiae extractae sunt 825., et hoc Decretum generale est, ac ubique servandum 1167. 1885. 3301. *ad 10.* Vide etiam de S. Rocho 3677. *ad 3.*
- Officium Sanctorum Philippi, et Iacobi* cadens in diem Ascensionis transferri, et recitari debet, prout disponitur in Rubrica de Translat. Festorum 1040.
- Officium S. Thomae Cantauriensis* si fiat sub ritu duplici, celebrari debet, etiamsi dies 29. Decembris venerit in Dominica; quo in casu fit ea die commemoratio Dominicæ, et die 30. Fer. 2. fiat de Octava Nativitatis 2943. *ad 7.*, idem Officium quoad Nationem Anglicanam 1314.
- Officium S. Antonii Patavini* ubi fit sub rit. dupl. secundae class. cum Octava, nequit habere Symbolum in Missa 1555. *ad 5.*
- Officium Baptismi D. N. I. C.* reiectum 1791.
- Officium Octavae S. Clarae* pro Monialibus eius Instituti praefertur Octavae S. Laurentii, cedit illi Assumptionis 2184.
- Officium S. Francisci Salesii* quoad Dioecesim Gebennensem 2425. *ad 1. et 2.*, quoad Moniales Visitationis. *Ibidem ad 3. 4. 5. 6.*
- Officium Conceptionis B. M. V.* quoad lectiones 1. Nocturni occurrente Feria IV. quatuor Tem-
porum in die Octava, vel infra Octavam 2428. *ad 3. et 4.*, si festum S. Luciae fiat die 14. Decembris in secundis Vesperis non habet nisi commemorationem, quia Vesperae integrae esse debent de Octava Conceptionis. *Ibidem ad 2. 2747. ad 2.*
- Officium SS. Nominis Mariae* excludit commemorationem eiusdem Nativitatis, quemadmodum Officium Nativitatis excludit in secundis Vesperis commemorationem Sanctissimi Nominis, si fiat in Sabbato 3069.
- Officium S. Thelesphori PP. et M.* celebrandum esse in Basilica Vaticana in Vigilia Epiphaniae, non obstante consuetudine illud transferendi, S. R. C. respondit 2658., verum quaestione iterum proposita, in aliam abiit sententiam 2669.
- Officium Angelorum Custodum* semel tantum faciendum ubi mos erat celebrandi hoc Festum bis in anno 2670., hinc ubi fit mense Septembris cum Octava, non est iterandum die 2. Octobris 2903. *ad 4.*, in hoc Officio, ut etiam in illo S. Michaelis Archangeli, octava Benedictio esse debet *Quorum Festum etc.*, in Officio vero S. Raphaelis, et Gabrielis - *Cuius Festum etc.* 3295. *ad 5.*
- Officium S. Angeli Custodis* concurrens cum Festo duplici minori habet integras Vesperas 2943. *ad 2.*, verum in una Fratrum Minorum S. R. C. respondit, Vesperas occurrentes cum primis S. Clarae esse dimidiandas 2988. *ad 2.* ita etiam 3005. *ad 5.* 3497. *ad 2.*, etsi vero declaratum fuerit Officium praedictum esse ritus dumtaxat dup. min. 3244. *ad 3.*, nihilominus constans sententia fuit praxi firmata, quod Officia Angelorum in concursu cum Festo aequalis ritus habent Vesperas integras 3172. *ad 4.* 2693. 3751. *ad 6.* 3770. 3842.
- Officium S. Gabrielis Archangeli* cur non extensum ad Ecclesiam universam? 3460.
- Officium S. Thomae Apostoli* nequit habere Octavam 2812. *ad 1.*
- Officium S. Remigii* si incidat cum Festo duplici, transferendum non est, sed de eo fit uti simplicis in die, in qua cadit 2849.
- Officia Sanctorum Bernardini, et Antonii* si transferantur, et fieri debeant sine Octava a Minoritis, possunt ab eis recitari cum lectionibus secundi Nocturni, ut in Breviario Romano 2988. *ad 10.*
- Officium S. Benedicti* a Sacerdotibus Dioecesis Nullius Montis Cassini nequit recitari sub rit. dup. 1. classis cum Octava 3042. *ad 3.*

Officium S. Elisabeth, quod occurrit infra Octavam SSrum Apostolorum Petri, et Pauli non comprehenditur sub censura Decreti generalis quoad Festa ad libitum 3244. *ad 6.*, et fieri debet cum Antiphonis, et Hymnis propriis *Ibidem ad 9.*

Officium S. Narcisi quando, et quo ritu recitandum in Civitate, et Diocesi Gerunden., et in Regnis Hispaniarum? 3439.

Officium SS. Nominis Iesu nec a Minoritis, nec ab aliis recitari amplius posse die 14. Ianuarii, sed omnino debere Dominica secunda post Epiphaniam S. R. C. respondit 3953., quod si occurrat in Dominica Septuagesimae transferendum ad diem 28. Ianuarii tamquam propriam, ne huiusmodi Festum celebretur in Quadragesima 4299. *ad 1.*, eique cedere debet aliud Officium duplex in ea die occurrens 4361. *ad 8.*, si dies 28. impedita sit Festo dupl. 2. classis cum Octava, reponendum est ab Episcopo in aliam diem infra eandem Octavam, translato quocumque alio Festo, nisi sit altioris ritus 4442. *ad 1.*, transferetur ad diem 28. Ianuarii solum quando occurrit in Dominica Septuagesimae, secus in primam diem liberam ante Quadragesimam 4921. *ad 3.*

Officium S. Sebastiani, ubi is est Patronus minus principalis, separandum non est ab Officio S. Fabiani 3499. 3677. *ad 1.* 3991. *ad 1.*

Officium Ss. Cosmae, et Damiani si transferatur in Vigiliam Festi omnium Sanctorum, cuius Missa concordat in Evangelio, recitandum Evangelium, et respective Homilia omnium Sanctorum, et in Missa secunda Oratio sit de Vigilia, tertia vero *A cunctis* 3751. *ad 5.*

Officium S. Barbarae Virg, et Martyr., ubi est duplex, fieri debet die 4. Decembris, translato Festo S. Petri Chrysologi ad aliam diem fixam non impeditam 4044. *de trans. Fest. dub. 3.*

Officium translationis S. Ianuarii, occurrens cum Festo altioris ritus, vel maioris dignitatis, transferendum est a prima Dominica Maii, ei tamquam propria assignata, ad primam diem non impeditam, servatis rubricis post Octavam 4091. *ad 1.*, occurrens cum Octava Dedicationis Ecclesiae, debet transferri ad primam diem non impeditam, omissa Octava 4097.

Officium S. Ioachim, si perpetuo Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. V. sit impedita, non est recitandum neque in Dominica ante Nativitatem eiusdem B. M. V., neque die 20. Martii, in qua prius celebrabatur, sed transferendum ad primam diem non impeditam

4110. *ad 3.*, ubi celebratur Dominica infra Octavam Assumptionis, pariter transferendum est ad primam diem non impeditam, si occurrit in ipsa Octava 4175. *ad 5.*, hoc Officium pertinet ad classem Confessorum: ideo concurrente cum festo alterius Sancti eiusdem ritus servanda est Rubrica de concurrentia 4651. *ad 1.*

Officium S. Dionysii, ubi is est Patronus principalis, quomodo dirigendum, et quomodo ab eo separandum, et respective transferendum Officium sociorum Rustici, et Eleuterii 4175. *ad 5.*

Officium S. Raymundi potest ulterius transferri, ut Festum SSmi Nominis Iesu celebrari valeat ante Quadragesimam 4181. *ad 1.*

Officium SS. Redemptoris pro quadam Ecclesia Status Veneti, cuius Dedicatio cedit Dominica III. Iulii assignata pro dicto Officio, transferri permittitur ad Feriam 2. post dietam Dominicam, illud celebrando sine commemoratione Octavae Dedicacionis, de qua reliquis diebus faciendum est Officium cum commemoratione Octavae SSmi Redemptoris, cuius Officium desinat cum simplici commemoratione in die Octava Dedicacionis 4190.

Officium duplex de S. Ursula, et Sociis, ratione Reliquiae insignis, aut de eadem Sancta, aut de aliqua ex sociis 4198. *ad 5.*

Officium S. Petri ad Vincula in Ecclesia S. Iacobi de Luprio Venetiis, quod semper recitari consuevit die 2. Augusti, quia prima dies impedita erat ab Octava S. Iacobi Titularis, amovendum non est, etiam postquam dies secunda assignata fuit Officio S. Hermolai semidupl. pro Diocesi Veneta 4202. *ad 1.*

Officia Martyrum Turritanorum Baptizatorum abroganda 4351. *ad 2.*, conceditur semel in anno ad eorundem honorem Officium de communi Martyrum, et quoad alios nominis proprii permittitur Officium, iuxta ritum aliarum Ecclesiarum. *Ibidem ad 2. et 3.*, pro eadem Ecclesia Turritana Festum S. Iacobi Apostoli a ritu 1. class. cum Octava reducit ad ritum secundae classis sine Octava, et abrogatur Festum Translationis. *Ibidem.*

Officium reversionis Magorum die 1. Martii prout in die Epiphaniae non celebrandum 4355. *ad 6.*

Officium S. Camilli de Lellis elevatum ad ritum dup. min. ei assignata die 18. Iulii, recitandum est in hac die, etiam ubi prius celebrabatur sub ritu semiduplici die 15. eiusdem mensis 4357. *ad 1.*

Officium S. Eliae Prophetae occurrens in Sabbato quatuor Temporum vernalium habet idem Evangelium, ac illud Feriae, idcirco omittenda est lectio IX. de Feria, et in fine Missae legendum Evangelium S. Ioannis 4367., in hoc Officio, et Missa est adhibendus color albus 4369.

Officium S. Iacobi Patroni principalis, attenta dignitate, in concursu cum Festo Titularis alicuius Ecclesiae praeferrri debet, dummodo tamen Titularis non sit eiusdem, vel maioris dignitatis 4507.

Officium S. Angelae Mericiae Virg. cum Missa pro utroque Clero Urbis et Status Ecclesiastici, item Elogia in Martyrologio 4521.

Officium Sacri Cordis Iesu ubi gaudet ritu 1. class. utpote secundarium, cedere debet concurrentibus Festis Nativitatis S. Ioannis Baptistae, et Ss. Apostolorum Petri et Pauli 4579. ad 1., item primariis Festis Dedicationis Ecclesiae, Patroni principalis, vel Titularis. *Ibidem* ad 2., quo in casu Festum Sacri Cordis Iesu transferendum est ad primam diem non impeditam iuxta Rubricas. *Ibidem* ad 3., si gaudeat singularissimo privilegio exclusivo etiam quoad Festa solemniora supra indicta, eadem erunt transferenda iuxta Rubricas. *Ibid.* ad 4., excipiuntur Festa Nativitatis S. Ioannis Baptistae, et Ss. Apostolorum Petri et Pauli; quae in iisdem locis celebranda erunt in die immediate sequenti, translata commemoratione S. Pauli in primam diem infra Octavam non impeditam Dominica vel Festo trium lectionum. *Ibidem* ad 5. Vide *subiectas annotationes*, quibus praefata Decreta magis declarantur.

Officium S. Petri Damiani cum titulo Doctoris ad universam Ecclesiam extenditur. Decretum generale 4638.

Officium S. Genesii M. Patroni Dioecesis S. Miniati recitandum in oppido Ficlicensi cum toto territorio sub ritu dup. mai. attenta consuetudine 4642. ad 2. et 3. et ad reliqua Dubia.

Officium Conversionis S. Catharinae Fliscae reicitur 4644. cum *subiectis notis*.

Officium SSmi Redemptoris qua die persolvi debet a Clero Urbis 4663.

In *Officio Translationis Almae Domus Lauretanae* qui nam versiculi dicendi sunt? 4762.

Officium Sacri Cordis Iesu gaudens ritu 1. class. habet integras primas Vesperas 4772. ad 1.

Officium S. Gregorii Thaumaturgi est ritus semiduplicis 4806. ad 2.

Officium S. Alphonsi M. de Ligorio pro universa Ecclesia 4876.

Officium S. Veronicae de Iulianis pro Statu Ecclesiastico 4803.

Officium Conceptionis B. M. V. occurrens in Dominicam II. vel III. Adventus transfertur ad primam diem liberam iuxta Rubricas 4921. ad 4.

Officium S. Irenaei celebratur in Dioecesi Baltimorensi die 28. Iunii 4928. ad 1. 2. 3. et 4., idem Officium celebrandum prima die non impedita ubi occurrit Octava S. Aloisii Gonzaga. *Ibidem* ad 5.

Officia Passionis possunt transferri, sed intra Quadragesimam tantum 4928. ad 6. 5114. ad 4.

Officium S. Georgii extra tempus Paschale quomodo est ordinandum? 4930. ad 8.

Officium S. Kevini in Dioecesi Dublinensi an celebrandum sit a Regularibus? 4941. ad 6.

Officium S. Birgittae in provincia Lageniae celebrandum est ritu dup. 2. class. 4941. ad 9.

Officium S. Aloisii Gonzaga extenditur ad universam Ecclesiam 4942.

Officium Commemorationis S. Pauli quo ritu gaudet in propria Ecclesia? 4985. ad 8.

De *Officiis Pretiosissimi Sanguinis, et quinque Plagarum* in ditione Veneta 5000. ad 7. 5025.

Officium S. Antonini E. C. pro universa Ecclesia conceditur celebrandum sub ritu duplici minori 5034.

In *Officio Apparitionis S. Iacobi Ap.* pro Regno Hispaniarum Responsoria etiam tempore Paschali sunt de communi extra tempus Paschale additis *Alleluia* 5038.

In *Officio S. Agnetis V. M.* nihil innovetur, vel immutetur licet fiat pro maiori claritate 5064. ad 1.

Officium Patrocinii S. Ioseph extenditur ad universam Ecclesiam 5098.

Officium S. Stanislai Kostkae quo die celebrandum in Patriarchalibus Urbis? 5110.

In *Officio Sacri Cordis Iesu* conclusiones variandae non sunt cum *ŷ. Iesu tibi sit gloria etc.* 5151. da 3.

In *Officio Maternitatis B. M. V.* ad Capitulum Vesperarum et Laudum non sunt apponenda verba: *et in Israel haereditare*: sed legendum uti iacet 5157. ad 6.

In *Officio S. Petri Urseoli, et S. Antonini E.* nihil addendum ad 6. lectionem 5157. ad 7.

In *Officio Saer. Syndonis D. N. I. C.* nihil addendum in *ŷ.* ad Primam 5157. ad 8.

In *Officio proprio S. Laurentii Iustiniani* ad 2. Vesperas dicendus est psalm. *Memento*: quam-

- vis antiphona desumpta sit ex psalm: *Laudate Dominum omnes gentes etc.* 5196. ad 6.
- Officium S. Alexandri M.* unius ex septem Fratribus seiungi posse permittitur eo quod in casu agitur de Festo 1. et 2. classis 5225.
- Oleum Sanctum* pro extrema unctione non est solemniter ad infirmos deferendum cum Superpelliceo, ac lanternis, multoque minus Manna S. Nicolai 289.
- Olea Sancta* conficienda, assistentibus duodecim Presbyteris, nec Canonici sunt exempti, si aliqui Presbyteri e numero desint 308. ad 1., ob penuriam saecularium, supplendum est cum Sacerdotibus regularibus 1354., si haberi nullo modo queat numerus a Pontificali praescriptus, S. R. C. permittit, ut cum minori numero confici possit, onerata conscientia Episcopi 1429. 1486. Presbyteri, et Diaconi ministrantes Sacris induti, quamquam non sint de gremio Cathedralis, praeferendi sunt aliis Presbyteris, et Diaconis 1852., si Presbyteri Cathedralis non sufficient, potest Episcopus alios sibi subditos vocare, et renuentes compellere 2878.
- Olea Sancta* asservanda sunt in Cathedrali, et a Dignitatibus distribuenda 574. ad 3., sufficit, ut retineantur in loco decenti vel sit a cornu Evangelii, vel a cornu Epistolae 2218.
- Olea Sancta* confici possunt extra Cathedrali, si Episcopus ob aliquam iustam causam alibi resideat 2471., sed confici nequeunt, nisi Episcopus simul celebret Missam 2590.
- Oleorum Sanctorum confectioni* assistentes Presbyteri indui debent Amictu, Alba, Cingulo, Stola directa, Manipulo, Planeta; Diaconi Amictu, Alba, Cingulo, Stola transversa, Manipulo, et Dalmatica; Subdiaconi Amictu, Alba, Cingulo, Manipulo, et Tunicella 2940., num thurificandi prius sint Sacerdotes, qui assistunt Episcopo uti testes Sacerdotalibus vestibus induti, an potius Canonici induti Planetis, Cottis, vel aliis indumentis eorum Officio convenientibus? 2949. 3512., tam duodecim Presbyteri, quam septem Diaconi ratione paramentorum recipere debent Sacram Eucharistiam ab Episcopo ante omnes alios de Choro, etiam ante Dignitates, et Canonicos choralis habitu indutos 3209. 3378.
- Olea Sancta* conficienda sunt publice in Ecclesia, non autem private in Sacello domestico. Quod si Episcopus ob aegritudines nequeat ea conficere, id potest immo debet alteri Episcopo committere 3312.
- In Oleorum consecratione*, quae fit Feria V. in Coena Domini, omnino servandum est Pontificale Romanum, et usus ab hoc dissentientes eliminandi 3667., quae servanda sunt ab Archidiacono? 4672. ad 17.
- Oleorum consecratio* fieri omnino debet in Cathedrali, cessante legitimo impedimento. Dato vero, quod ob rationabilem causam haec fiat in alia Ecclesia Civitatis, vel Dioecesis; nihilominus eadem Olea sacra distribui debent in Ecclesia Cathedrali 3764. 4000. ad 3.
- Olea Sacra* servanda sunt in Ecclesia excepto casu magnae distantiae ab eadem 4623. ad 3. Vide notam quae subiicitur.
- Oleorum Sacrorum* distributio nequit differri ad Dominicam in Albis 4623. ad 4. cum subiecta adnotatione.
- In Oleorum Sacrorum* delatione et custodia servandum est Rituale Romanum 4623. ad 5., cum notis, quae subiiciuntur.
- Oleis Sacris* addi potest pars modica Olei non benedicti urgente necessitate: hoc autem faciendum est quando deficiunt, et non quando distribuuntur post consecrationem 5000. ad 4.
- Oleorum distributio* Ecclesiis subiectis facienda est per Archidiaconum, non per Caeremoniarium Cathedralis 5180. ad 2.
- In Oleorum consecratione* facienda in Ecclesia Vicariatus Ken-si praeter minorem numerum Presbyterorum adsistentium, cui iam a S. Sede dispensatum fuit, praescribitur, ut Diaconus et Subdiaconus ministrantes, sacris vestibus rentis, deferant Olea e Sacratio, et ad ipsum reducant; inde quoad fieri potest Episcopo praestent Officia quae ab Archidiacono et Presbytero facienda in Pontificali statuuntur 5187.
- Oratio* de Ss. Fabiano, et Sebastiano non varianda 217. ad 2.
- Oratio Deus Refugium etc.* de mandato SSmi pro re gravi in Missis dicenda, dici non debet in Festis 1. class. 707. ad 4.
- Oratio* ad honorem 15. auxiliatorum cadit sub prohibitionem Missae eorundem 796.
- Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica, et Symbolum* repeti debent, si post Completorium statim initium detur Matutino sequentis diei 2596.
- Orationes* non adprobatae a S. R. C. recitari solitae cum Litanis B. M. V. pro agonizantibus, prohibentur 1361.
- Orationes* pro Imperatore Feria VI. in Parasceve, et in Praeconio Sabbati Sancti, quomodo variandae, dum vacat Imperium? 1884.

- Orationis conclusio* in Officio S. Ludovici Regis esse debet - *Qui tecum vivit etc.* 2656. *ad 5.*
- Oratio* in reponendo Sacramento die festo Corporis Christi esse debet ad formam Caeremonialis 2752.
- In Oratione pro Papa* non licet addere - *et pro Antistite nostro* 817.
- In Oratione A cunctis etc.* recolendus est Patronus, seu Titularis Ecclesiae 2856.
- In Orationibus*, quae collectae dicuntur non licet Sacerdotibus addere nomen Ordinarii 887. *ad 1.*
- Orationum*, quae fieri solent ab Advocatis Consistorialibus in publicis Consistoriis regulae praescribuntur 893. 4518.
- Oratio tertia* dicenda non est in Missa tempore Passionis, et infra Octavas Paschatis, et Pentecostes, si in ea dicenda sit secunda de simplici occurrente 3291. 4054. *ad 1.*
- Oratio* quoad conclusionem in absolutionibus faciendis in die commemorationis omnium Fidelium etc. 3477. *ad 4.*
- Oratio pro Anniversario Consecrationis Episcopi* dici debet sub unica conclusione post Orationem Missae diei, si occurrat Festum duplex 3809. *ad 7.*
- Oratio Fidelium* dicenda est in Missa de simplici, vel de Dominica, quae reassumitur Feria II., vel prima die mensis non impedita 3595.
- Oratio in die obitus* pro Sacerdote defuncto, vel pro Patre, et Matre Celebrantis, dicenda est iuxta Rubricas, et Rituale Romanum 3751. *ad 8.*
- Oratio tertia* in Missa semiduplicis translata debet esse *A cunctis etc.* in Vigilia alicuius Apostoli 4055. *ad 5.*
- Oratio de Spiritu Sancto*, si dicta sit secundo loco, tertia non est concludenda: *eiusdem Spiritus Sancti* 4055. *ad 6.*
- Oratio 3. ad libitum* potest esse vel de Sancto, vel de SS. Sacramento, vel de Patrono, de Passione, de Cruce etc. 4119. *ad 6.*
- In Oratione A cunctis etc.* Sanctos nominando, servari debet ordo Litaniarum Maiorum 4143. *ad 4.*, in unaquaque Ecclesia nominandus est Titularis, et Patronus proprius eiusdem Ecclesiae 4448. *ad 15. et 16.*
- In Oratione A cunctis etc.* nominandus est S. Titularis Ecclesiae 4669. *ad 31. q. 2.*, 4813. *ad 10. q. 1.*, quid si iam fuerit nominatus? 4669. *ad 31. q. 3.*, in Oratorio publico vel privato, quod non habet Sanctum Patronum Titularem debet nominari Patronus Civitatis vel loci 4897. *ad 2.* 4909. *ad 3. q. 2. et 3.*, si vero S. Titularis non est nominandus, non licet ad litteram N. addere nomen S. Fundatoris 5183. *ad 19.*
- Orationis pro Rege conclusio* debet esse - *per Dominum nostrum etc.* ut in antiquis Missalibus, et Sacramentariis 4299. *ad 2.*
- Orationes* a Superiore praeceptae pro pace, pro aeris serenitate etc., dici nequeunt in Missa Vigiliae Nativitatis D. N. I. C. 4299. *ad 5.*
- In Oratione*, et versiculis pro commemoratione S. Francisci non licet Franciscanis addere *Patris nostri* 4395. *ad 16.*
- Oratio de S. Sebastiano*, ubi de eo separatim recitatur Officium, esse nequit: *Infirmiorem etc.*, sed sumi debet ex illis de Martyre non Pont. 4474. *ad 6.*
- Orationes* immutari non debent inconsulta S. Congregatione, si Officium accidentaliter, vel perpetuo transferatur 4526. *ad 21.*
- Oratio a Superiore praecepta V. Collecta a Superioribus imperata.* Vide etiam num. 4526. *ad 22. et 23.*
- Oratio* varianda iuxta Rubricas tit. 7. de commem. num. 8. dum eadem est tam pro Missa, quam pro commemoratione 4526. *ad 31.* Vide etiam num. 4909. *ad 1.*
- In Oratione secreta* alicuius Beati, in qua exprimendum sit nomen, verbum *Sanctus* commutandum in *Beatum* 4526. *ad 32.*
- Ad Orationes: Supplices te rogamus*, et ante Communionem, ponendae manus super Altare, non autem intra Corporale 4526. *ad 35.*
- Oratio A cunctis* varianda in aliam *Concede*, si celebretur Missa votiva de Titulari, vel in eo retinendum Titularis nomen 4560. *ad 3.* Vide *subiectam adnotationem.*
- Oratio in Festo Exaltationis S. Crucis* concludi debet: *per eundem etc.* 4566. *ad 5.* Vide *adnotationem.*
- Oratio: Chrysostomus et Chrysologus* comprehendere nequeunt in Decreto, quod prohibet in Orationibus addi cognomina et patrias Sanctorum 4610. *cum adnotatione.*
- Orationes* in Festis S. Iuliani, S. Fidelis, S. Bernardini, S. Hieronymi Emilianii, S. Ioannae Franciscanae; postcommunio in Festis S. Ioannis Nepomuceni, S. Ianuarii, et Octavae Passionis D. N. I. C. et Oratio pro Vesperis fer. IV. post Dom. II. Quadrag. concludantur more solito, id est non debet dici - *in unitate eiusdem Spiritus etc.* - 4669. *ad 49.*, idem servetur in Oratione S. Camilli 4985. *ad 9. q. 2.*

- Oratio: Inclina Domine etc.* pro defuncto recitanda est sine nomine 4687. Vide *subiectam adnotationem*.
- Oratio: Fidelium etc.* quo loco recitanda in Missis sive conventuali, sive privata? 4746. *ad* 1. g. 4.
- Ab Oratione S. Ioannis Gualberti expungendum* est cognomen 4746. *ad* 3. 4985. *ad* 9. 5157. *ad* 5.
- In Oratione S. Petri Coelestini addatur nomen Coelestinum* 4985. *ad* 6.
- Oratio: Ecclesiae tuae etc.:* dici potest in Missa post orationem: *A cunctis etc.*, quamvis utraque circa finem in verbis pene concordet 5152. *ad* 2.
- Oratio: Deus qui nobis sub Sacramento etc.:* concludi debet per verba: *qui vivis et regnas in saecula saeculorum:* 5152. *ad* 6.
- Ab Oratione S. Ioannis Episcopi Alexandrini expungendum* est cognomentum *Eleemosinarii* 5180. *ad* 8.
- Oratio 3. ad libitum* in Missa Dominicae semiduplicis omittenda, quando occurrit commemoratio Festi duplicis vel semiduplicis, quod uti simplex celebratur: quo casu 2. *Oratio A cunctis* evadit tertia 5223. *ad* 2.
- Oratorium benedici* debet cum consecratione Altaris saltem portatilis, et onus probandi istud revera consecratum fuisse, spectat ad asserentem 3762. *ad* 3.
- Oratoria privata et Domestica* benedicenda non sunt forma in Rituali praescripta 4565. cum *adnotatione*.
- In Oratorio privato* Sacerdos se uniformare debet cum Officio proprio 4669. *ad* 31. 5183. *ad* 14.
- In Oratoriis privatis* Missae celebrari nequeunt in festo Patroni principalis et Dioecesis, non vero in Festo Titularis Parochiae 4878. *ad* 3.
- In Oratoriis* intra septa Domorum Religiosarum erectis, satisfaciunt praecepto, qui ibi Missam audiunt diebus Festis 4922.
- In Oratorio publico* indultum celebrandi Missam diebus Festis denegatur, quando iura Parochialia laeduntur 5015.
- Ordinariis locorum* sive saecularibus, sive regularibus non licet addere propriis Calendariis Sanctorum Officia, nisi ad praescriptum Rubricarum, et S. R. C. concessionem 740.
- Ordinarius* praecipere potest observantiam Rubricarum et Decretorum Sedis Apostolicae 5030. *ad* 4.
- Ordinarius nomine* non veniunt Regularium Superiores, et Priores locales 3575. *ad* 8.
- Ordinarium Romanum* adhibendum est a non habentibus Calendarium proprium 2654.
- Ordinandi* a quo vocari debeant in solemnibus Ordinatione? 1976.
- Ordinandorum*, et Matrimoniorum publicatio fieri debet a proprio Parocho, non autem a Vicario Foraneo 1359.
- Ordinandi* ad Sacros Ordines quem locum tenere debeant, et num ad Subdiaconatum promovendi debeant ad Litanias procumbere, ut promovendi ad Diaconatum, et Presbyteratum? 2946. *ad* 4.
- Ordinationes generales* peragenda sunt cum Missa solemnibus, praesente Clero 3491. *ad* 3., et cum Ministris 3774. *ad* 2., peragi debent statutis temporibus cum Missa de Feria, quamvis occurrat Festum duplex 3995. 4091: *ad* 3., et licet Episcopus iis diebus Missam privatim, et sine cantu celebret 4320. *ad* 1., ubi vero viget consuetudo celebrandi Missam de Sancto occurrente, non de Feria, dum Episcopus iis diebus privatas habet Ordinationes, nullatenus toleranda est, sed omnino abolenda. *Ibidem ad* 2.
- In Ordinationibus* Archidiaconus cum vocat Tonsurandos uti potest formula - *Accedant qui promovendi sunt ad Tonsuram* - 4669. *ad* 2., Tonsurandi una cum Episcopo proferunt verba *Dominus pars etc.* dum tonduntur. *Ibidem ad* 3. Archidiaconus dimittit Ordinatos dicens: - *Ad loca vestra* - vel similia. *Ibidem ad* 4.
- Ordinatus ad Ostiariatum non est necesse ut claudat ostium Ecclesiae vel Cappellae cum clavibus, quae illi traditae sunt in actu Ordinationis. *Ibidem ad* 5., Ordinandus quilibet respondet *Amen* in fine formularum. *Ibidem ad* 6., toleratur usus ut una tantum Candela accendatur, quae a singulis Ordinatis Episcopo offeratur. *Ibidem ad* 7., si Ordinatio fiat sine cantu possunt accendi quatuor cerei, si vero fiat cum cantu debent esse septem. *Ibidem ad* 8., in ea quae fit sine cantu Diaconi et Subdiaconi legunt Epistolam aut Evangelium cum Episcopo. *Ibidem ad* 9., iidem dicunt *Confiteor* post communionem Presbyterorum. *Ibidem ad* 10., si fiat cum cantu Presbyteri legunt in Missa Praefationem et alia, quae ab Episcopo cantantur. *Ibidem ad* 11., recitant ultimum Evangelium una cum Episcopo. *Ibidem ad* 12., pro Ordinatis ad minores Ordines

- nes Episcopus debet dicere formulam: - *Corpus D. N. I. C. custodiat te etc. Ibidem ad 16.* Episcopus deosculari debet dexteram genam Presbyteri ordinati in fine Ordinationis. *Ibidem ad 17.*
- In Ordinatione sine cantu celebrata quae paramenta induere debent Canonici Episcopo assistentes? 4732.*
- In Ordinatione generali sufficit ut unus ex Ordinatis in quolibet Ordine offerat Episcopo Cereum accensum 5000. ad 5.*
- Ordo in Processionibus servandus 4. 7.*
- Ordo servandus in thurificatione, et pace, item in receptione Palmarum, Cinerum, Candelarum, ubi diversi Coetus conveniunt aequalis dignitatis 200., in Cathedralibus primum Candelae, Cineres, et Palmae tradendae sunt Dignitati, a qua Episcopus recipit, mox Assistentibus, dein Paratis sacris indumentis, postea Vicario generali, ante omnes alios indutos habitu choralis. Si vero omnes sint in habitu choralis, Vicarius succedit immediate post Assistentes Episcopo 922.*
- Ordo servandus dum Episcopus cum suo Capitulo accedit ad Ecclesiam Abbatialem, et Collegiatam tam quoad sedes pro Episcopo, et Abbate, quam quoad scamna pro Canonicis Cathedralis, et Collegiatae 232. ad 3., item quoad thurificationem. Ibidem ad 4.*
- Ordo dandi pacem 2447.*
- Ordo dandi pacem Diacono, et Subdiacono in Missa pontificali, qui Sacram Communionem e manibus Episcopi non sumpserunt 322. ad 1. 374. ad 13.*
- Ordo sedendi in Synodo quoad Canonicos tam Cathedralis, quam Collegiatae 1323.*
- Ordo servandus in Metropolitana Gnesnen. inter Episcopos Regni Senatores, et simul Canonicos; Suffraganeos locales; Titulares simulque Canonicos; Administratorem generalem Dioecesis; Praelatos, et Ecclesiae Canonicos a S. C. adprobatos 4408.*
- Ordo hierarchicus servandus inter Canonicos, non antianitatis. Contrarius usus reprobatur. Si quid specialiter opponendum sit, a S. C. declarandum erit 99. ad 2.*
- Ordo hierarchicus servandus, ut primum locum obtineant Canonici Presbyteri, mox Diaconi, et Subdiaconi, licet hi sint illis possessione anteriores 321.*
- Ordines non sunt conferendi a pluribus Episcopis in eadem Ecclesia, et eodem tempore 2727.*
- Ordines minores. Num consuetudo sit toleranda conferendi Ordines minores vespere Feriae VI. ante Sabbathum Ordinationis? 4565. ad 11. Vide adnotationem.*
- Ordines minores et maiores conferri possunt etiam in festis abrogatis 4669. ad 1. 4953.*
- Ordines minores conferri possunt vel diebus Dominicis, vel festis de praecepto, vel in festis duplicibus quae erant de praecepto 4708. 4751. ad 4., conferri possunt extra tempora et extra Missam, sed in festis et de mane 5003.*
- In Ordinibus Sacris extra tempora conferendis legendum est Mandatum Apostolicum 4751. ad 5.*
- In Ordine Ostiariatus conferendo quae claves adhibendae, et quomodo a singulis Ordinatis tangendae? 4565. ad 7. Vide adnotationem.*
- Ordinatio Subdiaconi si fiat Sabbatho Sancto monitio facienda est post Litanias 4583. ad 4. et 5. Vide adnotationem.*
- In Ordinatione Presbyterorum quomodo intelligenda sit Rubrica Pontificalis de impositione manus facienda a Sacerdotibus qui adsunt? 4583. ad 6. Vide adnotationem.*
- In Ordinatione si aliquid omissum fuerit quomodo supplendum? 4813. cum subiecta adnotationem 4927. 5128.*
- In Ordinatione Presbyterorum imponenda est tantummodo manus ad orationem: Oremus Fratres charissimi etc.: iuxta praxim Ecclesiae Romanae 4952.*
- Ordines conferendi et Olea Sacra conficiendi in privato Sacello, et sedendo facultas tribuitur Cardinali Archiepiscopo Hispalensi ob gravissimas calamitates, in quibus versatur Regnum Hispaniarum 4963.*
- In Ordinatione Subdiaconi Amictus dimittendus est super scapulas, postquam impositus fuit ab Episcopo 5111. ad 2.*
- In Ordinatione Regularium propriae Dioecesis Episcopus debet dicere: Promittis Praelato etc. 5127.*
- In Ordinibus conferendis in privato Sacello etiam quando unus tantum ordinatur, non est omitenda interdictio praescripta in Pontificali 5180. ad 4. nec novus Subdiaconus postquam Epistolam legerit debet manum Episcopi osculari, nec novus Diaconus ante lectionem Evangelii petere debet benedictionem, et Episcopus debet suum proprium Missale osculari. Ibidem ad 5.*

Ordinis Minorum Fratres nequeunt die 2. Augusti unico Officio satisfacere duplici obligationi, si eadem die recurrat Festum Dedicacionis tam Ecclesiae primariae Ordinis, quam propriae 3751. ad 4.

Ordini Minorum Conventualium indultum, ut inchoare possent Matutinum ante statutam horam in nocte Nativitatis Domini 69.

Ordinis S. Ursulae qui sint Sancti Patroni 4751. ad 6.

Organa pulsanda Dominica III. Adventus, et IV. Quadragesimae 2656. ad 8., in Missa, et Vesperis tantum 3905. ad 3. 4859. ad 10., strictim servanda dispositio Caeremonialis quoad sonitum Organi in Missis de tempore 5118., abusus eliminandus 5126. ad 2.

Organorum pulsatio tono lugubri permitti potest in Missis defunctorum, etsi renuat Ordinarius 807.

Organa pulsari licet tempore Quadragesimae, Adventus, et Vigiliarum in Missis votivis, quae singulis Sabbatis celebrantur solemniter, et in Litanis, quae cantantur post Vesperas 4233. ad 4.

Organa non silent, quando Diaconus, et Subdiaconus utuntur Dalmatica, et Tunicella, licet color sit violaceus 4119. ad 9.

Organum cum pulsatur, Officii vel Missae partes quae omittuntur, recitanda sunt submissa voce, quando vero non pulsatur, integrae sunt decantandae 5135. ad 4.

Organa pulsandi consuetudo servari potest in responsione ad: *Ite Missa est.* 5102. ad 6.

Os Capituli nequit haberi pro Reliquia insigni 791.

Ostium tabernaculi SS^mi Sacramenti eum insculpta Imagine SS. Crucifixi tegi nequit cum vase florum, quod est collocandum in humiliori decenti loco 3575. ad 10.

P

Pacis osculum dari debet Magistratui cum instrumeto, servata forma Libri Caeremonialis 3211. ad 1.

Pallae ex lino conficiendae V. Corporalia.

Palla a parte superiori drappo serico cooperta adhibenda non est in Sacrificio Missae 3575. ad 6.

Pallium, seu Baldaehinum in nuptiali benedictione vetitum, multoque magis quid pro eodem exigere 294.

Pallium ab Archiepiscopo recipiendum, priusquam in sua Ecclesia Pontificalia exercent 705.

Palma tradenda Episcopo a dignore Chori 523. 687. ad 5., in Palmarum distributione dignior ille praeferendus, a quo Celebrans illam accepit 1466.

Palmarum benedictio, et distributio facienda in Collegiata, adstante Capitulo Cathedralis, fieri ab hoc debet; sed quoad Palmas servanda est aequalitas 3366.

Palmatoria nequit adhiberi nisi ab iis, quibus de iure competit, vel privilegio eiusdem usus concessus est 4536. ad 3. Vide *appositam annotationem* et Decretum generale sub num. 4537.

Palmatoria a quo sustinenda est in Missa 4865. 5085. ad 3.

Vide etiam *Bugia*.

Parasceve V. Feria VI. in Parasceve.

Paramenta sumere de Altari, habere duo, vel plures ministros Cotta indutos, et quatuor Candelas accensas in Missis privatis, nemini licet, praeterquam solis Episcopis 830. 890. 915. 1571. 1864. 2556., ita etiam non licet uti ministerio famulorum pro abstergendis manibus 890., quod tamen licet Abbatibus Benedictinis pontificaliter celebrantibus in propriis Ecclesiis. *Ibidem*.

Paramenta sumere de Altari in Missis quotidianis, neque eis licet, qui habent usum Pontificalium 1954.

Paramenta pontificalia ministranda sunt Episcopo ab Ecclesiae Cathedralis Sacrista 1008. ad 1.

Paramentorum color in expositione, et repositione SS. Sacramenti ad Rubricarum formam 1570. ad 2.

Paramenta de, et super Altari sumere non licet, non obstante consuetudine, quam abusum imperscriptibilem S. R. C. declaravit 2641.

De Paramentis praetiosis quoad colorem 4653.

Paramenta plurium colorum prohibentur 4655. 4815. ad 8. q. 2., item flavi coloris 4669. ad 54. 4684. ad 1. 4815. ad 8. q. 1., item coerulei coloris 4707. ad 4. 4847. ad 2.

Paramenta ex tela linea vel gossypio vulgo *Perullo* confecta non admittuntur 4815. ad 8. q. 3.

In Paramenta sacris nihil est innovandum si adest stemma gentilitium, cum non obstant decreta 4989.

Paramenta facta ex vitrea textura prohibentur 5099.

Paramenta coloris aurei inservire nequeunt pro albo, viridi, et rubro 5152. ad 5.

Parochialia munia a nemine possunt exerceri, invito Parocho 908. 909.

Parochialium Ecclesiarum Vicarii, et Portionarii, ubi equiparantur Canonicis Collegiatae, si simul cum his sedeant, vel incedant, quomodo honorandi? 502.

In Parochiali Ecclesia nequit quidquam ordinari, aut exerceri, invito Parocho 1263. ad 1. Oratio Sancti Titularis ibi spectat ad proprium Parochum. Ibidem ad 2., nec in ea potest fieri Processio per Archipresbyterum, invito Parocho. Ibidem ad 3.

De Parochialis Titulo, vel Dedicatione nequit celebrari Missa sub eodem ritu in Oratoriis eidem Parochiali subiectis 3814. ad 2.

Parochus proprius defuncti, cuius Cadaver deferendum est ad Ecclesiam Regularium, debet benedicere, et preces intonare: ad Regulares vero spectat Officium facere in propria Ecclesia 328.

Parochus defuncti ad Ecclesiam Regularium funus deferens debet uti Stola, et facere confessionem generalem versus populum 407. ad 1.

Parochus, seu Prior Stolum deferens praecedit Canonicis Collegiatae 416.

Parochus, invitatis Regularibus, et tempore delationis non advenientibus, potest defunctos deferre, et sepelire 437.

Parochus, in cuius Ecclesia tumulatur defunctus, debet Officium facere, quamvis intersit in delatione Capitulum, quod digniorem occupet locum 442.

Parochus potest ad libitum vocare, quos maluerit ad funus, nisi haeredes secus disponant 476.

Parochus praecedentia in associandis funeribus 416. 560. 573.

Parochus funus ducens ad Ecclesiam Regularium, perventus ad Ecclesiae ianuam, dicto ultimum vale defuncto, recedere debet 569. 576.

Parochus, per cuius Parochiae fines transit funus, nullum ius acquirit, nec transitum impedire potest, aut quidquam stipendii petere 615. 3004.

Parochus cum Cotta, Stola, Cruce Parochiali, et

Presbyteris saecularibus mortuum associando, praecedentiam habet supra Canonicos regulares, Monachos, et alios quoscumque Regulares 668., praecedentiam dare debet Collegiatae, ad eum vero spectat Officium facere 711.

Parochus quoad quartam funeralem 717. ad 1. 785. ad 3.

Parochus potest prohibere Regularibus erectionem Crucis in funeribus, quae non deferuntur ad eorum Ecclesias: non potest quoad alias Processiones 717. ad 4.

Parochis Officium facere non licet super Cadaveribus in alienis Ecclesiis tumulandis 779. 795.

Parochus nequit impedire Regulares vocatos ab associando funere, dummodo incedant sine Cruce, nisi Cadaver deferatur ad eorum Ecclesias 831., neque potest impedire Sodalitates, ac illas praesertim, quae habent curam mortuorum 832.

Parochus, et Sacrista Cathedralis, etsi amovibiles, praecedunt proprio Parocho defuncti, interveniente Capitulo 905.

Parochus, per cuius Paroeciae fines transit funus alterius Paroeciae, nequit propriam Crucem erigere, et Cadaver aspergere cum aqua benedicta 1011.

Parochus in propria Ecclesia debet Missam solemnem celebrare, Officiumque facere super defunctis, etiam praesente Capitulo Collegiatae 1045. ad 2. et 3. 1249.

Parocho non debetur, nisi quarta funeralis pro defuncto, qui alibi sepulturam elegit, et haeredibus licet exequias renovare diebus 2. 7. et 30., ubi voluerint, quin Parochus possit id impedire, aut aliquid exigere emolumentum 1072.

Parochus, etsi Stola indutus, debet locum cedere Collegiatae in funeribus 1222.

Parochus domicilii praecedit alteri, in cuius Parochiae fines quis est improvisa morte defunctus 1333.

Parochus defuncti nequit impediri a Regularibus Ecclesiae tumulantis, quin pulsant campanas propriae Ecclesiae 1364.

Parochus, et Clerus saecularis ingredi possunt cum Cruce in Ecclesia, in qua defunctus tumulandus est, nullam tamen functionem eis facere licet 1706. 1801.

Parochus Stolum deferens in funere locum digniorem tenere debet post Clerum Regularem, et Saecularem 1722., praecedit etiam alios Parochos sola Cotta indutos 1804.; cedere tamen debet digniorem locum Capitulo Cathedralis

interessenti 1745., quid in concursu cum Canonicis Collegiatae? 2045. 2450., privative quoad Collegiatam debet Officium absolutionis facere super cadaveribus in Parochiali Ecclesia humandis 1948.

Parochus Cathedralis funus deferens ad Ecclesiam Regularium sitam intra fines Parochiae Collegiatae debet privative facere tam in via, quam ante ianuam Ecclesiae tumulantis, functiones omnes, quae spectant ad Parochum 2119. *ad 3.*, ut etiam ad eum spectat functiones facere erga defunctos, qui levantur extra Civitatem, et deferuntur ad Ecclesiam Regularium sitam intra fines Collegiatae. *Ibidem ad 4.*

Parochus, deposito funere in Ecclesia Regularium, nequit intonare *Regem cui omnia vivunt etc.*, sed, quatenus adsit consuetudo immemorabilis intonandi, et facta intonatione, recedendi, servanda est 2309. *ad 3. et 4.*, ita etiam ubi immemorabilis viget consuetudo, potest Parochus cum Cotta, et Stola assistere in Regularium Ecclesiis Officio, quod a Regularibus fit super defunctis 2348. 2353., sed nequit quidquam agere circa exequiales functiones 2390.

Parochus in levando funere debet intonare antiphonam: *Exultabunt Domino etc.* 2521. 2576. *ad 3.*, etiamsi intersit Capitulum Cathedralis, quod tamen in reliquis praecedat 2538. 2576. *ad 3.*

Parochis licet in ducendis funeribus extra propriam Ecclesiam transire per confines aliarum Parochiarum, ac etiam Cathedralis, nec propterea sunt molestandi 2713.

Parochus tenetur associare cadavera usque ad Ecclesiae Regularium ianuam 2733. *ad 5.* 2840., si interesse recuset, possunt Regulares levare Cadaver 2733. *ad 6.*

Parochus nequit cum Cruce ingredi Ecclesias Regularium, et potest impediri, nisi tamen vigeat contraria consuetudo immemorabilis 2936. *ad 1.* 2846. *ad 2.*

Parochus funus associaturus tenetur ad Cathedralis accedere, si Capitulum interesse debeat, ut etiam tenentur Regulares 3650. *ad 1. et 2.*

Parochi si renuant in funeribus dare praecedentiam Capitulo Collegiatae, tenentur probare consuetudinem contrariam 3715.

Parochi associantes funus ad Ecclesiam Regularium, nequeunt cum Cruce, et Stola ingredi Ecclesiam, ibique Officium facere 3722. *ad 9. et 10.*

Parochus in casu particulari, post probatam sui favore consuetudinem, S. C. respondit deberi praecedentiam in associatione Cadaverum supra Archipresbyterum, et Canonicos Collegiatae 3767.

Parochus potest Officium funeris peragere, et Missam solemnem celebrare super Cadavere exposito in Oratorio Confraternitatis infra limites suae Parochiae 3784. *ad 2.* (intellige: si sit defunctus suae Parochiae, iuxta Decretum generale anni 1703.)

Parochus, associato Cadavere ad Ecclesiam Regularium, et deposito feretro ante fores, non debet consuetas preces recitare 3793.

Parochis non licet cum Stola, et Cruce ingredi Ecclesiam Barnabitarum Spoleti, ibique assistere exequiis defuncti in ea tumulandi; reservatur tamen ius probandi consuetudinem 3829.

Parochi simul convenientes ad celebranda funera etc. praecedentiam obtinent supra alios simplices Presbyteros 2912. *ad 1.*, item dum simul conveniunt pro aliqua celebranda festivitate. *Ibidem ad 2.*, quae honorificentiae eis debeantur? *Ibidem ad 3. 4. 5. 6. et 7.*

Ad Parochos spectat Officium facere super Cadaveribus, et Stolum deferre in propriis ipsorum Ecclesiis, etiam interveniente Capitulo Cathedralis 3048. *ad 2.*

Parochus Canonicus si in funeribus, interessente Capitulo, velit incedere cum Stola, ire debet post alios Presbyteros ante Capitulum; si velit interesse ut Canonicus, ire debet sine Stola in suo loco, et tunc Stolum deferat dignior de Capitulo 3250.

Parochis non licet exigere ab haeredibus unum carolenum, et quatuor candelas pro quolibet defuncto, et unam gallinam quo quolibet Matrimonio contrahendo 3330. *ad 2.*

Parochi incedentes cum Stola, neque in propriae Parochiae districtu habent praecedentiam in Processionibus funerum, si intersit Capitulum Cathedralis collegialiter cum Cruce 3376. *ad 4.*

Parochus vocandus est in associatione Cadaveris ad Ecclesiam Regularium, nequit tamen Ecclesiam ingredi cum Cruce, et Stola, ac ibi Officium facere 3485. *ad 1. et 2.*, nequit exigere maiorem eleemosynam ab exteris tumulandis in Ecclesiis Regularium, quam a civibus. *Ibidem ad 3.*

Parochus etsi ingrediatur Ecclesiam tumulantem cum Superpelliceo, et Stola, nequit tamen Crucem deferre 3529., quod clarius explicatur

altero Decreto, quo edicatur, Parochum posse pro sua commoditate Ecclesiam ingredi sine Cruce elevata, non tamen pro assistendo functionibus 3529., iterum-proposita causa, alia prodiit declaratio, scilicet, quoad delationem Crucis in decisis; quo vero ad ingressum Parochorum, ita esse intelligendum, ut neque liceat eisdem Ecclesiam processionaliter circumire, neque functionibus exequalibus assistere, nisi tamquam quilibet de populo et multo minus illas turbare cum aliquo cantu 3540.

Parochi Cathedralis in associandis funeribus nequeunt uti Cappa choralis 3543.

Parocho Terrae Vissi licere respondit S. R. C. deferre Stolum in Ecclesiis Regularium, dummodo tamen non peragat Officium 3630.

Parocho Cathedralis Forolivii non licuisse respondit S. R. C., elevare Crucem, ac deferre Stolum in funere asportando ad aliam Parochiam, et Decretum Episcopi non sustineri 3866.

Parochus, etsi Ecclesiae Cathedralis, ducens funus ad Ecclesiam Regularium, non debet hanc ingredi cum Cotta, et Stola, neque ante discessum recitare antiphonam *Exultabunt etc.* 3961.

Parocho, cui ius competit associandi Cadavera, quae ex qualibet Parochia loci tumulanda deferuntur ad Ecclesiam Regularium sitam intra limites suae Parochiae, S. R. C. primum respondit, licere ingredi eandem Ecclesiam, et ibi funebria persolvere; postmodum vero in causae revisione recessit a decisis 4011.

Parochus in funeribus debet incedere sub Cruce Ecclesiae tumulantis, ad cuius fores dicere debet ultimum vale 4210. *ad 1. et 2.*, debet pervenire usque ad ianuam, non autem in aliquo determinato loco consistere 4316. *ad 1.*, et licet parentibus defuncti asportare Cadaver ad Parochiam per modum depositi, priusquam deferatur ad Ecclesiam tumulantem, petita, quamvis non obtenta, licentia Parochi, cui debentur intortitia tantum, cum quibus Cadaver expositum fuit, dummodo idem Parochus aliquas preces recitaverit. *Ibidem ad 3. et 4.*, nequeunt Parochi exigere maiorem eleemosynam, seu maiora emolumenta pro associandis Cadaveribus ad alienas Ecclesias. *Ibidem ad 5.*
Parochus quoad usum Stolae, et praecedentiam 35. 3036. 3164.

Parochus processionaliter cum Magistratu, et Sodalitatibus laicorum, accedens ad Ecclesiam Regularium in Festo Titularis, nequit, con-

traditentibus Fratribus, ibi Missam cantare, neque potest Officium facere super Cadaveribus ibi tumulandis 853.

Parochus prohiberi nequit ab ingressu Ecclesiae filialis suae Parochiae ad exercendas functiones Parochiales, licet in ea ob aeris intemperiem translatum sit servitium Cathedralis 942. *ad 2.*

Parocho Ecclesiae Matricis, etiamsi sit regularis, et amovibilis, debetur praecedentia supra alios loci Parochos in Processionibus etc. 943.

Parochus tenetur accedere ad Ecclesiam Baptistalem in Sabbato Sancto, non obstante distantia loci 1067.

Parochi nequeunt impedire aliarum Ecclesiarum moderatores, quominus Missas celebrent ante Parochialem 1134.

Parochus Ecclesiae Baptismalis nequit impediri a Vicario Foraneo, quominus faciat in propria Ecclesia benedictionem Fontis 1297.

Parochi manutendi in possessione sedendi immediate post Canonicos in iisdem stallis, et in Processionibus incedendi immediate ante eosdem 1301.

Parochus graeci ritus praecedentiam suae Ecclesiae obtinet inter Parochos ritus latini 1476.

Parochus prima Dignitas Cathedralis nequit indicare Orationem 40. horarum, et exponere Sacramentum sine licentia Episcopi 1510.

Parochus, faciens Processionem in Octava Corporis Christi, potest iuxta solitum transire per limites alterius Parochiae, nec tenet Decretum Episcopi prohibentis 1705.

Parochus alicuius Castri cogi nequit ad interessendum Processioni Corporis Christi, quae solemniter fit in Civitate, ne propriam Ecclesiam deserat 1744. 1781.

Parochus impeditus, vel nolens solemnia Officia peragere, nequit ea pro lubitu alteri committere, quum supplendum sit per digniorem Ecclesiae 1822.

Parochus uti Protonotarius adhibere nequit Almutiam 1837. *ad 2.*, in administrandis Sacramentis nequit deferre Stolum super mantellettum 2718.

Parochus privativum ius habet ad exclusionem Cappellani alicuius Ecclesiae benedicendi Candelas, et quaelibet comestibilia, prout etiam Sacramentum Eucharistiae ministrandi 2004.

Parocho Protonotario non licet uti habitu praelatitio in administrandis Sacramentis, ducendisque funeribus: quatenus vero velit eo habitu uti, et interesse ut Protonotarius, praecedent-

- tiam non habet supra, vel inter Canonicos 2131., quod etiam est intelligendum de Processionibus tam generalibus, quam particularibus 2198.
- Parochi* cogi possunt ad interessendum Choro Cathedralis in solemnitatibus 2222. *ad 1.*, thurificandi unico ductu. *Ibidem ad 2.*
- Parochi* privative ius habent publicandi excommunicationes solitas, et literas significatorias tam a Papa, quam ab Episcopo concessas 2227., ut etiam ius benedicendi campos, maledicendi animalia etc. 2286. *ad 4.*
- Parochi* tenentur in Dominica Palmarum benedicere, et distribuere Palmas, ac peragere functiones a Rubricis, et Rituali Romano praescriptas 2351.
- Parochi*, alique Presbyteri, qui accedere tenentur ad Ecclesiam matricem pro benedictione Fontis, Processionibus, et funeribus associandis, incedere debent cum Cotta 2400.
- Parochi* in propriae Parochiae districtu possunt deferre Stolum, ac aliis omnibus praecedunt 2412. *ad 1.*
- Parochi* ius habent faciendi functiones in Oratoriis Confraternitatum sitis infra propriae Parochiae limites 2466.
- Parochi* sedentes post Canonicos, sed in eodem scamno, thurificandi sunt immediate post Dignitates, et Canonicos illius partis, in qua eorum aliqui existunt; alii post Dignitates, et Canonicos alterius partis 2606.
- Parochi* assistentes functionibus Cathedralis extra proprium parochiale Officium, nequeunt deferre Stolum 2607.
- Parochi* manutenendi sunt in possessione exercitii iurium Parochialium contra Capitulum Cathedralis, nisi evidenter constet de immemorabili per Capitulum probanda 2827.
- Parochi*, qui sunt de gremio Cathedralis, sedere possunt ante Beneficiatos, post Canonicos 1998., repudiata prima sententia, quia tunc non constabat eosdem esse de gremio Cathedralis 1893.
- Ad Parochos* privative spectant expositio, repositio, et processionalis quaecumque delatio SSmi Sacramenti in Festo Corporis Christi, Feria V. in Coena Domini, occasione 40. horarum etc. 3034. *ad 1.*, ut aliae etiam functiones occasione Festivitatum Confraternitatum erectarum in eorum Ecclesiis 3048. *ad 1.*
- Parochus* non amittit ius ad functiones omnes, quae ad eum pertinebant, antequam nova erigeretur Collegiata, excepto tantummodo sonitu campanarum in Sabbato Sancto 3308. *ad 6.*
- Parochus* duarum Ecclesiarum unitarum debet celebrare Festum de utroque Titulari cum Officio, et Missa iuxta Rubricas 3477. *ad 6.* 4949.
- Parochus* non licet propriis manibus porrigere Aspersorium Domino loci, et eius uxori in Ecclesiae ingressu 3481.
- Parochi* quoad interessentiam, et assistentiam in Cathedrali, recurrentibus quibusdam Festivitatibus, debent servare solitum 3560.
- Parochus*, ubi mos viget praecedendi iuxta antianitatem, si transit de una ad alteram Paroeciam, non amittit suum ius 3591.
- Parochus* deferens Viaticum Infirmo tempore Paschali, et domum ingrediens debet dicere antiphonam *Asperges etc.* prout in Rituali, nulla habita temporis ratione 3614. *ad 7.*
- Parochus* hortandus, non cogendus ab Episcopo ad praebendum sacra suppellectilia, et alia necessaria pro Sacrificio Sacerdotibus sub Parochia commorantibus, et in Ecclesia Parochiali celebrare volentibus 147. *ad 3.* 3643.
- Parochus* occasione Processionum discedere potest a sua Parochia, accedere, et transire per Parochiam Cathedralis cum Stola, et Cruce erecta 3650. *ad 5.*
- Parochus*, invitato Capitulo ad suam Ecclesiam occasione Festivitatis, debet cantare Missam 3650. *ad 6.*, nequit se ingerere in administratione oblationum quoad Ecclesias, et Oratoria Confraternitatum, aut capsulae clavem retinere 3670. *ad 28.*, neque ullum ius habet in functionibus non Parochialibus, quae fiunt in Ecclesia publica Confraternitatis sita intra limites Paroeciae. *Ibidem ad 3.* et 5001.
- Parochis* licet extrahere SSnum Sacramentum pro Viatico deferendo ad Infirmos ex omnibus Ecclesiis tam saecularibus, quam regularibus, etiam exemptis, sitis infra limites Parochiae, dummodo urgeat necessitas 3732. *ad 1.*, si id accidat in Ecclesiis Regularium, ad quem spectet peragere functiones in reditu, scilicet in Ecclesia? *Ibidem ad 2. 3. 4. 5. et 6.*
- Parochis* in Processionibus, et funeribus debetur praecedentia supra Mansionarios Ecclesiae etiam Cathedralis incedentes sine Canonicis, et sine Capitulo 3733. *ad 1. et 2.*
- Parochi* in Congregationibus casuum conscientiae sedere debent iuxta antianitatem 3778. *ad 2.*
- Parochus* ius habet exercendi functiones Parochiales in Ecclesia olim regulari sita infra fines suae Parochiae privative quoad Cappellanum

- eidem Ecclesiae datum 3812. *ad 1.*, et faciendi Officia super Cadaveribus in ea sepeliendis ad formam tamen Decretorum generalium anni 1703. *Ibidem ad 2.* 4693. 4792. Cappellano tamen licet exponere SSmum Sacramentum de consensu Ordinarii 3812. *ad 4. et 5.*
- Parochis*, si plures sint, et in eadem Ecclesia per turnum curam gerant, quae honorificentiae competant in propria Hebdomada, quae vero non? 3983.
- Parochi* non solum in Dominicis, sed etiam omnibus diebus festivis tenentur applicare Missam pro Populo sine eleemosyna 4175. *ad 6.*
- Parochus* administraturus privatim Baptismum morti proximo; omissis quae praecedunt, statim Sacramentum conferre debet 4572.
- Parochus Saecularis* in Ecclesia Regularium quomodo Missam debet ordinare? 4764.
- Parochus* etiam absente Indultario potest in casu necessitatis celebrare in Oratorio privato ut Viaticum ministret infirmo 4782. *ad 2.*
- Parochi* nequeunt recitare Officia Titularis et Dedicacionis Ecclesiarum filialium 4783.
- Parocho simul Canonico*, qui ob munia parochialia nequit Choro assistere, supplere debet vel Dignitas, vel Canonicus ipsius Capituli in muneribus Hebdomadarii, qui ad id cogi potest etiam ab Episcopo 4789.
- Parochi* nequeunt deferre Stulam in Processionibus 4815. *ad 9. q. 2.*
- Parochus* nequit duas vel plures Missas celebrare eadem die sub praetextu commoditatis populi 4915., et in festis abrogatis nequit duas Missas celebrare sub praetextu devotionis Fidelium 4932., si ex necessitate celebrat duas Missas diebus festis, unam tantum applicet pro populo 5014. *ad 1.*, utramque vero debet applicare si celebrat eadem die in duabus Paroeciis suae curae commissis 5146. *ad 4.*
- Parochi* solum qui primariam habent curam animarum tenentur applicare Missam pro populo, ac etiam in Festis abrogatis 5014. *ad 3.*
- Parochus* in Paroeciis minoribus in quibus non adest Clerus tenetur celebrare functiones solemniore iuxta Memoriale Rituum s. m. Benedicti XIII. 5050. *ad 1.*
- Parochus* potest per se vel alium Missam pro Populo applicare quando agitur de Missa solemnibus, quae tamen non requiritur ut cum cantu celebretur 5079. *ad 4.*, debet vero per se celebrare si agitur de Missa privata nisi sit legitime impeditus, quo casu alteri Sacerdoti debet celebrationem committere 5129.
- Parochus simul Canonicus* supranumerarius in funeribus praesente Capitulo si procedat cum Stola digniorem habet locum 5133. *ad 1.*, ius habet Missam canendi praesente Cadavere, et diebus 3. 7. et 30., non vero in Anniversariis, aliisque functionibus. *Ibidem ad 2.*, ut Canonicus supranumerarius habet vocem in Capitulo, quando agitur de disciplina, vel de novitate, aut honore suscipiendo. *Ibidem ad 3.*
- Parochus vel Sacerdos* in funere deferendo, vel etiam in Officio defunctorum canendo induere potest Stulam et etiam Pluviale 5208. *ad 4. 5. et 8.*, non tenetur autem assumere Pluviale ad canticum *Magnificat* pro recitandis precibus, vel in fine Nocturni. *Ibidem ad 6. et 9.*
- Parochus novus* cum ad possessionem admittitur, servandum est Decretum Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 12. de reformatione*; et professio Fidei facienda est iuxta formulam, quae habetur in Pontificali in ordine ad Synodum 5221. *ad 11.*
- Parochi* habentes facultatem benedicendi Fontem Baptismalem Sabbatis diebus ante Pascha, aut Pentecosten, illum de mane benedicere debent: qui vero hanc facultatem non habent, ab eius benedictione abstineant 4252. *ad 1.*, possunt alium Sacerdotem delegare, qui benedictioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Matrice assistat, sicuti etiam possunt in Sabbato Sancto alteri Sacerdoti committere celebrationem Missae in propria Ecclesia. Qui vero facultatem habent Fontem benedicendi, quatuor saltem Clericos in ministerio habebunt. *Ibidem ad 2.*, aquam, cui Sacra Olea iam fuerint commixta, suscipere debent ex Fonte Matricis, quam adhibeant in Baptismi collatione. Qui vero ante Fontis benedictionem Olea Sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim, ac separatim in aquam mittere poterunt. *Ibidem ad 3.*, cogi possunt ab Episcopo aliqua poena pecuniaria ad faciendum benedictionem ignis, et cerei in Sabbato Sancto. *Ibidem ad 4.*
- Parochi Caietae* interessentes Choro in Cathedrali nequeunt deferre Stulam 4270. *ad 2.*, occasione funerum tam ipsi, quam alii de Clero saeculari, et regulari, et Confraternitates tenentur accedere ad Cathedralem. *Ibidem ad 3.*, (supple, si Capitulum intersit) et incedere debent sub una Cruce Capituli. *Ibidem ad 4.*, etiamsi defunctus sit alterius Parochiae, interveniente Capitulo, deferre Pluviale cum Stola nigri coloris pertinet ad primam Dignitatem; et, hac impedita, ad digniorem, quae sequitur.

- Ibidem ad 5.*, nec Parocho defuncti debetur quarta funeralis, si tumulatio Canonici, vel alterius fiat in Cathedrali. *Ibidem ad 6.*
- Parocho* infantis baptizandi non debentur Candelae, quae sponte offeruntur etc. sive Baptismus conferatur in Cathedrali, vel extra 4270. *ad 7.*, (notandum quod forte Caietae retinetur antiquus mos unici Fontis Baptismalis in Cathedrali, quod immo certum esse videtur ex S. R. C. responso ad dubium: nam additum video *ad mentem*, quae erat, *quod Episcopus non concedat facultatem baptizandi extra Cathedralium, excepto casu necessitatis*). Et Parochi tenentur quolibet anno tradere Archidiacono Cathedralis notulam Baptizatorum sub poenis etc. *Ibidem ad 8.*
- Parochi Ecclesiarum Civitatis Amerinae* quoad interventum Processionibus, et administrationem Poenitentiae, atque Eucharistiae 4315. *ad 7. et 8.*
- Parochi Collegiatarum Urbis* quoad praecedentiam 4628. Vide *subiectam adnotationem*.
- Parochis Tuderti* concessus Stolae usus, dummodo collegialiter incedant 4550. In *subiecta adnotatione* probatur Stolae delationem in Parochis non esse signum iurisdictionis.
- Parochi Ravennatenses* privilegio decorati deferendi Rochettum loco Cottae sub Mozzetta violacea, et Stola, nequeunt uti Rochetto in Sacramentorum administratione, benedictionibus, aliisque functionibus, in quibus ex Rubricae praescripto Cotta et Stola adhiberi debent 4591. Vide *subiectam adnotationem*.
- Parochi Tridenti* prius Cathedrali subiecti, modo facti independentes, non solvuntur a consuetudine conveniendi cum suis Cleris in Cathedrali ad excipiendum Chorum associationi funeris interventurum 4592. *ad 2.* Vide *adnotationem*.
- Parochis Civitatis Capuanae*, attenta consuetudine, manutenendi sunt in possessione incedendi sub propria Cruce, non autem sub illa Cathedralis 4615. Vide *notam*.
- Parochis Mutinensibus* denegatur usus Stolae 4884., eisdem tamen fuit postea concessus quando collegialiter procedunt 4912.
- Parochus Metropolitanae Ravennatensis* in conventu Parochorum nullam praecedentiam habet supra collegas, ideoque sedere debet in loco ex possessione sibi congruenti, et induere vestes, quae sunt propriae eiusdem conventus Parochorum 5100.
- Parochus Ecclesiae S. Nazarii Civitatis Brixien.* tenetur ad Processiones accedere, imo compelli potest, quamvis ex consuetudine numquam interfuerit 5171. *ad 1.*, ius autem praecedendi ipsi tantum et non eius Substituto competit supra ceteros Parochos eiusdem Urbis. *Ibidem ad 2.*, cogi potest idem Parochus ad parendum Episcopo, imo etiam puniri. *Ibidem ad 5.*
- Parochus Ecclesiae S. Antonii Abbatis Civitatis Mathelicen.*, qui insimul est Monachus Congregationis Silvestrinorum tenetur accedere ad publicas Processiones, quae fiunt a Capitulo eiusdem Civitatis 5173.
- Parochis* non competit ius benedicendi Concionatoribus 3203.
- Parochi Regulares* debent Officium facere in domibus decedentium sub ipsorum respective Parochiis, et vanam esse contrariam praetentionem Parochorum Saecularium S. R. C. declarat 721. *ad 3.*
- Parochus Regularis* in publicis Processionibus Superpelliceo indutus locum obtinet inter Rectores, aliosque Presbyteros Saeculares 554., in casu particulari locum digniorem. *Ibidem*, quod magis explicatur altero Decreto 557., quod si Abbas, seu Parochus, ad quem spectat deferre Sacramentum, et Reliquias in Processionibus, fuerit impeditus, vel deferre noluerit, nequit alteri Monacho id committere, et functio peragenda est ab altero Saeculari Presbytero. *Ibidem*.
- Parochi Regulares*, ubi intersunt tamquam Parochi, praeferendi sunt simplicibus Sacerdotibus 623.
- Parochi Regulares* nequeunt impediri a delatione Stolae transeuntes in Processionibus per limites aliarum Parochiarum saecularium, cum hi etiam Stola deferant per limites Regularium 721. *ad 1.*, debent incedere cum aliis Parochis Saecularibus, non autem sub Cruce propriae Religionis. *Ibidem ad 2.*
- Parocho Canonico Regulari* debetur praecedentia supra Canonicos Saeculares in associatione Cadaverum S. R. C. respondit 3815.
- Parochus Regularis* incedens in Processione cum aliis Parochis potest Stola deferre, sed tenere debet locum novissimum 4238. *ad 1. et 2.*, in publicis Supplicationibus, deficientibus Parochis Saecularibus, ac Praeposito etiam Parocho, eidem Parocho Regulari ius competit peragendi functiones, non autem Vice-Curato, aut Substituto Praepositi. *Ibidem ad 3.*
- Parochus Regularis* Congregationis Olivetanae nequit deferre in sua Parochia, et in aliis fun-

tionibus super Cotta signum, nuncupat. ca-
puceum 4390.

Participantes Ecclesiae Cathedralis Melphitensis
aucti honorificis Insigniis, non solvuntur ab
illis oneribus ad quae prius tenebantur 4595.
cum *subiectis adnotationibus*.

Particula Hostiae Feria VI. in Parasceve immitti
debet in Calicem sine consuetis signis Crucis
707. ad 5.

Parvulorum Corpora tumulanda sunt vel in se-
pulcro maiorum, vel ubi parentes elegerunt
sepulturam 590.

Parvulorum exequiae exigendae ad formam Ri-
tualis 3800. ad 1.

Passio D. N. I. C. in Missis privatis semper le-
genda est a cornu Evangelii 1523. ad 2.
2241. ad 1., cantanda est a Sacerdotibus, seu
Diaconis indutis vestibus a Rubrica praescri-
ptis, non autem a Subdiaconis, laicis, et quan-
doque uxoris 2811. ad 8.

Passio D. N. I. C. ob defectum Ministrorum can-
tari potest a duobus Cantoribus, et Sacerdos
celebrans pro voce Christi supplere 5166. ad 2.,
quo casu Celebrans partem Passionis cantare
debet in cornu Evangelii 4777. ad 2., legenda
solum est in cornu Epistolae in Missa solemn-
tantum. *Ibidem* ad 3.

Patena suppositio per Sacerdotem Cotta indutum
in Communionem generali licita est 2127.

Patena in extremitate, seu ora Patenae congruen-
tius osculanda, dum dicitur: *Da pacem etc.*
3025. ad 5.

Patriarcha Venetiarum quoad Benedictiones an-
nuente Nuntio Apostolico 8.

Patriarcha nondum pallio decoratus, ut Pontifi-
calia peragere possit, indultum est 96.

Patriarchalium Ministri funus associantes cum
Stola ad alteram ex Patriarchalibus deferen-
dum, praecedere debent proprio Parocho de-
functi 708. 2376.

Patrinus in Confirmationis Sacramento sat est, ut
ponat manum suam dexteram super humerum
dexterum Confirmandi, etsi adulti 4205. ad 8.

Patrocinii B. M. V. Festum V. Festum.

Patrocinii S. Iosephi V. S. Iosephi.

Patroni Civitatum, Locorum etc. qui, et quomodo
eligendi? 852.

Patronus Principalis tantum gaudet Officio, et
Missa sub ritu dup. cum Octava 1130., per
Civitatem, et Dioecesim 1155., ubi tamen non
est proprius Patronus. Nam ubi fit Festum
peculiaris Patroni, nihil fit de illo Civitatis,
vel tantum sub dup. mai. 1883. 1933., in Dioe-
cesi non est vacandum ab operibus servilibus
in Festo Patroni Civitatis 2018. ad 2., de
Patrono Regni fieri debet in omnibus Regni
locis 2207., quid quoad Civitates, et loca quae
habent proprium Patronum, utrum teneantur
ad Festa Patronorum Provinciae? 4267.

Patronus ut datur Regnis, Civitatibus, Locis etc.
non datur Ordini, vel Monasterio, quare si
Ordo, vel Monasterium aliquem Sanctum sibi
in Patronum assumat, nequit propterea de eo
Festum agere solemniori ritu, ac fit in Eccle-
sia 1870.

Patronus semel legitime electus nequit in alium
commutari 1881. 1906.

Patronus Principalis electus, si Sanctus sit, cuius
Festum celebratur in Ecclesia cum sociis, de eo
tantum fieri debet sub ritu dup. 1. classis cum
Octava: de aliis transferendum Officium ad
diem primum non impeditum 2283. 2302. ad 1.
et 2., qui sit fixus, et perpetuus, ideo locari
potest infra Octavam non privilegiatam 4360.
ad 3.

Patroni Principalis Festum solemnioribus adnu-
meratur, in quibus Pontificalia celebrantur
2640.

Patronus secundarius alienius Regni non habendus
ut talis a nationalibus extra commorantibus,
bene vero a Collegiis, quorum favore
extenditur indultum 2794.

Patroni Civitatum etc., de quibus Officium reci-
tandum est a Regularibus, intelliguntur dum-
taxat principales 3143. ad 1.

Patroni minus Principalis Festum ex devotione,
non autem de praecepto servandum esse
S. R. C. respondit 3465.

Patroni Principalis nomine, de quo fieri debet
Officium a Regularibus, non venit Patronus
Parochiae 3710. ad 4.

Patroni Principalis Metropolitanae Festum cele-
brandum in tota Provincia ab Ecclesiis Suffra-
ganeis 3967.

Patronorum minus Principalium Officia si fieri
consueverunt sub rit. dup. min., sub eodem
ritu sunt continuanda 4218.

Patrona Principalis si eligatur B. M. V., et ele-

- etio adprobetur a Sac. Rit. Congreg., non intelligitur adprobata specialis aliqua denominatio. Ideo, data occasione, eadem S. R. C. electionem confirmavit, sed simul adiecit clausulam delendi titulum, ac determinationem *della montagna delle grazie* 4333.
- Patronus* si non habeat in Officio Lectione primi Nocturni proprias, hae sunt sumendae ex communi, et in Missa fieri debet ut in dupl. 1. class. 2302. *ad* 3.
- Patroni, seu Titularis socius*, de quo separatim faciendum est Festum, retinet suum ritum, excepto casu, quod in fine anni non supersint dies liberi pro repositione 4508. *ad* 6.
- De Patronis principalibus* fieri Festum debet tam Loci, quam Ducatus, vel Status, cui locus subest, et Parochi in utroque tenentur ad applicationem Missae pro Populo 4532. (legenda subiecta adnotatio) Civitatis vero vel Loci unius dumtaxat principalis Patroni cum solemnitate colendum est Festum, proptereaque in utriusque Siciliae Regnis, iuxta Apostolicum indultum, ad Dominicam proxime sequentem transferendum 4558., quod si in hac Dominica aliud Festum occurrat, quod locum cedit, transferendum iuxta Rubricas, vel simplicandum si locus desit pro repositione. *Ibidem*.
- Patronus principalis* alicuius terrae de una ad alteram Dioecesim translatae, retineri debet cum omnibus privilegiis, praerogativis etc. 4605. *ad* 1., et Parochi etiam rurales tenentur ad Missae applicationem, et ad annunciandum populo duplex festivum praeceptum. *Ibidem ad* 3., neque incolae eiusdem terrae, et suburbiorum tenentur ad servandum Festum Civitatis et Dioecesis, cui modo subiiciuntur. *Ibidem ad* 4. et 5. Vide *subiectas adnotationes*.
- Patronus principalis*. Num incolae Parochiarum, quae ab una Dioecesi avulsae, alteri accesserunt, cogi possint ad colendum Patronum principalem novae Dioecesis? 4611. *ad* 1. et 2., nequit Episcopus tolerare, ut in Calendario aliquis Sanctus enuncietur ut Patronus principalis, qui revera talis non est. *Ibidem ad* 3. Vide *subiectas notas*.
- Patronus unicus* colendus est cum die festo 4712.
- Patronus praecipuus* tantum habet Symbolum in Missa 4772. *ad* 4.
- Patroni vel Titulares* Confraternitatum nequeunt equiparari Patronis vel Titularibus Ecclesiarum, ideoque in Missa nequit addi *Credo*, et dici unice Oratio 4815. *ad* 12. q. 1. et 2., et in Dominicis privilegiatis nequit dici Missa de iisdem cum commemorat. Dominicae. *Ibidem ad* 3.
- Patronus Paroeciae* non est colendus ritu 1. classis cum Octava 4909. *ad* 2.
- S. Paulus Apostolus* declaratur Patronus totius Civitatis Flastriae 4632.
- Pax* danda primum Episcopo, ideo Cappellanus, qui illam defert Praesidi, et Consiliariis expectare debet, donec illam Episcopus receperit 313. *ad* 1. 324.
- Pax* danda a Subdiacono est Diacono, post datam ceteris Canonicis in Choro existentibus 322. *ad* 2.
- Pax* danda Domino loci ex antiqua consuetudine per Subdiaconum Epistolae non improbat 403.
- Pax* danda est Episcopo a Diacono Evangelii utpote digniore in defectum Presbyteri assistentis 3614. *ad* 5.
- Pax* danda omnibus, qui Choro intersunt 4960.
- Pax* danda omnibus de Magistratu a Mansionario non per amplexum, sed cum instrumento 3992. *ad* 5. 4035. Magistratui Barchinonen. danda cum instrumento ab eodem ministro, qui illam defert per osculum Dignitatibus, Canonicis, aliisque de Choro 4139. *ad* 1.
- Pacem* recipientes debent se invicem amplexari 5050. *ad* 9. 5132. *ad* 5.
- S. Petri ad Vincula* V. Officium.
- S. Petri Damiani* V. Officium.
- SS. Philippi, et Iacobi Apostolorum* V. Festum. Officium.
- Pileoli* usus vetitus Canonicis Pluviali indutis dum in fine Supplicationum canunt preces, et Orationem, et dum pro Diacono, et Subdiacono assistunt Episcopo 2110.
- Pileolus* a nemine, quacumque dignitate Episcopali minori insignito, est adhibendus in recipienda thurificatione 2215. *ad* 1. 2347. 2435.
- Pileoli* adhibendi in Missa, qui facultatem habent, nequeunt eo uti celebrantes Missam solemnem coram Episcopo 2769. 4871., neque eo uti possunt, dum Missae solemniter inserviunt in officio Diaconi, et Subdiaconi 2901.
- Pileolus* adhibendus non est ab illis, qui actu inserviunt Episcopo 2925. 3302. 3381. 4585. *ad* 2. 4871.

Pileolus deferendus non est a Parocho, qui Viaticum defert ad infirmum, et S. R. C. aliquando eius usum concessit dumtaxat in itinere extra oppidum 3303., deferendus non est, etiam praetextu infirmitatis sine speciali indulto 3368. 3380. 3544. *ad* 1., neque deferri potest a Canonicis, aliisque in Processionibus SS^mi Sacramenti 3544. *ad* 2. 4815. *ad* 9. q. 2. in reliquis Processionibus adhiberi potest attenta consuetudine. *Ibidem*, vel speciali indulto 5035. *ad* 4.

Pileolum deferendi in Choro facultas a solo Episcopo est concedenda 3442., sed eo licite uti possunt Beneficiati, aliique Canonicis inferiores 3535. *ad* 3.

Pileolus non adhibendus in cantandis lectionibus, et Passione Domini in maiori Hebdomada 3597. *ad* 1.

Pixis quoad benedictionem 1613. *ad* 5.

Pixis, in qua defertur Viaticum, decet, ut cooperiatur velo oblongo humerali 3504.

Pixis sacra nequit exponi in throno 4748. *ad* 4.

Pixide sacra exposita genuflectendum est utroque genu 4815. *ad* 5. q. 4.

Pixis sacra exponi nequit ad breve tempus, donec aliquae preces recitentur, super Altare, in quo iam est exposita reliquia alicuius Sancti, de quo Festum agitur 4831.

Pixis sacra in benedictione debet cooperiri extremitatibus veli humeralis 4844. *ad* 5.

Planetae complicatae quando, et a quibus sunt adhibendae? 902. 2221. 5. 2542. *ad* 3.

Planeta plicata non est commutanda cum Dalmatica in diebus designatis, quicumque sint qui in Cathedrali ministrant 4620. *ad* 4. Vide *notam*.

Planetae non comprehenduntur in Decreto generali, quo prohibetur usus gossipii in sacra Supellectile 4750.

Pluvialia in Vesperis sumenda sunt non a Canonicis, sed ab aliis ordine inferioribus 955., non sunt assumenda a non Sacerdotibus, nisi his deficientibus 1696.

Pluviale adhiberi potest a Regularibus in Processionibus cum Statua, et Reliquia alicuius Sancti, etiamsi in licentia eis concessa ab Episcopo, quoad Processionem ducendam extra eorum limites, id expressum non fuerit 3511. *ad* 1.

Pluvialis usus in Processionibus non est habendus ut signum iurisdictionis 3511. *ad* 2.

Pluvialia in Processione SS^mi Sacramenti in Solemnitate Corporis Christi, et per Octavam sunt omnino adhibenda: in expositione pariter adhibenda, sed non coactive 3575. *ad* 5. 4260.

Pluvialia deferenda a Canonicis, aliisque, debent esse coloris convenientis Festivitatibus 3583.

Pluviale cum Stola deferendum est a Sacerdote sive saeculari, sive regulari peragenti functionem Processionis 4009. *ad* 2.

Pluviale adhiberi debet a Canonico processionaliter deferente SS^mum Sacramentum, neque satis est Stola supra Cappam 4419. *ad* 1. 5228. *ad* 3.

Pluviale pro canendo Martyrologio in Vigilia Nativitatis D. N. I. C., debet esse coloris violacei 4527. *ad* 8. Hic notari potest, quod praeter usum universale principum praesertim Urbis Ecclesiarum, ratio ipsa suadet, non alium adhibendum esse colorem, tum quia sequitur Officium Vigiliae, licet ob proximam solemnitatem, quae annunciat, a Laudibus fiat duplex, tum etiam quia ut notatur in Martyrologio, Elogium, quod pertinet ad Nativitatem Domini N. I. C. canendum est in tono Passionis.

Pluviale assumentes deponere debent pelles ex brachiis, si iis utantur 5152. *ad* 4.

Poenitentiae Sacramentum administrans debet uti Stola violacea 4718. *ad* 3. 5060. *ad* 3. 5107. *ad* 1., quoad formulam absolutionis Sacramentalis circa verbum *Deinde* nihil innovetur 4809. 5089. *ad* 1., in Confessionibus frequentioribus omitti possunt tum formula *Misereatur*, et *Indulgentiam*, tum alia *Passio Domini nostri etc. Ibidem* *ad* 2.

Poenitentiarum in suis sedibus existentes, et alii extra Chorum non sunt thurificandi 1797.

Poenitentiarum Basilicae Lateranensis, et Liberianae pro aperitione Portae Sanctae ubi incedere, vel stare debeant? 3541. 3542.

Pontificale Romanum servandum 15. *ad* 11. et 16. 5158.

Pontificalis dispositio de ordine recipiendi processionaliter Praelatum, seu Legatum, de porrigendo ipsi Aspersorio a maiori Dignitate, capite detecto, non habet locum quoad Canonicum digniorem processionaliter ingredientem Ecclesiam 700. *ad* 1.

Pontificalium usus Praelatis Episcopo inferioribus concessus intra quosdam limites circumscriptus 2003. V. *Praelati Episcopo inferiores*.

- Populus*, qui habet proprium principalem Patronum cogi nequit ab Episcopo ad servandum de praecepto Festum Patroni principalis Civitatis 3963.
- Portionarii* repraesentant Beneficiatos, seu Mansionarios, et tenentur ad ea, quae Beneficiatis a Libro caeremoniali praescribuntur 202.
- Possessio* dat anterioritatem in Canonatu, non titulus 1601., debet capi a Coadiutore mortuo Coadiuto 325. ad 1. 517. 1236. 3148.
- Pradella* apponenda est, quae dividat Altare a soli planitie 2223. ad 4.
- Praebendarum* distinctio an praelationem Ordinis inducat, qualem, et quomodo? 321. 722.
- Praebendae* ubi non sunt distinctae, decet, ut Dignitates Pluvialibus, Canonici Presbyteri Planetis utantur; sed quatenus omnes sint Presbyteri, aliqui ex iisdem sumant Dalmaticas, et Tunicellas, supplendo vices Diaconorum, et Subdiaconorum 374. ad 9.
- Praebendae* Diaconales, et Subdiaconales nequeunt in Presbyterales mutari sine auctoritate Sedis Apostolicae 1346.
- Praebendarum optio*, ubi est sublata, non reintegranda 3376.
- De Praecedentia* inter Vicarium et Gubernatorem 23.
- De Praecedentia* inter duas Confraternitates 103.
- De Praecedentia* inter Canonicum vel Presbyterum Doctorem cum altero non Doctore 122. ad 2.
- De Praecedentia* inter duas Collegiatus 138.
- Praecedentia inter Episcopos* petenda ex antianitate electionis ad Episcopatum 304. et strictim a die Decreti Consistorialis super expeditione Ecclesiae 1293.
- Praecedentia inter Canonicos, et Dignitates* attendenda a die captae possessionis; nec quoad praeeminentiam in eodem ordine, et quoad habitum spectandae sunt quaecumque dignitates, et qualitates saeculares 1313., inter Canonicos antiquos, et alios novae erectionis praecedentia illis debetur, qui sunt possessione anteriores 1687.
- Praecedentia inter Parochos* attendenda est iuxta dignitatem, et antiquitatem Ecclesiae Parochialis, non autem ipsorum Parochorum 1374.
- Praecedentia* in functionibus, quae datur secundae Dignitati, prima absente, vel impedita, aliis competit ordine successivo 2566.
- Praecedentia inter simplices Sacerdotes* a tempore ordinationis petenda est 727. 2914., hinc praecedunt digniores in ordine, et aequales in gradu, qui prius ordinati sunt 1195. nec ulla fit distinctio inter cives, et civitatis incolas, ac dioecesanos 2759. ad 3., prout eadem ratio antianitatis in ordine servanda est in Ecclesiis adscriptitiis. *Ibidem* ad 4. 5. et 6., attendenda anterioritas suscepti Ordinis Presbyteralis, nulla habita ratione prioritatis in Ordine Diaconali, vel Subdiaconali 1980., debetur praecedentia prius promoti ad Ordinem, supra illum, qui prius Missam celebravit 2775. 2968., ita etiam dicendum de Clericis in minoribus constitutis, quum praecedentia debeatur prius ordinato 2980., simplex Beneficium mere laicale cum onere coadiuvandi Parochum etc. non dat praecedentiam supra Sacerdotes antea ordinatos, praeterquam in functionibus, in quibus Cappellanus supplet vices Parochi 3596.
- Praecedentia inter Clericos* debetur iuxta Ordinem, et in Ordinis paritate iuxta antianitatem 3965. ad 1. 4017.
- Praecedentia in Synodo*, aliisque Ecclesiasticis functionibus danda est illis, qui pro se habent observantiam. Ita in casu particulari quaestionis ortae inter Canonicos Collegiatae S. Mauri Casalis Caesoriae, et Parochos Civitatis Neapolis 3993.
- Praecedentiam* inter Canonicos Collegiatae S. Angeli in foro piscium Urbis exigendam esse iuxta anterioritatem Ordinis, et possessionis S. R. C. respondit, sed quoad Canonicos viventes nihil esse innovandum dixit 4255.
- Praefatio* communis dici debet in Missa conventuali de Feria, quae incidit in Octava Nativitatis B. M. V. 665.
- Praefatio* propria de Missa votiva dicenda est, si celebranda sit infra Octavam Festi habentis Praefationem propriam; *Communicantes* vero de Octava omitti non debet 2223. ad 3.
- Praefatio* propria dicenda est, si haec conveniat Missae votivae, quae pro re gravi celebranda solemniter sit infra Octavam Nativitatis 3754. ad 2.
- Praefatio*, et Orationes in benedictione Fontis dici debent manibus iunctis 3754. ad 11.
- Praefatio* de SS. Trinitate dici debet singulis Dominicis totius anni, quibus Praefationes propriae per Rubricas non sint adsignatae tam in Missis privatis, quam solemnibus a Sacerdotibus omnibus utriusque Cleri 4275.

Praefatio de B. M. V. dicenda est in eiusdem Octavis, quamvis de ea fieri non debeat commemoratio ob occursum Festi primae class. 4259. *ad* 2., (nisi huiusmodi Festum habeat Praefationem propriam).

Praefatio, quae dici debeat in Missis vigiliae occurrentis infra Octavas habentes Praefationes proprias 4044. *reliqua Dubia ad* 31.

Praefatio in Missis coram Sacramento debet esse Missae currentis, si haec habeat Praefationem propriam, secus communis, numquam vero de Sacramento 4175. *ad* 9.

Praefatio in Festo expectationis Partus et SS. Rosarii respuit verba - *Rosarii, et Partus* - sed in primo dicendum est - *Et te in expectatione semper Virginis* - et in secundo - *Et te in solemnitate etc.* - 4299. *ad* 9.

Praefatio S. Francisci recitanda etiam in Octava 4366. *ad* 6.

Praefatio de tempore dici debet in Dominicis Quadragesimalibus, et Paschalibus, non autem de Trinitate 4395. *ad* 19.

Praefatio Nativitatis infra Octavam dici debet in Missis solummodo, quae non habent Praefationem propriam: nam si occurrant Missae vel de Sanctis, vel votivae, quae habeant Praefationem propriam, haec locum habet: nec valet in contrarium Rubrica quoad Festum S. Ioannis, quia exceptio regulae nequit haberi pro regula 4401. *ad* 3.; hinc Praefatio in Festo translationis S. Iacobi Apostoli, quod in Hispaniis celebratur infra Octavam Nativit. D.N.I.C. die 30. Decemb. debet esse de Apostolis 4478. *ad* 2., et quoad Missas votivas solemnes pro re gravi 3752. *ad* 2.

Praefatio quaenam dicenda in Missa votiva solemni carente Praefatione propria in Dominica, in quam incidit Festum quod in Missa habet Praefationem propriam? 5183. *ad* 27.

Praefationem S. Francisci dicendam a Fratribus Ordinis Minorum die 2. Augusti in festo Dedicationis S. Mariae Angelorum S. R. C. numquam concessit 5224. *ad* 4.

Praefecto Chori convenit sacras functiones exigere ad formam Rubricarum, et omnes ei obtemperare tenentur 4038. *ad* 2., ei competit, absente Episcopo, impertiri licentiam discedendi 4063. *ad* 1.

Praefectus Caeremoniarum Canonicus licet sit in habitu choralis, in Processionibus, in quibus Episcopus peragit Pontificalia, et Canonici Sacris sunt amicti, non debet deferre intortitium

4064. *ad* 15., Episcopo Pontificalia exerceente, potest stare, vel sedere in scabello, iuxta solitum, extra tamen Solium. *Ibidem ad* 16.

Praefecti Tirrenibus nequeunt a Patribus Capucinis, qui ibi munus Cappellani exercent, in principio, et post finem Missae salutari 3742.

Praelato Domestico pro sua devotione Choro interessenti cum Canonicis Ecclesiae Cathedralis primum locum deberi S. R. C. respondit 4173.

Praelatis Domesticis non competunt usus Palmatoria et Canonis 4824.

Praelati Episcopo inferiores habentes usum Mitrae, et Baculi cum facultate benedicendi Cruces, Campanas etc. nequeunt consecrare Altaria, Calices, et alia, in quibus requiritur sacra unctio 1348., debent se conformare Decreto generali diei 27. Septembris 1659. relat. sub num. 2003., nempe, uti non debent septimo candelabro *ad* 1., nec cathedra fixa, sed mobili, et ad praescriptam formam ornata *ad* 2., idem de Baldachino, et Abaco *ad* 3. et 4., qui sint dies, in quibus pontificaliter celebrare eis conceditur? *ad* 5., associatio eis non debetur *ad* 6., qui sint ministri, quibus uti possunt? *ad* 7., de Mitra, Pileo, Baculo, *ad* 8., non eis licet extra propriam Ecclesiam agere Pontificalia, aut pontificalibus signis uti in Processionibus, etiam de Ordinariorum licentia *ad* 8., si Regulares sint Rocchetto non utantur *ad* 9., invitati ad Ecclesiam exemptam pontificalibus uti non valent *ad* 10. Abbates non perpetui uti nequeunt privilegio perpetuis indulto *ad* 10., sacrae vestes sumendae non sunt ex Altari, nisi in pontificalibus *ad* 11., nec publicandae Indulgentiae sine speciali indulto *ad* 12., trina benedictio tantum in pontificalibus concessa, nisi adsit Episcopus *ad* 13. et 14., de Sede, Confessione, et Evangelii osculo, nisi adsit Episcopus, vel eo adstante *ad* 15., monentur Episcopi, ut ab interessentia abstineant, ut liberius Abbates etc. uti valeant suis privilegiis *ad* 16., in Ordinationibus, vestitione, et professione Monialium, quae licent, quae non? *ad* 17., indultum benedicendi sacras Suppellectiles etc. coercetur ad eas, quae sunt pro usu suarum Ecclesiarum, et Monasteriorum *ad* 18. Pontificalia extra loca Abbatibus subiecta, vel pro servitio alienae Ecclesiae, nec de licentia Ordinarii exercere possunt *ad* 19. Concionatoribus benedictionem non impertiantur *ad* 20., et etiam num. 2048. 2056., in Missis privatis uti simplices Sacerdotes se

- gerant. *Ibidem ad 21.* Decretum hoc comprehendit tam Saeculares, quam Regulares 2079., quaedam declarantur in casibus particularibus 2112. Vide etiam 4155.
- Praelati Episcopo inferiores* habentes usum pontificalium nequeunt benedicere Sanctimonialia, praesente, aut absente Episcopo, aut de eiusdem licentia 3454.
- Praelati Religionum* nequeunt benedicere Paramenta, et vasa sacra ad usum propriarum Ecclesiarum: quoad illos vero, qui habent usum Pontificalium, possunt tantummodo quoad Ecclesias subiectas; quoad vero paramenta, et vasa benedicta ab iis, qui facultatem non habent, iterum benedicenda, et consecranda non sunt 3775.
- Praelati regulares* nequeunt ordinare Collectam dicendam in Missa a suis subditis pro aliqua necessitate, vel Ordinis, vel communi sine licentia Episcopi 4393. *ad 16.*
- Praelati regulares* non utentes Pontificalibus nequeunt praecedere suo subdito celebranti Feria VI. in Parasceve in adoratione Crucis 4395. *ad 17.*
- Praeposito Cathedralis* celebranti quaedam honorificentiae permittuntur consuetudine inductae 1707.
- Praeposito*, qui est prima Dignitas, impedito, Officia ad eum pertinentia fieri debent a secunda Dignitate, et hac etiam impedita, ab aliis ordine successivo, non autem ab Hebdomadario 373.
- Praeposito, et Archidiacono* (quod militat etiam quoad alias Dignitates, et Canonicos) absente Episcopo, non competit thurificatio triplici ductu 425. 1448. *ad 4.*
- Praepositus*, seu alia Dignitas assistens Episcopo celebranti debet tenere librum supra caput 650. 662.
- Praepositus*, qui habet propriam iurisdictionem distinctam a Capitulo, debet in thurificatione distinguere a Canonicis 1448. *ad 5.*
- Praepositi*, et alii, qui nequeunt Pontificalia exercere, nec possunt uti cathedris serico ornatis, dum solemniter celebrant 1448. *ad 8.*
- Praepositi Ecclesiae Valentinae*, qui faciunt unum corpus cum Canonicis, praeterquam ad actus particulares, iisdem gaudent honorificentia 1641.
- Praepositus* vi immemorabilis uti nequit in Missa solemniter, Baculo, et Annulo, aut pontificali more populo benedicere: sed, ut haec peragere licite possit, afferre debet Indultum Apostolicum 1834.
- Praepositus*, et Decanus Herbipolen. nequit uti pulvinaribus cum stratis holosericeis, sed tantum pulvinari laneo violacei coloris. Thurificando Episcopum, debent se conformare Libro caeremoniali 3500.
- Praepositus*, seu prima Dignitas tenetur cantare in Choro primam antiphonam post Officium 3508. *ad 2.*, tenetur assurgere dum omnes assurgunt, intonante Canonico antiphonam sibi a Chorista delatam. *Ibidem ad 3.*, thurificandus dupli ductu, ut Canonici. *Ibidem ad 4.*
- Praeposito Cathedralis Ferrariae* non licet occupare stallum Vicarii generalis 3569.
- Praepositi curati*, qui simul sunt Dignitates, et Capita Collegiarum, tenentur genuflectere Episcopo 3676. 3714.
- Praeposito Cathedralis Anagninae* non debetur thurificatio triplici ductu 4040. *ad 1. et 2.*, ei reservatur praerogativa primi loci, sed non sedes distincta. *Ibidem ad 3.* Sacrum peragenti solemniter, non aliae ei debetur honorificentiae, praeter illas, quae praestantur Canonicis similiter celebrantibus. *Ibidem ad 4.*, debetur in Processionibus Candela distincta, et Palma honorabilior. *Ibidem ad 5.*, ei praecedit Vicarius, dummodo Praepositus non sit Sacris indutus. *Ibidem ad 6. et 7.*, non ei debentur paramenta nobiliora in loco distincto a Canonicis. *Ibidem ad 9. et 4779.*, tenetur suam Hebdomadam facere, et canere Missam perturnum 4040. *ad 10.*, in Processionibus servare debet Caeremoniale. *Ibidem ad 11.*
- Praepositus Ecclesiae Collegiatae* habens usum Pontificalium debet in omnibus se conformare Decretis Alexandri VII. 4026.
- Praeposito Ecclesiae Collegiatae* Missam solemniter celebranti, debetur assistentia Canonicorum in officio Diaconi, et Subdiaconi 4280.
- Praeposito Ecclesiae Praepositorum Nullius Atissae* accedenti ad Ecclesiam Carmelitarum in habitu, et praevia certioratione, exhibendum est pulvinar. 4281.
- Praeposito Collegiatae Mauraten.* quae competant in functionibus? 4858.
- Praesidi loci* non licet habere locum in Presbyterio 988. 3020., nec eius uxori habere thurificationem 988., conceditur pradella sub sede, sed ei tradendus non est Textus Evangelii ad osculandum 1182. 1408. 2751.
- Praeses*, etsi magna polleat auctoritate, et hono-

- rificentiae titulis sit insignitus, nequit habere, nisi duos gradus sub sua sede 1343.
- Praesidi Regio* Provinciae, quae non licent, dum Sacris adest 2839.
- Praeses Provinciae* nequit uti umbella in solemnibus Processione SS^mi Sacramenti. Hoc autem Decretum uti generale omnes complectitur 3334. ad 1.
- Praeses Regius* thurificandus duplici ductu post Episcopum ad formam Caeremonialis 3401. ad 1. et 2., non ei debetur osculum Evangelii. *Ibidem* ad 3., debetur osculum pacis post Episcopum cum instrumento. *Ibidem* ad 4.
- Praeses* in collatione subsidiorum dotalium recitat hymnum *Veni creator etc.* sine Cotta, et sine Stola 4862.
- Praesules Laici* nequeunt habere sedes in Presbyterio, et S. R. C. ut gliscentibus malis occurreret, Apostolico Brevi providendum esse consuluit 109.
- Preces* praescriptae ab Episcopo ad impetrandam pluviam, non sunt decantandae inter Missarum solemnias, ne Sacrificium Missae interrumpatur 267.
- Preces publicae* pro gratiarum actione, et similes peragi possunt in Ecclesiis exemptis sine licentia Ordinarii, demptis Processionibus, aliisque actibus vetitis, sine facultate ab eodem Ordinario concessa 3682. ad 15.
- Preces feriales* ad Vesperas, et Laudes in diebus ieiunii nequeunt cantari per depressionem vocis a *fa* ad *re*, sed utendum voce uniformi per simplicem *fa* 4084.
- Preces pro Episcopo eligendo*, sede vacante, non sunt intermittendae, etiamsi Ecclesiae datus sit Administrator 3952. ad 10.
- Preces pro Imperatore* in Orationibus Feria VI. in Parasceve et in Praeconio Sabbati Sancti sunt omittenda 4860. 4872. 4985. ad 6. 5012. ad 3.
- Presbyter assistens* debet esse prima Dignitas 309. 429. 523. 974., quod si non sit prima Dignitas, nihilominus thurificandus est ante Archidiaconum a dexteris Episcopo assistentem, licet is sit prima Dignitas 352., dum librum sustinet, debet per se sustinere supra caput, dum Episcopus intonat Hymnum *Gloria*, et *Credo* 2503. ad 5. 2685. 2805. ad 3., prout etiam tenetur ministrare palmatoriam vulgo *bugia*, dum Diaconus Canonem sustinet 2514. ad 5. 2889., tenetur removeere ab Altari pulvinar eum Missali post Offertorium 5214. ad 4., et super Altare sustentare librum 2870., quod si renuat, compelli potest iuris remediis 3161. ad 3.
- Presbyter assistens*, qui ministrat naviculam Episcopo, debet illum thurificare, et non Diaconus Evangelii 351. ad 9.
- Presbyter assistens* pacem praebens saecularibus debet ipse, non Episcopus, osculari instrumentum 879. ad 2.
- Presbyter assistens* thurificandus ante Vicarium 1100.
- Presbyter assistens* quinam esse debeat ubi praebendae sunt, vel non sunt distinctae? 974. 2577. 2581.
- Presbyter assistens* Episcopo nequit uti pileolo, dum ei ministrat 3302. ad 1. et 2., sic etiam de aliis dum actu ministrant. *Ibidem* ad 2. et 2.
- Presbyter assistens* in Solio, uti debet scabello, non autem sede camerale, vel simpliciter lignea vel imbuta 4590. ad 3., quin prosit immemorabilis contraria consuetudo. *Ibidem* ad 4. eum *adnotationem*.
- Presbyter assistens* in functionibus pontificalibus debet Missale sustinere supra caput 3623. ad 2. 3625. ad 1., ad formam Caeremonialis 3845. ad 3. 4590. ad 12., debet item removeere Missale in Altaris thurificatione, item et Canonem 3625. ad 3. 4. et 5. Vide etiam 3674. non autem in benedictione Palmarum, Cinerum, et Candelarum, aut dum in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum canuntur Orationes supra sepulera, vel circa castrum doloris 3625. ad 6. et 7.
- Presbyterum assistentem* cum Pluviali debent Dignitatibus Ecclesiae Collegatae S. Nicolai Civitatis Altamurae solemniter celebrantibus S. R. C. respondit 3862.
- Presbyter assistens* cum Pluviali in Missa solemniter adesse potest si probetur invecta consuetudo 4970. secus non 4978. ad 2. 5070.
- Presbyteri Ordinandi* debent inchoare Missam non ab initio, sed ab oratione oblationis *Suscipe Sancte Pater etc.* 4205. ad 1., debent prosequi Missam non stantes, sed genuflexi. *Ibidem* ad 2., nec tamen facere debent actiones, quas facit Episcopus in Missa. *Ibidem* ad 3., non est necesse, ut post Communionem ablutionem sumant ab illo Calice, quem tetigerant in Ordinatione. *Ibidem* ad 5.
- In Presbyteratus Ordine* conferendo quomodo Ordinandi Calicem et Patenam tangere debeant? 4565. ad 7. q. 3. Vide *adnotationem*.

- Presbyteri simplices* quoad praecedentiam 61.
- Presbyteri* nullum Beneficium habentes non tenentur accedere ad Cathedralē, et interesse solemnī Processionī Corporis Christi 4417.
- Presbyteri* Ecclesiae sitae infra limites alienius Paroeciae haud possunt erigere propriam Crucem, sed incedere debent sub illa Paroeciae in Processionibus, quae ab eadem fiunt 520
- Presbyteri*, qui sedem habent in Choro, et vocem in Capitulo, non sunt propterea appellandi Canonici 608.
- Presbyteri* sive saeculares sive regulares incedentes cum Stola praecedentiam habent supra alios sine Stola 778.
- Presbyteri* inservientes Canonico celebranti praecedentiam habent supra Canonicos 1136.
- Presbyteri*, qui non sunt de Capitulo, non tenentur associare Episcopum 1243.
- Presbyteri*, qui aequiparantur Canonicis, sed tales non sunt, duplici ictu thurificari non debent 2248. ad 5.
- Presbyter*, qui ex Ordine regulari post emissam professionem ad saeculum rediit, praecedentiam obtinet supra alios simplices Presbyteros ordinatione iuniores 1625. 2268.
- Presbyter Graeci Ritus* alter ex representantibus Apostolos in Cappella Pontificia pro mandato Feria V. in Coena Domini, Sacram Eucharistiam sumere debet cum aliis in Azymo 4546. Videnda adnotatio, quae subiicitur.
- In *Prima* nequit celebrari Missa ante lectionem Martyrologii, sed expleta Primae recitatione Missa dicenda 32. ad 4.
- Primus* num possit uti Pallio nedum in Ecclesiis suae Provinciae Archiepiscopalis, sed etiam in aliis Provinciae Primatialis? 1521. ad 2.
- Prior* habens usum Pontificalium, dum his utitur in propria Ecclesia, sedem habere debet in plano Presbyterii cum duobus parvis gradibus sine suppedaneo, sine Baldachino, et cum postergali sine auro 291., habeat tantum Diaconum, et Subdiaconum, unum Presbyterum assistentem, Cappellanum cum Pluviali pro libro, et aliquos Clericos. *Ibidem*, sex habeat candelabra in Altari, et non septem, abacum seu parvam mensam a latere Epistolae. *Ibidem*, sub Mitra pileolum adhibeat nigri, et non alterius coloris. *Ibidem*.
- Prior Monasterii*, qui est loci Ordinarius, vel eius Vicarius, nequit ante se Crucem deferri facere, non obstante quacumque consuetudine 300.
- Prior Protonotarius* in habitu praecedit, et locum habet inter alios Protonotarios, sed distributiones amittit, nec habere potest praecedentiam ratione Prioratus 2229.
- Priores Magistratus* qui non sunt de maioribus thurificandi sunt post Canonicos 43., illi vero Communitatis terrarum post omnes de Clero 802.
- Prior prima Dignitas Ecclesiae Cathedralis Spoletanae* nequit, sub praetextu consuetudinis, quasdam sibi usurpare honorificentias, quae Praelatis Episcopo inferioribus non conveniunt 2967., nequit penes se retinere libros baptismales. *Ibidem* ad 9.
- Prior Ecclesiae* subiectae Commendatario Religionis Hierosolymitanae nequit celebrare Missam privatam cum quatuor luminibus, adhibere annulum cum gemma, et pileolum, progredi ad Altare associatus a duobus Acolythis, habere assistentiam Sacerdotis, neque potest in Ecclesia uti sede camerale cum tapete, et pulvinaribus 3679.
- Priori Collegiatae S. Venantii Camerini*, occasione accessus capitulariter ad Ecclesiam Cathedralē, quae debeantur honorificentiae? 3877.
- Priori, seu Praeposito Collegiatae S. Elenae Bircirearae* Dioecesis Melevitanae, quamvis debeat prima Sedes in Choro, haec tamen nec eminentior ceteris esse debet, nec cum tapete, pulvinari, et genuflexorio 3938.
- Priori insignis Collegiatae Sancti Ioannis, Reparatae, et Pantaleonis Civitatis Lucanae* non debentur honorificentiae, quas is sibi competere praesumebat 3944. 4098.
- Priores Terrae Montis Brandoni* Dioecesis Ripanae thurificandi non sunt in Ecclesia Fratrum Minorum post Canonicos, et ante alios Religiosos paratos 4061. ad 3.
- Prior, et Fratres S. Laurentii Scorialensis* Nullius Provinciae Toletanae, praeter Officium, quod cum Octava singulis annis celebrant generatim de Reliquiis ibi asservatis, possunt etiam particulariter sub ritu convenienti celebrare de singulis, dummodo Reliquiae vere sint insignes ab Ordinario adprobatae, et de Sanctis in Martyrologio Romano descriptis, vel de quibus aut habetur Apostolicum Indultum, aut recitatur Officium ante Bullam S. Pii V. 4409. ad 1. 2. et 3., nequeunt de illis, quorum Reliquiae vere non sunt insignes. *Ibidem* ad 4.
- Primicerius*, etsi dubitetur num sit Dignitas, debet tamen in Processionibus uti Pluviali 348. ad 1.

Primicerius Dignitas Collegiatae S. Ioannis Maioris Neapolis potest monere, et corrigere, non autem suas monitiones per edictum affigere 3430. ad 1., 3445. ad 1., ad incipiendum Officium in Choro servare debet regulas Caeremolis 3430. ad 2., exiens a Choro tenetur notam facere punctatori causam sui egressus, sed extra Chorum. Ibidem ad 3. Canonici e Choro exeuntes tenentur ab ipso petere veniam 3430. ad 4. 3445. ad 2., non ei debetur pulvinar 3430. ad 5., ad ipsum pertinent solemniores functiones. Ibidem ad 6., dummodo tamen Missam celebret solemniter 3455. ad 3. Canonici inservire ei debent in Officio Diaconi, et Subdiaconi 3430. ad 7., quoad hoc Dubium iterum propositum S. R. C. ampliavit iudicium, meliorem informationem exquisivit, ac votum Magistri caeremoniarum 3445. ad 3., et in altera Congregatione confirmavit primum Decretum 3455. ad 4., nequit uti Cappa magna cum caputio, et cauda violacea extensa in Officiis Feriae V. in Coena Domini, et VI. in Parasceve 3430. ad 9., ad eum pertinet dare signum inchoationis, et dimissionis Chori, ac distribuere lectiones 3455. ad 1. et 2., et convocare Capitulum. Ibidem ad 5.

Primicerii Collegiatae S. Eustachii in Terra Aquae-vivae Dioecesis Baren. assistere debent Episcopo in eorum Ecclesia solemniter celebranti 4004. ad 3., non autem in Officio Diaconi, et Subdiaconi Archipresbytero. Ibidem ad 4., abesse possunt a Choro audiendi causa Monialium, et saecularium confessiones, ac dirigendi Confraternitates. Ibidem ad 5. Archipresbytero impedito, ad ipsos pertinent functiones solennes. Ibidem ad 6. et 7.

Primicerius, et Cantor in Missis, et Officiis solemnibus, non tenentur prope Legile canere per se ipsos, sed possunt alios ad canendum substituere 4064. ad 12., nec tenentur per se antiphonas intonandas Canonicis exhibere, ac praeintonare. Ibidem ad 13.

Privilegium quoad Officium votivum de SS. Sacramento servandum ut expressum est 95.

Privilegium concessum ut per modum suffragii liberetur a poenis Purgatorii anima, pro qua Missa defunctorum celebratur prima feria IV., intelligi debet de prima feria IV. non impedita post obitum defuncti 393.

Privilegium concessum alicui Religioni faciendi Processionem SSⁿⁱ Sacramenti in die Octava Corporis Christi, non impedit, quominus Pa-

rochi saeculares eam facere possint eadem die 957.

Privilegium celebrandi in singulis Ecclesiis alicuius Dioecesis Officia de Sanctis, quorum Reliquiae, vel Corpora in eadem Dioecesi asservantur, non est sublatum 1470. ad 1.

Privilegiolorum participatio non extenditur ad Officia 2903. ad 3. 3528. 4394., et accipienda est cum moderatione 2906., etiamsi agatur de Religiosis eiusdem Ordinis, quando privilegium indultum est intuitu localis circumstantiae 3431.

Privilegium concessum quibusdam Monialibus, quae Breviario Romano utuntur, recitandi Officia propria Sanctorum indulta Ordini S. Augustini, quomodo sit accipiendum, ad quae Officia extendatur, et quae excludat? 3374.

Privilegium concessum Congregationi Sacerdotum sub titulo Animarum Purgantium Civitatis Elboren. celebrandi qualibet feria secunda unicam Missam defunctorum in dup. non de praeccepto 3849.

*Privilegium, quod dicitur concessum Sodalitati S. M. de Campo Sancto et Confratribus eidem adscriptis, utendi Altari portatili, declaratur per Apostolicas Literas ad Locorum Ordinarios, et ad viam iuris reducitur, adianctis conditionibus, et limitationibus, quibus tolluntur abusus et corruptelae ex mala Indulti interpretatione exortae 4548. Vide *Votum, quod subiicitur.**

Privilegium audiendi Sacrum e fenestra privatae domus Ecclesiae introsipienti strictim servandum esse praecipitur 4654.

Privilegium Pontificium redigendum ad limites Indulti ipsius 4672. ad 24.

Processiones: Ordo in iisdem servandus 4., item quoad delationem Crucis 7.

Processiones publicas, et privatas edicere, dirigere, et reducere pertinet ad Episcopum, et eius Vicarium 181. 317. 2585., de consilio tantum Capituli, non de consensu 614. 1388. 1417. 1519. ad 3. 3201. ad 1. 2. et 3., ne dum Episcopo competit publicas Processiones indicere, et ad eas per edictum populum convocare, sed etiam ad eum privative pertinet, ex causis sibi bene visis, illas prohibere, quae fieri consueverunt ex devotione populi, et Confraternitatum 528.

Processiones publicae, et solennes quae sint, et quae minus solennes, et privatae? 330.

Processiones ita debent ab Episcopo disponi, atque ordinari, ut primum incedant Confraternitates

- Laicorum, mox Regulares, digniori vero in loco Clerus saecularis 603.
- Processiones*, absente Episcopo, indicendae sunt a Vicario, non autem ab Archidiacono Cathedralis 880. (Id, quod de Archidiacono dicitur, intelligi debet de prima Dignitate, quocumque nomine nuncupetur) Fieri nequeunt a Parocho sine licentia Episcopi 933.
- Processiones* dum fiunt, cantari debent Litaniae, quae habentur in Breviario, neutiquam vero Evangelia, et similia 1041. (Quod praecipue locum obtinet in Processionibus Rogationum: nam quoad alias, sunt certae preces pro earum diversitate a Rituali Romano praescriptae).
- Processiones duo* eodem die, eodemque tempore ducendae non sunt 4850., illi manutendi, qui in ea faciendae sunt anteriores; qui vero posteriores, aliam seligant diem 1426., circa Crucem elevandam servari debet dispositio Caeremonialis *lib. 2. cap. 33. 1657. 1666.*, ad cuius praescripta incedere debent Collegiatae, quae incedere solent sub Cruce Cathedralis 2119. *ad 2.*
- Processionum ritus* a Caeremoniali praescriptus perverti, et immutari nequit ab Episcopo, neque de consensu Capituli 1861. (addi posset, nec variandos esse ritus quoad Processiones recensitas in Rituali Romano).
- Processiones* duci possunt per limites Parochiarum, non requisita licentia Parochorum, si facta sit facultas ab Episcopo 2186.
- Processiones* quoad interventum duarum Collegiatarum. Declaratur: num quaelibet incedere debeat sub propria Cruce, et assignatur locus conveniens primae utriusque Dignitati 1524.
- Processiones* enumerantur, ad quas Regulares compelli possunt. Decretum generale 1934. 2022. 2187., quae sint publicae, ad quas cogi possunt habentes Beneficia etiam simplicia 2139.
- Processiones Iubilaei*, pro pace, pluvia, serenitate etc. generalibus adnumerantur 2286. *ad 1.*, indicenda est pro iisdem hora conveniens a Collegiata, non autem a Parocho Matricis. *Ibidem ad 2. et 4.*, qui tamen interesse debet, nisi sit legitime impeditus. *Ibidem ad 3.*
- Processiones* exigendae ad formam *lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 33. Caeremonialis 4081. ad 2.*
- Processiones* extraordinariae, quae fiunt a Canonicis ex devotione, claudi debent a Dignitate, vel Hebdomadario, qui Missam celebrat, et induitur Pluviali iuxta Ecclesiae, et loci consuetudinem 1977. *ad 2.*
- Processioni* interfuturi omnes convenire debent in Ecclesia, ubi est inchoanda, etsi intersit Collegiata 2221. *ad 3.*
- Processiones* a Regularibus et Sodalitatibus fieri solitae in Octava Corporis Christi permittendae, dummodo fiant prope muros Ecclesiae, et domus ab ipsis dependentes 78.
- Processiones* ducere non licet Regularibus extra eorum Monasteriorum claustra 487. 819. 839. 886. 970. *ad 1. 1084. 1085. 1228. 1368. 1421. 1446. 1636. 1795. 2574. ad 1. 2652. ad 1.*, multo minus eas ducere per limites Paroeciae, et Ecclesiae Collegiatae 510. 529., si Monasterium non habet claustrum fieri potest Processio circa externum ambitum Ecclesiae 723., quod etiam militat quoad Confraternitates laicales 723. 970. *ad 1.*: extra vero ambitum nec Regulares, nec Confraternitates possunt Processiones ducere, nisi cum consensu, licentia, et Cruce Ecclesiae Parochialis. Excipiuntur illi, qui habent speciale privilegium 723. 2265. 2278. 2761., habita tamen licentia nequit Processio fieri iisdem viis, tempore, et loco, quibus fit a Parochiali semper, et in omnibus praeferenda 2574. *ad 2.*
- Processiones* quaedam Fratribus Ordinis Minorum vetitae 2270. 2301.
- Processiones*, et expositiones SS^mi Sacramenti Regularibus permittere, aut interdiciere potest Episcopus pro suo arbitrio, et prudentia 2592.
- Processiones*, quas in casu particulari fieri posse a quibusdam Regularibus cum, vel sine licentia Parochi, S. R. C. declarat 2632.
- Processio* dum fit in solemnitate Corporis Christi, Canonici, et Dignitates Ecclesiae Cathedralis tenentur assumere sacra indumenta praesente, vel absente Episcopo 735. 1000., omnes de Clero, et etiam Collegiatae debent incedere sub unica Cruce Cathedralis, nisi contraria vigeat consuetudo 756., modus quidam inductus in ducenda Processione SS^mi Sacramenti, recurrente solemnitate Corporis Christi, a S. R. C. reprobatus 1495., in hac Processione semel tantum elargienda est Populo benedictio, non toties, quoties occurrunt Altaria erecta per viam 1693.
- Processiones*, quae fiunt in Festo, et per Octavam Corporis Christi fieri possunt, non petita Parochi venia, intra cuius Paroeciae limites ducendae sunt, quamvis quoad alias Processiones haec venia petenda sit 1705. 1790. 4841. 4851. *ad 2.*, in his Processionibus ducendis admitteri non debent pueri, puellaeque repraesent-

tantes Sanctorum Martyria, et Mysteria 2398. 2423. *ad* 7., nemini licet incedere cum capite cooperto in Processionibus cum Sacramento; in illis vero, in quibus deferuntur Sanctorum Reliquiae, non licet uti bireto 2404., in Processione solemnī per Octavam SS̄mī Corporis Christi, licet Sacramentum tantisper deponere in aliqua Ecclesia, ac etiam Altari, quod erigi solet in via 2825., si Processio ingrediatur Ecclesiam Monialium, danda non est cum Sacramento duplex benedictio, altera scilicet versus Moniales existentes in Choro retro Altare, altera versus populum 4158. *ad* 2. 4372. Decretum generale.

In Processione, in qua circumferuntur Sanctorum Reliquiae, deferendum non est Sacramentum 45.

De Processione cum SS. Sacramento Feria VI. maioris Hebdomadae 120.

Processio SS. Sacramenti in solemnitate Corporis Christi inchoanda ab Ecclesia Matrice. Consuetudo eam inchoandi a Cappella Domini loci improbanda, et damnanda 3027.

In Processione SS. Sacramenti non licet deferre instrumenta Passionis, scilicet fragmentum Crucis, Spinās, et similia 3059. *ad* 1. neque figuras veteris testamenti 4994. *ad* 27.

Processio solemnīs in die SS̄mī Corporis Christi fieri debet a digniore Capituli, dummodo tamen is Missam celebret 3551.

In Processione solemnī Corporis Christi non licet deferre sellas, etsi id fiat ad ornatum tantum 3201. *ad* 4. 3349. *ad* 4., nec licet choreas ducere a viris, et foeminis personatis, non obstante consuetudine. *Ibidem ad* 5.

Processio solemnīs in Festo Corporis Christi fieri debet iuxta modum ab Episcopo praescriptum 3645.

In Processione SS. Corporis Christi Sacerdotes, Diaconi, et Subdiaconi possunt induere Albas, Casulas, et respective Dalmaticas, ac Tunicellas, et Crux processionalis potest deferri ante Clerum per Subdiaconum Tunicella paratum 4113. (Decretum hoc obtinet in Processionibus particularibus, nam quoad generalem, quae fit ab Ecclesia Cathedrali cum totius Cleri interventu soli Canonici, et Dignitates paramenta sumunt).

Processio SS. Corporis Christi quomodo ordinanda ab Eremitis Montis Coronae Ordinis Camaldulensium: item Feria V. in Coena Domini, et Feria VI. in Parasceve? 4130.

Processio SS. Corporis Christi, quae fit in eiusdem

solemnitatis Octava a Capitulo Ecclesiae Cathedralis Bituntinae, debet incipi, et terminari ab uno, eodemque Celebrante: non autem Sacra Hostia deferenda est usque ad ianuam Ecclesiae ab uno Celebrante, et ibi alteri Dignitati tradenda 4195.

Processio SS. Sacramenti, quae fieri nequit in Ecclesiis minoribus infra Octavam SS. Corporis Christi ob deficientiam ministrorum, peragi poterit in altera ex Dominicis sequentibus, prout loci Ordinario videbitur, post celebratam Missam cum commemoratione Sacramenti 4200.

In Processione SS. Corporis Christi pausatio fieri potest semel vel iterum, non quoties Altaria occurrunt in via 4574., toleranda consuetudo elargiendi populo benedictionem, servata regula Caeremonialis. *Ibidem*. Vide *subiectam adnotationem*.

Processio Ecclesiae Parochialis S. Agricolae Civitatis Avenionen. in Octava SS. Corporis Christi non est necesse, ut incedat per solitas vias, sed locum esse mutationi cursus S. R. C. respondit 4288.

Processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis fieri solitis ab Ecclesia Parochiali S. Proculi Bononiae, ac signanter illi SS. Corporis Christi, quae in dicta Parochia fit quolibet decennio, Clerici saeculares eiusdem Parochiae interesse possunt cum Superpelliceo, et intortitiis, etiam non invitati; sed Episcopus providere debet, ne oriantur scandala 4431. 4433.

Processiones solemnēs alicubi fieri solitae Feriis V. et VI. maioris Hebdomadae cum SS. Sacramento, vetitae 323., huiusmodi Processiones nocturnae, utpote repugnantes stylo, et ritui, Mysteriis Ecclesiae, nullo modo permittendae. *Ibidem*.

Processio, quae fieri consueverat Feria VI. maioris Hebdomadae in Civitate de Anduxar Genen. Dioecesis reprobata, ac vetita 3647.

Processio fieri solita a Sodalitate S. Sepulcri erecta in Ecclesia Barnabitarum Maceratae Feriae VI. in Parasceve, faciendā est sumptibus Sodalitatis, salvo tamen iure Episcopi etc. Barnabitis vero praestantibus pro supplicatione faciendā Ecclesiam exornatam, prout ipsis libuerit, non oritur ex hoc coactiva ulla obligatio 4502.

Processiones Rogationum dum fiunt, probatur mos visitandi diversas Ecclesias, et in unaquaque recitandi orationes, quod primum fit a Canonicis Cathedralis, gradatim incipiendo a digniore: mox eodem ordine a Canonicis Colle-

giatae 1658. *ad* 1., interessente Episcopo, in Ecclesiarum ingressu porrigendum est ei Aspersorium a digniore de Capitulo Cathedralis. *Ibidem ad* 3., in his adhibendus semper est color violaceus, etiam infra Octavam Paschatis 1810. Pluvialis indumentum, et precum decantatio, ad illum spectat, qui Missam in Cathedrali celebraturus est, quamvis Processio finem habeat in Collegiata 2165., si Episcopus intersit Pluviali indutus, nemini licet eo uti indumento. Eo vero absente, vel nolente preces absolvere, id spectat ad illum, qui Missam celebraturus est, etiam privative quoad Parochum 2165. Vide etiam 2939. Preces, et orationes etiam in alienis Ecclesiis pertinent ad Capitulum Cathedralis, ad illum scilicet, qui ultimo loco procedit Stola, et Pluviali indutus 4192.

In Processionibus Rogationum, quibus intersunt Capitulum Cathedralis, et Cleri Ecclesiarum Parochialium cum respectivis Archipresbyteris, usus Pluvialis pertinet ad Capitulum Cathedralis 4262. *ad* 1. Missae vero in dictis Parochialibus, licet cum assistentia Capituli Cathedralis, competunt respectivis Archipresbyteris. *Ibidem ad* 2., (in hisce decretis, quae versantur circa Processiones Rogationum apprensens aliqua contradictio occurrit, praesertim quoad illos, qui preces recitare debent, et Missas celebrare; animadvertendum tamen est Responsa Sacrae Congregationis respicere casus particulares in re, quae iuxta casuum exigentiam non respuit variationem, idcirco decidendi ratio petita fuit ex non irrationabilibus, et non improbandis consuetudinibus Ecclesiarum particularium).

In Processione Rogationum maiorum, quae fit in Urbe cui spectet ius sedendi in Choro sive in Missa quae ab Episcopo Vicegerente celebratur, sive tempore quo Processio disponitur? 5163. Vide adnexum Decretum quoad Capitulum S. Marci de Urbe.

Processione Rogationum maiorum absoluta in Ecclesia S. Marco Venetiis dicata, hora tertia solemniter est decantanda, quo tempore Episcopus recitat psalmos et accipit paramenta rubra pro Missa Pontificali 5180. *ad* 3.

Processio SS. Rosarii peragi potest extra ambitum proprium a Dominicanis, habita tantum licentia ab Episcopo 3205.

Processio SS. Rosarii in Ecclesia S. Dominici Maioris Neapolis facienda est a Fratibus Ordinis Praedicatorum, etsi Confraternitas ibi erecta non accedat 5181.

In Processionibus, in quibus deferuntur SS. Sacramentum, vel Lignum Crucis tam Clerici, quam Laici incedere debent, detecto capite, in aliis vero, in quibus deferuntur Reliquiae, aut Statuae Sanctorum, qui eas deferunt, nequeunt caput tegere, alii vero de Clero uti possunt bireto 3230. *ad* 1., si in Processione non deferuntur Reliquiae, etiam Magistratus caput tegere potest. *Ibidem ad* 2., si sub Baldachino deferatur aliqua Statua vel Imago, tam Laici, qui sustinent hastas, quam Clerici, qui sub Baldachino incedunt, nequeunt caput tegere. *Ibidem ad* 3.

Processiones, in quibus deferuntur Sacrae Imagines quoad locum dandum Capitulo 3255.

In Processione Palmarum, et Candelarum consuetudo, quae viget in Cathedrali Conimbriensi, ut Cappellanus per turnum paratus Crucem deferat, servanda est 4233. *ad* 10., item consuetudo, ut Processionibus Rogationum Cantores incedant Pluvialibus induti. *Ibidem ad* 11., item etiam alia, ut easdem Processiones ducentes, in Ecclesiis, quae per vias occurrunt faciant commemorationes pro defunctis ibi tumulatis in adimplementum Legatorum. *Ibidem ad* 12., necnon altera, ut in Processione Corporis Christi duo medii-Canonici, seu Tertianarii Tunicella, seu Dalmatica induti thuribula deferant, et Ven. Sacramentum incensent. *Ibidem ad* 13.; ac tandem alia, ut duo Canonici, vel medii-Canonici Pluvialibus induti quaedam insignia argentea sine Palmis, et Candelis deferant in die Purificationis, et in Palmis. *Ibidem ad* 14.

Processionem S. Antonii de Padua incidentem infra Octavam SS. Corporis Christi fieri posse a Conventualibus S. R. C. respondit, dummodo dies non sit impedita aliis Processionibus 3801. 3806.

Processio cum Statua B. M. V. perdolentis cui competit in quaestione exorta inter PP. Doctrinae Christianae, et Confraternitatem quinque Plagarum in Civitate Pontiscurvi? 4923. 4959.

Alia habes sub. V. *Episcopus, Canonici, Litaniae, Regulares, Sacramentum.*

Procurator generalis Min. Observantium S. Francisci in Cappella Pontificia manutenendus in quasi possessione praecedendi alterum Conventualium 67.

Professio bona fide facta, sed irrita ob errorem supputationis aetatis, detecto errore ratificata,

dat Professor praecedentiam supra posteriori Professos 2041.

Prohibitionem ab Episcopo factam Clero, aliisque Ecclesiasticis, ne distribuerunt Candelas benedictas in die Purificationis per domos saecularium non sustineri S. R. C. respondit 3930. ad 6.

Pro Regi in Civitate Calaritana residenti permittitur, ut in sua privata Cappella recitari faciat Matutinum in solemnioribus Festis, sed absque ulla solemnitate, nequam vero liceat ibi concionem haberi 34.

Protonotarii num debeant Feria VI. in Parasceve Pontifici fimbrias deferre? 125.

Protonotarius, qui sit Dignitas, vel Canonicus, debet in Choro, et functionibus sedere, ac incedere in loco sibi conveniente, et cum habitu proprio Dignitatum, vel Canonicorum: secus non participat de distributionibus, et fructibus 422. 602. 1434. 2833. 2834. 2894. 3362. 3951., nec potest sedere supra, vel inter Canonicos 567. 823. 2894.; potest in Choro uti subtana violacea, dummodo in reliquis deferat habitum chorale 446. 718. 1034. Missam celebraturus, etiamsi sit Vicarius, debet e Sacristia paramenta sumere, et unicum adhibere ministrum 457.

Protonotarii Apostolici de numero Participantium manutendi sunt in quasi possessione praecedendi Canonicos tam in Patriarchalibus Urbis, quam in Cathedralibus 474.

Protonotarii Apostolici ad instar Participantium Pontificalia exercere possunt praevio Ordinariorum consensu, servatis regulis quibus Praelati Episcopo inferiores obstringuntur 5199.

Protonotarii Apostolici Titulares seu Honorarii quoad requisita et praerogativas. Constitutio Pii PP. VII., qua Apostolicae firmitatis robor adiicitur Decretis latis a Congregatione particulari ad tollendos hac super re abusus deputata 4545. Vide etiam num. 4797.

Protonotarii Titulares non debent turbare Processiones 637., si intersint Processionibus uti Protonotarii, debent incedere cum Mantelletto, et Rochetto 645.

Protonotarius, qui simul sit Praepositus Ecclesiae, incedere debet in loco ordinario Praepositorum, et non post Celebrantem 658., sive Dignitas, sive Canonicus potest ad libitum deferre Rochettum, sed nullatenus participat de distributionibus 667.

Protonotarii Titulares praecedunt Canonicos Cathedralis non incedentes collegialiter 753. ad 2., in associandis Cadaveribus, aliisque functionibus Ecclesiasticis nequeunt deferre Rochettum discoopertum loco Superpellicei 799., non habent praecedentiam supra Canonicos antiquiores 872., prohibendi non sunt a delatione Rochetti, et Mantelletti coloris violacei in Ecclesiis, et functionibus Ecclesiasticis 877., quoad locum eis debitum servanda est dispositio cap. 13. lib. 1. Caeremonialis 914. 918., nequeunt deferre in pileo funiculum sericum coloris violacei 1651. 1895. 2038., neque possunt celebrare in Pontificalibus 1251., possunt concionari in habitu Praelatico 1350. 1679., nequeunt paramenta sumere de Altari 1458. 1958., aut in Missa uti bugia, et anulo, ac duos adhibere ministros Cotta indutos 1729. 2676., aut adhibere quatuor candelas 1958., nec possunt supplere vices Archipresbyteri, si seniores Presbyteri addicti sint servitio Ecclesiae 1958., in habitu sedere debent immediate post Canonicos: ubi deest Capitulum, post Rectorem, vel facientem Officium. Ita in Processionibus, in quibus tamen, si intersit Magistratus, possunt incedere post Baldachinum 2000.

Protonotario Canonico petenti veniam interessendi Choro cum habitu Protonotarii, amissis distributionibus, S. R. C. non licere respondit 809.

Protonotarius Canonicus in habitu Praelatico ultimum locum tenere debet, et amittit distributiones, secus vero in habitu canonicali sedere debet in loco suae receptionis 2038.

Protonotarii, qui cum dedecore utuntur habitu violaceo, et Rochetto, num sint prohibendi ab horum usu? 2226.

Alia de Protonotariis 332. 2370. 2371. 2579. 2580. 2737. 2772. 2778. 2818. 2822.

Provincialis alienius Ordinis Regularis nequit paramenta sumere de Altari, aut instrumento uti, quod bugiam vocant, aut assistentiam habere plurium sui Ordinis Religiosorum 1062. ad 2., neque ei licet concedere sedes camerales in sua Ecclesia pro Mulieribus non illustribus, praesertim contradicente Episcopo. *Ibidem* ad 3.

Psalmi poenitentiales, et graduales dicendi in Choro, nisi contraria vigeat consuetudo 287. 401. 813.

Pueri Choro inservientes convenit ut sint tonsurati, si per aetatem sint capaces Tonsurae 172. *ad 2.*

Pueri, puellaeque repraesentantes Sanctorum martyria, et mysteria nullo modo admittantur in Processionibus, quae per Urbem fiunt in Octava Corporis Christi 2398. 2423.

Pulpitum, in quo sermo habetur Feria V. in Coena Domini in pedum lotionem, debet esse nudum absque ullo ornatu 4395. *ad 24.* ita etiam pro sermone de Passione 5013. *ad 3. et 4.*

Punctatores convenit ut sint de gremio Cathedralis, et in Choro resideant 3597. *ad 17.*

Purificationis Festum V. Festum Sanctae Mariae.

Purificatoria ex lino conficienda. Vide *Corporalia.*

Purificatorium seorsim non est benedicendum 4526. *ad 26. et 27.*, maxime congruit ut adhibeatur ad effectum abstergendi in Calice guttas vini, quae resiliunt. *Ibidem ad 28.*, arbitrio Sacerdotis relinquatur illud ponere super pedem Calicis, dum praeparatur, vel super Patenam. *Ibidem ad 29.*

Q

Quarta funeralis num comprehendat etiam Candelas existentes super Altare? 2375.

Quarta funeralis, quae debetur Parocho, etiamsi corpus defuncti tumulatum iam sit in Ecclesia Regularium, dum exequiae celebrantur 2499.

Quitensis, aliarumque Ecclesiarum in Indiis mos particularis, ut Canonici, qui utuntur Superpelliceis cum manicis oblongis, maioris reverentiae causa quandoque manicas deponant, et circa brachia obvolvant, non reprobatur 3799.

R

Reconciliatio Ecclesiae pollutae, si fiat a Sacerdotibus de licentia Sedis Apostolicae, facienda est cum eadem benedictione, qua utitur Episcopus 351. *ad 10.* Ecclesiae non consecratae fieri potest, et debet per Sacerdotem aqua exorcizata, quae in diem benedicatur a Presbyteris 641.; consecratae vero reconciliatio fieri non potest, nisi per Episcopum, vel de commissione Papae, aqua per Episcopum benedicta. *Ibidem*, fieri debet forma a Pontificali praescripta, nec sufficit quod in ea celebrata sit Missa

1001. *ad 2.* 1521. *ad 1.* 1632. *ad 1. et 2.*, facta ab Episcopo non habente iurisdictionem in loco, valet 1001. *ad 3.*, prout etiam facta a Sacerdote sine delegatione; sed cavendum, ne id fiat 1572. Alia dubia de Altarium reconciliatione 3415.

Reclor Ecclesiae ruralis, in qua asservatur Sanctissimum Sacramentum, tenetur ad residentiam, et ad quotidianam celebrationem vel per se, vel per alium 4700.

Reclor Parochialis, qui curam per Cappellanos exercet, tenetur excipere Ordinarium ad suam Ecclesiam accedentem cum Stola, Superpelliceo, et Aspersorio 660., dum recitantur Divina Officia, in sua Paroecia debet sedere in scamno, non in sella 948. *ad 1.*, si ad eius Ecclesiam accedat Episcopus cum Capitulo Cathedralis sedere debet post Canonicos in aequali scamno, vel e regione sedis Episcopalis. *Ibidem ad 3. et 4.*

Reclor Ecclesiae non Parochialis pro functionum celebratione non tenetur exquirere consensum Parochi 5024.

Rectores, et Administratores Hospitalium, quibuscumque fruuntur privilegiis, nequeunt solemniter exponere SSmum Sacramentum sine licentia Episcopi, et inobedientes puniendi, nisi speciali Apostolicae Sedis indulto tueantur 3254.

Sanctissimi Redemptoris V. Officium.

Referendarii extra Urbem 1778.

Regulares tenentur recipere Capitulum Cathedralis processionaliter accedens ad eorum Ecclesiam in Supplicationibus Litaniarum Maiorum, vel ob publicam aliquam causam 144. *ad 1.*, in transitu harum Processionum tenentur etiam pulsare campanas et vias mundare. *Ibidem ad 2.*

Regularibus non licet sepelire defunctos, (hoc est ad eorum Ecclesias sepeliendos deducere) sine interventu proprii Parochi 437., qui tamen incedere debet sub eorum Cruce 3462. *ad 2.*, vocati ad funus debent convenire in Ecclesia Cathedrali, vel Parochiali etc., non autem eis licet expectare per vias, vel in domo defuncti 704. 900. 935. 970. *ad 3.* 1081. 1083. 1503. 1527. 1783. 2016. 2190. 2191. 2332. *ad 2.* 2353. 2473. 2510. *ad 1. 2. et 3.* 2518. *ad 1.* 2652. *ad 3.* 2824. 2830. 3179.

ad 1. 3223. *ad 2.* 3406. 3462. *ad 1.* 3509. 3722. *ad 7.* 3881. 4210. *ad 3.* 4217. *ad 3.*, etiamsi Cadaver ad eorum Ecclesiam deferatur 2273. *ad 6.*, quod si deferatur ad Parochiam, nequeunt hanc ingredi elata Cruce, illamque retinere prope feretrum usque ad finem Officii 3722. *ad 8.*, aut ibi Officium facere. *Ibidem ad 11.*, debent Officium facere in eorum Ecclesiis super Cadaveribus ibi tumulandis 713. 745. *ad 2.* 1099., et in horum Cadaverum associatione elevare propriam Crucem 745. *ad 3.*, quo in casu Parochus defuncti perventus ad Ecclesiae tumulantis ianuam, recedere debet 717. *ad 1.* 1103.

Regulares non vocati ad funus nequeunt interesse 801., si accedant non vocati nequeunt quidquam exigere 808., nequeunt levare Cadavera sine consensu proprii Parochi 936. *ad 1.* 1854. 2332. *ad 3.*, possunt tamen, si Parochus venire renuat, vel nolit alterum mittere 2846. *ad 1.* 3750. *ad 4.*, nec indigent licentia Episcopi 2684., si funeri intersit Capitulum Cathedralis, vel Collegiatae, tenentur incedere sub Cruce Capituli 1307. 1532. 2465. 2470., possunt propriam Crucem elevare, si Collegiata loci non accedat collegialiter, et uti Capitulum 2312., nequeunt turbari a peragendis Officiis super Cadaveribus in propriis Ecclesiis, etiamsi vigeat contraria consuetudo favore Cathedralis 1347., si nolint per se ipsos exequias facere, nequeunt alios vocare Presbyteros, sed hoc in casu eas peragere spectat ad proprium Parochum 1380., nequeunt in domo defuncti canere preces sine consensu Parochi 2273. *ad 7.*, tenentur ad ianuam Ecclesiae excipere cum Cruce defunctum, et permittere Clero saeculari ingressum in Ecclesiam, qui tamen nequit se exequiis immiscere. *Ibidem ad 8.* 4316. *ad 2.*, expletis exequiis, abstinere debent ab associando consanguineos ad domum defuncti 2273. *ad 9.*, nequeunt elevare propriam Crucem, si Cadaver extra eorum Ecclesias deferatur, vel Capitulum intersit 2332. *ad 1.* 2429. 2518. 2532., nequeunt aspergere Cadaver aqua benedicta, aut intonare antiphonam: *Exultabunt Domino*: nisi in propria Ecclesia 2652. *ad 4.*, quod respicit etiam Cappellanos Sodalitatum 2912. *ad 11.*, cogi nequeunt ad associationem, satis est quod expectent ad Ecclesiae ianuam 2733. *ad 4.* 3241. *ad 1.*, renuentes deferre, vel tumulare defunctos in eorum Ecclesiis, ne Clerus Cathedralis eas ingrediatur, compelli possunt ab Episcopo sub censuris, etiam per

interdictum 2810., possunt corpuscula parvulorum sepelire in suis Ecclesiis, si ibi adsit sepulcrum maiorum, vel parentes ibi sepulturam elegerint 590.

Regularis ut privata persona vocatus ad funus, abstinere debet, quia semper ei convenit incedere sub Cruce suae Religionis 1175.

Regulares, qui nimis distant a Paroecia, non sunt cogendi ad associandum funus; verum, si invitati velint interesse, tenentur accedere ad Parochiam 2065.

Regulares nequeunt deferre extra claustra Cadavera defunctorum in Conventu 2273. *ad 5.*, si ad eorum Ecclesiam deferendum sit Cadaver, non tenentur haeredes illud primum deponere in Ecclesia Parochiali, ut super illo Parochus Officium peragat 3881. *ad 2. et 3.*, nec Parochus praeter quartam funerum potest quidquam exigere. *Ibidem ad 4.*, occasione funeris ad eorum Ecclesiam delati licet ipsi libere pulsare campanas, irrequisito Plebano 4210. *ad 4.* 4217., nequeunt extra ambitum propriae Ecclesiae absolutiones super defunctis facere, etiam rogati a Parentibus, et loci Magistratu, secus facientes poena plectendi sunt, quia Parochi iurisdictio non cessat, nisi quando Cadaver pervenit ad Ecclesiae tumulantis ianuam 4119. *ad 13.*

Regulares ad funus acciti possunt e suo Coenobio egredi, praecedente propria Cruce, dummodo non deferatur in pompa funebris, in quo incedere debent sub unica Cruce elevanda cui de iure 4987.

Regulares quoad praecedentiam in Processionibus, dum his intersunt ex diversis Institutis 156. 193. 219. 381. 484. 542. 640. 666. 838. 841. 1151. 1277. 1326. 1575. 2388. 2418. 3923. 4037. Praeeminentia petenda est, non ab antiquitate Conventus, sed ab incolatu familiae 1894., quid inter Minores de Observantia et Capuccinos? 2865. 5062.

Regulares Minores Observantes Assisii degentes in Processionibus habent praecedentiam supra Minores Conventuales quamvis isti Basilicae Patriarchali S. Francisci addicti sint 5222. *ad 1.*, quod ius etiam competit Minoribus Reformatis, quando Observantes non accedunt 5229.

Regulares tertii Ordinis S. Francisci Assisii commorantes praecedunt Capuccinos eiusdem Civitatis, quando isti sub propria Cruce in Processionibus incedunt 5222. *ad 3.*

Regulares nequeunt in Processionibus mixtim in-

- cedere cum Clero saeculari 76. *ad* 2. 165. 171. 213. 280. 455. 496. 554. 710., cui etiam in propriis Ecclesiis dare debent praecedentiam 745. *ad* 1. 3116., sublata qualibet contraria consuetudine 617. 1214., neque immiscere se debent cum Magistratu, aliisque saecularibus 1069. 1076.
- Regulares* omnes etiam exempti compelli possunt iuris remediis ad interessendum Processionibus generalibus singuli sub propria Cruce 76. *ad* 1. 90. 280. 970. *ad* 2.,
- Regulares* diversorum Ordinum in Suburbis, et Territorio Romano, quoad praecedentiam in Processionibus servare debent morem, qui in ipsa Urbe servatur 472.
- Regularibus* non licet Feria V. in Coena Domini Processionem facere cum SS. Sacramento extra Ecclesiam, et in Festo Corporis Christi extra earum iurisdictionem per illam Plebani 481., quod si concessum eis fuerit Processionem extra suos limites ducere, nequeunt variare viam semel electam 513. 2454.
- Regulares* nequeunt deferre Pluvialia in Processione Rogationum, aut agnos benedicere 801.
- Regulares* nequeunt ministrare Sacramenta, excepto illo Poenitentiae in domibus Tertiiorum, seu Centuratorum 407. *ad* 2., nec possunt in articulo mortis facere Tertiarios, seu Centuratos, eosque aggregare ipsorum Religioni. *Ibidem ad* 3., possunt tamen in suis Ecclesiis sepelire sine Parochi interventu Tertiarios, et Centuratos collegialiter viventes, nec non Mulieres virginalem, vel coelibem, aut castam vidualem expresso voto sub dicto habitu vitam ducentes. Sine hisce qualitatibus eos sepelire non licet in Regularium Ecclesiis, nisi sibi in iisdem elegerint sepulturam. *Ibidem ad* 4.
- Regulares* etiam Canonici nequeunt habere praecedentiam supra Parochos, dum hi tamquam tales Processionibus intersunt 176.
- Regulares* nequeunt nisi de licentia, et consensu Parochi ducere Processiones extra claustra Monasteriorum, et proprias Ecclesias 873. 991. 2970. *ad* 6. 3223. *ad* 1., nec sarius non est consensus Capituli, si intersit consensus, et licentia Episcopi 3426. 3440. *ad* 1.
- Regulares* vocati ad munia, et Processiones alicuius Confraternitatis, nequeunt prohiberi a loci Archipresbytero 1003., nequeunt Processiones extraordinarias ducere, non petita venia 1117., aut eas ducere extra claustra sine Cruce Parochi, aut sine huius licentia 1145.: nam

solum eas facere licet sine licentia Ordinarii, quae eis permittitur in vim Apostolici indulti 1344., cogendi sunt ad interessendum Processionibus Rogationum sub poenis etc., nisi habeant indulta Concilio Tridentino posteriora 1393., et ad consuetas, ac publicas 2544., et ex devotione, ac voto fieri solitas 2307., si habent licentiam Episcopi eas ducendi extra claustra, non indigent licentia Parochi 1506., tam Sacerdotes, quam Laici, nedum interesse debent Processioni S. Marci etc., sed etiam assistere usque ad finem 1559. 1827., debent ad Ecclesiam accedere, a qua incipit Supplicatio 1688., si ipsis ab Apostolica Sede indultum sit Processiones ducere per vicos, et plateas, nequeunt impediri 1759., prout etiam eam ducendi extra claustra infra Octavam Corporis Christi 1929. 4851. *ad* 1. *et* 2.; quandoque tamen declaratum fuit, non posse sine licentia Episcopi, sed ducendam esse Processionem intra limites propriae Parochiae, non obstante consuetudine contraria 2232., habetur Decretum generale de non ducendis Processionibus extra claustra, nisi de licentia Ordinarii, et eum consensu Parochi 1934., ab Ordinario eis designandae sunt viae 1945., enumerantur Processiones, ad quas Regulares, et Monachi compelli possunt 1934. 2022. 2437. 2874., excipiuntur ab his interessendo viventes in strictiori clausura, vel distantes a Civitate ultra medium milliare 2022. 4761. 4870. *ad* 4.

Regulares nequeunt per alienas Paroecias Processiones ducere, aut exercitium Viae Crucis peragere dissentientibus Parochis 2273. *ad* 1. *et* 2., possunt, habita venia ab Episcopo, et Parocho. *Ibidem ad* 3. 2836. *ad* 2., immo si Episcopus facultatem fecerit, nequit Parochus se opponere 2512. 2792., tenentur ad Processiones, quae fiunt pro aliqua necessitate, et accedere ad Ecclesiam, a qua inchoatur Supplicatio, nec discedere debent, nisi omnia complementum habuerint: possunt extra Ecclesiam caput operire, praeter quam in Processione SS. Sacramenti 2273. *ad* 4., quoad Processionem infra Octavam Corporis Christi, circa petendam Episcopi licentiam, servanda est consuetudo loci 2279., eis licet Processiones generales facere de licentia Ordinarii 2733. *ad* 8., non tenentur accedere ad Cathedralam, sed sat est, ut accedant ad Ecclesiam, a qua inchoanda est Processio, qua expleta, non tenentur associare Capitulum 2814., cogendi

- sunt in Processionibus sub censuris, ad deferendum capuceum, et non pileum, et ad canendum Litanias, aliasque preces a Clero saeculari decantari solitas 2288. 3268., nequeunt incedere cum Cotta, et Stola, invitis Parochis per horum Paroecias 2348.
- Regulares* nequeunt mittere suos laicos ad Processiones, et praecipue ad illas Corporis Christi, indutos vestibus sacro Ordini competentibus, et abusus huiusmodi eliminandus 2507.
- Regularis* deferens in Processione sacras Reliquias, uti debet Pluviali, et Stola 2733. *ad* 7.
- Regulares* tenentur nedum interesse Processioni Corporis Christi, sed etiam illam reassociare ad Matricem, ibique permanere usque ad benedictionem inclusive 3083., quod etiam intelligitur de aliis Processionibus publicis, et re-nuentes cogendi iuris remediis 3118. 3179. *ad* 2., etiamsi aliquibus numquam interesse consueverint 3462. *ad* 3., licet nequeant Processiones ducere extra claustra, quaedam in casu particulari excipiuntur 3722. *ad* 2.
- Regularibus Ordinis S. Dominici Civitatis Abellinen.* licet ducere Processionem de SS. Rosario extra ambitum, consentiente Episcopo, quin necessaria sit licentia Capituli, vel huius interventus 3440.
- Regularibus Ordinis S. Francisci Conventualium terrae Maceratae* Dioecesis Feretranae non licere respondit S. R. C. die 1. Augusti Processionem ducere per Parochiam ad Ecclesiam Monialium, non obstante quacumque consuetudine 3839. *ad* 1., nec alias facere Processiones extra claustra. *Ibidem ad* 2., aut visitare, et benedicere domus in Hebdomada maiori. *Ibidem ad* 3., aut diebus festis inter Missarum solemnias converti ad populum, eique pacem osculandam praebere, et ab ipso oblationes recipere. *Ibidem ad* 4., tenentur occasione funerum in Ecclesiam Parochialem convenire. *Ibidem ad* 5., quod si in ipsorum Ecclesia defunctus sit tumulandus, non licet Parocho eam ingredi cum Stola, et Cruce. *Ibidem ad* 6.
- Regularibus Carmelitis Terrae Cantalupi* Dioecesis Sabinen. licere respondit S. R. C. Processionem facere in die festo S. Mariae a Monte Carmelo cum licentia Parochi petita, etiam non obtenta 3843. *ad* 1., sed non licere exponere SS. Sacramentum sine licentia Ordinarii, qua obtenta, fas non esse triplicem benedictionem impertiri. *Ibidem ad* 3.
- Regularibus Ordinis S. Dominici oppidi Pali* Dioecesis Baren. non licere delationem Stolae in Processione SS. Rosarii sine licentia Parochi; aut in Processione SS. Sacramenti benedictionem impertiri infra Parochiae limites S. R. C. primum respondit 4216.; verum in altera propositione, recedendo a decisis, licere edixit de licentia Ordinarii 4225.
- Regulares* Doctoris gradu decorati quando huiusce honore frui possunt? 5035. *ad* 5.
- Regulares* nequeunt pulsare Campanas Feria V. in Coena Domini post indictum silentium ab Ecclesia Matrice, vel antequam in hac pulsentur Sabbato Sancto 2273. *ad* 10. 3722. *ad* 3., quamvis distent ultra milliaria a Civitate 4870. *ad* 3., aut dum in proxima Ecclesia Parochiali habetur concio 2273. *ad* 11., nequeunt exponere SS. Sacramentum sine licentia Ordinarii 729. 1021. 1061. *ad* 1. 1120. 1228. 2626. 2652. *ad* 5. 3722. *ad* 4. 4777. *ad* 7., hac obtenta cum clausula; *accedente consensu Parochi*, non sufficit facta petitio, et Parochus ex iuxta causa potest hunc denegare 3722. *ad* 5. et 6., contra facientes coercendi censuris 1158.: possunt tamen in solemnitate, et Octava Corporis Christi inter Missarum solemnias, et ad Vesperas 1321., vetitum est eis trinam benedictionem cum Ven. Sacramento impertiri 2735., iis, quibus in more est exponere Ven. Sacramentum singulis diebus festis, id licet, *accedente licentia Ordinarii* 3576.
- Regulares* nequeunt habere conciones, non petita benedictione ab Episcopo 1061. *ad* 2.
- Regulares* ad Altare celebraturi pergentes incedere debent capite cooperto 5018., utentes caputio debent caput tegere cum Amictu 1189., non tenentur associare Episcopum ad eorum Ecclesiam accedentem cum Cappa, neque hac de causa sunt molestandi 1219., nequeunt benedicere bruta in Festo S. Antonii in praesudicium Parochi 1298., cuiusque Ordinis, vel Instituti sint, tenentur in Missis solemnibus adhibere Diaconum, et Subdiaconum, in Vesperis vero Sacerdotem Pluviali indutum, ac servare Rituale, Caeremoniale, ac Rubricas Missalis, et Breviarii Romani 1653., solemniter celebrantes debent uti scamno ad formam Caeremonialis 1684. 1685., non autem sede cum subpedali 1742., nequeunt adhibere Rochettum loco Superpellicei, aut Cottam cum manicis angustis. *Ibidem.*
- Regulares* uno relicto, ad aliud transeuntes Coenobium in eadem Civitate, non amittunt praecedentiam supra alios recentioris incolatus 1997.

Regulares nequeunt benedicere sacras Suppellectiles pro Ecclesiis, et personis sibi non subiectis 2379., sed neque id possunt pro suis Ecclesiis sine speciali privilegio 4159. *ad* 3.

Regularis Canonicus professus, qui e Monasterio, Superioris iussu, discessit, et ad aliud commigravit, rediens postea ad suae professionis domum, tamquam antianus in suae receptionis locum restituitur 681.

Regularium lites de praecedentia componi debent ab Ordinario loci, etiam sub censuris contra renuentes ei obedire 3331. *ad* 6. *et* 7.

Regularibus licet in propriis Ecclesiis Cineres, Palmas, Candelas benedicere, ac distribuere 3626. *ad* 1. 2. *et* 3., non autem Processiones extra ambitum ducere, nisi probetur formiter consuetudo contraria. *Ibidem ad* 4., eis licet in propria Ecclesia, et per terram loci explere functiones cum licentia Curiae Episcopalis, quin requiratur etiam altera Parochorum 4057.

Regulares de uno ad alterum Coenobium demigrantes, in privata Officii recitatione extra Chorum se conformantes Calendario Conventuum, in quibus actu aliter morantur, satisfaciunt oneri recitationis horarum canonicarum, sive perpetuo ad tempus sint ibi permansuri, et etiamsi de uno ad alium Conventum transierint, iam anni parte transacta 4487. *ad* 7., tenentur sequi Ordinem iuxta Coenobium in quo morantur, etsi ad tempus, in publica Officii recitatione 5175.

Regularis Episcopus recitare debet Officium iuxta formam, et de Sanctis suae Dioecesis 265. *ad* 1. *et* 2.

Regulares tenentur tantum ad Officia Patronorum, et Titularium Ecclesiarum Cathedralium, sed sine Octava, ut etiam ad Officium Dedicacionis dumtaxat in die 731. 866. 1589. 1606. *ad* 1. 2159. 2302. *ad* 4. 3135. *ad* 4. 3316. 3788. *ad* 3. 4349. 4530. *ad* 6. 4729. 4941. *ad* 8., intra tamen Civitatem, et non extra 3181. *ad* 3. 3285. 3788. *ad* 3. 4040. *alia Dubia ad* 1. 4223. *ad* 1., praeter praedicta Officia nequeunt recitare alia in Calendario Dioecetano notata 1805.: si recitent, et recitare possint aliqua Officia Dioecetana, debent legere lectiones adprobatas, quae ab aliis leguntur 2451. *ad* 8., quod intelligitur de Regularibus, qui habent proprium Calendarium; ut autem tenentur ad Officium Patroni Principalis Civitati, ita etiam tenentur ad Officium Patroni Principalis Regni 3019. *ad* 1. *et* 7., possunt recitare Officia ad petitionem Regum concessa,

si concessio extendatur ad Regulares. *Ibidem ad* 2., quod si huiusmodi Officia occurrant cum festis proprii Calendarii, servanda est Rubrica de translatione Festorum. *Ibidem ad* 3. si sint eiusdem ritus, et dignitatis, illud praeferendum, quod cum maiori solemnitate, et populi concursu celebratur. *Ibidem ad* 4., si Officia concessa sint pro aliqua determinata Dominica, haec impedita, eo anno debent omitti. *Ibidem ad* 5., nequeunt Regulares de loci Patrono Octavam facere, nisi specialiter indultum id eis fuerit. *Ibidem ad* 8. 3125. *ad* 1. *et* 2. Vide etiam num. 4842. *ad* 3. 5032. *ad* 5.

Regulares addicti servitio alicuius Monasterii nequeunt fieri participes quoad Officia vi concessionum particularium indulta Monialibus 3135. *ad* 1. 2. *et* 3.

Regulares sub generica expressione, quod teneantur Officia recitare de Sanctis particularibus Episcopatum, ad illa tantum adiguntur, quae sunt primae classis, scilicet Patroni principalis, et Titularis Cathedralis 3143. *ad* 1., possunt etiam recitare praedicta Officia cum Octava, ac insuper alia de Patronis minus principalibus Regni etc. ac insuper Officia concessa ad petitionem Regum, dummodo concessionibus extendantur ad Regulares, secus nequeunt. *Ibidem ad* 2. 3. 4. 5. *et* 6.

Regulares tenentur ad Officia pro Ecclesia universali praecepta; possunt ea recitare, quae sunt ad libitum concessa; nihil tamen immutari per eos licet 3222. *ad* *dubia* 3. *quaesiti*.

Regularium Superiores, et Priores locales non veniunt nomine Ordinariorum, idecirco nequeunt assignare diem pro aliquo Officio iuxta facultatem Ordinariis concessam 3575. *ad* 8.

Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliis Religionibus indultorum, nequeunt addere nomen fundatoris in *Litanis*, et *Confiteor*, aut recitare Officia, et Missas concessas aliis Religionibus 3741. *ad* 3.

Regulares, si non habent proprium Calendarium recitent Officium iuxta Calendarium Dioecesis additis Officiis pro Regularibus in Dioecesi indultis 5125. *ad* 1. *et* 2., si recitent Officium iuxta ritum Calendarii Cleri saecularis Civitatis, non tenentur ad Octavas Patroni loci, vel Titularis 4121., neque ad Octavas concessas Clero saeculari 5009. *ad* 1.

Regulares debent recitare Officia perpetuo translata diebus in Calendario Dioecetano assignatis, nisi in illis occurrat aliquod Officium Ordinis 4150. *ad* 1.

- Regulares*, qui degentes in Civitate tenentur ad Officium Dedicacionis, transferre hoc debent, si apud eos occurrat Festum altioris ritus: si vero sit aequalis, fieri debet de digniori 4223. *ad 2.*, non eis licet hoc Officium e Calendario expungere, imo cogendi sunt ad illud celebrandum iuxta formam Decretorum 4263., cum in recitatione Officii servare teneantur Decreta S. R. C., et Ordinis Constitutiones, ideo nequeunt continuare in recitatione Officiorum specialium Calendarii Dioecesis 4249. *ad 2.* 4362. 4717. *ad 2.*, possunt recedere a recitatione Officiorum ad libitum, quae ab ipsis fuerunt acceptata, si nequeant satisfacere Officiis proprii Ordinis 4393. *ad 19.*, in Festis principalibus suorum Ordinum possunt addere Symbolum in Missa, etiamsi celebrent in aliena Ecclesia 4395. *ad 7.*, idest Titularium, vel Patronorum Ordinum tantum 5125. *ad 3.*
- Regulares*, qui aliquod particulare Officium obtinuerunt pro altera ex Dominicis designanda, si haec designata non fuerit, vel perperam assignata, et interim idem Officium concessum sit pro universo Regno, in quo ipsi morantur, certa mensis determinata die, tenentur conformari huic concessioni, retento ritu ipsis indulto 4440. *ad 1.*
- Regulares* tenentur Officium facere de Ecclesiae Cathedralis Dedicacione, si praescriptum sit in Calendario Dioecesano, neque ad ipsos pertinet de huiusmodi consecratione dubia excitare 4559. Vide *subiectam notam.*
- Regulares* utentes Calendario Dioecesano tenentur se conformare quoad Officia noviter concessa eidem Calendario, non autem ea recitare diebus alias pro Ordine aut Congregatione assignatis 4581. *ad 6.* cum *adnotatione.* Vide etiam 4589. *ad 2.*
- Regulares* alicuius Ordinis qui sine habitu addicti sunt servitio alicuius Ecclesiae, nequeunt uti Missali Ordinis, sicut ad id cogi nequeunt Sacerdotes saeculares ad eas Ecclesias confluentes 4823.
- Regulares* qui aliquam Ecclesiam administant, sed eidem non sunt addicti nequeunt recitare Officium Titularis ritu primae classis cum Octava 4842. *ad 9. et 10.*
- Regulares* dum alterum Coenobium petunt, et in ipso per breve tempus commorantur quomodo Officium debent ordinare? 4874. *ad 1.*, quomodo etiam dum morantur extra Coenobium tempore Quadragesimae. *Ibidem ad 2.*
- Regulares* qui celebrant Dedicacionem omnium Ecclesiarum Ordinis ad certum diem, non tenentur celebrare Anniversarium omnium Ecclesiarum Dioecesis in qua morantur 4941. *ad 1.*, quid tamen sit servandum a Regularibus in Hibernia degentibus? Vide hoc idem Decretum *ad dub. 2. 3. 4.*
- Regulares* in suffragiis praeter commemorationem S. Fundatoris debent addere commemorationem S. Titularis Ecclesiae 4964. *ad 3.*
- Regulares* tenentur ad Officium Patroni principalis Dioecesis vel Loci 5042. *ad 1.*, habitantes prope Civitatem in qua residet Episcopus tenentur ad Officium Patroni Civitatis, et Dedicacionis Cathedralis. *Ibidem ad 2.*
- Regulares* tenentur ad Officium Patroni Dioecesis tantum quamvis Clerus Saecularis alia Officia solemniter celebret ex devotione 5071. *ad 2.*
- Regulares* pro Officio Patroni principalis Loci servare debent Decreta quae respiciunt tum ritum electionem 5116. *ad 5.*
- Regulares* qui antiquo Coenobio relicto aliud incolunt non tenentur ad Officia Ecclesiae adnexae antiquo Coenobio, etiamsi Patronatum illius retineant 5042. *ad 3.*, si vero qui aliam Ecclesiam habuerunt, loco antiquae dirutae, non possunt sine speciali indulto recitare Officium Titularis antiquae Ecclesiae. *Ibidem ad 4.*
- Regulares* ob publicas perturbaciones a Coenobiis eiecti, si alicui Ecclesiae inserviant pro Sacramentorum administratione, tenentur ad Officium iuxta Calendarium Ordinis, sed in Festis sequantur Calendarium Dioecesis in Missa pro populo applicanda 5050. *ad 5.*
- Regulares* congruentius debent se conformare quoad Festum Patrocinii S. Ioseph diei ab Ordinario designatae 4474. *ad 1.*, possunt quoad Officia Desponsationis B. M. V., et Sanctorum Archangelorum Gabrielis, et Raphaelis. *Ibidem ad 2.*
- Regulares* in celebrandis Matutinis solemnibus nequeunt uti Pluvialibus a principio Officii 4395. *ad 15.*
- Regularibus Ordinis S. Ioannis de Deo* tribuitur facultas addendi nomen S. Fundatoris ad *Confiteor*, sed in Officio tantum 4711. Superior Laicus eiusdem Ordinis servet consuetudinem in deferendo thuribulo coram SS. Sacramento in Processionibus 4718. *ad 3.*, nequit in Vesperis praecedere Hebdomadarium, et Assistentes paratos, neque primam Antiphonam intonare. *Ibidem ad 2.* Religiosis Presbyteris eiusdem Ordinis non licet ubi bireto absque indulto. *Ibidem ad 4.* Superior nequit dare facultatem

- benedicendi paramenta pro usu Ecclesiarum sui Ordinis 4725. *ad 1.*
- Regularibus Minoritis S. Petri de Alcantara* inhi-
betur usus Tunicellarum et Organi 4853.
- Regulares Ordinis SS. Trinitatis* possunt in Suf-
fragiis facere commemorationem de Ss. Ioanne
de Matha, et Felice Valesio 4964. *ad 2.*
- Regulares Minores Observantes* quando celebrare
debent Officium SS^mi Nominis Iesu, si dies
14. Ianuarii quae est fixa pro dicto Festo per-
petuo impediatur a Festo Patroni Civitatis?
5032. *ad 2.*
- Regulares Minores Observantes Civitatis Beneven-
tanae* se conforment Clero Saeculari eiusdem
Civitatis in celebratione Officii de Patrocinio
B. M. V. 5032. *ad 3.*
- Regularibus Minoribus Observantibus Luceriae*
degentibus datur facultas transferendi Officia
Maternitatis et Puritatis B. M. V. 5032. *ad 4.*
- Regulares Ord. Minorum Conventualium S. Fran-
cisci* adscripti Coenobiis Civitatis et Dioecesis
Bononiensis, num possint, seu debeant Offi-
cium facere de Sanctis Dioecesanis, et quomodo
intelligendae sint Literae Apost. Benedicti XIV.
datae 3. idus Septemb. 1740., declaratur 4608.
cum *adnotatione.*
- Reliquia insignis* quoad Officium 175.
- Reliquiae insignes* quae sint, ut earum ratione
fieri possit Officium? 539. 740. 892.
- Reliquiae* permittuntur cuidam pio viro, ut domi
asservari possint, dummodo fiat religiose et
decenter 77.
- Reliquias Sanctissimae Crucis, et Sanctorum* nullo
praetextu licet immergere in aquam ad impe-
trandam pluviam 564.
- Reliquias* deferens si est Sacerdos incedere debet
capite detecto; si Episcopus cum Mitra 1115.
ad 2. 1602. *ad 1.* 1855.
- Reliquia* occasione solemnibus Processionibus semper
est deferenda a prima Dignitate, et non ab aliis
ordine successivo, nisi prima absente, vel im-
pedita 1316.
- Reliquiis Sanctorum* incerti nominis non sunt
apponenda nomina ad libitum, et abusus eli-
minandus 1482. 1483., si Episcopus de authen-
ticitate non dubitet potest iisdem uti in Alta-
rium consecratione 875.
- Reliquia* processionaliter per Civitatem delata non
est necessario thurificanda a Regularibus, ante
quorum Ecclesias transit Supplicatio; lauda-
bile autem est si id sponte fiat 1609.
- Reliquiae Sanctorum* in Processionibus deferendae
sunt a Canonico Pluviali induto; quod si qua-
tuor unitim requirantur, id fiat a Canonicis
non paratis 1678.
- Reliquiarum translatio* cum Processione adnume-
ratur functionibus Episcopalibus 1696. *ad pri-
mum novum Dubium.*
- Reliquiarum insignium* ratione unicum Festum
celebrandum est; ideo si de Sancto, cuius est
Reliquia, Officium celebretur die natalitia, non
est aliud celebrandum diversa die ratione Re-
liquiae 1951.
- Reliquiae Sanctorum* asservari nequeunt in Mona-
steriis Monialium, sed retinendae sunt in Ec-
clesia exteriori 2047.
- Reliquia insignis* non est sola tybia 2170. 2179.
- Reliquiae insignis* ratione faciendum non est Offi-
cium, nisi sit Sancti in Martyrologio descripti
539. 2051. 2170., si sit de Sancto notato in
Martyrologio, non licet diem Dominicum pro
eiusdem Festo statuere, sed alia seligenda dies
obitus, vel martyrii. *Ibidem*, limitari tamen
debet ad solam Ecclesiam, quae Reliquiam
possidet, nec extendi potest ad Civitatem, vel
Dioecesim 2844. *ad 1.*, quin sustineri valeat
contraria consuetudo. *Ibidem ad 3.*, possunt
tamen Officium ratione Reliquiae recitare Cle-
rici, qui, licet non sint Choro addicti, in
aliquo tamen ministerio Ecclesiae deserviunt.
Ibidem ad 2., constare debet de identitate Re-
liquiae illiusmet Sancti, qui eo die descriptus
reperitur in Martyrologio 3228. *ad 2.* Vide
Decretum generale 3246.
- Reliquiae* quando, quomodo, et a quo thurifi-
candae? 2345. *ad 2.*
- Reliquiae*, quae, si integrae essent, censendae
forent insignes, si non sint integrae, sed mul-
tilatae, ut tales non habentur, et ideo de iis
fieri non debet Officium 2612.
- Reliquiae* deferendae in Processionibus Rogatio-
num, eodem tegumento ornentur, vel defe-
rantur a Canonicis Cathedralis, vel ab aliis
Collegiatae 2690.
- Reliquias* exponere licet in quacumque Ecclesia,
quin Matricis Archipresbyter ius habeat inhi-
bendi 3231., iuris Episcopi est eas adprobandi,
et exponendi facultatem impertiendi 3392.
ad 4.
- Reliquiae*, quae vulgo baptizatae dicuntur, num
possint exponi, et in Processionibus deferri?
3306. *ad 7.*
- Reliquiae* reprobandae 3437.
- Reliquiae* exponi nequeunt, nisi duobus saltem
luminibus semper accensis 3575. *ad 9.* 5208.

- ad 18., non est eis supponenda Palla 4681. ad 4.
- Reliquiae Sanctorum* non sunt collocandae super Altare, in quo SSimum Sacramentum publicae venerationi est expositum 4119. ad 5.
- Reliquia Sanctissimae Crucis* post Processionem, aut expositionem, priusquam reponatur, cum ea benedicendus est populus 4051. ad 1., thurificanda est a Sacerdote non genuflexo. *Ibidem* ad 2. Capitulum, et Clerus transeundo processionaliter ante Altare, in quo vivificae Crucis Reliquia reconditur, haud genuflectere debent. *Ibidem* ad 3.
- Reliquia Sanctissimae Crucis* patenter exposita, exigit a transeuntibus genuflexionem unico genu: solam vero capitis inclinationem, si recondita sit in custodia 4181. ad 12. 4785. Vide etiam num. 4956.
- Reliquias Sanctissimae Crucis, et Spinae Coronae D. N. I. C.*, ubi adest immemorabilis consuetudo, licet detecto capite sub Baldachino processionaliter deferre, praecipientibus duobus Acolytis cum thuribulis fumigantibus 4227. ad 5.
- Reliquia Sanctissimae Crucis* exposita super Altare, dum Missa celebratur, qui ritus servandi sunt? 4743. ad 1. et 2., et an cani possit *✠. Benedicat nos Deus etc.* in impertienda benedictione cum eadem. *Ibidem* ad 3.
- Reliquia Sanctissimae Crucis* retinenda separatim a Reliquiis Sanctorum. Decretum generale 4620. a. Vide *subiectam adnotationem.*
- Reliquiae Praetios. Sanguinis D. N. I. C.* exhibendus cultus praescriptus pro Reliquia verae Crucis 4634. cum *subiecta adnotatione.*
- Reliquia Sanctissimae Crucis*, aut alterius ex Instrumentis Dominicae Passionis nequit exponi super tabernaculum in quo asservatur SS. Sacramentum 4777. ad 1.
- Reliquia Sanctissimae Crucis* etiam Feria VI. in Parasceve incensanda est a Sacerdote stante 4815., in *Mulinen.* ad 14. q. 1., in ritibus vero qui alicubi servari solent in benedicendo populo cum eadem Reliquia servetur consuetudo. *Ibidem* ad 2. 3. et 4.
- Reliquiis Sanctorum* post Processionem potest benedici populus, non autem necessario debet 3025. ad 1.
- Reliquiae Sanctorum* de quarum identitate non constat, publicae venerationi non sunt exponendae, et multo minus de iisdem licet Officium recitare 4592. cum *subiecta nota.*
- Reliquiae, pictaeque Imagines* superponendae non sunt Tabernaculo, in quo SSimum Eucharistiae Sacramentum asservatur. Decretum generale 4578. ad 6. cum *subiecta adnotatione*, neque exponendae sunt ante ostium Tabernaculi, et praxis contraria ceu abusus declaratur 5033.
- Reliquiae, Imagines, Simulacra Sanctorum* in Processionibus deferri non debent sub Baldachino. Decretum generale 4620. a. cum *sua nota.* Vide etiam *Baldachinum.*
- Reliquiae*, quae ob temporum vicissitudines deposita fuit in altera Ecclesia, restituenda est Ecclesiae, quae eam possidebat 4801. 4814.
- Responsorium pro defunctis* post Missam conventualem dicendum non est iis diebus, in quibus vi Rubricae vetitum est facere commemorationem mortuorum 2433. ad 2. 3188. ad 2. 4702.
- Responsorium: Haec est vera fraternitas:* dicendum non est in festo omnium Sanctorum alicuius Ordinis 3222. ad *dub.* 3. *quaesiti* 3., nam dici debet tantummodo in Officio plurimorum martyrum Fratrum secundum carnem, non secundum Institutum alicuius Ordinis regularis 4491. ad 5., legi tamen potest dictum Responsorium a Fratribus trium Ordinum Sancti Francisci in Festis plurium Martyrum Ordinis iuxta Rubricam peculiarem ipsorum Breviarii Apostolica auctoritate probatam 4549.
- Responsorium: Domine praevenisti etc.* dicendum est semper in Officio martyris, qui sanguinem non fudit 3301. ad 5.
- Responsorium* decantandum iure legati a Beneficiatis Villae Manfræ Patriarchatus Ulyssiponen. singulis tertiis Dominicis cuiuslibet mensis post Missam, S. R. C. respondit cantari debere aut post Primam, aut post Completorium 3955.
- Responsoria proliza* in Officio monastico qualia esse debeant pluribus in casibus, exponitur in *Dubiis ad tit. de Responsoriis prolizis* 4044., item quae Responsoria brevia. *Ibidem* ad *tit. de Responsoriis brevibus.*
- Responsorium* pro defunctis ex fundatione cantandum in Ecclesia post Missam, cantari nequit in duplicibus 1. et 2. classis, Octavis privilegiatis, Hebdomada maiori, quibus in diebus recitari poterit privatim post Completorium 4117. 4335., pro eo cantando non est adhibenda Stola 5102. ad 3.
- Responsorium: In Paradisum etc.* potest decantari pro consuetudine, licet Cadaver ad Tumulum minime deferatur 4694. ad 2.

Responsorium, quod habet duplicem asteriscum quomodo repetendum? 4717. *ad* 5. 4733. 4907. 4985. *ad* 7.

Ritus ad formam Missalis, et Breviarii Romani a Monachis acceptatus est continuandus 375.

Ritus, et caeremonias universaliter ab Ecclesia Romana servatas, et in Libro caeremoniali praescriptas, sine expressa licentia S. R. C. variare non licet, etiamsi agatur de Patriarchalibus Urbis 454.

Ritum elevare quoad Officia Sanctorum nemini licet, inconsulta Sede Apostolica, et Divini Officii recitatio exigenda est omnino ad formam Apostolicarum Constitutionum, et Decretorum S. R. C. 3287.

Ritus, et caeremonias adprobatas pro Orientalibus sa. me. Benedictus XIV. servandas omnino esse iubet: idcirco vetat quosdam ritus in celebratione Missae, et recitatione Officii introductos a Monachis Armenis degentibus Venetiis 4219.

Ritus demergendi in flumen Reliquiam S. Patroni Civitatis ad eiusdem fluminis retinendam, ac compescendam intumescantiam reprobatus 4350.

Ritus, qui invaluit in Ecclesia Aretina occasione publicarum Processionum, celebrandi Missam partim solemnem cum Ministris, et cantu, partim privatam, et lectam sine Ministris, reprobatur; et Episcopo praecipitur, ut huiusmodi abusum abscindat 4406.

Ritus Ambrosianus num retinendus sit, vel potius in Romanum commutandus in Civitatibus et Locis a Mediolanensi Dioecesi avulsis, et Novariensi attributis et unitis? 4580. Vide *consultationes Theologorum, quae per extensum subiiciuntur*.

Ritualis Romani observantia, ubi introducta non est, ut introducat S. R. C. vehementer exoptat 629.

Ritualis praescriptum servandum est, dum ad funus invitatur Capitulum circa locum, in quo omnes, ac etiam Parochus defuncti convenire debent 726.

Rituale iubet, ut in Processionibus viri a foeminis separatim incedant; quoad locum, et modum nihil statuit 1387.

Rochettum non est vestis pro administratione et susceptione Sacramentorum, sed Superpelliceum est adhibendum etiam pro prima Tonsura et Minoribus Ordinibus suscipiendis 5165. *ad* 5.

S. Rochus. In Ecclesia ubi hic Sanctus est Titularis, primae Vesperae integrae sint de Assumptione B. M. V. cum commemoratione huius Sancti 2991., de eo Officium continuari potest ubi est Patronus minus principalis 4355. *ad* 8. Vide *V. Officium*.

Rogationum Missa iubere potest Episcopus, ut per Canonicos celebretur in Ecclesia Regularium, in qua Processio finem habet 184. Romae celebranda est in Ecclesia, in qua Processio finem habet, licet Episcopus eam celebraverit in Ecclesia unde discessit. 1515., etiamsi occurrat in Dominica in Albis dicenda est sine *Credo* 3170., prout etiam infra Octavam Paschatis 3477. *ad* 17.

Rogationum Missam convenientius est celebrari, quam Missam Festi currentis, ubi una tantum Missa cantatur 4044. *alia Dubia ad* 3.

In Rogationibus dicenda est Missa Rogationum si fiat Processio, secus de Festo cum commem. eorumdem 4669. *ad* 37. 4746. *ad* 12. 4777. *ad* 10.

In Rogationibus Litaniae sunt recitandae de praeepto 4777. *ad* 9., non duplicantur nisi in Processione 5185. *ad* 2.

Rogationum Missa celebrari potest eum Organi sonitu si adsit consuetudo 4859. *ad* 9.

Rogationum Missa in Ecclesiis, in quibus adest solus Parochus post Processionem dicenda est Missa de Feria cum 2. oratione Festi currentis, ac tertia quae secundo loco praescribitur in Missa Rogationum 5050. *ad* 2.

Rogationum diebus, seu in Festo S. Marci, occurrente Festo Patroni praecipui vel Titularis, dicatur post Processionem Missa de Festo cum commem. Rogationum 5082. *ad* 1., idem servetur in Ecclesiis, quarum Patronus est Sanctus Marcus. *Ibidem ad* 2., quibus in casibus comm. Rogationum fiat sub unica conclusione cum oratione Festi. *Ibidem ad* 3.

In Rogationibus Conopaeum et Pallium Altaris SS. Sacramenti in Ecclesiis, ad quas divertire solent Processiones, debent esse coloris Officii currentis 5111. *ad* 8.

Alia vide sub V. Litaniae. Missa. Processio.

S. Romualdi Abbatis V. Festum.

Rosaria adinventata a Fratribus Minoribus, aliisque, reprobata 2270. 2301. 3844.

Rubrica posita ante Dominicam 3. Augusti reformatur 607.

- Rubrica* praescribens, quod Celebrans calceatus sit pedibus, omnino servanda 982.
- Rubricae* alterandae non sunt ob devotionem Populi erga Sanctos 1024. 1025.
- Rubrica Missalis* de hora celebrandi Missam Conventualem non est varianda ob celebrationem Capituli, quod ad aliud tempus differendum est 2856. *ad* 5.
- Rubricae generales*, et ritus Ecclesiastici servari debent etiam in parvis Oratoriis vulgo *Cap-pellette* 3004.
- Rubrica* de Translatione Festorum quomodo sit intelligenda, dum agit de duplici infra Octavam occurrente? 3664. *ad* 7.
- Rubrica* a S. R. C. adprobata, qua praecipitur recitatio Symboli in Festis Translationis S. Francisci, et S. Bonaventurae pro Conventualibus, servanda etiam est in Ordine Cappuccinorum 4345.
- Rubrica Breviarii* de Translatione Festorum intelligenda est de solemniori quoad ritum, et dignitatem, non quoad extrinsecam solemnitatem, quae in ordine translationis non attenditur 4500. *ad* 15.
- Rubricam Missalis* de tribus Missis canendis in nocte, et die Nativitatis Domini partim praecipivam, partim directivam esse demonstratur in adnotatione ad Dub. 1. Decreti 4603.
- Rubricae* omnino servandae 52. 1133. 1199. 1454. 1490. *ad* 3. 1498. *ad* 1. et 2. 1627. *ad* 2. 1644. 1656. 1665.

S

- Sabbato Sancto* nemini licet pulsare Campanas, antequam pulsentur in Cathedrali, etiamsi agatur de Ecclesiis exemptis 514.: in huius diei Missa organa pulsari non est vetitum tempore Offertorii, quod ea die non dicitur 2859. *ad* 11.
- Sabbati Sancti Missa*. Congruit ut ignis, et cerei benedictio praecedat Missam, Prophetiae vero omitti non debent 4252. *ad* 4., si Episcopus hac die Ordinationem privatim peragat in suo privato Sacello, debet Missam incipere a Prophetiis 4153. *ad* 1. 4583. *ad* 2. cum *adnotatione*.
- Sabbato Sancto*, praesente Episcopo, Subdiaconus post decantatam Epistolam ad ipsum accedens, deosculata manu dicat: *Annuntio vobis gaudium magnum*: absente vero Episcopo, huiusmodi annuntiatio fieri non debet 3006. In hac die ex Decreto generali Missae privatae omnino prohibentur 2451. *ad* 11. 3204. 3301. *ad* 13., nequit celebrari Missa privata loco solemnibus in Parochialibus, et non Parochialibus, in quibus deest numerus Cantorum 3433. *ad* 1., neque eo die fieri potest benedictio Aquae sanctae sine infusione Olei in Ecclesiis non habentibus Fontem. *Ibidem ad* 2. (quod intelligitur de benedictione solemnibus.) Licet in hac Missa Communionem praebere poscentibus, etiam in adimplementum praecepti Paschalis 4499., attenta immemorabili consuetudine S. R. C. indulsit, ut celebrari possent tres Missae post Conventualem in Ecclesia PP. Praedicatorum Matrity 3273., prout etiam una Missa in Sacello B. M. V. de Los Remedios in Conventu Religiosorum Ordinis de Mercede Matrity 3501.
- Sabbato Sancto* Missas lectas celebrari vetitum. Si quis vero privilegio gaudeat celebrandi, haud potest ante Campanae sonitum 4583. *ad* 2. Vide *subiectam adnotationem*. Vide etiam 5132. *ad* 1. 2. 3. et 4.
- In *Sabbato Sancto* Sacerdos alter potest benedicere novum ignem et incensum 4672. *ad* 8., qui tamen Diaconalibus vestibus indutus cantare nequit Praeconium, quod est per Diaconum Missae persolvendum. *Ibidem*, idem Diaconus insigere debet grana incensi in Cereo Paschali. *Ibidem ad* 9. Vide *notas, quae subiiciuntur*; si ex consuetudine removeatur post Prophetias arundo cum tribus candelis, retineri potest hic usus peculiaris 4672. *ad* 19., regulariter vero removenda est post Missam 4986. *ad* 5.
- Sabbato Sancto* nequit cantari Missa sollemnis de Requie praesente Cadavere 4748. *ad* 7.
- Sabbato Sancto* potest ministrari Communio in Missa si adsit consuetudo 4815. *ad* 2.
- Sabbato Sancto* Praeconium canendum est a Diacono qui Celebranti ministrat 5126. *ad* 4.
- Sabbato Sancto* Aspersione Aquae benedictae fieri potest ab alio Sacerdote diverso a Celebrante iuxta receptam consuetudinem 5228. *ad* 5.
- Sabbatum Sanctum, et Sabbatum Pentecostes* sollemnioribus diebus adnumerantur quoad functiones Ecclesiasticas 1724.
- Sabbato Sancto Pentecostes* nequit cantari Missa de Vigilia sine Prophetiis loco votivae eo die incidentis 4760., neque alia Missa votiva ex legato 4848.
- Sabbato Quatuor Temporum Pentecostes* non licet repetere Missam Dominicae loco currentis 1554. *ad* 2.

- Sacellum* aliquod deputandum pro cantanda hora Tertia, et sumendis sacris Paramentis, dum Episcopus solemniter est celebraturus 1955. ad 3.
- In *Sacello* extracto in mansione militari datur facultas celebrandi, quamvis adsint lectuli pro militibus in cubiculo superiori 4895.
- Sacerdos simplex* nisi de licentia Sedis Apostolicae potest benedicere Oratorium, aut reconciliare Ecclesiam. Quod si hanc habeat, uti debet eadem benedictione, qua utitur Episcopus, ut in Pontificali 351. ad 10.
- Sacerdos celebrans* Vesperas utrum solus sedere debeat in loco consueto; an potius duos hinc inde habere sedentes cum Pluvialibus? 351. ad 17.
- Sacerdos celebrans* coram Episcopo debet expectare eiusdem benedictionem, priusquam ab Altare discedat, quod pariter intelligitur de Ministris 374. ad 7.
- Sacerdos* in fine Missae quocumque in Altari celebratae, infra gradus, detecto adhuc capite, reverentiam facere debet Altari 707.
- Sacerdos celebraturus* transiens ante Altare, in quo expositum est Sacramentum, quomodo se gerere debeat in genuflectendo, et detegendo capite? 1086.
- Sacerdos*, qui nullum obtinet Beneficium, cogi nequit ab Episcopo ad interessendum Divinis, aut Processionibus 1149. 1163. 1550. 1568. 2467. 2929. 2996.: verum re maturius discussa in casu, de quo num. 2996. S. R. C. recessit a decisio, ac respondit: *in casu etc.* huiusmodi Sacerdotes esse cogendos 3003.
- Sacerdos* de Canonicatu provisos praecedit Clerico, licet is in capienda possessione anteiverit 1159.
- Sacerdos* solemniter celebrans debet uti scamno ad formam Caeremonialis 1684. 1685. 1686.
- Sacerdos*, qui sumere nequit Hostiam dextera manu, haud potest supplere cum sinistra; ideo censetur irregularis 1698. 2998.
- Sacerdos*, qui nequit utraque manu Sacramentum elevare in Missa, nisi usque ad os, et altera tantum supra caput, etiamsi habeat Curam animarum, nequit celebrare 2116.
- Sacerdos*, cui exoritur Dubium; num in Ordinatione physice tetigerit Calicem, potest tuta conscientia continuare celebrationem 2143.
- Sacerdos celebraturus* ad Altare, quod habet plures gradus, non debet necessario descendere usque ad planitiem, sed satis est, ut e pradella descendat 2223. ad 4.
- Sacerdos* dignior, qui tradit Celebranti Candelam, Cineres, et Palmam, debet vicissim stando recipere 2294.
- Sacerdos* dum imponit incensum in thuribulo, debet se conformare Caeremoniali 3324.
- Sacerdotes, et Clerici*, qui nulla gaudent Praebenda, cogi possunt ab Episcopo, ut intersint Processioni SS. Sacramenti cum Cotta 1922.
- De *Sacerdote*, qui, celebrata Missa, adveniente Commissario, Stola, et Cotta indutus ad Altare eam recitavit, omissis Consecratione, et Secretis 1430.
- Sacerdos* deputatus ad custodiam laicalis Ecclesiae potest uti Stola in decantandis Litanis, etiam contradicente loci Parocho 2356.
- Sacerdos celebrans* ad Altare in quo asservatur SS. Sacramentum, item Diaconus, et Subdiaconus, num in transitu debeant genuflectere, aut tantum inclinare caput? 2515. ad 3.
- Sacerdos* Beneficiatus, etiamsi Beneficium sit simplex, praecedit aliis Sacerdotibus simplicibus, quamvis anterioribus in Ordine 2850. ad 1. 2853. ad 1.
- Sacerdos* benedicturus populum cum Venerabili Sacramento exposito ad suffragandas defunctorum animas, uti debet paramentis albi coloris, numquam nigri 2957.
- Sacerdos celebrans* ad Altare, in quo expositum est SS. Sacramentum, descendere debet lateraliter, dum lavat manus etc. 2992.
- Sacerdotes* addicti servitio alicuius Ecclesiae, si in ea celebrent, debent celebrare de festo, quod ibi fit sub ritu dupl., et non aliter 3023.
- Sacerdos*, qui recitavit Officium ratione Reliquiae insignis asservatae in propria Ecclesia, si celebret in alia Ecclesia Missam respondentem Officio, omittere debet Symbolum 3073. ad 1.
- Sabbato infra Octavam B. M. V. recitans Officium de aliquo Sancto, volens celebrare Missam votivam de B. M. V. potest celebrare Festivam, sed sine Credo. *Ibidem ad 7.*, recitans in Sabbato Officium de B. M. V., et volens celebrare Missam de aliquo Sancto, debet sine Gloria, et cum Praefatione Comm. *Ibidem ad 8.*
- Sacerdos Regularis*, qui recitavit Officium duplex, celebrans in aliena Ecclesia, potest se huic conformare quoad Missam vel de Requie, vel votivam ad satisfaciendum oneribus eiusdem 3259.
- Sacerdos* in repositione SS. Sacramenti, cantatis Versiculis Panem de Coelo etc., surgens non debet reiterare genuflexionem antequam recitet Orationem 3487. 3489.

Sacerdotes, qui unum corpus constituunt, et Consortiales Bononiae, in funeribus incedere debent sub Cruce Parochi, sed praecedentiam habent supra Presbyteros conductitios 3513.

Sacerdos, qui celebravit Officium rit. dup., potest se conformare quoad Missam ritui Ecclesiae, in qua celebrat, sive sit de Sancto, sive de Requite 3534.

Sacerdos celebrans secundam, et alteram Missam in die Nativitatis Domini non debet genuflectere, nisi iuxta solitum ad Rubricarum praescriptum 3120. *ad* 9. 3486.

Sacerdos Missam celebraturus transiens ante Altare, in quo fit populi Communio, non debet permanere genuflexus donec, et quousque terminetur Communio 3477. *ad* 19.

Sacerdotes inservientes Ecclesiae subiectae Monasterio, et Abbati Ordinis S. Benedicti nequeunt recitare Officia Sanctorum eiusdem Ordinis, nisi ex speciali concessione 3578.

Sacerdos Missam celebrans in Altari sito in medio Presbyterii, omnique ex parte a parietibus disuncto, debet Chorum versus, et non versus Ecclesiam inferiorem dicere: *Dominus vobiscum etc.* si Altare ita sit constructum, ut qui audire Sacrum volunt, Chorum adire debeant, nec ab adstantibus in parte inferiori videri possit Sacerdos 3608.

Sacerdos Commissarius R. Fabricae S. Petri pro altera Dioecesi, tenetur obedire proprio Episcopo, et interesse Processioni Corporis Christi sub poenis, et multis 3730.

Sacerdos nequit onus suscipere celebrandi Missam ratione Reliquiae insignis alicuius Sancti, de quo celebrare non licet, cum eius nomen non legatur in Martyrologio Romano: et pro satisfactione oneris iam suscepti celebranda est Missa de die, aut de Festo currenti cum applicatione Sacrificii ad mentem benefactoris 3751. *ad* 1.

Sacerdos Eucharistiam administraturus Monialibus, quae habent fenestellam in parte Evangelii, debet descendere, et reverti per gradus anteriores Altaris, et non per laterales 4055. *ad* 8.

Sacerdos celebrans in aliena Ecclesia debet se uniformare ritui eiusdem quoad colorem paramentorum, et quando Officium est dup. tunc celebrare debet de Sancto, cuius illa Ecclesia celebrat Officium 4175. *ad* 8. 4223. *ad* 10. *et* 11. 4645. *ad* 1. *et* 2. Vide etiam num. 4751. *ad* 1. 4883. 5005. 5075. 5195.

Sacerdos, qui recitavit Officium ritu duplici cele-

brans in Ecclesia, in qua fit de semiduplici nequit dicere Missam votivam 4526. *ad* 20.

Sacerdos celebrans in Oratorio privato debet celebrare Missam respondentem Officio proprio 4751. *ad* 1.

Sacerdos obligatus ad celebrandum Missas votivas, vel de Requite ratione foundationis, vel acceptae eleemosynae, tenetur ad illas in diebus, in quibus celebrari possunt, et dicendo Missam de die, non satisfacit 4299. *ad* 14.

Sacerdotes Congregationis S. Philippi Neri Processionibus interessentes, vel ex debito, vel sponte, vel invitati, incedere debent cum Superpelliceo, et bireto, ac Regularibus praecedunt 4347.

Sacerdos Regularis cantaturus Martyrologium in Vigilia Nativitatis D. N. I. C. Stola, et Pluviali indutus, per se debet imponere incensum in thuribulo; neque ei licet accedere ad Superiorem gestantem habitum quotidianum, eique naviculam ministrare pro impositione thuris, flexisque genibus ab eo petere benedictionem 4393. *ad* 11.

Sacerdos pergens ad celebrandum, et Calicem manu sinistra deferens potest ad ianuam Sacristiae, si commode valeat, accipere Aquam benedictam, eaque signare se; sin minus abstineat 4393. *ad* 14.

Sacerdotibus Saecularibus in publicis Processionibus competit praecedentia supra Cantores, qui incedere debent in loco ab Episcopo designato 4398.

Sacerdos caecutiens celebrans ex Apostolico indulto Missam votivam B. M. V. uti debet paramentis albis 4498. *ad* 1., nequit in ea legere orationem Officii currentis, debet tamen orationes illas dicere, quae Missae votivae conveniunt sine *Gloria*, et sine *Credo*. *Ibidem ad* 2., ad omnimodam caecitatem deveniens abstinere debet a celebrando, donec novum obtineat indultum. *Ibidem ad* 3., conditiones appositae in huiusmodi privilegiis sunt obligatoriae in conscientia, non autem simplicis ritualitatis, et styli. *Ibidem ad* 4., per Festa duplicia in quibus S. C. Concilii caecutientibus indulget Missam votivam de B. M. V. intelliguntur Dominicae privilegiatae, et Festa primae, et secundae classis, in quibus, ut in reliquis duplicibus, adhibendus est color conveniens Missae votivae, quae erit sine *Gloria*, et *Credo*, cum Oratione de *Spiritu Sancto*, et tertia pro *Ecclesia*, vel pro *Papa*, nec in Dominicis recitandum est Symbolum: dicenda est etiam

votiva, et non de Requie in Feriis maioribus, et Vigiliis privilegiatis, in quibus prohibentur Missae privatae defunctorum. Sacerdos indultum habens potest in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum in locis, in quibus privilegium viget, tres Missas celebrare, ut in quotidianis 4501. ad 5.

Sacerdos caecutiens privilegio donatus celebrandi Missam B. M. V. vel de Requie, dum haec celebrari potest, non tenetur praeceptive ad illam de Requie, sed potest pro arbitrio in Feriis, Festis simpl. et semidupl. 4594. ad 10., si ad omnimodam caecitatem pervenerit, quamvis novum privilegium obtinuerit, tenetur sub gravi uti assistentia alterius Sacerdotis. *Ibidem* ad 11. q. 1. et 2., potest semper celebrare Missam B. M. V. a Pentecoste ad Adventum, vel assignatam de tempore. *Ibidem* ad quaesit. 3.

Sacerdos caecutiens, qui habet indultum celebrandi Missam votivam B. M. V., non potest celebrare tres Missas votivas B. M. V. in Festo Nativitatis Domini 4878. ad 4., et in Festis B. M. V. non tenetur ad Missam de Festo 5102. ad 8.

Sacerdos celebraturus ad Altare, in quo non aservatur Sacramentum, tam in ingressu, quam ante principium Missae facere debet reverentiam profundam cum corporis, et capitis inclinatione 4507. ad 5.

Sacerdos celebrans, dum ad Evangelium Cruce signat librum manu dextera, ponere debet super eo sinistram 4526. ad 25., et in Missa defunctorum sinistram super Altare dum ad Introitum cum dextera se signat. *Ibidem* ad 42.

An *Sacerdos* in Missa solemniter dicere debeat: *Ite Missa est, Benedicamus Domino, et Requiescant in pace*: vel tantum Diaconus? 4526. ad 36.

Sacerdotes celebrantes in Cappella Tertiariorum, iuxta diversos casus in Rescripto expressos, possunt ne vel nequeunt se conformare tam in Missa quam in colore Calendario Fratrum? 4533. ad 1. et 2.

Sacerdos Missam perficiens ab altero post Consecrationem protractam usque ad partem Canonis: *Nobis quoque peccatoribus*: et subita morte sublato, etsi abstinerit a purificatione, nequit iterum Sacrificium offerre 4601. Vide *Vota Theologorum, quae subiiciuntur*. Quid agendum si casus accidat Feria VI. in Parasceve, quoad Missam Praesantificatorum, praesentibus Diacono ieiuno, et Sacerdote non ieiuno 4609. cum subiecta adnotatione.

Sacerdotibus, quorum alii sequuntur Ritus Romanum, alii Ambrosianum, celebrantibus in quadam Ecclesia civitatis Mediolanensis quid servandum in Missae celebratione? 4646.

Sacerdos simplex in Officii recitatione potest se conformare Calendario Locii, in quo moratur 4669. ad 50.

Sacerdos celebrans ad Altare SS. Sacramenti sive expositi, sive in Tabernaculo reconditi quomodo genuflectere debeat? 4669. ad 51. et 53., quomodo debeat manus lavare. *Ibidem* ad 52., quid servandum a Ministris in Missa solemniter? *Ibidem* ad 53.

Sacerdotes manentes ad tempus in aliqua pia domo, debent recitare Officium iuxta proprium Calendarium 4675.

Sacerdos simplex nequit Missam cantare in Ecclesiis Parochialibus absque consensu Parochi, et in aliis Ecclesiis absque consensu Rectoris 4722.

Sacerdos imperitus debet suspendi quousque habilis fiat 4846.

Sacerdotes novi, quibus ab Episcopo trium Missarum votivarum celebratio iniuncta fuit, debent eas celebrare diebus a Rubrica permissis 4878. ad 5.

Sacerdos celebrans in Ecclesia, cuius Calendarium non sequitur, quomodo se gerere debeat circa Symboli recitationem? 4878. ad 6.

Sacerdos signans se cum Hostia et Calice debet caput inclinare ad verba *Iesu Christi* 4950. ad 1., an debeat post sumptionem Sanguinis parumper immorari in meditatione Sacramenti, servandae sunt Rubricae. *Ibidem* ad 2.

Sacerdos celebrans coram SS. Sacramento exposito dum dicit *Flectamus genua* versus librum genuflectit 4962.

Sacerdos pro se vel aliis applicare poterit si Missae celebrentur ex contractu inter Parochum et Parochianos pro horum commoditate, et nihil certum fuerit statutum pro Missae applicatione 5014. ad 2.

Sacerdos in Canone Missae ad nomen Papae caput inclinatur 5050. ad 6.

Sacerdotes saeculares degentes in Monasteriis Cisterciensium possunt Officium persolvere iuxta ritum Monasticum, dummodo ad particulare Calendarium non adigantur ratione beneficii, et habito consensu proprii Episcopi 5052.

Sacerdotes attendentes ad spiritualia exercitia in Coenobio Carmelitarum loci *Brussey* in Gallis, possunt in Officii recitatione se conformare Calendario illius Ordinis 5093.

Sacerdos nequit Calicem cum vino ante Missam praeparare in Altare, aliaque praestare contra communem usum 5102. *ad* 14.

Sacerdos in Missa dum elevat oculos, aspiciat Crucem 5121. *ad* 3., et in digitorum ablutione servet Rubricas 5138.

Sacerdos neque Missam votivam dicere, neque Missae currenti commemorationem addere debet illius Sancti vel Mysterii, in cuius honorem pro Sacro faciendo eleemosinam accipit 5146. *ad* 3.

Sacramenta administranda non sunt cum solo Rochetto, deposita Cappa, a Canonicis horum usum habentibus, vel hac retenta, sed adhiberi debent Superpelliceum, et Stola 753. *da* 1. 3484. 4214. 4365.

SS. *Sacramenti* asservatio in Ecclesia, quae non est Collegiata, nec Parochialis etc. permittitur sub quibusdam conditionibus 51.

SS. *Sacramentum* a Celebrante propriis manibus deferendum est, non obstante contraria consuetudine, quam S. R. C. abusum declarat 558. 1078., hinc abusus declaratur nullo modo deferendus, et omnino eliminandus, qui invaluit illud deferendi processionaliter in quadam machina super humeros Sacerdotum 931. 4485., ut etiam mos illud deferendi in quadam bara per quatuor Sacerdotes Feria VI. in Parasceve 951. 1198., neque ferendum est quod de sero dictae feriae processionaliter deferatur in quadam capsula ad modum tumuli formato 846., neque licet Episcopo illud deferre degenti in sella portatili 1659.

SS. *Sacramenti* delatio in Festivitate Corporis Christi pertinet ad Dignitates, et Canonicos Cathedralis, a qua debet Processio inchoari, ibique terminum habere 574. *ad* 1., immo ad digniorem de Capitulo, dummodo celebret Missam 1013. *ad* 3. 1324., minime vero ad Vicarium, non obstante consuetudine, et contraria Synodi dispositione 1013. *ad* 4., neque ad Hebdomadarium, sed, dignore impedito, ad alium, qui proxime succedit 1053., neque suffragatur contraria consuetudo 1054.

SS. *Sacramenti* delatio in die Corporis Christi pertinet ad Celebrantem: in Octava vero ad illum, qui facit officium Vesperarum 687. *ad* 1. Vide num. 4861., nequit deferri per plures Sacerdotes successive. *Ibidem et* 4926.

SS. *Sacramenti* Processio, quae fit in solemnitate Corporis Christi ab Ecclesia Parochiali Ma-

trice, turbari non debet ob aliam Processionem, quam facere praetendebat quaedam Confraternitas, ac proinde S. R. C. hanc fieri vetuit 630.

SS. *Sacramentum* semper est deferendum a digniore Cathedralis per limites etiam quarumcumque Paroeciarum, 1016., deferendum ab Archipresbytero, eoque impedito, a Dignitate, quae sequitur, numquam vero a Vicario 1586.; in Processione tamen, quae fieri solet post Missam solemnem, delatio pertinet ad Celebrantem, non ad Dignitatem 1604., ius deferendi Sacramentum, impedito Archipresbytero cuiusdam loci, pertinet ad Hebdomadarium, vel antiquiorem ex Rectoribus 2412. *ad* 2., delatio in Processione, quae fieri solet in singulis mensibus, fieri debet per Celebrantem, sed, si Archipresbyter celebrare velit, nequit impediri 2554., delatio extra Ecclesiam non permittitur, nisi occasione Processionis in Festo Corporis Christi, ac per Octavam, Orationis 40. horarum, et Viatici deferendi ad infirmos 1058.

In SS. *Sacramenti* Processione Feria V. in Coena Domini qui Diaconi assistere debeant Episcopo? 4672. *ad* 18., item in Festo Corporis Christi 4736.

In SS. *Sacramenti* Processione, quae fit in Cathedrali Syracusana permittitur Beneficiatis ob immemorabilem consuetudinem, ut induant paramenta super Albam, Canonici vero induant supra Rochettum sed absque manipulo 5136.

SS. *Sacramentum* exponere non licet sine licentia Episcopi 819. 1224. 1228. 2958., quae Decreta afficiunt tam Regulares, quam Saeculares 1591., palam adorandum, exponendum non est, nisi ex publica causa ab Ordinario approbata; ex privata vero licet exponere, dummodo non extrahatur e Tabernaculo, et maneat velatum 1392.

SS. *Sacramenti* expositio in Ecclesiis Regularium nimis frequens esse non debet: hinc demandatur Episcopo, ut decentiae prospiciat, expendendo causas exponendi, et assignando loca, horas, et assistentiam 2358.

SS. *Sacramentum* pro Communionem Fidelium retinendum est inclusum in Tabernaculo, etiam durante Processione Corporis Christi 2417. *ad* 2.

SS. *Sacramenti* renovatio fieri debet quolibet octavo die, consumptis per Celebrantem post sumptionem Sanguinis, ante purificationem, Hostiis, et Particulis, quae supererant in Ta-

- bernaculo 2602. *ad* 3. Vide etiam num. 4623. *ad* 1. cum *notis*, quae subiiciuntur.
- SS. *Sacramentum* usque in sequentem diem retineri permittitur in Ecclesia Confraternitatis, ubi expositum fuit occasione Orationis 40. horarum 174.
- SS. *Sacramenti* expositio pro Oratione 40. horarum fieri potest de licentia Episcopi 899., cessat a Feria V. in Coena Domini usque ad Sabbatum Sanctum 2098.; noctu reponi nequit *Sacramentum* 1922.
- SS. *Sacramentum* neque a Regularibus, neque a Confraternitatibus exponi potest sine licentia Episcopi 953. 1764. *ad* 1. 1812. 2480., contra facientes coercendi censuris 1833., etiam auctoritate Sac. Congregationis 1788. 1794., si licentiam Episcopus impertiatur, haec satis est, quin alia a Parocho petenda sit 1824.
- SS. *Sacramenti* ante Altare transeuntes debent genuflectere, etiamsi processionaliter incedant. Contrarius usus damnatur 179.
- SS. *Sacramentum* pro solemnibus Processione in Festivitate Corporis Christi tradendum Episcopo, expletaque Processione vicissim recipiendum, et collocandum in Altari a Diacono eidem Episcopo a dexteris assistente 2944. *ad* 4.
- In SS. *Sacramenti* expositione, et Processione, quae fit pro defunctis, numquam adhibendus color niger, quod intelligitur etiam de apparatu Sacelli etc. 3075., in expositione tolerari potest quod recitentur aliquae preces pro defunctis 4645. *ad* 5. 4958.
- SS. *Sacramenti* expositio privata, quomodo peragi possit a Regularibus de consensu Episcopi? 3162.
- SS. *Sacramenti* expositio fieri nequit in Hospitalium Ecclesiis sine licentia Episcopi, nisi speciale Apostolicae Sedis indultum intersit 3254.
- SS. *Sacramenti* expositio fieri debet ad normam praescribendam ab Episcopo; ne tamen de nocte fiat S. R. C. expresse iubet 3284.
- SS. *Sacramenti* expositio si fiat in aliqua Dominica privilegiata, Missa dicenda est de Dominica 3301. *ad* 12., numquam de eo dici potest Missa votiva solemnibus, nisi fiat expositio pro Oratione 40. horarum 4897. *ad* 6.
- SS. *Sacramento* exposito, quot saltem Candelae lucere debeant? 3464.
- SS. *Sacramento* exposito pro Oratione 40. horarum, convenit, ut aliquis Sacerdos cum Cotta et Stola, aut Clericus Cotta indutus semper assistat 3597. *ad* 18.
- SS. *Sacramenti* expositio in Ecclesiis Confraternitatum laicalium, permitti potest pro sua prudentia ab Episcopo, sed non item retentio 3662.
- SS. *Sacramentum* in Processione, quae fit in die Corporis Christi, et in Dominica infra Octavam, deferri debet ab eo, qui Missam celebrat 3802. *ad* 4. et 5. 3807. *ad* 3.
- SS. *Sacramento* exposito in Vesperis ad *Magnificat* thurificari tantummodo debet Altare Maius, in quo expositum est, non autem alia Altaria 4181. *ad* 11.
- SS. *Sacramentum*, qui processionaliter defert, debet indui Pluviali, nec sufficit sola Stola supra Cappam 4419. *ad* 1. 5228. *ad* 3.
- SS. *Sacramentum* dum est deponendum a suo eminentiori throno, vel duo Sacerdoti celebranti assistentes sumant non Pluvialia, sed Dalmaticam, et Tunicellam, vel alter Sacerdos Cotta, et Stola indutus ponat, et deponat Ostensorium 4421. *ad* 1.
- SS. *Sacramenti* expositio in nocte Nativitatis Domini non probatur, utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem 4421. *ad* 4.
- SS. *Sacramenti* commemoratio fieri nequit in Missa conventuali, si haec celebretur postquam reconditum iam fuerat 4421. *ad* 5.
- SS. *Sacramentum*, dum in solemnioribus anni festivitibus cum pompa defertur ad infirmos Parochiarum Urbis, pulsari debent campanae Ecclesiarum, ante quas transit devota Supplicatio 4428.
- SS. *Sacramento* publicae venerationi exposito, nemini debetur reverentia 4450.
- In SS. *Sacramenti* expositione, et reservatione, quae fit per decem diem a die Ascensionis Domini ad Pentecosten, cum Vesperis solemniter celebratis, et Concione ad populum, Sacerdos, qui in expositione Vesperas celebravit, si non recedat ab Altari, et assistat Concioni, ac precibus, facere debet functionem reservationis cum paramentis coloris respondentis Officio diei, et velo coloris albi, quatenus adhibeatur; quod si recedat, et reservatio habeatur tamquam functio omnino separata, et distincta ab Officio Vesperarum, utendum est paramentis albi coloris 4503. *ad* 1.
- SS. *Sacramento* exposito publicae venerationi, pannis albi coloris cooperiri, et exornari debet exedron 4510.
- SS. *Sacramento* exposito non licet aliquod lumen a parte postica sphaerae collocare, ut recta illuceat in ipsam Sacratissimam Hostiam 4578. *ad* 5. Decretum generale. Vide *notam*.

- In SS. Sacramenti expositione permitti potest, quod detegatur aliqua insignis Imago, excepta expositione pro Oratione 40. horarum 4639. Vide notam, quae subiicitur.*
- In SS. Sacramenti expositione non est adhibendum velum humerale, si in eodem Altare extet tabernaculum in quo asservatur 4648. ad 2., pallium Altaris semper debet esse coloris albi 4652.*
- SS. Sacramento exposito permittitur in casu particulari unius Missae celebratio in eius Altare, dummodo non ministretur Fidelibus communio 4677. Vide subiectam adnotationem.*
- SS. Sacramenti benedictio dari potest extra portas civitatis, quando defertur ad infirmos in agris 4685. ad 2.*
- In SS. Sacramenti expositione ad quatuor dies protracta Episcopus assignet diem et Missam die media decantari solitam 4744.*
- In SS. Sacramenti expositione pro Oratione 40. horarum in Missa, quae pro exponendo celebratur, post Communionem Ostensorium cum SS. Sacramento ponendum est super mensa Altaris nullo apposito velo 5160. ad 2.*
- In SS. Sacramenti benedictione, quam tradit Episcopus Canonici assistentes genuflectere debent 4857. ad 5.*
- De SS. Sacramenti Fidelibus Graeci ritus exhibendi modo nihil innovandum indixit S. R. C. 4875.*
- In SS. Sacramenti expositione Diaconus, sive alter, qui deponit e throno Ostensorium, non adhibeat velum humerale, nec umbellam, licet accedendum sit post Altare 5004. ad 4.*
- SS. Sacramentum non est custodiendum in Altari amovibili sito in medio Ecclesiae, sed collocetur in aliquo decenti Sacello, quod non sit e conspectu Chori 5028.*
- SS. Sacramento exposito Celebrans nullam reverentiam exhibet Episcopo praesenti neque in accessu ad Altare, neque dum Altare ascendit pro benedictione 5063. ad 6.*
- SS. Sacramento exposito pro Oratione 40. horarum in Ecclesia subterranea possunt in Ecclesia superiori celebrari exequiae supra Cadaver cum Officio, et Missa solemnii Defunctorum, ac etiam Anniversaria solemnii 5086. ad 1., in Missis privatis celebratis in Ecclesia superiori addi potest commemoratio SSm̃i Sacramenti. *Ibidem* ad 2.*
- In SS. Sacramenti benedictione, quoad thurificationem tempore Benedictionis servetur Rituale Romanum, in quo ea non praescribitur 5105. 5111. ad 9.*
- In SS. Sacramenti benedictione cum sacra Pixide potest omitti thurificatio praescripta, sed non est omittenda in benedictione cum Ostensorio, in cuius summitate Crux visibilis etiam apponi debet 5112.*
- SS. Sacramenti expositio in levamen defunctorum fieri potest in Dioecesi Montis-Politiani, data facultate Episcopo, ut id pro suo arbitrio indulgeat 5130.*
- Sacrificia in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, applicari possunt ad libitum 2241. ad 9. 3819. ad 5. 4119. ad 4.*
- Sacristae locus in Cappella Pontificia 140.*
- Sacrista maior, qui caput est Presbyterorum Ecclesiae inservientium, sedeat, ut solet, in prima sede dexteræ partis Chori: Hebdomadarius in sinistra: thurificetur triplici ductu ab eodem, qui Hebdomadarium thurificavit, dummodo tamen non adsit Episcopus. Ita in casu particulari 563.*
- Sacristae simplex qualitas non prodest ad effectum praecminentiae supra Sacerdotem ordine antiquiorem 949. ad 3.*
- Salutationi Angelicae addere non licet verba: Ave Maria plena doloribus: et addita omnino prohibenda 1157., prout etiam post verbum Iesus prohibetur addi Christus 1182., quid si per modum continuationis repetatur: Iesus Sancta Maria? 2741., in Choro recitanda est stando vel genuflectendo ut indulgentia consequi possit 5102. ad 2.*
- SS. Salvatoris Festum in Ecclesia sub hoc titulo S. R. C. celebrari indulget in die ab Ordinario designanda, censet tamen magis congruere diem Circumcisionis 2077., postea respondit convenire Festum, et Officium Transfigurationis die 6. Augusti cum Octava 4259. ad 4. 4738. ad 2. Vide notam, quae subiicitur.*
- Sancti Patroni Civitatis Festum de solemnioribus est, et ideo debet in eo celebrare Episcopus, eoque absente, vel impedito, prima Dignitas 575.*
- Sancti, quorum nomina scripta non sunt in Martyrologio Romano, nequeunt gaudere Officio, et Missa 2051., nisi afferantur authentica documenta, quibus probetur legitima immemorabilis consuetudo 64., item nec illi in Martyrologio descripti, de quorum tamen Corporum, vel Reliquiarum identitate non constat 2051.; item*

nec Sancti Martyres ex arenariis extracti, quorum ignorantur nomina 3777. *ad* 2.

Sanctus, Sanctus, Sanctus ut alternatim a Choro cantatur in Missa, ita etiam debet cantari in hymno *Te Deum laudamus* 4474. *ad* 18.

Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. Officium. Vide *Festum*.

Scannum Canonicorum pro audiendis concionibus, interveniente etiam Magistratu, locari potest extra Chorum, sed quoad collocationem haec remittitur arbitrio, et prudentiae Episcopi 4250.

Scannum pro Magistratu ponendum esse extra Presbyterium S. R. C. respondit 1165.

Scanni ornatus, in quo sedent Dignitates, et Canonici celebrantes, diversus esse debet ab ornatu Ambonis, in quo fit concio 4590. *ad* 5., quoad pulvinum servanda est Caeremonialis dispositio, et adhibendum est laneum vel corium S. R. C. declarat. *Ibidem ad* 6. cum *adnotationibus*.

Scannum adhibendum pro Celebrantibus Missam solemnem coopertum tapete esse iubet S. R. C., simulque ad observantiam revocat antiquiora Decreta. Hinc reprobat abusus adhibendi sedem cameralem pro Celebrante, et scabella serico damascena pro Ministris 4590. *ad* 7., quod Decretum comprehendit etiam ritum Dominicanum 4766. *ad* 2. Vide *Sacerdos*.

Scannum pro Celebrante statuendum est in latere Epistolae, et provideatur decentiae SS. Sacramenti, quod asservatur in Sacello proximo eidem lateri Epistolae 4996.

S. Sebastiani Festum tamquam Principalis Patroni celebrandum est seorsim a Festo S. Fabiani, cuius Officium transferri debet iuxta Rubricas. Quae lectiones dicendae sint in primo Nocturno, quae Missa celebranda? 3365. V. *Festum. Officium*.

Sedes pro Dignitate assistente Episcopo debet esse lignea; permittitur quod sit picta, vel aliqua pulchra forma fabrefacta 21. *in fine* §. *Declarat etc.*

Sedes fixae in Ecclesiis tam pro viris, quam pro foeminis non sunt retinendae 89.

Sedes Episcopi debet esse fixa, et immobilis 198. *ad* 2., decet, ut sit serico ornata, vel alia materia coloris temporis convenientis. *Ibidem*

ad 3., cum gradibus ad formam Caeremonialis 227. *ad* 4. 4906., non longe distet a Stallis Canonicorum: quod si ob formam Chori id nequeat, optandum, ut Chorus reducatur ad formam Caeremonialis 313. *ad* 2., debet esse eminentior Stallis Canonicorum; ad eam autem ascendatur per tres gradus 3551. *ad* 25. 4906., erecta in Ecclesia Collegiata est amovenda 2126. 4720. Vide *subiectam adnotationem*, cum suo Baldachino locanda e regione Altaris, vel a cornu Evangelii 4317. *ad* 5.

Sedes pro Commissario, seu publico repraesentante locanda extra Presbyterium ad formam Caeremonialis 857., quid pro Domino loci, Gubernatore, Magistratu 1581. 2300. *ad* 1. 2734.

Sedes Cameralis pro Dignitatibus et Canonicis extra Cathedralem solemniter celebrantibus, nec non pro Abbatibus tollerari potest, dummodo consuetudo sit legitime praescripta 1972. *ad* 4.

Sedes seu Stalla Dignitatum absentium nequeunt occupari a Dignitatibus inferioribus, vel a Canonicis 958.

Sedis seu Stalli retentio indulta Canonico de novo Canonice proviso in eadem Ecclesia cum clausula *Dumtaxat* quas secum ferat honorificentias et praecipuas in casu etc. 4619. Vide *notam, quae subiicitur*.

Semiduplex occurrens eadem die infra Octavam non privilegiatam cum duplici, reponi potest in die sequenti alio Officio duplici, aut semiduplici non impedito 2903. *ax* 5. 2917., concurrens in aliqua Dominica per annum, reponi debet iuxta ordinem Calendarii, etiamsi subsequens Feria II. sit vacua, in qua reponendum est prius translatum 3253., reponi potest in Feria VI. post Octavam Ascensionis 3244. *ad* 10., occurrens in Dominica infra Octavam Ascensionis, transfertur in diem sequentem, si sit libera, etiamsi reponendum sit Officium Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi 3567. 3634., occurrens infra Octavam non privilegiatam, eodem gaudet indulto translationis in diem sequentem vacuum, licet alia duplicia sint reponenda 3660. 3804. *ad* 2. 3827. *ad* 2. 4041. 4049. *ad* 2. 4056. 4900. *ad* 3., quod sane privilegium solis competit semiduplicibus, et non extenditur ad duplicia 3409., hoc excepto casu semiduplicia translata nequeunt reponi infra Octavas. Quod si prope anni finem dies desint pro repositione, simplicificantur 4491.

ad 1., verumtamen si perpetuo transferenda sint, vel potius immutanda, possunt transferri ad dies infra Octavas non privilegiatas, tamquam dies proprias 4150. *ad 2.* 4160. *ad 3.* 4165. 4202. *ad 2.* Vide etiam 4171., si aliquod Officium concessum sit non specificato ritu ratione Reliquiae non insignis, recitandum est sub ritu semidupl. 3379.

Semiduplex ad libitum occurrens infra Octavam omitti debet 3257.

Seminarium non est membrum Cathedralis, ac propterea debet in Processionibus generalibus antea, et locum digniorem cedere Collegiatis, et Curatis 360. (quod est intelligendum quando omnes incedunt sub unica Cruce Cathedralis); habet vero praecedentiam supra Clericos adventitios 580. 1038., sed non supra Parochos 1193. (Seminarii, et Parochi incedunt sub Cruce Cathedralis).

Seminarium thurificandum est post Beneficiatos 2059., sed per modum unius 4857. *ad 4.*

Seminario, et reliquis de Clero non paratis in Processionibus, in quibus Canonici Cathedralis, et Collegiatae incedunt parati, assignandus est locus ante non paratos 2094.

Seminarium in Processionibus incedere debet immediate post Crucem Capitularem 4661. Vide etiam *Clerici Seminarii*: magistri eiusdem non habent locum in Processionibus. *Ibidem ad 2. et 3.*

Seminaristae, eiusque magistri tenentur ad Octavam Titularis Ecclesiae Seminario adnexae, ac de eodem facere commemorationem in Suffragiis 5079. *ad 4. et 5.*

Seminaristae in Sacris constituti se conformare debent Calendario Ecclesiae Seminario adnexae 5145. *ad 1.*, etiam et magistri eiusdem. *Ibidem ad 2.*

Seminario Arborensi conceditur indultum, quod dormiri possit supra Sacellum, apposito tamen Baldachino et remoto SS. Sacramento 4770.

Sermones vulgo dicti *Fervorini* haberi possunt in Missa post Communionem, praecipue cum adolescentuli prima vice ad S. Synaxim admittuntur 5183. *ad 24.*

Sequentia in Missa Septem Dolorum B. M. V. dicenda est tantummodo in solemnitate, non autem in Missis votivis 2656. *ad 2.*

Sequentia de SS. Nomine Iesu in Missis omittenda 4049. *ad 9.* 4056. *ad 9.*

Sequentia. Dies irae etc. post ψ . *Absolve* omitti nequit in Missa solemnii defunctorum 5083., sed aliquae strophae a Cantoribus praetermitti possunt 5208. *ad 12.*

Sequentia dum cantatur in Missa solemnii debet legi submissa voce a solo Celebrante 5111. *ad 7.*

Sepulchrum extrui potest in medio Chori, dummodo non emineat supra Chori planitiem, vel immineat Altari constructo, aut construendo in Confessione 674.

Sepulchrum reservatum ab Ecclesiae fundatore pro se, suisque successoribus, valet, etiam contradicente Parocho, cui tamen quarta reservatur 805.

Sepulchrum gentilitium viri extenditur ad uxorem, si haec decessit non electa sepultura 977., etiam post mortem viri 3750. *ad 5.*

Sepulchrum gentilitium construi S. R. C. non permittit longe ab Altari palmo uno minus trium cubitorum 2208. 5046.

Sepulchra circumire non licet per Sacerdotes Casula indutos, expleta Missa privata, Responsoria recitantes, nec licet solemniter canere Responsoria pro defunctis post Missam de festo currenti 3066. *ad 2. et 3.*

Ob Sepulturam Cadaveris prope Altare non impeditur in eo Missae celebratio, etsi ornatum Sepulchri proprius ad suppedaneum Altaris extendatur 4977.

Sexta et Nona recitanda est in Choro post Missam conventualem, neque adimpletur obligationi, si aliter fiat 4699.

S. Silvestri PP. V. Festum.

Simplicis Ritus Festum cadens infra Octavam SS. Corporis Christi gaudet tantummodo commemoratione, non autem IX. lectione 2483. 2747. *ad 1.*, quam tamen habet, si ea die occurrat Festum ritus dup. 2561. *ad 1.* 2872. 3301. *ad 9.*

Simplicia per accidens quoad commemorationem, et IX. Lectionem ex tribus per modum unius etc. 4378. *ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.* 4394. *ad 1. 2. 3.* Vide *Festa ritus duplicis etc.*, si occurrant in Dominicis Adventus et Quadragesimae non habent IX. Lectionem 5224.

Spina de Corona Domini, ac Sanctorum Reliquiae sub laicali dominio contineri non debent; ius tamen honorificum detinendi unam ex tribus

clavibus Tabernaculi, in quo eadem asservantur, conceditur Magistratui 2060., nequit eligi in Patronam, et electio facta declaratur irrita a S. R. C. 2964., potest deferri processionaliter sub Baldachino aperto capite 3700. ad 2. Feria VI. in Parasceve non est exponenda ante Missam Praesantificatorum, sed ea peracta 4399., indultum celebrandi Officium in altera ex Feriis VI. etc. Quadragesimae 4500. ad 1.

Statua B. M. V. nigro velo circumdatam in nocte Feriae V. in Coena Domini cum Iesu Domino filio mortuo in gremium deposito in Ecclesia exponi posse, et sequenti Feria VI. in mane processionaliter deferri cum Pluvialibus nigris Sac. C. permisit 4153. ad 6.

Statuae B. M. V. perdolentis expositio permittitur Feria VI. post Dominicam de Passione ubi ea viget consuetudo 4669. ad 58.

Statua S. Patroni nequit deferri sub umbella, licet adsit consuetudo immemorabilis 4710. 4727. Vide *Reliquia*.

Statutum, quo conceditur Capitulo facultas eximendi a servitio senes, et invalidos, stricte est accipiendum, nec extendi potest ad Coadiutores 306. ad 1.

S. Stephani Regis V. Festum.

Stolam deferenti debetur praecedentia supra Archiepiscopum, et alios Cotta indutos 865. 3206. ad 5. 3308. ad 5.

Stola nec ab Hebdomadario, neque ab alio assistente horis canonicis deferenda est, quae tantum adhiberi debet in confectione, et administratione Sacramentorum 1915. 4724., neque in Vesperis solemnibus 4645. ad 3. 5111. ad 5. Vide etiam Decretum generale 4524. V. etiam *Hebdomadarius*.

Stola deferenda est a Parocho, non ab aliquo ex Regularibus, si funus deferendum sit ad horum Ecclesiam 2309. ad 1.

Stola aptanda est ante pectus ad modum Crucis a Religioso Cappuceino in aspersione, quae fit ab eo Cotta, et Stola induto, priusquam se paret pro Missa conventuali 2903. ad 8.

Stola ab Sacerdotibus, Saeram Eucharistiam sumentibus Feria V. in Coena Domini, potest in modum Crucis aptari, vel deferri e collo hinc inde pendens 2903. ad 9.

Stolae delatio Parochis concessa non est signum iurisdictionis 4550. cum *adnotatione*.

Stolae usus in Processionibus pro Cappellanis Confraternitatibus. V. *Confraternitatum Cappellani*.

Stola in Communione adhibenda debet esse coloris Officio convenientis iuxta Rituale 4777. ad 13.

Stolam gestare nequit Canonicus in habitu Choralis, dum assistit Episcopo Missam celebranti 4778.

Stolam osculandi consuetudo servari potest a Sacerdote, cum eam assumit pro deponendo et reponendo SS. Sacramentum 5160. ad 1.

Stola latio, qua utitur Diaconus tempore Adventus et Quadragesimae non debet habere tres Cruces intextas sicuti sunt in Stola communi 5180. ad 7.

Stolae usus in Superiore, qui Aspersorium porrigit Praelato Ecclesiam ingredienti tolerari nequit 5183. ad 31.

Subcantor quoad aliquas praerogativas, quae ei denegantur 2238.

Subcollectores, et alii Camerae Apostolicae Ministri, subsunt Episcopis, ubi agitur de Cultu Divino, de observantia Caeremoniarum, Rubricarum etc. 1493. 1914. 1988. 2154., debent accedere ad publicas, et solemnes Processiones, et Episcopo consueta obsequia praestare 2125., etiam sub poenis etc. 2136., declaratur, quod degentes extra Civitatem pro servitio Reverendae Camerae Apostolicae, non tenentur redire, ut publicis Processionibus intersint; compellendi tamen sunt, si in civitate morerentur 2164.

Subdiaconus quoad Processiones et Absolutiones 15. ad 4. et 5.

In *Subdiaconatus Ordine* conferendo declaratur modus quo Ordinandi debent tangere calicem 4565. cum *adnotatione*.

Subdiaconus ad Rubricarum praescriptum debet Librum sustinere 2195., vel ad legile 4235. ad 3.

Subdiacono deficiente pro Missa solemnibus, substitui posse permittitur Clericus absque Manipulo 3477. ad 18., in casu tamen necessitatis. *Ibidem*, et 4418. ad 1.

Subdiaconus Cappellae Pontificiae, an ipse, impedito Diacono, debeat auferre Mitram, et Gremiale Celebranti, an potius id pertineat ad Caeremoniarum Magistros? 3686. 3691.

Subdiaconus, vel alius quicumque Minister benedictionem petens a Praelato pro incenso, seu aqua etc., nequit invertere ordinem, et

formam praescriptam in Pontificali, quaecumque celsissima sit Praelati qualitas 4140. *ad 1.*
Subdiaconus sustinens Patenam in Missa solemnibus, quae celebratur in Altari, in quo expositum est SS. Sacramentum, non debet genuflectere, dum Celebrans genuflexus post Offertorium illud thurificat 4322. *ad 1.*

Subdiaconus servet cuiusque loci consuetudinem in recitatione *Sanctus* cum Celebrante 4669. *ad 32.*

Substitutus Archipresbyteri nequit delegari ad functiones proprias Archipresbyteri: quo absente, vel impedito, eadem pertinent ad Canonicos 552.

Substituti ab Archipresbytero cum, vel sine Stola, non praecedunt Parochis, quia praecedentia competit uni tantum Archipresbytero 2221. *ad 4.*

Suffraganeus V. Episcopus Suffraganeus.

Suffragia de Sanctis titularibus Beneficiorum 2410. *ad 1. et 2.*, unus tantum principalis Patronus habere debet commemorationem in Suffragiis 3040. *ad 7.*

Suffragia Sanctorum in Choro flexis genibus dicenda, quoties preces feriales flexis genibus recitantur 5152. *ad 1.*

Supellex sacra ex gossypio confecta interdicitur, permisso usu earum, quae habentur, usque dum renoventur 4774. V. etiam *Amictus, Albae etc.*

Supellectilia sacra benedicendi facultas concessa Vicario, non ita late patet, ut eum Vicarius possit aliis impertiri 624. *ad 3.*

Superpelliceum per Archidiaconum imponendi usus Clericis tonsura initiatis in primo ingressu pro exercendo munere, reprobatur, et prohibetur 1265. 1305.

Superpelliceum, non Alba, adhiberi debet sub Planetis, Dalmaticis, et Tunicellis in Processionibus 2869. *ad 9.*

Symbolum, hoc est *Credo*, intelligibili voce est decantandum, non autem sub organo tantum sine vocibus modulandum 1817. *ad 3.*, prout etiam hymnus angelicus 1734. *ad 2.*, ad *Verbum: et Incarnatus est etc.*, quando a Canonicis, aliisque Choro praesentibus sit genuflectendum, vel caput simpliciter inclinandum, quique illi sint, qui semper indiscriminatim

genuflectere debent 1966. *ad 2.* 2542. *ad 4.* 2637. *ad 1. 2. 3. 4. et 5.* 2789. *ad 2.* 2817. *ad 2.* 5121. *ad 2.*, ad *Incarnatus est* si occurrat transferri Festum Annuntiationis, genuflectendum est in die translationis 2228. 3590. *ad 3.* 3754. *ad 17.*, quando Celebrans cum Ministris genuflectunt dum cantatur *ÿ. Et Incarnatus est etc.*, caput etiam inclinare debet 5050. *ad 8.*

Symbolum in Missa solemnibus dici debet post conclamationem, non ante 15. *ad 8.*

Symbolum dici non debet in Festis particularibus aliqua cum solemnitate celebratis. Rubrica explicatur 2152., permittitur in Missa solemnibus, ratione concursus in honorem alicuius Sancti, sub cuius invocatione erectum est Altare in Ecclesia 2158., dici nequit in Missa Beatorum, etiamsi de his fiat Festum sub ritu dup. mai. 2284. *ad 7.*, neque in festis Patronorum minus principalium 3074. *ad 4.* 3247. 4160. *ad 10.*

Symbolum intonari nequit a Celebrante, nisi osculato ab Episcopo Evangeliorum Libro, eoque thurificato, etiamsi aliquod temporis spatium insumendum sit ob distantiam, quae intercedit ab ambone ad sedem Episcopi 2883. *ad 9.*

Symbolum ratione Reliquiae insignis dici debet in illa tantum Ecclesia, in qua Reliquia asservatur 3073. *ad 2.* 3301. *ad 11.*, si Reliquia insignis non est, dici nequit 5000. *ad 2.*

Symbolum dici nequit in Missa Festi secundarii, scilicet translationis Patroni Cathedralis, quod celebratur sub ritu dupl. mai. 3565. *ad 7.*, prout neque in Festis Martyrum, Confessorum, et Virginum, quae celebrantur sub eodem ritu dup. mai. *Ibidem ad 8.*

Symbolum dici potest in Missa Sanctorum principalium Ordinis, quorum Festa celebrantur sub ritu dup. 2. classis 3703. *ad 2.*

Symbolum dici non debet in Missa Rogationum, quamvis Festum S. Marci cadat in Dominica 3754. *ad 16.* 4526. *ad 30.*, prout etiam si cadat infra Hebdomadam Paschae, vel in Dominica in Albis 3170. 3477. *ad 17.*

Symbolum in Festo S. Laurentii Titularis Ecclesiae Cathedralis dici debet tantummodo in Ecclesia propria, non in aliis Civitatis 3804. *ad 1.*

Symbolum in Missa dici nequit in Festo Titularis alicuius Sacelli 4669. *ad 56. q. 2.*

Symbolum dicendum est in Festis S. Ioseph, et S. Ioannis Baptistae ubi sunt Patroni: si vero sint Titulares in Ecclesia propria tantum 5031.

Synodus. Num, et quo in loco sedere debeant Capita (hoc est Dignitates) Ecclesiarum Collegiatarum, dum conveniunt in Synodo 2949. *ad 2.*, quid quoad Canonicos, et Dignitates Cathedralium, quoad Abbates mitratos, et Vicarium generalem 3139., pro celebratione Synodi non est intimanda Civitas, vel eius Deputatus 3682. *ad 1.*, qui potest admitti, dum Synodus promulgatur. *Ibidem ad 2.*, locum tamen distinctum, sedemque honorificam habere nequit. *Ibidem ad 3. et 4.*

T

Tabernaculum, in Ecclesia Regalis Monasterii S. Laurentii Escorialensis ex lapide pretioso, in quo continetur visibilis alia capsula cum incluso SS. Sacramento, ita est obtegendum, ut Vas, in quo Sacramentum asservatur, a circumstantibus nullo modo videri possit 4505. *ad 2.*

Tabernaculi ostiolum cum insculpta Imagine Crucifixi tegi nequit cum vase florum 3575. *ad 10.*

Tabernaculum, in quo reconditur SS. Sacramentum tegendum est Conopaeo, quod confici potest ex panno contexto ex gossypio, lana, vel cannabe, et potest esse coloris albi vel coloris convenientis Officio diei 5221. *ad 12.*

Ad Tantum ergo Sacramentum num genuflectendum sit, non exposito Sacramento? 2250. *ad 2.*

Te Deum etc., dum cantatur pro gratiarum actione coram Sacramento exposito, omnes stare debent 4393. *ad 17.*

Tertiarii collegialiter viventes possunt sepeliri in Ecclesiis Regularium, quorum profitentur institutum: quod si collegialiter non vivant, non debent, nisi sibi in iisdem elegerint sepulturam 407. *ad 4.*

Tertiarii saeculares professi tertii Ordinis S. Francisci nequeant recitare horas Canonicas iuxta Breviarium trium Ordinum, sine speciali extensionis privilegio 3774. *ad 5.* 3792.

Tertiarii saeculares non tenentur obedire sub peccato Praelato regulari, sive eius Commissario 4533. *ad 3.*

Testatoris dispositio acceptata de recitando quotidie defunctorum Officio, implenda est, praeterquam in triduo Passionis, et duplicibus 1.

et 2. classis; in his tamen facienda est commemoratio in *Memento mortuorum* 3180.

S. Thelesphori P. et Mart. V. Officium.

S. Thomae Apostoli V. Festum. Officium.

S. Thomae Cantuariensis Festum, ubi ex indulto Gregorii XV. transfertur ad Vigiliam Epiphaniae, ulterius transferendum est, si praedicta Vigilia sit Dominica vacans 2859. *ad 2. V. Festum. Officium.*

Thronus Episcopi collocandus ubi, et quomodo vult Episcopus, durantibus Sessionibus Synodalibus 3549. *ad 9.*, in Ecclesia supereminere debet stallis Canoniorum 4103. *ad 8.*, ita S. R. C. edixit, sed in causae revisione declaravit, Sedem Episcopalem reduendam esse ad tres gradus, et unum suppedaneum, ita tamen, ut Sedes sit inferior mensa Altaris, et superior stallis Canoniorum 4145. *ad 8.* 4163. *ad 8.*

Thronus pro Abbate erigendus non est in Ecclesia, nec tribus illis diebus, in quibus ei Pontificalia permittuntur, si ipse absit, vel nolit Pontificalia peragere 4036. *ad 4.*

Thuribulorum duorum usus generatim improbat, in aliquo tamen casu permittitur 374. *ad 4.* 1513. 2345. *ad 10.* 2788. 3236., unicum adhibendum in thurificandis Episcopo, Canonicis, aliisque omnibus, quibus thuris honor debetur 559., a quo deferendum sit ad thurificandum Magistratum? 1096.

Thurificatio Celebranti debetur triplici ductu; Dignitatibus, et Canonicis duplici 315., etiamsi absit Episcopus numquam competit Dignitatibus triplici ductu 425., thurificatio ordinanda, et exigenda est ad formam, et Regulas Caeremonialis, scilicet, prius thurificandi Dignitates, et Canonici tam Cathedralis, quam Collegiatae: deinde Gubernator, et Officiales laici. Ita etiam quoad pacis oseulum 445. 450.

Thuris, et pacis honor inter Missarum solemniam non debetur Mulieribus, non obstante quavis contraria consuetudine, quae declaratur abusus 543.

Thurificatio quoad Magistratum 1066., quoad Cancellarium 1213., quoad Syndacos 256. *ad 2.*

Magistratui in Missa defunctorum omnino vetita 1186.

Thurificatio Chori in Missa solemnem integre faciendae est a Diacono 1217., incipiendae a parte

digniori, ea vero ordine successivo absoluta, continuanda ab altera parte 1477. 2377.; pars dignior illa est, ubi est appensa tabella Chori 1737., seu ubi est Hebdomadarius 5121. ad 1., in quo servari debet dispositio Caeremonialis 2277., ita ut thurificandi successive sint Dignitates, et Canonici stantes in parte digniori, mox Dignitates, et Canonici, qui stant in altera 2643., primum thurificandus est Vicarius, et immediate Dignitates, et Canonici, qui sedent in eadem parte 1921. ad 2. 3121. ad 3., in casu particulari S. R. C. respondit, thurificationem Chori faciendam esse, ut fert consuetudo 2498., in altero edixit, thurificationem incipiendam esse a parte, ubi adsunt Dignitates 3275.

Thurificationem accipere non licet capite tecto cum pileolo 2347.

Thurificari non debent Altare, et Chorus in Missa cantata sine Ministris 1627. ad 3. 3575. ad 12.

In Thurificatione Altaris, quae sit ad Introitum, Episcopus sedere potest, ceteri de Clero servare debent Caeremonialis formam 2883. ad 6., ita etiam sedere potest in thurificatione Chori post Offertorium. *Ibidem* ad 8., qui ordo tenendus sit in Vesperis Pontificalibus erga assistentes Episcopo? 3551. ad 19.

Thurificatio, et osculum Evangelii (ubi hic mos est, dum Processio SS. Corporis Christi consistit ad Altaria erecta per viam) debentur Episcopo Suffraganeo deferenti Sacramentum, non autem Ordinario loci interessenti cum Cappa 3402.

Thurificatio in Missa Praesantificatorum Feria VI. in Parasceve 3436. 3478.

Thurificari nequeunt in Vesperis, Sacramento exposito, Fratres Sodalitatis de cingulo S. Francisci in Ecclesia Conventualium Parmen.; neque thurificato Altari SS. Sacramenti, debent etiam thurificari Altare S. Francisci, et huius Statua ab Altari disiuncta 3790., neque alia Altaria 4181. ad 11.

Thurificari debent Imagines, seu Statuae Sanctorum dispositae inter candelabra, etiamsi inclusas non habeant SSrum Reliquias 4153. ad 4.

In Thurificatione Episcopi Suffraganei vel extranei servetur consuetudo 5000. ad 6.

Thus in thuribulo imponendum est a Celebrante apud Altare, non apud sedem: contraria consuetudo eliminanda 1992.

Thus, si quinque absolutiones fieri debent circa castrum doloris, ab Episcopo benedicendum

est tantummodo in ultima, quae ad ipsum pertinet 3614. ad 6.

Thuris benedictio facienda est prout in Missali, nec mutandum est nomen S. Michaelis in alterum S. Gabrielis 3754. ad 22.

Thus adhibendum non est in Missa conventuali sine Ministris, et cantu 3575. ad 12., imo nec in illa, quae cantatur sine Ministris 4395. ad 21., adhibendum autem semper est in Missa cantata, etiam de Requie cum Ministris Sacris. Contraria consuetudo non est toleranda 5228. ad 6.

Thus adhibendum in Vesperis decantatis cum Hebdomadario parato et uno Clerico tantum 5183. ad 25.

In Thuris impositione servandae sunt Rubricae Missalis Romani, ac Caeremonialis Episcoporum 4395. ad 23.

De Titulari Ecclesiae Abbatialis fieri nequit Officium in Ecclesiis eidem suppositis 755., de Titulari Ecclesiae faciendum est, etsi occurrat cum Festo secundae classis ab Ecclesia universali celebrando 1135.

Titularis Festum concurrens in secundis Vesperis cum primis S. Ioannis Baptistae 1868.

Titularis Festum omnino celebrandum in die, quo cadit, non autem ei praeponendum Festum asserti Patroni Monasterii, quia Ordini, seu Monasterio non datur Patronus, cui propterea non alius competit ritus praeter notatum in Calendario 1870.

De Titulari Ecclesiae Matricis fieri debet tantummodo ab iis, qui sunt de eiusdem gremio 3701. ad 8., hic Titulus non inducit Festum de praecepto 4738. ad 1. Vide *subiectam adnotationem*.

Titularis Ecclesiae si descriptus sit eadem die in Calendario cum aliis Sanctis, peculiare habere debet Officium sine commemoratione Sociorum 3756.

Titularis Cathedralis Ecclesiae ab haereticis polutae Festum, ut etiam illud Dicationis celebrari posse S. R. C. respondit 3853. ad 1.

Titularis Ecclesiae immutari non potest ab Episcopo 4735. ad 2. V. *subiectam adnotationem*.

Titularis Ecclesiae si plures sunt vel in fundatione electi, vel Apostolica concessione additi, iisdem privilegiis et praerogativis gaudent 4587. ad 1. 2. 3. et 4. Vide *adnotationem*.

De Titularis Festo tantum celebrandum est cum ritu 1. classis cum Octava, sed sine praecepto 4799. ad 1.

Titularis Officium celebrandum iuxta Rubricas in iis Ecclesiis, in quibus non adest Clerus 4844. *ad 1.*, non est autem faciendum sub eodem ritu in Ecclesiis seu Oratoriis Ecclesiae Parochiali subiectis. *Ibidem ad 8.*, celebrandum est a solo Parocho in Ecclesia Parochiali, ubi adest etiam eius Vicarius, qui in ea Ecclesia non commoratur 5050. *ad 3.*

Titulares Ecclesiae dirutae Festum celebrari nequit, ubi postea in eodem loco, sub alio titulo altera Ecclesia fuit aedificata 5071. *ad 1.*

Titularis Ecclesiae ubi sunt duo, de utroque faciendum est Officium ritu Titularibus competenti 4183. *ad 2. q. 5.*

Titulo Ecclesiae semel assignato non licet eum amplius immutare 4954. *ad 1.*, potest autem addi Contitularis de licentia Summi Pontificis. *Ibidem ad 2.*

Titulus Ecclesiae non Parochialis sed consecratae celebrandus est ritu 1. classis cum Octava, quamvis unus tantum Sacerdos ibi quotidie celebret 5183. *ad 16.*

Titularium Festa Dioecesis Quebecensis ad Dominicam sequentem transferenda 4751. *ad 3.*

Titularis Oratorii publici nullo speciali ritu coli debet 4669. *ad 34.*

Titulares Oratoriorum seu Cappellarum publicorum non sunt colendi rit. 1. classis cum Octava 4985. *ad 2.*, neque est celebrandum Officium de Titulari Cappellae publicae, quamvis adnexa sit Paroeciae 5079. *ad 2.*

Tobaleae Altarium. Vide *Amictus*.

De Tonsura collata super fictam comam 5054.

Tonsurandi vocari possunt ab Archidiacono, qui poterit uti formula: *Accedant qui promovendi sunt ad Tonsuram* 4669. *ad 2.*

Tonsurandi una cum Episcopo proferunt verba: *Dominus pars etc.* dum tonduntur 4669. *ad 3.*

Transeuntes ante Altare, in quo expositum est SS. Sacramentum, licet sit in patenti Pyxide clausum; utroque genu debent genuflectere 4181. *ad 9.*

Translatio SS. Corporum a Cathedrali ad Collegiatam, quomodo, et a quibus fieri debeat? 871.

Translatio Festorum simul concurrentium 2509. *ad 1.* 2541. 3692. 3700. *ad 3.* 4049. *ad 1.* 4056. *ad 1.*

Translatio Festi perpetuo impediti 2542. *ad 1.*

Rubricae servandae sunt quoad ordinem translationis 3363. 3412. *ad 1.*

Translatis Festis S. Marci, et Sanctorum Apostolorum Philippi, et Iacobi, illud S. Marci primum est reponendum iuxta ordinem Calendarii 3748.

Translato Festo quoad Officium, non quoad solemnitatem, potest fieri de Sancto ad libitum in die, in quo illud alias esset reponendum 3710. *ad 2.*

Translatio quorundam Officiorum Religiosis tertii Ordinis S. Francisci pro Ecclesia SS. Cosmae, et Damiani Urbis concessa 3901.

Translatio Festorum exigenda est iuxta ordinem Calendarii, ita ut fieri debeat de Sancto prius in eo descripto, nullo habito respectu, quod Officium translatum sit vel Ecclesiae universalis, vel Nationis, vel Ecclesiae particularis 4044. *ad Tit. de Translat. dub. 5.*

Translatio duplicium facienda est iuxta ordinem Calendarii, et S. R. C. declarat, falsam esse illorum opinionem, qui putant Festum reponi posse in diem immediate sequentem ante alia Festa prius translata, cum Rubrica providere voluerit solis semiduplicibus occurrentibus in Dominicis infra Octavas non privilegiatas 3409.

Translatio Festorum in paritate ritus, et sine excellentia maioris dignitatis fieri debet iuxta ordinem Calendarii, ita, ut prius celebretur Officium ante translatum, deinde secundo loco translatum, et sic deinceps; nec ad duplicia trahi potest privilegium, quo gaudent semiduplicia occurrentia cum Festo primae classis habente Octavam, vel cum Dominica infra Octavam, quae transferuntur ad diem proximam, quae sit libera, etiamsi reponenda essent duplicia 1. classis prius translata 4119. *ad 2.*

In Translatione Officiorum servantur Rubricae, neque licet omittere alicuius Officii recitationem, quia Officium illud reperitur in altera parte Breviarii 4988. *ad 6.*

In Translatione Officiorum SSrum Martyrum extra vel intra tempus Paschale quae regula servanda sit quoad Missae assignationem? 5183. *ad 2. q. 8.* Vide etiam num. 4930. *ad 6. et 7.*

Translatio Festorum Patronorum principalium ad Dominicam proxime sequentem iuxta-formam Indulti intelligenda est tam relate ad electos, quam ad eligendos 4553. *ad 1.* Vide *subiectam adnotationem*.

In Translatione Festorum ad Dominicam sequentem pro celebratione Missae sollemnissimae servetur indultum, in quo, si comprehendantur etiam Regulares et Moniales, Missa de Festo translato erit cantanda, neque praescripto adimpletur cum Missa Conventuali, quae celebratur sine cantu et concordare debet cum Officio 5049. *ad 2.*

Translatio Festorum ita ordinanda est, ut prius fiat de duplici, postea de semiduplici, et inter plura duplicia, de illo, quod est magis solemne sive ex ritu, sive ex dignitate prius faciendum est: quod si sint omnino aequalia, reponenda erunt iuxta ordinem Calendarii: atque haec etiam regula tenenda est pro perpetuo translatis 4150. *ad 3.*

In Translatione Officii de Transfixione B. M. V. Feria VI. post Dominicam Passionis servetur peculiaris Rubrica 4754.

Translatio Festis S. Ioseph Patroni loci, et Annuntiationis B. M. V. praefendum est Officium Annuntiationis 4988. *ad 2.*

Translatio Officii SS. Nominis Iesu occurrentis cum Dominica Septuagesimae fieri debet ad diem 28. Ianuarii 4299. *ad 1.* 4361. *ad 8.* 4442. *ad 1.*

Translatio Officii Sacrarum Reliquiarum, quod in Toletana Ecclesia celebratur die 19. Ianuarii, facta privata auctoritate ad Dominicam 3. post Epiphaniam, reprobatur; utrum vero satisfactum fuerit oneri Divini Officii tam in dicta Dominica, quam in aliis diebus recitando de consequenter translatis, S. R. C. noluit definire 4505. *ad 1.*

Vide alia V. *Officium. Festum.*

In Triduo Passionis, videlicet postremis tribus diebus maioris Hebdomadae nequeunt peragi exequiae super cadaveribus; sed Officium cum precibus privatim est recitandum 4050.

Sanctissimae Trinitatis Octava habet integras Vesperas, si coincidat cum Festo dup. min. 3348. *ad 2.*, infra Octavam dici non debet ad Primam Symbolum S. Athanasii, sed tantum in die festo, et Octava. *Ibidem ad 3.* 3809. *ad 2.* 4044. *alia Dubia ad 13.*, diebus 6. et 7. infra Octavam faciendum est de 2. et 3. infra Octavam Corporis Christi cum commemoratione Octavae Trinitatis 3809. *ad 3.*, in occurrentia excludit omnia Festa, etiam ritus superioris: in concurrentia vero vel Vesperas integras, vel simplicem commemorationem

habet, prout exigit ritus Festi sequentis 4448. *ad 10.*, in Octava, ubi fieri nequit, quia impedita a Dominica infra Octavam privilegiam SS. Corporis Christi, dici nequit ad Primam Symbolum S. Athanasii 4478. *ad 5.*

Sanctissimae Trinitatis Octava est privilegiata pro Ordine SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum 4680.

Tumulus, seu Castrum Doloris in quo reconditur Cadaver puellae inuuptae, sive etiam absente Cadavere nequit contegi panno ex lana alba contexto 5221. *ad 13.*

Typographus Cameralis, solus, et privative potest edere Sanctorum Officia, quae a Sac. Rituum Congregat. adprobantur, et conceduntur 3245., alibi impressa sine opportunis facultatibus nullam fidem merentur. *Ibidem.*

V

Velum Calici impositum, tam in principio Missae, quam post communionem debet operire a parte anteriori totum Calicem 2464.

Velum, quo Crux tegenda est Feria V. in Coena Domini, potest esse albi, vel violacei coloris iuxta consuetudinem Ecclesiae 4322. *ad 2.*, seclusa consuetudine, albus praecipitur; violaceus vero in Processione, et Altaris lotionem 4414. *ad 4.*

Versiculi in commemorationibus, quae fiunt in Officio feriali, et semiduplicibus, a duobus semper cantandi 351. *ad 19.*

Versiculus: Ora pro nobis etc. pro commemoratione S. M. V. non est variandus, etiamsi fiat Officium, in quo idem versiculus occurrat, qui proinde sumendus erit ex comuni 3348. *ad 1.*

Quoad Versiculos legendos in Officio pro uno defuncto servanda a Fratribus trium Ordinum Rubrica, quae habetur in eorum Breviario 4549. *ad 3.*

Versus quales esse debeant post Capitulum in secundo Nocturno Feria VI. et Sabbato post Octavam Ascensionis pro utentibus Breviario Monastico 4044. *ad Tit. de vers. Dub. 1.*, quales in primis Vesperis S. Caroli Borromaei pro commemoratione SSrum Vitalis, et Agricolae. *Ibidem dub. 2.*

Vesperae defunctorum post Vesperas Dominicae, vel alterius festivitatis cantandae, si postridie

- sit prima dies mensis non impedita pro defunctorum Officio 197. *ad* 4.
- Vesperae* a Celebrante inchoari debent, ut etiam Antiphona ad *Magnificat* intonari, ac Oratio dici ad formam *lib. 2. cap. 3. Caeremonialis* 351. *ad* 15.
- Vesperae* solemnes celebrandae ab Episcopo, si adesset, et vellet: eo absente, impedito, aut nolente, celebrari debent a digniore in crastinum celebraturo, non ab Hebdomadario 1262.
- Vesperas solemnes* canere post meridiem tempore Quadragesimae illicitum 1535.
- In *Vesperis* coram SSmo Sacramento exposito Hebdomadarius ad *Magnificat* incensat Sacramentum genuflexus super suppedaneo Altaris 5063. *ad* 5.
- In *Vesperis* Alba, Cingulum, et Stola non sunt adhibenda a Sacerdote, qui Officium facit 4786.
- Vesperae secundae* de die Octava non privilegiata concurrentes cum primis *Vesperis* Festi duplicis dimidiandae 2284. *ad* 4.
- Vesperae* si concurrant de festis unius Conf. Pont., et alterius Conf. non Pont. aequalis ritus sunt dimidiandae 3057. *ad* 1., ita etiam si concurrant de Festis duorum Patronorum, quorum unus recentior sit, alter antiquior. *Ibidem ad* 2., si in *Vesperis* sibi occurrant Festa eiusdem ritus, et dignitatis, etiam si alterum celebrari sit, *Vesperae* nihilominus sunt dimidiandae 3173.
- Vesperae S. M. de Consolatione* concurrentes cum *Vesperis* S. Augustini aequalis ritus, non sunt dimidiandae, sed integrae recitandae cum commemoratione S. Augustini 4357. *ad* 2. 4478. *ad* 7., sed postea S. R. C. mutata sententia recessit a decisio, et statuit *Vesperas* integras esse debere de S. Augustino, quia est Festum primum 4589. *ad* 2.
- Vesperae Octavae SS. Corporis Christi* non admittunt commemorationem S. Cordis Iesu, de quo sequenti die celebratur Festum, et in hoc utendum est colore albo 4357. *ad* 3.
- Vesperae integrae* possunt recitari de illis Sanctis, quorum Festa celebrantur cum magna solemnitate, et populi concursu: facta commemoratione tantum alterius Officii occurrentis aequalis ritus 4448. *ad* 17. et 18.
- Vesperae de Festis secundariis* SSrum maioris dignitatis concurrentes cum Festis SSrum aequalis ritus, sed minoris dignitatis, num integrae sint persolvendae, vel dimidiandae? 4448. *ad* 19.
- Vesperae Dedicationis* concurrentes cum *Vesperis* Conceptionis in Hispaniis, ubi hoc Festum est primae classis, debent esse integrae 4478. *ad* 1., verum S. R. C. in aliam postea venit sententiam, ut se strictius conformaret Rubricis 4491. *ad* 3. et 4. 4500. *ad* 9. et 10.
- Vesperae de SS. Corde Iesu*, ubi hoc Festum est duplex primae classis, debent esse integrae sine commemoratione Octavae Corporis Christi 4487. *ad* 3. 5223. *ad* 3. q. 5.
- Vesperae Dedicationis* Basilicarum SS. Salvatoris, et Ss. Apostolorum Petri et Pauli si concurrant cum Officio duplici sunt dimidiandae 4594. *ad* 4. cum sua nota. 4826.
- Vesperae secundae* Octavarum Ss. Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, Ss. Apostolorum, Dedicationis Ecclesiae, concurrentes cum sequenti ritu dup. min. dimidiandae sunt 4594. *ad* 5. cum adnotatione. In horum Festis secundariis concurrentibus cum Festis aequalis ritus servanda est tabella de concurrentia. *Ibidem ad* 6.
- Vesperae Decollationis S. Ioannis Baptistae*, postquam eius Festum elevatum fuit ad ritum dup. mai. concurrentes cum Festo aequalis ritus, integrae sunt persolvendae 4594. *ad* 7.
- Vesperae* in die Octava Festorum Domini quomodo ordinandae erunt? 4669. *ad* 46. 4684. *ad* 2. 4717. *ad* 4.
- Vesperae Dedicationis Ecclesiae* concurrentes cum primis Patroni praecipui, sunt dimidiandae 4832. Vide etiam num. 3163. *ad* 1., postea vero decrevit integras esse persolvendas de Dedicatione 4985. *ad* 5., integrae etiam dicendae sunt de Dedicatione si concurrant cum primis *Vesperis* Festi B. M. V. Titularis Ecclesiae 4900. *ad* 4.
- Vesperae* erunt integrae de duplici maiori si concurrant cum *Vesperis* diei Octavae 5116. *ad* 2.
- Vestis talaris* iussu Pontificis ab Ecclesiasticis induenda. Quomodo, quando, et qualiter possit Episcopus dispensare pauperes Sacerdotes ab eiusdem delatione 84.
- Vestis talaris* cum cauda num licita? 2642. 2666. 2673. 2726.
- Vexillum* alicuius Sancti, qui defert in Processione, incidere debet detecto capite non inter Capitulares, sed inter laicos 3225.
- Viaticum* ob locorum distantiam, difficultatem itinerum, viarum asperitatem, ut a Parocho

deferri possit equitando S. R. C. indulget, iuxta tamen arbitrium, et prudentiam Episcopi 4100., servanda est rubrica circa delationem Superpellicei, eliminata contraria consuetudine 4623. ad 2. q. 1. Vide *subiectam adnotationem*.

Viaticum ad infirmos Feria VI. in Parasceve deferendum est iuxta modum: recitando Psalmos submissa voce cum *Gloria Patri*, quia haec actio nihil commune habet cum functione diei, idcirco non repugnat Stola albi coloris; populus tamen sine benedictione est dimittendus 4170.

Viaticum deferri debet per montes inaccessos a Parocho, qui equitabit retinens pileum in capite, cum socio, qui laternam accensam deferat 5036.

In *Viatico* ministrando Mexicanis infirmis standum est peculiari dispositioni circa fidei professionem ab infirmo emittendam 5102. ad 10.

In *Viatici* administratione Sacerdoti aegrotanti servandum est Rituale Tit. de Communione infirmorum 5221. ad 10.

Vicarii Patriarchalium Urbis porrigere debent Aspersorium Pontifici ingredienti: impedito vel absente Vicario, dignior Canonicus, etiamsi adsit Governator Urbis, quia repraesentat Archiepiscopum 117.

Vicarius generalis Praelatus quoad locum in Processionibus? 9.

Vicario generali non spectat deferre Sacramentum in Processione Corporis Christi 110. ad 2.

Vicarius generalis, si solemniter Missam celebrare velit, nequit exigere Canonicorum assistentiam 115. ad 3.

Vicarius generalis praecedit Dignitates, et Canonicos non paratos in Choro, Processionibus, Congregationibus capitularibus etc. 160. ad 3. 192. 351. ad 6. 494. 768. 1026. 1046. 1287. 1288. 1330. 1331. 1664. 1897. 1906. 2274. ad 1. 2755. 2855. 2837. 2994. ad 2. 3. 4. et 5. 3157. 3194. ad 1. 3249. 4003. 4174. ad 2. 3. et 4. 5076., secus si sint parati 216. 605. 922. 964. 1287. 2117. ad 2. 3058. 3234. ad 1., contraria consuetudo abusus est 605., idipsum competit Pro-Vicario, qui tamen, si est Canonicus, debet in Choro tenere locum suae receptionis, quatenus frui velit distributionibus 1623., si Canonicus non est, nullo modo ei competit usus sacrarum vestium, dum Canonici vel in Choro assistunt, vel incedunt parati 3234. ad 1., thurificandus est, et admittendus ad osculum pacis ante Canonicos Sacris non

amictos, exceptis tamen illis, qui assistentiam praestant Episcopo, licet habitu choralis induti sint 4174. ad 1.

Vicarius generalis nequit Missas solemnes celebrare, aliasque functiones Episcopales peragere, impedito Episcopo, vel sede vacante, cum id pertineat ad Dignitates, et Canonicos 187. 268. 292. 335. ad 1.

Vicarius generalis, si sit Canonicus, debet sedere in suae receptionis stallo, secus amittit distributiones 192. 209. 234. 275. 402. 430. 494. 910. 1125. 1180. 1233. 3022.

Vicarius generalis in spiritualibus praecedentiam habet supra Governatorem in temporalibus 340.: ita etiam supra Commissarios, et Potestates locorum 427.

Vicarius generalis thurificandus a Diacono Evangelii, non obstante contraria consuetudine 374. ad 1., fallit si Canonici sint parati. *Ibidem* ad 2., eiusdem locus in Choro iuxta consuetudinem Ecclesiae. *Ibidem* ad 3.

Vicarius de numero Canonicorum, associando funera, debet cum Canonicis incedere in loco suae receptionis: quatenus vero interesse velit uti Vicarius, non participat de cera, aliisque emolumentis 380.

Vicarius generalis, quamvis sit Protonotarius nequit benedicere sacra indumenta 696.

Vicarius generalis in habitu Vicariali non debet incedere medius inter Dignitates, et Canonicos paratos 383.

Vicarius generalis, qui non est Praelatus, licet sedeat in subtana, et mantello nigro in Choro supra Canonicos, thurificandus est duplici, non triplici ductu, etiam absente Episcopo 527.

Vicarius generalis nequit concedere licentiam celebrandi Missam capite tecto, hoc est cum pileolo, nec se tueri potest quacumque attenta veteri consuetudine 624. ad 1.

Vicarius generalis asserens sibi ius, vigore immemorabilis, peragendi, absente Episcopo, functiones, quae pertinent ad primam Dignitatem, debet concludenter probare immemorabilem, qua non probata, observandum est Caeremoniale 654.

Vicarius generalis, si non habet sedem distinctam, debet occupare primum stallum in Choro 680. 712. 3296., iuxta consuetudinem Ecclesiae 3194. ad 2. 3234. ad 3., si danda ei sit sedes distincta, locus decens assignandus est ab Episcopo 4128. ad 1. V. etiam 4246. ad 1., dummodo incedat in habitu vicariali 1197.

- Vicarius generalis*, quamvis Protonotarius sit, nequit in Missa privata adhibere quatuor Candelas, et duos Ministros cum Cotta 699.
- Vicarius generalis, vel capitularis* nequit, absente Episcopo, vel sede vacante, peragere functiones, quae pertinent ad primam Dignitatem 75. 335. ad 1. 482. 611. 695. 702.
- Vicarius generalis* cum Cotta tamquam Canonicus non habet praecedentiam supra alios digniores, et antiquiores 758., neque ei, absente Episcopo, deferendus est osculandus textus Evangelii. *Ibidem*. In habitu canonicali nulla ei debetur praerogativa; secus in vicariali 824.
- Vicarius generalis* nequit (quod nec Episcopo licet) mutare diem pro Festo alicuius Sancti, de quo fit stata die in Breviario notata 885., ad eum pertinet, absente Episcopo, indicere Processiones 954. ad 1., debetur ei praecedentia supra Dignitates, et Canonicos non paratos tam praesente, quam absente Episcopo 115. ad 1. 954. ad 2. 2402., quod militat si non sit Canonicus, vel si sit Canonicus, velit tamen in habitu vicariali assistere; quo casu distributiones amittit; in habitu vero canonicali sedere debet in stallo sui ordinis, et receptionis 959. 1013. ad 6., non ei debetur obedientia, quae soli Episcopo praestanda est 961., nec praecedentia competit supra Hebdomadarium 990. 5076.
- Vicarius generalis* sedere debet in primo stallo, et quatenus opus sit, addatur sedile 1071. 1142., et stallum assignandum Vicario debere esse fixum, nec amplius variandum S. R. C. sancivit 1302., nequit mutare sedem, sed debet sedere in loco sibi conveniente 1184.
- Vicarius generalis* in habitu vicariali, tam praesente, quam absente Episcopo, thurificari debet ante omnes 1112.
- Vicarius generalis* Sacerdos, quatenus non habeat facultates limitatas, potest baptizare sine Parochi consensu 1138.
- Vicarius generalis*, qui simul est Canonicus, debet subscribere acta capitularia in loco suae receptionis in Canonicatu 1148., prout etiam sedere, dum interest Congregationibus Capitularibus 1160.
- Vicarius generalis* in Processione SS. Sacramenti nequit incedere post Baldachinum, et occupare locum Magistratus 1234.
- Vicarius generalis* in habitu canonicali nulla gaudet praesentia, non obstante contraria consuetudine 1239. 1248., secus in habitu vicariali 1240. 1248.
- Vicarius generalis* non habet vocem in Capitulo uti Vicarius, habet tamen uti Canonicus, sed in loco suae receptionis 1247., est thurificandus duplici ductu, dummodo non sit consuetudo eum thurificandi cum tribus 1294. 1996., dum Canonici sacris vestibus sunt induti, debet incedere post Episcopum; eo absente, post Celebrantem 1342.
- Vicarius generalis* in examine Ordinandorum assistens in habitu vicariali, praecedat omnes Dignitates, et Canonicos etiam Protonotarios 1538.
- Ad *Vicarium generalem* pertinet impertiri licentiam recedendi a Choro, absente Episcopo 1667.
- Vicarius generalis* tenetur assurgere, dum praetintonantur Antiphonae in ea parte Chori, ubi sedet 1719.
- Vicarius generalis* thurificari debet non ante, sed post Episcopo assistentes 1755.
- Vicarius generalis* in habitu canonicali munia tantum Canonici explere debet 1757.
- Vicario generali* nullo modo competit honorifica associatio Clericorum, et Beneficiorum, aut ministratio Aspersorii per Canonicum 1765., non ei competit praetintonare Antiphonam (nisi sit Canonicus, et sedeat in stallo suae receptionis), aut recipere Palmam, et Candelam ante Canonicos paratos 1773.
- Vicarius generalis* nequit sedere in sede Episcopali, in qua Episcopus conciones auditurus sedet 1793., si habet sedem separatam in Choro nequit occupare stallum Dignitatis 1825., nequit occupare primum stallum, si eius antecessores sederunt in sede separata 1906., in Sermonibus Synodalibus, aliisque Congregationibus praefendus Dignitatibus, et Canonicis 1799., de loco ab eo occupando in Processionibus 1923. 4128. ad 3., nedum thurificandus est post Canonicos Sacris indutos Sacrificii ministros, sed etiam post Canonicos Sacris pariter amictos in stallis choralibus 1924.
- Vicario generali* non competit usus Bugiae, neque alia conveniunt, quibus Episcopalis Dignitas distinguitur 1926., neque ei competit usus Pluvialis, nisi sit de gremio Capituli; quo in casu incedere debet in loco suae receptionis, non obstante contraria consuetudine, quae abusus declaratur 1943. 1973.
- Vicarius generalis* neque vi consuetudinis et Decreti Synodalis, potest sibi usurpare vices Episcopi, quae primae Dignitati debentur 1972. ad 1.

- Vicarius generalis* conveniens una simul cum Magistratu in Ecclesiis Regularium gaudet praecedentia, nec tamen habere debet sedem supra scamnum eiusdem Magistratus, sed in alia parte seiunctim ab illo 2064.
- Vicarius generalis*, si locum cedere nolit Canonicis paratis in Choro, et Processionibus, ab interessendo absteineat 2066.
- Vicario generali* Archiepiscopi non debetur a Suffraganeis titulus *Rmi*; ipse vero debet humanitatis, et obsequii officia Suffraganeis exhibere 2105.
- Vicarius generalis* laudandus est, qui Feria V. in Coena Domini, et Feria VI. in Parasceve, relicta sede cum tapete, et pulvinari, sedet in primo stallo Chori 2117. *ad* 1.
- Vicarius generalis* expectandus non est post datum signum in Choro 2237. *ad* 3.
- Vicarius generalis* Protonotarius, celebrante Episcopo, sedere debet in loco solito 2252., si sit Canonicus nequit uti habitu Protonotarii, secus amittit distributiones 2266., sedere debet in loco solito sine pulvinari, non obstante acquiescentia Canonicorum 2329., non debet contra Decretorum praescriptum uti in Missa privata praeter Clericum, altero Ministro Sacerdote, aut paramenta sumere de Altari 2500. 2515. *ad* 6. 2672.
- Vicarius* in associatione Episcopi, si est Protonotarius praecedit Canonicis; secus absteineat 2503. *ad* 2.
- Vicarius* in persolvendo Officio Divino debet se conformare Calendario Ecclesiae, ubi residet ut *Vicarius*, non autem Calendario loci, ubi natus est 2586.
- Vicarius* praefertur etiam primae Dignitati in actibus tam publicis, quam privatis, tam praesente, quam absente Episcopo 2797. *ad* 1., semper thurificandus duplici ductu ut Dignitates, et Canonici. *Ibidem ad* 2. 3. et 4., 2815., etiamsi assistat in habitu Protonotarii 2829. 2867. *ad* 2., in Processionibus quoad locum servare debet loci consuetudinem 2805. *ad* 9.
- Vicarius Canonicus*, si velit ut *Vicarius* interesse Divinis, praecedit, sed distributiones amittit: si ut Canonicus, sedeat in suo stallo 2821.
- Vicario* non licet retinere sedem cum pulvinari in Presbyterio pro audienda concione 3015., aut sedere in sede Episcopali, et monendus si quis id sibi usurpaverit 3021.
- Vicarii* habitus est Subtana cum mantello et bireto; si non est Protonotarius, ei non licet uti Subtana cum cauda, et mantelletto 1202. 3234. *ad* 2.
- Vicarius* semper, et ubique praecedentiam habet supra Gubernatorem, seu Commissarium non Praelatum 3239.
- Vicarius* nequit occupare stallum fixum Archidiaconi unice Dignitatis Cathedralis 3342. *ad* 1.
- Vicarius generalis* nequit benedictionem Concinatoribus impertiri 3523.
- Vicarius generalis* in Synodo habet praecedentiam supra Canonicos habitu choralis indutos 37. 81. *ad* 1. 3549. *ad* 6.
- Vicario generali* non debetur in Choro pulvinar cum strato, sed prima tantum sedes inter Dignitates, et Canonicos 4062. *ad* 5. 4103. *ad* 7. 4662. *ad* 1.
- Vicarius generalis* non Canonicus, incedere debet in Choro cum habitu vicariali 4961.
Alia habes 2202. 2243. 2303. 2337. 2365.
- Vicarius Abbatialis* Canonicus, praesente Abbate, sedere debet in stallo sui Canonicatus; absente vero, occupare locum digniorem 298.
- Vicarius Apostolicus* non est associandus, neque ei tradendum Aspersorium, non Evangelium praebendum ad osculum, nec ei competit assistentia Magistri caeremoniarum 1909.
- Vicarius Apostolicus* gaudet tantum praerogativis, quibus in Ecclesiasticis functionibus fruuntur Vicarii generales: non ei debetur titulus *Illmi* 3062. 3063.
- Vicariatus Apostolici* regimen provisorium tenens Sacerdos, vel etiam Superior interim eiusdem electus a S. R. C. de Propaganda Fide nequit uti Palmatoria, neque ei convenit honor Presbyteri assistentis in Missa solemnibus 5211. *ad* 5.
- Vicarius tam capitularis quam generalis* nequit peragere functiones, quae, absente Episcopo, pertinent ad primam Dignitatem 75. 335. *ad* 1. 482. 611. 695. 702., non ei debetur a Celebrante obedientia, quae soli Episcopo praestanda est 961.
- Vicarius capitularis* praecedentiam habet supra omnes post digniores de Capitulo 1013. *ad* 5. 1057. 1957. 2407. 3010., si est Canonicus, sedere debet in suo stallo, quatenus frui velit distributionibus 1631., et tunc nullam habere potest praecedentiam 2416., nequit sedere in sedili Episcopali, illo scilicet, in quo Episcopus auditurus conciones sedere solet 1793.,

in Processionibus non licet ut solus post Capitulum incedat 30., debet incedere a sinistris Dignitatis repraesentantis Capitulum 1877., nequit exigere a Sacerdotibus, et Clericis illud obsequium, quod soli competit Episcopo 2981.

Vicario capitulari non licet interesse Choro, vel aliis functionibus cum vestibus brevioribus 3805. *ad 3.*, nec interesse concionibus cum symmate, vulgo *Zimarra*. *Ibidem ad 5.*, concionem audienti inter Missarum solemniam non debetur praecedentia supra Celebrantem Sacris indutum. *Ibidem ad 6.*, indutus vestibus nigris in Processionibus incedere nequit post Celebrantem. *Ibidem ad 7.*, indutus vestibus suae dignitatis primum locum occupare debet in Processionibus etc. *Ibidem ad 8.*, (intellige, si Vicarius simul sit prima Dignitas, secus enim occupare debet secundum, cedens primum Dignitati, quae repraesentat Capitulum) nequit in expeditionibus uti proprio sigillo, sed adhibere debet illud Capituli. *Ibidem ad 9.*

Vicarius capitularis quibus ritibus facere debet visitationem? 4973.

Vicarii capitulares num teneantur applicare Missam pro populo? 4669. *ad 23.*

Vicarii Curati perpetui habent inter se praecedentiam secundum ordinem receptionis, non autem secundum maiorem dignitatem Ecclesiae, in qua curam exercent 349.

Vicariis Curatis perpetuis debetur praecedentia supra amovibiles 1441. *ad 3.*

Vicarius Curatus nec sedere debet supra Dignitates, et Canonicos, nec ire cum fisdem ad circulum coram Episcopo 616.

Vicarii Curati perpetui Basilicarum S. Ioannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, S. Mariae Transtiberim, et S. Laurentii in Damaso, obtinent praecedentiam supra Rectores aliarum Parochiarum 3315.

Vicario Curato amovibili Ecclesiae Cathedralis Ariminen. debetur delatio Stolaе, et non alteri ex Mansionariis, etsi hi intersint collegialiter sine Capitulo 4046.

Vicarius foraneus nullam habet praecedentiam supra antiquiores Presbyteros 68. 188. 191. 255. 260. 279. 297. 301. 438. 443. 567. 798. 861. 1278. 1718. 1821. 1939. 1964. 2219. 2236. 2323. 2481. 2601. 2832. 2953. 3049. 3078. 3123. 3272. 3293. 3554. 3600., non obstantibus Constitutionibus Synodalibus 1205., digniorem locum habet interessendo Congrega-

tionibus tamquam delegatus Episcopi 225. 438. 1583. 2926. 2953. 3123. 3778. *ad 2.*, etsi alias S. R. C. respondisset: praecedentiam debere Vicariis foraneis in Congregationibus, quae fiunt pro resolutionibus casuum conscientiae, ut ex numeris supra citatis; nihilominus in *Imolen.* stetit pro parte negativa 3078. *ad 2.*, ei in Choro ratione Vicariatus non debetur ante alios antiquiores honor Pacis, et Thuris 2659., neque ei competit dicere *Actiones nostras etc.*, aut exigere reverentiam ab iis, qui e Choro discedunt, quia haec conveniunt digniori de Clero 2813.

Vicarius foraneus ex consuetudine non acquirit ius praecedendi supra Canonicos, et Priorem Collegiatae 733., si Canonicus simul sit, potest interesse, et vocem debet suae receptionis 843. *ad 1. et 2.*, nullum ius habet exercendi functiones, praetextu Vicariatus 1939., non ei licet retinere genuflexorium ante stallum, et habere thus triplici ductu 2481.; potest in casu necessitatis licentiam dare laborandi in diebus festis, si recursus haberi nequeat ad Episcopum 2869. *ad 6.*

Vice Parochus nulla gaudet praecedentia supra Sacerdotes Ordinatione antiquiores, exceptis functionibus Officio suo adnexis 4844. *ad 7.*

Vidua defuncta absque electione sepulturae, sepeliri potest in sepulchro sui viri constructo in Ecclesia Regularium 3750. *ad 5.*

Vigiliae translatio quandoque concessa, nulla tamen facta alteratione quoad Officium, et Missam 1023. 1512. 2439. 2587. 2605. 3681. 3858. 4126., in aliquo casu extensum indultum, etiam quoad commemorationem in Officio 3016., quandoque concessus usus carniū, servato tamen ieiunio 2636.

Vigiliae S. Ioannis Baptistae incidens in Feriam V. cum Festo Corporis Christi anticipanda est Feria IV. 1090. 3753., intellige quoad ieiunium, sed quoad Officium, et Missam nihil fieri debet 1310. 3753.

Vigilia S. Antonii Patavini, quae a Fratribus Minoribus servatur cum ieiunio, si incidat cum Festo Corporis Christi anticipanda est in Feria IV. 1983.

Vigilia cessasse censetur, si e Solemnitatibus de praeepto expunctum sit Festum, cui praemittebatur; dummodo tamen non sit indicta ex

- voto, ad cuius observantiam tenentur tantum voventes 2019.
- Vigilia S. Thomae Apostoli* si occurrat cum Festo novem lectionum, gaudet sola commemoratione in Missa post commemorationem Feriae; sed nihil de ea fit in Officio 2180.
- Vigilia Nativitatis Domini* comprehenditur in Decreto, quod vetat Missas de Requie in duplicibus 2345. *ad 4.*
- Vigilia* si incidat in aliquam Feriam, in qua ex Indulto Apostolico dispensatum fuit ab abstinentia a carnibus, ovis etc. rigore servanda est tam quoad abstinentiam, quam quoad ieiunium 3159.
- Vigilia S. Mathiae* incidens in Feriam tertiam carnis privii 3325. 3326.
- Vigilia S. Marci*, si de praecepto sit, et cadat in Feriam tertiam Paschatis, transferenda est ad diem, quae praecedit Festum eiusdem Sancti translatum 3375.
- Vigilia Epiphaniae* non admittit Missas votivas, et defunctorum 3428. *ad 5.* 3704. *ad 1.* 3788. *ad 2.*, etiamsi sit Feria secunda, in qua apud quosdam Regulares solet celebrari Missa pro defunctis, nisi occurrat Festum duplex 4474. *ad 16.*
- Vigilia* cum ieiunio, quae incidit in Feriam III. infra Octavam Pentecosten, transferenda est ad aliam diem ab Episcopo designandam 3488.
- Vigilia Nativitatis D. N. I. C.* occurrens in Dominica, habet primas Vesperas a capitulo praecedentis Sabbati, si recitatum fuerit Officium de Feria 3664. *ad 8.*, in Missa dicitur *Credo* 4526. *ad 30.*
- Vigilia Festi omnium Sanctorum*, si in ea fiat Officium semiduplex, praeter commemorationem Vigiliae, dicenda sunt in Officio consueta suffragia, et oratio *A cunctis* in Missa, non autem de Spiritu Sancto 3827. *ad 1.*
- Vigilia Nativitatis D. N. I. C.* non admittit Orationes a Superiore praeceptas pro pace, aeris serenitate etc. 4299. *ad 5.*
- Vigilia* in Adventu, etsi nihil de ea fiat in Officio, cum habeat commemorationem in Missa, habet etiam Evangelium in fine, exceptis Feriis quatuor Temporum 4401. *ad 4.*
- Vigilia* quamvis incidat infra Octavam Corporis Christi, quae privilegio gaudet excludendi quaelibet Festa tam occurrentia, quam translata, habere nihilominus debet nonam Lectionem, et commemorationem, tam in Laudibus, quam in Missa 4448. *ad 3.*, et in Cathedralibus, ac Collegiatis omitti non debet altera
- Missa conventualis de Vigilia in paramentis violaceis. *Ibidem ad 4.*
- Vigilia* servanda est, etiamsi occurrat in die Festo Patroni principalis, et pro ea anticipanda recurrendum ad S. R. C. 4526. *ad 45.*
- In *Vigiliis* etiamsi occasione reductionis Festorum a lege ieiunii solutis, genuflectendum est in Choro iuxta Rubricas, quia privilegium non extenditur ad functiones Ecclesiasticas, imo easdem excipit 4566. *ad 4.* cum *subiecta nota.*
- Vigilia Patroni principalis* rigore non est de praecepto 4611. *ad 4.* Vide *subiectam adnotationem.*
- In *Vigilia Patroni* nihil innovandum quoad praxim ieiunii si Regio obnoxia fuit mutationi regiminis 4679.
- In *Vigilia Ss. Petri et Pauli* apud Belgas ieiunium anticipari indulgetur quando Festum incidit in Sabbato 4843.
- S. Vincentii Officium. V. Officium.*
- Visitationis B. M. V. Officium V. Festum.*
- Visitatio* incipi potest in Ecclesia, quam seligere ex duabus maluerit Episcopus, sine tamen praeiudicio iurium alterius 147. *ad 2.*
- Vitae* continentes gesta et miracula Servorum Dei non edantur Sacr. Rit. Congregatione inconsulta 4584.
- Vocati* ad associandum funus, omnes convenire debent in Ecclesiam parochialem, vel aliam Ecclesiam, ceu praescribit Rituale Romanum 785. *ad 1.* 790. 1201. 1536. *ad 1.* 1593. 2275. 2771. 2910. *ad 10.* 3035. 3151. 3406. 3448., si Cadaver depositum fuerit in aliqua Ecclesia, ad hanc omnes convenire debent, non excepto Capitulo Cathedralis; si vero Cadaver domi sit, et Capitulum Cathedralis interesse debeat, omnes conveniant ad Cathedralem: deducto autem funere ad Ecclesiam tumultantem, Capitulum in reditu non est associandum 3091. *ad 2.*
- Votum* celebrandi nonnulla Festa de praecepto cum Vigilia, et Processione, licet ab Episcopo confirmatum, non obligat, nisi voventes 1621. Vide etiam 1411. 1444. 1871. 1963. 2019. 4152.
- Votum* emissum a Consilio generali Fabriani cele-

brandi quotannis Festum S. Romualdi Patroni minus principalis de praecepto, et servandi Vigiliam ante Festum Purificationis B. M. V. in gratiarum actionem pro accepto beneficio, confirmatur, cum limitatione tamen ad unum praeceptum audiendi Sacrum quoad Festum S. Romualdi 3671.

Votum emissum a Magistratu, et ab eodem tantum demandatum, irritum declaratur 3999.

U

In Unctionis extremae administratione nihil innovetur circa modum unctionis in pedibus, quae idcirco fieri poterit vel in parte superiori, vel in inferiori pedum 4780.

Umbella uti nec licet Praesidi, neque alteri cuiquam in Solemnitate Corporis Christi, dum fit Processio sollemnis 3334. ad 1.

Umbella in Processione SS. Sacramenti permitti potest quod deferatur a Priore Confraternitatis

SS. Sacramenti, sed extra Presbyterium et ad Episcopi arbitrium 4918. ad 2.

Uniformitas in recitatione Divini Officii non est causa sufficiens, cur aliquorum Festorum ritus elevetur 4500. ad 4. 5. 6. et 7.

De Usu quodam Ecclesiae Salamantinae 139.

Usus a quibusdam Canonicis introductus habendi praeter Diaconum, et Subdiaconum etiam Presbyterum assistentem cum Candela accensa, interdicatur 767.

Usus celebrandi quamplura Festa sub ritu dup. moi., quia apud Populum in veneratione, et celebria sunt, nequit sustineri 4160. ad 1.

Z

De S. Zoilo Confessore faciendum non est Officium, cum eius nomen nec in Martyrologio Romano, nec in vetustiori reperiatur; nam ibi fit tantum mentio *S. Zoili Martyris* 2537. ad 1.



